Boot aangeboden bij ... geboortedag door eenige vrienden ... - 6.—.

...versaria Critica. E schedis defuncti selegit, ...rwerden. Accedit Epimetrum de Co... ...exterarum quos descripsit aut adhibuit ... - 3.—.

...dio Poeta commentatio. 8°. . . . . - 2.10.

... 8°. . . . . - 5.—.

... scriptore et philosopho. gr. in-8°. . . . - 8.50.

... Lectiones Rheno-Traiectinae 8°. . . . . - 1.75.

... Commenti Donatiani ad Terenti fabulas origine ... 8°. . . . . - 2.20.

...es. In usum studiosae iuventutis textum constituit C. G. ... quarta, quam novis curis recensuit J. J. Hartman. ... prolegomenis, fragmentis, indice nominum aucta). . . . . - 2.90.

... Astronomica. In het Nederlandsch vertaald door J. van ...ingen. 8° . . . . - 2.70.

... De geschiedschrijver Herodianus en zijn bronnen. ...oging tot analyse van zijn werk. 8°. . . . . . . - 2.10.

... Vita Commodi und Cassius Dio. — Eine quellenanalytische ...rsuchung. 8°. . . . . - 2.10.

...ton, M., De Iliadis fontibus et compositione. 8°. . . . - 3.50.

...mosyne. — Bibliotheca philologica Batava. Edid. C. G. Cobet, TJ. ...ertsma, H. G. Hamaker, E. J. Kiehl, etc. 1852—62. 11 vol. ...ppendix ad vol. 2—7. 8°. (*f* 56.50) . . . . - 30.—.

...ova series. Vol. I—XIV colleg. C. G. Cobet, H. W. van der ...ev, ...l. XV—XLVI colleg. S. A. Naber, J. van Leeuwen J. f., ...I. J. Valeton, J. J. Hartman, P. H. Damsté, C. W. Vollgraff, ...—1918. 8°. pro vol. . . . . - 5.25.

...x officina typographica et bibliopolio quae antehac E. J. Brillii fuerunt.

PAGE NOT AVAILABLE

PAGE NOT AVAILABLE

PAGE NOT AVAILABLE

PAGE NOT AVAILABLE

PAGE NOT AVAILABLE

PAGE NOT
AVAILABLE

PAGE NOT AVAILABLE

MNEMOSYNE.

BIBLIOTHECA PHILOLOGICA BATAVA.

COLLEGERUNT

P. H. DAMSTÉ, J. J. HARTMAN, C. W. VOLLGRAFF.

OPERAM SUAM POLLICITI SUNT

J. C. NABER, M. C. VALETON, I. VAN WAGENINGEN.

NOVA SERIES.
VOLUMEN QUINQUAGESIMUM.

LUGDUNI-BATAVORUM
E. J. BRILL.

LIPSIAE,
O. HARRASSOWITZ.
1922.

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA ET BIBLIOPOLIO QUAE ANTEHAC E. J. BRILLII FUERUNT.

MNEMOSYNE.

BIBLIOTHECA PHILOLOGICA BATAVA.

COLLEGERUNT

P. H. DAMSTÉ, J. J. HARTMAN, C. W. VOLLGRAFF.

OPERAM SUAM POLLICITI SUNT

K. Kuiper, J. C. Naber, M. C. Valeton, I. van Wageningen.

NOVA SERIES.
VOLUMEN QUADRAGESIMUM NONUM. PARS I.

LUGDUNI-BATAVORUM
E. J. BRILL.

LIPSIAE,
O. HARRASSOWITZ.
1921.

INDEX.

Gen. Stechert

INDEX Vol. 50

OBSERVATIONES AD SCRIPTORES LATINOS.

SCRIPSIT

PAULUS THOMAS.

Paulus Thomas Hartmano suo S. P. D. Suasisti mihi, vir clarissime et carissime, ut *Observationes* meas *ad scriptores Latinos* hic illic sparsas colligerem, latine verterem, in voluminibus *Mnemosynes* excudendas Tibi mitterem. Quo iudicio Tuo quid honorificentius mihi potuit evenire? Arripui igitur consilium et ea, quae vel „melioribus annis" nata vel „patriai tempore iniquo" avocandi animi causa elaborata congesseram, retractavi et in Latinum sermonem transtuli. Omnia fere in breve contraxi; plurima omisi, quae aut iam satis nota aut minus probabilia viderentur; quaedam correxi; nonnulla addidi. Erit hic libellus, qualiscumque est, amicitiae testimonium, quam per tot annos fideliter coluimus. Vale.

Ad Plautum.

Men. 507—511:

PE. *Responde: surrupuistin uxori tuae*
Pallam istanc hodie atque dedisti Erotio?
ME. *Neque hercle ego uxorem habeo, neque ego Erotio*
Dedi nec pallam surrupui. PE. *Satin sanus es?*
Occisast haec res.

Ita codd. vitiosa personarum distributione. Nam verba *Satin sanus es?* non sunt Peniculi, sed Menaechmi. Menaechmus enim Peniculum insanire pro certo habet; cf. v. 505—506: *Non tibi* | *Sanumst*, *adulescens*, *sinciput*, *intellego*, et 517: *homo insanissume.* Peniculus vero Menaechmum non insaniae, sed

malignitatis arguit. Quod autem interrogatio *Satin sanus es?* postponitur, nihil est cur mireris; cf. v. 393—394: *Quid est?* | *Tibi pallam dedi, quam uxori meae surrupui? sanan es?*

Pernegante Menaechmo, Peniculus conturbatus ait secum: *Occisast haec res*, i. e. nequeo hominem cogere ut mihi prandii spe fraudato satisfaciat.

Mostell. 431 sqq.:

TH. *Habeo, Neptune, gratiam magnam tibi,*
Quod med amisisti abs te vix vivom modo.
Verum si posthac me pedem latum modo
Scies inposisse in undam, etc.

Lege: *Quod med amisisti abs te vix vivom domum.* Cf. Rud. 501: *nunc vix vivos amisit domum;* Men. 343: *perditum amittunt domum;* Capt. 36: *quo pacto hic servos suom erum hinc amittat domum;* Rud. 489: *amittit domum. Modo* in fine versus seq. fefellit librarium.

(Hanc emendationem a. 1876 publici iuris factam a. 1884 in edit. alteram *Mostellariae* recepit Lorenz, sed imprudens pro sua dedit, p. 219).

Ad Terentium.

Eun. 129—130:

PH. *Ne hoc quidem tacebit Parmeno.* PA. *Oh, dubiumne id est?*
TH. *Hoc agite, amabo.*

Sic codd. Recte Fleckeisen verba *Ne hoc quidem tacebit Parmeno* Parmenoni attribuit, minus recte alteram versus partem *(Oh, dubiumne id est?)* Thaidi. Nam si v. 129 Parmeno solus loquitur, quid est cur v. 130 Thais pluralem *agite* usurpet? Immo, verba *Oh, dubiumne id est?* verba sunt Phaedriae. Inest interrogationi mira acerbitas: „Num dubium est, inquit Phaedria, quin intumum me Thais habeat et sua consilia mihi credat omnia?„Ironice dictum amantem iratum arguit ἠθικῶς.

Eun. 512—514:

Ubi veni, causam, ut ibi manerem, repperit:
Ait rem divinam fecisse et rem seriam
Velle agere mecum.

Errant hic interpretes. Alii putant Thaidem rem divinam fecisse, ut sibi deos propitios redderet, cum rem seriam agere vellet. Alii existimant Thaidem hanc causam afferre, ut sermonem cum Chremete in aliud tempus differat. Neutri recte. Solebant antiqui, ubi rem divinam (i. e. sacrificium) fecerant, convivium apparare (cf. e. g. Plaut. Rud. 342 sqq.). Hanc causam Thais repperit, ut Chremetem ad cenam rogaret ibique cum eo rem seriam ageret.

Eun. 591. Refert Chaerea quae, tabulam spectans, in qua depicta erat Iovis et Danaës fabula, secum cogitaverit:

„*Ego homuncio hoc non facerem? Ego illud vero ita feci ac lubens.*

Claudicat versus; quippe in sexto pede duas breves efficit *ita*, cum iambus requiratur. Restituo:

„*Ego homuncio hoc non facerem? ego illud vero, ita* ⟨*ut*⟩ *feci, ac lubens.*

Unum et idem pronomina *hoc* et *illud* indicant, ut apud Ter. Andr. 74, 80: *haec... illam;* 129, 135: *haec soror... tum illa;* 286. 287; *huius... illi;* Eun. 749: *hanc... pro illa;* Phorm. 89, 91; *hic... illi;* 625, 627: *hanc... illam;* Hecyr. 646, 647: *hoc factum... illud factum;* 790, 792: *haec... illas;* Ad. 47, 50: *hunc maiorem... ille;* Cic. in Verr. IV, 37, 80: *Quid aut tu* ***his*** *respondere honeste potes, aut* ***illi*** *facere nisi ut te ac fidem tuam implorent?* Quid autem significant? Omnes de stupro interpretantur. Falso, mea quidem sententia. Nam cum haec secum loqueretur Chaerea [1]), nondum virginem vitiaverat. Quid ergo est? Iuppiter in hominem sese converterat, in eunuchum Chaerea. Id factum utrique commune est, quod alienam formam, et quidem humiliorem, induerunt, quod sic in aedes mulieris amatae irrepserunt. Hoc igitur dicit Chaerea: „Ego homuncio non idem facerem quod summus Iuppiter, qui mutata forma clanculum ad amicam devenit? ego illud vero facerem ac lubens, quemadmodum ipse re vera feci." *Facerem*, non *faciam*, scripsit Terentius; agitur enim de

1) Verba: *Ego illud vero — ac lubens* ab eis quae antecedunt seiungi non posse et ad Chaereae „soliloquium" (sit venia verbo) pertinere ostendit v. 592: *Dum haec mecum reputo.*

malignitatis arguit. Quod autem interrogatio *Satin sanus es?* postponitur, nihil est cur mireris; cf. v. 393—394: *Quid est?* | *Tibi pallam dedi, quam uxori meae surrupui? sanan es?*

Pernegante Menaechmo, Peniculus conturbatus ait secum: *Occisast haec res*, i. e. nequeo hominem cogere ut mihi prandii spe fraudato satisfaciat.

Mostell. 431 sqq.:

TH. *Habeo, Neptune, gratiam magnam tibi,*
Quod med amisisti abs te vix vivom modo.
Verum si posthac me pedem latum modo
Scies inposisse in undam, etc.

Lege: *Quod med amisisti abs te vix vivom domum.* Cf. Rud. 501: *nunc vix vivos amisit domum;* Men. 343: *perditum amittunt domum;* Capt. 36: *quo pacto hic servos suom erum hinc amittat domum;* Rud. 489: *amittit domum. Modo* in fine versus seq. fefellit librarium.

(Hanc emendationem a. 1876 publici iuris factam a. 1884 in edit. alteram *Mostellariae* recepit Lorenz, sed imprudens pro sua dedit, p. 219).

Ad Terentium.

Eun. 129—130:

PH. *Ne hoc quidem tacebit Parmeno.* PA. *Oh, dubiumne id est?*
TH. *Hoc agite, amabo.*

Sic codd. Recte Fleckeisen verba *Ne hoc quidem tacebit Parmeno* Parmenoni attribuit, minus recte alteram versus partem *(Oh, dubiumne id est?)* Thaidi. Nam si v. 129 Parmeno solus loquitur, quid est cur v. 130 Thais pluralem *agite* usurpet? Immo, verba *Oh, dubiumne id est?* verba sunt Phaedriae. Inest interrogationi mira acerbitas: „Num dubium est, inquit Phaedria, quin intumum me Thais habeat et sua consilia mihi credat omnia? „Ironice dictum amantem iratum arguit ἠθικῶς.

Eun. 512—514:

Ubi veni, causam, ut ibi manerem, repperit:
Ait rem divinam fecisse et rem seriam
Velle agere mecum.

Errant hic interpretes. Alii putant Thaidem rem divinam fecisse, ut sibi deos propitios redderet, cum rem seriam agere vellet. Alii existimant Thaidem hanc causam afferre, ut sermonem cum Chremete in aliud tempus differat. Neutri recte. Solebant antiqui, ubi rem divinam (i. e. sacrificium) fecerant, convivium apparare (cf. e. g. Plaut. Rud. 342 sqq.). Hanc causam Thais repperit, ut Chremetem ad cenam rogaret ibique cum eo rem scriam ageret.

Eun. 591. Refert Chaerea quae, tabulam spectans, in qua depicta erat Iovis et Danaës fabula, secum cogitaverit:

„*Ego homuncio hoc non facerem? Ego illud vero ita feci ac lubens.*

Claudicat versus; quippe in sexto pede duas breves efficit *ita*, cum iambus requiratur. Restituo:

„*Ego homuncio hoc non facerem? ego illud vero, ita* ⟨*ut*⟩ *feci, ac lubens.*

Unum et idem pronomina *hoc* et *illud* indicant, ut apud Ter. Andr. 74, 80: *haec... illam;* 129, 135: *haec soror... tum illa;* 286, 287; *huius... illi;* Eun. 749: *hanc... pro illa;* Phorm. 89, 91; *hic... illi;* 625, 627: *hanc... illam;* Hecyr. 646, 647: *hoc factum... illud factum;* 790, 792: *haec... illas;* Ad. 47, 50: *hunc maiorem... ille;* Cic. in Verr. IV, 37, 80: *Quid aut tu his respondere honeste potes, aut illi facere nisi ut te ac fidem tuam implorent?* Quid autem significant? Omnes de stupro interpretantur. Falso, mea quidem sententia. Nam cum haec secum loqueretur Chaerea [1]), nondum virginem vitiaverat. Quid ergo est? Iuppiter in hominem sese converterat, in eunuchum Chaerea. Id factum utrique commune est, quod alienam formam, et quidem humiliorem, induerunt, quod sic in aedes mulieris amatae irrepserunt. Hoc igitur dicit Chaerea: „Ego homuncio non idem facerem quod summus Iuppiter, qui mutata forma clanculum ad amicam devenit? ego illud vero facerem ac lubens, quemadmodum ipse re vera feci.“ *Facerem*, non *faciam*, scripsit Terentius; agitur enim de

1) Verba: *Ego illud vero — ac lubens* ab eis quae antecedunt seiungi non posse et ad Chaereae „soliloquium“ (sit venia verbo) pertinere ostendit v. 592: *Dum haec mecum reputo.*

re praeterita [1]). Gaudet Chaerea se id, quod iam fecit, exemplo Iovis probari.

Ad. prol. 20—21. Laudat poëta „homines nobiles", qui eum in comoediis scribendis adiuvare dicebantur:

Quorum opera in bello, in otio, in negotio
Suo quisque tempore usust sine superbia.

Qui sunt hi, qui superbia carent? Nempe homines nobiles, non cives qui eorum opera utebantur. *Sine superbia* ergo non quomodo enuntiationis subiectum agat, sed quomodo cum eo agatur, indicat. Eadem est horum locorum ratio: Plaut. Amph. 206: *Si sine vi et sine bello velint rapta et raptores tradere;* Ter. Eun. 790: *Qui scis an quae iubeam sine vi faciat?* Verg. Georg. IV, 398: *Nam sine vi non ulla dabit praecepta;* Plaut. Truc. 779: *Hic nunc volo scire, eodem pacto sine malo fateamini;* Ter. Eun. 713—714: *Non potest sine malo fateri;* Horat. Sat. I, 9, 59—60: *Nil sine magno vita labore dedit mortalibus;* Sat. I, 1, 88—89: *cognatos, nullo natura labore quos tibi dat;* Plaut. Aul. 606: *Nunc sine omni suspicione in ara hic adsidam sacra.*

Ad 82—83:

MI. *Quid tristis es?* DE. *Rogas me, ubi nobis Aeschinus*
Siet, quid tristis ego sim.

Sic codd. Optime Dziatzko in edit. *Adelphorum* a. 1881 correxerat:

DE. *Rogas me? ubi nobis Aeschinust?*
Scies, quid tristis ego sim.

Quod cur in novissima recensione a. 1884 repudiarit, non intellego. Hoc dicit Demea: „Ubi nobis Aeschinus est? Inquire, pervestiga, et scies, quid tristis ego sim." Abrupta oratio hominem commotum decet. De dativo „ethico" *nobis* cf. Heaut. 820: *Sed scin ubi nunc sit tibi tua Bacchis?*

Ad. 979—981:

MI. *Syre, processisti hodie pulcre.* DE. *Siquidem porro*
Tu tuom officium facies atque huic aliquid paulum prae manu
Dederis, unde utatur: reddet tibi cito. MI. *Istoc vilius.*

---

1) V. Riemann, *Synt. lat.*, § 167, b.

Male interpretantur *istoc vilius* e Donato, qui ait: „Negatio est floccum ostendentis vel quid tale." Si ita esset, primae personae pronomine *hoc*, non secundae *istoc*, usus esset Terentius [1]). Probabilior est Suetonii explicatio apud Charisium, p. 190 K [2]): „Rex qui vocabat ad cenam, si sibi ea res exhibenda indiceretur quam exhibere non posset, respondebat: „isto vilius", hoc est „erit cena"." *Istoc* est ablativus qui dicitur differentiae, ut apud Plautum, Curc. 264: *Venire poteris intestinis vilius*, ubi Taubmann: „Vendi tamen poteris tanto minoris quanti essent intestina tua, si cum reliquo corpore integra venderentur"; Stich. 498: *Uno Gelasimo minus est quam dudum fuit*, i. e. actum est de Gelasimo, nullus est iam Gelasimus; [Sen.] De remed. fortuit, 11, 1: „*Pecuniam perdidi": habebis uno periculo minus.* Sensus est: „Istoc, quod poscis, res vilius venibit" vel „constabit", i. e. „istuc, quod poscis, de re detrahetur", i. e. „istuc, quod poscis, omitte". Haec abnuendi formula non a domino cenae immodestum convivam coërcente, ut ait Suetonius, sed ab aliquo condicionem iniquam in emendo vendendove repudiante, sumpta est.

Ad Varronem.

Sat. Menipp. fr. 115 (Buecheler, ed. IV, 1904):

Non vides ipsos deos, si quando volunt gustare vinum, derepere ad hominum fana et tamen tum ipsi illi Libero simpuvio vinum dari?

Sensui repugnat coniunctio adversativa *tamen*. Porro *vinum dari* coniecturae debetur; codd. habent *vinitari*. Pro *tamen tum* repono *temetum*, quo vocabulo alibi (fr. 113 et 310) usus est Varro; *vinitari* autem, quod est nihili, in *ministrari* mutandum censeo.

Fr. 145: *Priusquam responderem, foris nescio quis occupat res indicare.*

Inepte. Scribe: *Priusquam responderem, forensis nescio quis occupat res iudicare.* Cf. fr. 147: *Forenses decernunt ut Existimatio nomen meum in sanorum numerum referat. Res*

---

1) Frustra ex hac difficultate se expedire conatur Dziatzko. Cf. Ad. 163: *huius non faciam.*

2) V. *Suetonii reliq.* ed. Reiff., p. 148—149.

iudicare formula nota. Lex XII tab. ap. Gell. XX, 1, 45: *Aeris confessi rebusque iure iudicatis triginta dies iusti sunto;* Sen. Apokol. 11, 5: *rerum iudicandarum vacationem;* etc.

Fr. 161: *Capite aperto esse iubet, ante lucem suscitat, frigore torret, venatum eicit ieiunio vilicum.*

Disciplina describitur ad durandum corpus idonea. Quid ei cum *vilico*? Exturbandus importunus iste *vilicus*, qui per coniecturam huc irrepsit; nam codd. habent *vellicem.* Corrigo: *venatum eicit, ieiunio vellicat.* Ut enim sagina torporem affert, ita ieiunium excitat homines et stimulat. Cf. Sen. ep. 20, 13: *Necessarium ego iudico... aliquos dies interponere, quibus nos imaginaria paupertate exerceamus ad veram. Quod eo magis faciendum est, quod deliciis permaduimus et omnia dura ac difficilia iudicamus: potius excitandus e somno et vellicandus est animus admonendusque naturam nobis minimum constituisse;* 123, 3: *Magna pars libertatis est bene moratus venter et contumeliae patiens.*

Fr. 211: *Quid? sutrinas facere inscius nihil homo agis.*

Cod. Leid. habet: *sutrinas qui facere.* Inde conicio:

⟨Velút⟩ sutrinam sí qui faceret ínscius:
Nihil, hómo, agis.

Interpellat hominem imperitum et artem aliquam affectantem. Locus communis; cf. Pers. Sat. V, 96 sqq., ubi Casaubon. Mendosa lectio *sutrinas* pro *sutrinam (sutrinā) si* antiqua est, ut patet ex Nonio, qui hoc fragmentum servavit: *Sutrinas, a suendo. Si qui (= si quis)* etiam fr. 235 invenitur: *Si qui patriam — exstinguit, in eo est culpa,* etc.

Fr. 279: *Utri magis sunt pueri? hi pusilli nigri, qui exspectant nundinas, ut magister dimittat lusum...?*

Quid sint *pusilli nigri*, nemo, opinor, intellegere potest. Pueri, qui exspectant ferias, non sunt *nigri*, sed *pigri.* Sic una litterula mutata emendabis locum.

Fr. 344: *Non haec res de Venere paeta strabam facit.*

Per interrogationem sententia infertur: *Non (= nonne) haec res de Venere paeta strabam facit? Haec res,* i. e. pecunia, de cuius vi et potentia in hac satira (*Octogesis, περὶ νομισμάτων*) agit Varro. Quod pecunia Venerem de paeta strabam facit

(gallice: „fait loucher"), id lepide significat Venerem pecuniam concupiscere. Cf. Lucil. fr. 704—705 cum nota Marxii, qui laudat Varronem, Sat. Menipp. fr. 176, sed nostrum locum neglexit.

Fr. 378: *Praetor vester eripuit mihi pecuniam. De ea questum ad annum veniam ad novum magistratum, cum hic rapo umbram quoque spei devorasset.*

Futurum *veniam* nequaquam cum enuntiatione *cum devorasset* congruit. Perfectum requiritur: *veni ad novum magistratum.* In *veniad* librarius sibi videre visus est *veniãad.*

Fr. 439: *cum sumere coepisset, voluptas detineret, cum sat haberet, satias manum de mensa tolleret.*

Officia partium corporis humani describit Prometheus, et quo consilio unamquamque earum finxerit, ostendit (fr. 430). Itaque suppleo: *⟨ut⟩, cum sumere coepisset*, etc.

Fr. 490: *Se circumspexe atque invenisse se, cum dormire coepisset tam glaber quam Socrates, calva esse factum ericium e pilis albis, cum proboscide.*

Non fuit glaber Socrates (quippe barbatus erat), sed calvus. Lege igitur et distingue: *tam glaber quam Socratis calva, esse factum ericium.*

Fr. 512: *O di, si possumus quod debemus populo, in foro medio luci claro decoquere.*

Quid sibi vult ista exclamatio? quid *si possumus*, cum exspectes *si possimus?* Codd. habent *odie* vel *hodie.* Restituo: *Hodie, si ⟨volumus⟩, possumus — decoquere.* Temporis sui mores, ut solet, exagitat Varro.

De vita populi Romani lib. I ap. Non. Marcell, p. 43— 44 M: *Pecunia, quae erat parva: ab eo paupertas dicta*, etc.

Lege et distingue: *Pecunia quod erat parva, ab eo paupertas dicta*, etc.

Ibid. p. 494 M: *Haec aedis, quae nunc est, multis annis post factast, denique omnia regiis temporibus delubra parva facta.*

Sic recte Madvigius (*Adv. crit.*, t. II, p. 667), nisi quod malim:... *factast: utique omnia — parva facta.*

AD CICERONEM.

De legg. I, 1, 1:... *verum tamen, dum Latinae loquentur*

litterae, quercus huic loco non deerit, quae Mariana dicatur, eaque, ut ait Scaevola de fratris mei Mario,

Canescet saeclis innumerabilibus.

Egregie fallitur in his verbis interpretandis Ad. Du Mesnil Bakium secutus. Putat enim iungi debere *Scaevola de fratris mei Mario*, i. e. Scaevola qui in *Mario* comparet ibique sic loquitur: *Canescet*, etc. Fugit virum doctum versum

Canescet saeclis innumerabilibus

esse pentametrum, *Marium* autem Ciceronis carmen epicum fuisse et e meris hexametris constitisse. Quod idem negat *canescere* dici posse de carmine quod „plus uno maneat perenne saeclo", id abunde refellitur Petronii verbis, Sat. 2: *ac ne carmen quidem sani coloris enituit, sed omnia quasi eodem cibo pasta non potuerunt usque ad senectutem canescere.* Non est igitur dubium quin versus *Canescet*, etc. ad epigramma pertineat a Scaevola in laudem poëmatis Tulliani compositum.

De legg. I, 8, 24: *Nulla gens est neque tam mansueta neque tam fera, quae non, etiamsi ignoret, qualem habere deum deceat, tamen habendum sciat.*

Perverse interpretatur Ad. Du Mesnil: „*Mansueta*] Auch keine Hypercultur versteigt sich dazu, den Glauben an Gott aufzugeben." Non respexit verba *etiamsi ignoret — sciat:* de cognitione dei loquitur Cicero. At, inquies, nonne absurdum est dicere: *Nulla gens est tam mansueta, quae non deum habendum sciat*, quasi mirum sit eruditiores politioresque gentes hoc scire? Fateor hic Ciceronem parum accurate locutum esse. Hoc voluit: omnes gentes sine discrimine deum habendum sciunt. „Ea enim vis est, ut ait Vahlen [1]), copulatorum contrariorum, non ut utrumque per se spectetur, sed ut coniunctis duobus una efficiatur sententia universa".

Cf. Sall. Cat. 11, 3: *Avaritia... neque copia neque inopia minuitur.* Si summo iure agas, illud *neque inopia* damnabis ut minus idoneum; verum haec mens fuit Sallustii: Avaritia nullo modo minui potest. Sen. Consol. ad Marc. 11, 3: *alimenta metuens sua, quorum modo inopia <deficit, modo copia> rumpitur* (sic enim legendum). „Parum recte, inquit Gertz ad

---

1) *Opusc. acad.*, t. I, p. 77.

h. l., *inopia* hic nominari mihi videtur, ubi explicandum est cur alimenta nostra metuamus; nemo enim ea ob inopiam metuit." Hoc est rem ad vivum resecare. Sophocl. in Aiace, 131—132:

> ὡς ἡμέρα κλίνει τε κἀνάγει πάλιν
> ἅπαντα τἀνθρώπεια.

Repugnat totius loci sententiae ἀνάγει πάλιν, sed rerum humanarum inconstantiam et fortunae mobilitatem per contraria exprimere voluit tragicus.

Plurima sunt huius orationis formae exempla tam apud scriptores Graecos quam Latinos [1]).

De legg. III, 9, 21: *Foederum pacis belli indotiarum (indutiarum* ex corr.) *oratorum fetiales iudices non sunto: bella disceptanto.* Sic codd. Praeclare Vahlen *non* in *nontii (= nuntii)* correxit coll. Cic. in Vatin. 15, 35: *ut non n u n t i o s p a c i s a c b e l l i, non oratores, non interpretes senatus deligere posset,* et Plat. Hipp. mai 281 A: πρεσβευτήν, ἡγουμένη δ ι κ α σ τ ὴ ν κ α ὶ ἄ γ γ ε λ ο ν ἱκανώτατον εἶναι τῶν λόγων. Recte H. Jordan [2]) *orator e s* pro *oratorum* reposuit, sed prave idem scripsit: *Foederum — oratores fetiales ⟨sunto⟩, iudices non sunto* [3]), quasi *oratores* praedicatum esset, *fetiales* autem subiectum. Immo, *fetiales* epitheton est vocabuli *oratores*. Cf. *fetiales legatos* (Varro, De vita populi Romani lib. II ap. Non. Marc., p. 529 M), *legatum fetialem* (T. Liv. IX, 11, 11), *sacerdos fetialis* (Wilmanns, *Exempla I. L.*, n. 1166 et 1203b; Renier, *Inscr. rom. de l'Algérie*, n. 1808). *Oratores* autem h. l. *legatos* significat, ut apud antiquos, quorum sermonem in legum formulis imitatur Cicero. Cf. Paul. ex Festo: *A d o r a r e apud antiquos significabat agere; unde et legati o r a t o r e s dicuntur, quia mandata populi agunt;* id.: *O r a t o r e s... Hi modo appellantur legati;* Festus: *O r a t o r e s... Eos nostri antiqui pro*

---

1) Vid. Vahlen, *l. l.*, p. 77—79, et *Gesamm. philolog. Schriften*, t. I, p. 347—349.

2) *Kritische Beiträge zur Geschichte der Lateinischen Sprache*, p. 232.

3) Immo, earum rerum iudices erant. Cf. Varro, De vita populi Romani lib. III ap. Non. Marcell., p. 529 M: *Si autem legati violati essent, qui id fecissent, quamvis nobiles essent, uti dederentur civitati statuerunt; fetialesque viginti, qui de his rebus cognoscerent, i u d i c a r e n t et statuerent, constituerunt.* Adde quod Dionysius Halicarn. (II, 72) fetiales εἰρηνοδίκας appellat.

litterae, quercus huic loco non deerit, quae Mariana dicatur, eaque, ut ait Scaevola de fratris mei Mario,

Canescet saeclis innumerabilibus.

Egregie fallitur in his verbis interpretandis Ad. Du Mesnil Bakium secutus. Putat enim iungi debere *Scaevola de fratris mei Mario*, i. e. Scaevola qui in *Mario* comparet ibique sic loquitur: *Canescet*, etc. Fugit virum doctum versum

Canescet saeclis innumerabilibus

esse pentametrum, *Marium* autem Ciceronis carmen epicum fuisse et e meris hexametris constitisse. Quod idem negat *canescere* dici posse de carmine quod „plus uno maneat perenne saeclo", id abunde refellitur Petronii verbis, Sat. 2: *ac ne carmen quidem sani coloris enituit, sed omnia quasi eodem cibo pasta non potuerunt usque ad senectutem canescere.* Non est igitur dubium quin versus *Canescet*, etc. ad epigramma pertineat a Scaevola in laudem poëmatis Tulliani compositum.

De legg. I, 8, 24: *Nulla gens est neque tam mansueta neque tam fera, quae non, etiamsi ignoret, qualem habere deum deceat, tamen habendum sciat.*

Perverse interpretatur Ad. Du Mesnil: „*Mansueta*] Auch keine Hypercultur versteigt sich dazu, den Glauben an Gott aufzugeben." Non respexit verba *etiamsi ignoret — sciat:* de cognitione dei loquitur Cicero. At, inquies, nonne absurdum est dicere: *Nulla gens est tam mansueta, quae non deum habendum sciat*, quasi mirum sit eruditiores politioresque gentes hoc scire? Fateor hic Ciceronem parum accurate locutum esse. Hoc voluit: omnes gentes sine discrimine deum habendum sciunt. „Ea enim vis est, ut ait Vahlen [1]), copulatorum contrariorum, non ut utrumque per se spectetur, sed ut coniunctis duobus una efficiatur sententia universa".

Cf. Sall. Cat. 11, 3: *Avaritia... neque copia neque inopia minuitur.* Si summo iure agas, illud *neque inopia* damnabis ut minus idoneum; verum haec mens fuit Sallustii: Avaritia nullo modo minui potest. Sen. Consol. ad Marc. 11, 3: *alimenta metuens sua, quorum modo inopia* ⟨*deficit, modo copia*⟩ *rumpitur* (sic enim legendum). „Parum recte, inquit Gertz ad

---

1) *Opusc. acad.*, t. I, p. 77.

h. l., *inopia* hic nominari mihi videtur, ubi explicandum est cur alimenta nostra metuamus; nemo enim ea ob inopiam metuit." Hoc est rem ad vivum resecare. Sophocl. in Aiace, 131—132:

> ὡς ἡμέρα κλίνει τε κἀνάγει πάλιν
> ἅπαντα τἀνθρώπεια.

Repugnat totius loci sententiae *ἀνάγει πάλιν*, sed rerum humanarum inconstantiam et fortunae mobilitatem per contraria exprimere voluit tragicus.

Plurima sunt huius orationis formae exempla tam apud scriptores Graecos quam Latinos [1].

De legg. III, 9, 21: *Foederum pacis belli indotiarum (indutiarum* ex corr.) *oratorum fetiales iudices non sunto: bella disceptanto.* Sic codd. Praeclare Vahlen *non* in *nontii (= nuntii)* correxit coll. Cic. in Vatin. 15, 35: *ut non nuntios pacis ac belli, non oratores, non interpretes senatus deligere posset*, et Plat. Hipp. mai 281 A: *πρεσβευτήν, ἡγουμένη δικαστὴν καὶ ἄγγελον ἱκανώτατον εἶναι τῶν λόγων.* Recte H. Jordan [2]) *oratores* pro *oratorum* reposuit, sed prave idem scripsit: *Foederum — oratores fetiales <sunto>, iudices non sunto* [3]), quasi *oratores* praedicatum esset, *fetiales* autem subiectum. Immo, *fetiales* epitheton est vocabuli *oratores*. Cf. *fetiales legatos* (Varro, De vita populi Romani lib. II ap. Non. Marc., p. 529 M), *legatum fetialem* (T. Liv. IX, 11, 11), *sacerdos fetialis* (Wilmanns, *Exempla I. L.*, n. 1166 et 1203b; Renier, *Inscr. rom. de l'Algérie*, n. 1808). *Oratores* autem h. l. *legatos* significat, ut apud antiquos, quorum sermonem in legum formulis imitatur Cicero. Cf. Paul. ex Festo: *Adorare apud antiquos significabat agere; unde et legati oratores dicuntur, quia mandata populi agunt;* id.: *Oratores... Hi modo appellantur legati;* Festus: *Oratores... Eos nostri antiqui pro*

---

1) Vid. Vahlen, *l. l.*, p. 77—79, et *Gesamm. philolog. Schriften*, t. I, p. 347—349.

2) *Kritische Beiträge zur Geschichte der Lateinischen Sprache*, p. 232.

3) Immo, earum rerum iudices erant. Cf. Varro, De vita populi Romani lib. III ap. Non. Marcell., p. 529 M: *Si autem legati violati essent, qui id fecissent, quamvis nobiles essent, uti dederentur civitati statuerunt; fetialesque viginti, qui de his rebus cognoscerent, iudicarent et statuerent, constituerunt.* Adde quod Dionysius Halicarn. (II, 72) fetiales εἰρηνοδίκας appellat.

legatis appellant, ut Cato, etc.; Plaut. Poen. 384: *Impias, ere, te: oratorem verberas;* Ter. Hecyr. prol. II, 1: *Orator ad vos venio ornatu prologi*, ubi Donat.: *Oratorem audire oportere ius gentium est: oratorem non licet iniuriam pati;* Verg. Aen. VII, 153: *Centum oratores augusta ad moenia regis Ire iubet* [1]); itemque VII, 505; XI, 100, ubi Servius: *Oratores, legati, a perorando pro re publica nominati, quod orabant, id est agebant*, et 331; ac praecipue Varro l. l.:... *fetiales legatos res repetitum mittebant quattuor, quos oratores vocabant.*

Legimus igitur: *Foederum pacis belli indotiarum oratores fetiales iudices nontii sunto: bella disceptanto.*

Genetivi *foederum, pacis, belli, indotiarum* e substantivis *iudices, nontii* pendent. *Oratores fetiales* subiectum est; *iudices, nontii,* praedicatum.

De legg. II, 17, 44: *Tantum ponam brevi duplicem poenam esse divinam, quod constet ex vexandis vivorum animis et ea fama mortuorum, ut eorum exitium et iudicio vivorum et gaudio comprobetur.*

Scilicet Cicero tam hebetes lectores iudicabat, ut eos doceret *vivos*, non mortuos, morte malorum hominum gaudere. Repone: *bonorum. Boni* iudicio et gaudio exitium malorum comprobant. Erravit librarius, cum *vexandis vivorum animis* supra scripsisset.

AD CATULLUM.

Carm. XLVI, 10—11:

> *Longe quos simul a domo profectos*
> *Diverse varie viae reportant.*

Sic codd. Editores omnes post Lachmannum:

> *Diversae variae viae reportant.*

Perperam. Legendum:

> *Diversae varie viae reportant.*

Persaepe adverbium *varie* ex abundanti additur ad dissimilitudinem disertius declarandam. Cf. Sall. Cat. 52, 1: *Ceteri*

---

1) Ioculariter Sainte-Beuve (*Étude sur Virgile*, p. 174) vim verbi minus capiens: „Énée envoie donc une députation de cent orateurs (c'est beaucoup) au roi Latinus...."

verbo alius alii varie *assentiebantur;* 61, 9: *Ita* varie *per omnem exercitum laetitia, maeror, luctus atque gaudia agitabantur;* Vell. Pat. II, 38, 4: *inde* varie *possessa et saepe amissa partibus (Hispania);* Tac. Ann. I, 9: *vita eius* varie *extollebatur arguebaturve;* 47: *mox hiemem aut negotia* varie *causatus;* Juven. Sat. III, 264: *Haec inter pueros* varie *properantur;* etc.

Diversae viae, diversae semitae, diversa itinera, non *variae viae, variae semitae, varia itinera,* dicuntur.

Ad Sallustium.

Iug. 3, 2: *Nam vi quidem regere patriam aut parentes, quamquam et possis et delicta corrigas, tamen importunum est, cum praesertim omnes rerum mutationes caedem fugam aliaque hostilia portendant*

De interpretatione vocabuli *parentes* nonnihil dubitaverunt vv. dd. Nunc omnem dubitationem tollit comparatio loci, quem aperte imitatus est Sallustius. Is autem locus exstat non in *Critone* Platonis, p. 51 C [1]), ut vulgo putant, sed in septima epistularum quae Platonis nomine feruntur, ut olim vidit Manutius [2]). Verba Graeci scriptoris haec sunt [3]): ... πατέρα δὲ ἢ μητέρα οὐχ ὅσιον ἡγοῦμαι προσβιάζεσθαι μὴ νόσῳ παραφροσύνης ἐχομένους. ἐὰν δέ τινα καθεστῶτα ζῶσι βίον, ἑαυτοῖς ἀρέσκοντα, ἐμοὶ δὲ μή, μήτε ἀπεχθάνεσθαι μάτην νουθετοῦντα [4]) μήτε δὴ κολακεύοντά γε ὑπηρετεῖν αὐτοῖς... Ταὐτὸν δὴ καὶ περὶ πόλεως αὑτοῦ διανοούμενον χρὴ ζῆν τὸν ἔμφρονα· λέγειν μέν, εἰ μὴ καλῶς αὐτῷ φαίνοιτο πολιτεύεσθαι... βίαν δὲ πατρίδι πολιτείας μεταβολῆς μὴ προσφέρειν, ὅταν ἄνευ φυγῶν καὶ σφαγῆς ἀνδρῶν μὴ δυνατὸν ᾖ γίγνεσθαι τὴν ἀρίστην...

---

1) Βιάζεσθαι δ'οὐχ ὅσιον οὔτε μητέρα οὔτε πατέρα, πολὺ δὲ τούτων ἔτι ἧττον τὴν πατρίδα.

2) V. Frotscher, *Doctorum hominum commentaria in Sallustium,* vol. II, p. 16. Lipsiae, 1829.

3) P. 331 = p. 508 *Epistolograph. Graec.* ed. Hercher.

4) Cf. Sall. *l. l.,* § 3: *Frustra autem niti neque aliud se fatigando nisi odium quaerere extremae dementiae est.*

malignitatis arguit. Quod autem interrogatio *Satin sanus es?* postponitur, nihil est cur mireris; cf. v. 393—394: *Quid est?* | *Tibi pallam dedi, quam uxori meae surrupui? sanan es?*

Pernegante Menaechmo, Peniculus conturbatus ait secum: *Occisast haec res*, i. e. nequeo hominem cogere ut mihi prandii spe fraudato satisfaciat.

Mostell. 431 sqq.:

TH. *Habeo, Neptune, gratiam magnam tibi,*
Quod med amisisti abs te vix vivom modo.
Verum si posthac me pedem latum modo
Scies inposisse in undam, etc.

Lege: *Quod med amisisti abs te vix vivom domum.* Cf. Rud. 501: *nunc vix vivos amisit domum;* Men. 343: *perditum amittunt domum;* Capt. 36: *quo pacto hic servos suom erum hinc amittat domum;* Rud. 489: *amittit domum. Modo* in fine versus seq. fefellit librarium.

(Hanc emendationem a. 1876 publici iuris factam a. 1884 in edit. alteram *Mostellariae* recepit Lorenz, sed imprudens pro sua dedit, p. 219).

AD TERENTIUM.

Eun. 129—130:

PH. *Ne hoc quidem tacebit Parmeno.* PA. *Oh, dubiumne id est?*
TH. *Hoc agite, amabo.*

Sic codd. Recte Fleckeisen verba *Ne hoc quidem tacebit Parmeno* Parmenoni attribuit, minus recte alteram versus partem *(Oh, dubiumne id est?)* Thaidi. Nam si v. 129 Parmeno solus loquitur, quid est cur v. 130 Thais pluralem *agite* usurpet? Immo, verba *Oh, dubiumne id est?* verba sunt Phaedriae. Inest interrogationi mira acerbitas: „Num dubium est, inquit Phaedria, quin intumum me Thais habeat et sua consilia mihi credat omnia? „Ironice dictum amantem iratum arguit ἠθικῶς.

Eun. 512—514:

Ubi veni, causam, ut ibi manerem, repperit:
Ait rem divinam fecisse et rem seriam
Velle agere mecum.

Errant hic interpretes. Alii putant Thaidem rem divinam fecisse, ut sibi deos propitios redderet, cum rem seriam agere vellet. Alii existimant Thaidem hanc causam afferre, ut sermonem cum Chremete in aliud tempus differat. Neutri recte. Solebant antiqui, ubi rem divinam (i. e. sacrificium) fecerant, convivium apparare (cf. e. g. Plaut. Rud. 342 sqq.). Hanc causam Thais repperit, ut Chremetem ad cenam rogaret ibique cum eo rem scriam ageret.

Eun. 591. Refert Chaerea quae, tabulam spectans, in qua depicta erat Iovis et Danaës fabula, secum cogitaverit:

„*Ego homuncio hoc non facerem? Ego illud vero ita feci ac lubens.*

Claudicat versus; quippe in sexto pede duas breves efficit *ita*, cum iambus requiratur. Restituo:

„*Ego homuncio hoc non facerem? ego illud vero, ita ⟨ut⟩ feci, ac lubens.*

Unum et idem pronomina *hoc* et *illud* indicant, ut apud Ter. Andr. 74, 80: *haec... illam;* 129, 135: *haec soror... tum illa;* 286, 287; *huius... illi;* Eun. 749: *hanc... pro illa;* Phorm. 89, 91; *hic... illi;* 625, 627: *hanc... illam;* Hecyr. 646, 647: *hoc factum... illud factum;* 790, 792: *haec... illas;* Ad. 47, 50: *hunc maiorem... ille;* Cic. in Verr. IV, 37, 80: *Quid aut tu his respondere honeste potes, aut illi facere nisi ut te ac fidem tuam implorent?* Quid autem significant? Omnes de stupro interpretantur. Falso, mea quidem sententia. Nam cum haec secum loqueretur Chaerea [1]), nondum virginem vitiaverat. Quid ergo est? Iuppiter in hominem sese converterat, in eunuchum Chaerea. Id factum utrique commune est, quod alienam formam, et quidem humiliorem, induerunt, quod sic in aedes mulieris amatae irrepserunt. Hoc igitur dicit Chaerea: „Ego homuncio non idem facerem quod summus Iuppiter, qui mutata forma clanculum ad amicam devenit? ego illud vero facerem ac lubens, quemadmodum ipse re vera feci." *Facerem*, non *faciam*, scripsit Terentius; agitur enim de

1) Verba: *Ego illud vero — ac lubens* ab eis quae antecedunt seiungi non posse et ad Chaereae „soliloquium" (sit venia verbo) pertinere ostendit v. 592: *Dum haec mecum reputo.*

re praeterita [1]). Gaudet Chaerea se id, quod iam fecit, exemplo Iovis probari.

Ad. prol. 20—21. Laudat poëta „homines nobiles", qui eum in comoediis scribendis adiuvare dicebantur:

Quorum opera in bello, in otio, in negotio
Suo quisque tempore usust s i n e s u p e r b i a.

Qui sunt hi, qui superbia carent? Nempe homines nobiles, non cives qui eorum opera utebantur. *Sine superbia* ergo non quomodo enuntiationis subiectum agat, sed quomodo cum eo agatur, indicat. Eadem est horum locorum ratio: Plaut. Amph. 206: *Si s i n e v i et sine bello velint rapta et raptores tradere;* Ter. Eun. 790: *Qui scis an quae iubeam s i n e v i faciat?* Verg. Georg. IV, 398: *Nam s i n e v i non ulla dabit praecepta;* Plaut. Truc. 779: *Hic nunc volo scire, eodem pacto s i n e m a l o fateamini;* Ter. Eun. 713—714: *Non potest s i n e m a l o fateri;* Horat. Sat. I, 9, 59—60: *Nil s i n e m a g n o vita l a b o r e dedit mortalibus;* Sat. I, 1, 88—89: *cognatos, n u l l o natura l a b o r e quos tibi dat;* Plaut. Aul. 606: *Nunc s i n e o m n i s u s p i c i o n e in ara hic adsidam sacra.*

Ad 82—83:

MI. *Quid tristis es?* DE. *Rogas me, ubi nobis Aeschinus*
Siet, quid tristis ego sim.

Sic codd. Optime Dziatzko in edit. *Adelphorum* a. 1881 correxerat:

DE. *Rogas me? ubi nobis Aeschinus t?*
S c i e s, quid tristis ego sim.

Quod cur in novissima recensione a. 1884 repudiarit, non intellego. Hoc dicit Demea: „Ubi nobis Aeschinus est? Inquire, pervestiga, et scies, quid tristis ego sim." Abrupta oratio hominem commotum decet. De dativo „ethico" *nobis* cf. Heaut. 820: *Sed scin ubi nunc sit t i b i tua Bacchis?*

Ad. 979—981:

MI. *Syre, processisti hodie pulcre.* DE. *Siquidem porro*
Tu tuom officium facies atque huic aliquid paulum prae manu
Dederis, unde utatur: reddet tibi cito. MI. *I s t o c v i l i u s.*

---

1) V. Riemann, *Synt. lat.*, § 167, b.

Male interpretantur *istoc vilius* e Donato, qui ait: „Negatio est floccum ostendentis vel quid tale." Si ita esset, primae personae pronomine *hoc*, non secundae *istoc*, usus esset Terentius [1]). Probabilior est Suetonii explicatio apud Charisium, p. 190 K [2]): „Rex qui vocabat ad cenam, si sibi ea res exhibenda indiceretur quam exhibere non posset, respondebat: „isto vilius", hoc est „erit cena"." *Istoc* est ablativus qui dicitur differentiae, ut apud Plautum, Curc. 264: *Venire poteris intestinis vilius*, ubi Taubmann: „Vendi tamen poteris tanto minoris quanti essent intestina tua, si cum reliquo corpore integra venderentur"; Stich. 498: *Uno Gelasimo minus est quam dudum fuit*, i. e. actum est de Gelasimo, nullus est iam Gelasimus; [Sen.] De remed. fortuit, 11, 1: „*Pecuniam perdidi": habebis uno periculo minus.* Sensus est: „Istoc, quod poscis, res vilius venibit" vel „constabit", i. e. „istuc, quod poscis, de re detrahetur", i. e. „istuc, quod poscis, omitte". Haec abnuendi formula non a domino cenae immodestum convivam coërcente, ut ait Suetonius, sed ab aliquo condicionem iniquam in emendo vendendove repudiante, sumpta est.

Ad Varronem.

Sat. Menipp. fr. 115 (Buecheler, ed. IV, 1904):

Non vides ipsos deos, si quando volunt gustare vinum, derepere ad hominum fana et tamen tum ipsi illi Libero simpuvio vinum dari?

Sensui repugnat coniunctio adversativa *tamen*. Porro *vinum dari* coniecturae debetur; codd. habent *vinitari*. Pro *tamen tum* repono *temetum*, quo vocabulo alibi (fr. 113 et 310) usus est Varro; *vinitari* autem, quod est nihili, in *ministrari* mutandum censeo.

Fr. 145: *Priusquam responderem, foris nescio quis occupat res indicare.*

Inepte. Scribe: *Priusquam responderem, forensis nescio quis occupat res iudicare.* Cf. fr. 147: *Forenses decernunt ut Existimatio nomen meum in sanorum numerum referat. Res*

---

1) Frustra ex hac difficultate se expedire conatur Dziatzko. Cf. Ad. 163: *huius non faciam.*

2) V. *Suetonii reliq.* ed. Reiff., p. 148—149.

iudicare formula nota. Lex XII tab. ap. Gell. XX, 1, 45: *Aeris confessi rebusque iure iudicatis triginta dies iusti sunto;* Sen. Apokol. 11, 5: *rerum iudicandarum vacationem;* etc.

Fr. 161: *Capite aperto esse iubet, ante lucem suscitat, frigore torret, venatum eicit ieiunio vilicum.*

Disciplina describitur ad durandum corpus idonea. Quid ei cum *vilico*? Exturbandus importunus iste *vilicus*, qui per coniecturam huc irrepsit; nam codd. habent *vellicem*. Corrigo: *venatum eicit, ieiunio vellicat.* Ut enim sagina torporem affert, ita ieiunium excitat homines et stimulat. Cf. Sen. ep. 20, 13: *Necessarium ego iudico... aliquos dies interponere, quibus nos imaginaria paupertate exerceamus ad veram. Quod eo magis faciendum est, quod deliciis permaduimus et omnia dura ac difficilia iudicamus: potius excitandus e somno et vellicandus est animus admonendusque naturam nobis minimum constituisse;* 123, 3: *Magna pars libertatis est bene moratus venter et contumeliae patiens.*

Fr. 211: *Quid? sutrinas facere inscius nihil homo agis.*

Cod. Leid. habet: *sutrinas qui facere.* Inde conicio:

<*Velút*> *sutrinam sí qui faceret ínscius:*
Nihil, hómo, agis.

Interpellat hominem imperitum et artem aliquam affectantem. Locus communis; cf. Pers. Sat. V, 96 sqq., ubi Casaubon. Mendosa lectio *sutrinas* pro *sutrinam (sutrinā) si* antiqua est, ut patet ex Nonio, qui hoc fragmentum servavit: *Sutrinas, a suendo. Si qui (= si quis)* etiam fr. 235 invenitur: *Si qui patriam — exstinguit, in eo est culpa*, etc.

Fr. 279: *Utri magis sunt pueri? hi pusilli nigri, qui exspectant nundinas, ut magister dimittat lusum...?*

Quid sint *pusilli nigri*, nemo, opinor, intellegere potest. Pueri, qui exspectant ferias, non sunt *nigri*, sed *pigri.* Sic una litterula mutata emendabis locum.

Fr. 344: *Non haec res de Venere paeta strabam facit.*

Per interrogationem sententia infertur: *Non (= nonne) haec res de Venere paeta strabam facit? Haec res*, i. e. pecunia, de cuius vi et potentia in hac satira (*Octogesis*, περὶ νομισμάτων) agit Varro. Quod pecunia Venerem de paeta strabam facit

(gallice: „fait loucher"), id lepide significat Venerem pecuniam concupiscere. Cf. Lucil. fr. 704—705 cum nota Marxii, qui laudat Varronem, Sat. Menipp. fr. 176, sed nostrum locum neglexit.

Fr. 378: *Praetor vester eripuit mihi pecuniam. De ea questum ad annum veniam ad novum magistratum, cum hic rapo umbram quoque spei devorasset.*

Futurum *veniam* nequaquam cum enuntiatione *cum devorasset* congruit. Perfectum requiritur: *veni ad novum magistratum.* In *veniad* librarius sibi videre visus est *veniãad.*

Fr. 439: *cum sumere coepisset, voluptas detineret, cum sat haberet, satias manum de mensa tolleret.*

Officia partium corporis humani describit Prometheus, et quo consilio unamquamque earum finxerit, ostendit (fr. 430). Itaque suppleo: <*ut*>, *cum sumere coepisset*, etc.

Fr. 490: *Se circumspexe atque invenisse se, cum dormire coepisset tam glaber quam Socrates, calva esse factum ericium e pilis albis, cum proboscide.*

Non fuit glaber Socrates (quippe barbatus erat), sed calvus. Lege igitur et distingue: *tam glaber quam Socratis calva, esse factum ericium.*

Fr. 512: *O di, si possumus quod debemus populo, in foro medio luci claro decoquere.*

Quid sibi vult ista exclamatio? quid *si possumus*, cum exspectes *si possimus?* Codd. habent *odie* vel *hodie.* Restituo: *Hodie, si* <*volumus*>, *possumus — decoquere.* Temporis sui mores, ut solet, exagitat Varro.

De vita populi Romani lib. I ap. Non. Marcell, p. 43—44 M: *Pecunia, quae erat parva: ab eo paupertas dicta*, etc.

Lege et distingue: *Pecunia quod erat parva, ab eo paupertas dicta*, etc.

Ibid. p. 494 M: *Haec aedis, quae nunc est, multis annis post factast, denique omnia regiis temporibus delubra parva facta.*

Sic recte Madvigius (*Adv. crit.*, t. II, p. 667), nisi quod malim:... *factast: utique omnia — parva facta.*

Ad Ciceronem.

De legg. I, 1, 1:... *verum tamen, dum Latinae loquentur*

litterae, quercus huic loco non deerit, quae Mariana dicatur, eaque, ut ait Scaevola de fratris mei Mario,

Canescet saeclis innumerabilibus.

Egregie fallitur in his verbis interpretandis Ad. Du Mesnil Bakium secutus. Putat enim iungi debere *Scaevola de fratris mei Mario*, i. e. Scaevola qui in *Mario* comparet ibique sic loquitur: *Canescet*, etc. Fugit virum doctum versum

Canescet saeclis innumerabilibus

esse pentametrum, *Marium* autem Ciceronis carmen epicum fuisse et e meris hexametris constitisse. Quod idem negat *canescere* dici posse de carmine quod „plus uno maneat perenne saeclo", id abunde refellitur Petronii verbis, Sat. 2: *ac ne carmen quidem sani coloris enituit, sed omnia quasi eodem cibo pasta non potuerunt usque ad senectutem canescere.* Non est igitur dubium quin versus *Canescet*, etc. ad epigramma pertineat a Scaevola in laudem poëmatis Tulliani compositum.

De legg. I, 8, 24: *Nulla gens est neque tam mansueta neque tam fera, quae non, etiamsi ignoret, qualem habere deum deceat, tamen habendum sciat.*

Perverse interpretatur Ad. Du Mesnil: „*Mansueta*] Auch keine Hypercultur versteigt sich dazu, den Glauben an Gott aufzugeben." Non respexit verba *etiamsi ignoret — sciat:* de cognitione dei loquitur Cicero. At, inquies, nonne absurdum est dicere: *Nulla gens est tam mansueta, quae non deum habendum sciat*, quasi mirum sit eruditiores politioresque gentes hoc scire? Fateor hic Ciceronem parum accurate locutum esse. Hoc voluit: omnes gentes sine discrimine deum habendum sciunt. „Ea enim vis est, ut ait Vahlen [1]), copulatorum contrariorum, non ut utrumque per se spectetur, sed ut coniunctis duobus una efficiatur sententia universa".

Cf. Sall. Cat. 11, 3: *Avaritia... neque copia neque inopia minuitur.* Si summo iure agas, illud *neque inopia* damnabis ut minus idoneum; verum haec mens fuit Sallustii: Avaritia nullo modo minui potest. Sen. Consol. ad Marc. 11, 3: *alimenta metuens sua, quorum modo inopia* ⟨*deficit, modo copia*⟩ *rumpitur* (sic enim legendum). „Parum recte, inquit Gertz ad

---

1) *Opusc. acad.*, t. I, p. 77.

h. l., *inopia* hic nominari mihi videtur, ubi explicandum est cur alimenta nostra metuamus; nemo enim ea ob inopiam metuit." Hoc est rem ad vivum resecare. Sophocl. in Aiace, 131—132:

> *ὡς ἡμέρα κλίνει τε κἀνάγει πάλιν*
> *ἅπαντα τἀνθρώπεια.*

Repugnat totius loci sententiae *ἀνάγει πάλιν*, sed rerum humanarum inconstantiam et fortunae mobilitatem per contraria exprimere voluit tragicus.

Plurima sunt huius orationis formae exempla tam apud scriptores Graecos quam Latinos [1]).

De legg. III, 9, 21: *Foederum pacis belli indotiarnm (indutiarum* ex corr.) *oratorum fetiales iudices non sunto: bella disceptanto.* Sic codd. Praeclare Vahlen *non* in *nontii (= nuntii)* correxit coll. Cic. in Vatin. 15, 35: *ut non nuntios pacis ac belli, non oratores, non interpretes senatus deligere posset,* et Plat. Hipp. mai 281 A: *πρεσβευτήν, ἡγουμένη δικαστὴν καὶ ἄγγελον ἱκανώτατον εἶναι τῶν λόγων.* Recte H. Jordan [2]) *oratores* pro *oratorum* reposuit, sed prave idem scripsit: *Foederum — oratores fetiales ⟨sunto⟩, iudices non sunto* [3]), quasi *oratores* praedicatum esset, *fetiales* autem subiectum. Immo, *fetiales* epitheton est vocabuli *oratores.* Cf. *fetiales legatos* (Varro, De vita populi Romani lib. II ap. Non. Marc., p. 529 M), *legatum fetialem* (T. Liv. IX, 11, 11), *sacerdos fetialis* (Wilmanns, *Exempla I. L.*, n. 1166 et 1203b; Renier, *Inscr. rom. de l'Algérie*, n. 1808). *Oratores* autem h. l. *legatos* significat, ut apud antiquos, quorum sermonem in legum formulis imitatur Cicero. Cf. Paul. ex Festo: *Adorare apud antiquos significabat agere; unde et legati oratores dicuntur, quia mandata populi agunt;* id.: *Oratores... Hi modo appellantur legati;* Festus: *Oratores... Eos nostri antiqui pro*

---

1) Vid. Vahlen, *l. l.*, p. 77—79, et *Gesamm. philolog. Schriften*, t. I, p. 347—349.

2) *Kritische Beiträge zur Geschichte der Lateinischen Sprache*, p. 232.

3) Immo, earum rerum iudices erant. Cf. Varro, De vita populi Romani lib. III ap. Non. Marcell., p. 529 M: *Si autem legati violati essent, qui id fecissent, quamvis nobiles essent, uti dederentur civitati statuerunt; fetialesque viginti, qui de his rebus cognoscerent, iudicarent et statuerent, constituerunt.* Adde quod Dionysius Halicarn. (II, 72) fetiales *εἰρηνοδίκας* appellat.

legatis appellant, ut Cato, etc.; Plaut. Poen. 384: *Impias, ere, te: oratorem verberas;* Ter. Hecyr. prol. II, 1: *Orator ad vos venio ornatu prologi*, ubi Donat.: *Oratorem audire oportere ius gentium est: oratorem non licet iniuriam pati;* Verg. Aen. VII, 153: *Centum oratores augusta ad moenia regis Ire iubet* [1]); itemque VII, 505; XI, 100, ubi Servius: *Oratores, legati, a perorando pro re publica nominati, quod orabant, id est agebant*, et 331; ac praecipue Varro l. l.:... *fetiales legatos res repetitum mittebant quattuor, quos oratores vocabant.*

Legimus igitur: *Foederum pacis belli indotiarum oratores fetiales iudices nontii sunto: bella disceptanto.*

Genetivi *foederum, pacis, belli, indotiarum* e substantivis *iudices, nontii* pendent. *Oratores fetiales* subiectum est; *iudices, nontii,* praedicatum.

De legg. II, 17, 44: *Tantum ponam brevi duplicem poenam esse divinam, quod constet ex vexandis vivorum animis et ea fama mortuorum, ut eorum exitium et iudicio vivorum et gaudio comprobetur.*

Scilicet Cicero tam hebetes lectores iudicabat, ut eos doceret *vivos*, non mortuos, morte malorum hominum gaudere. Repone: *bonorum. Boni* iudicio et gaudio exitium malorum comprobant. Erravit librarius, cum *vexandis vivorum animis* supra scripsisset.

Ad Catullum.

Carm. XLVI, 10—11:

Longe quos simul a domo profectos
Diverse varie viae reportant.

Sic codd. Editores omnes post Lachmannum:

Diversae variae viae reportant.

Perperam. Legendum:

Diversae varie viae reportant.

Persaepe adverbium *varie* ex abundanti additur ad dissimilitudinem disertius declarandam. Cf. Sall. Cat. 52, 1: *Ceteri*

---

1) Ioculariter Sainte-Beuve (*Étude sur Virgile*, p. 174) vim verbi minus capiens: „Énée envoie donc une députation de cent orateurs (c'est beaucoup) au roi Latinus...."

verbo alius alii v a r i e *assentiebantur;* 61, 9: *Ita* v a r i e *per omnem exercitum laetitia, maeror, luctus atque gaudia agitabantur;* Vell. Pat. II, 38, 4: *inde* v a r i e *possessa et saepe amissa partibus (Hispania);* Tac. Ann. I, 9: *vita eius* v a r i e *extollebatur arguebaturve;* 47: *mox hiemem aut negotia* v a r i e *causatus;* Juven. Sat. III, 264: *Haec inter pueros* v a r i e *properantur;* etc.

Diversae viae, diversae semitae, diversa itinera, non *variae viae, variae semitae, varia itinera,* dicuntur.

AD SALLUSTIUM.

Iug. 3, 2: *Nam vi quidem regere patriam aut parentes, quamquam et possis et delicta corrigas, tamen importunum est, cum praesertim omnes rerum mutationes caedem fugam aliaque hostilia portendant*

De interpretatione vocabuli *parentes* nonnihil dubitaverunt vv. dd. Nunc omnem dubitationem tollit comparatio loci, quem aperte imitatus est Sallustius. Is autem locus exstat non in *Critone* Platonis, p. 51 C [1]), ut vulgo putant, sed in septima epistularum quae Platonis nomine feruntur, ut olim vidit Manutius [2]). Verba Graeci scriptoris haec sunt [3]): ...πατέρα δὲ ἢ μητέρα οὐχ ὅσιον ἡγοῦμαι προσβιάζεσθαι μὴ νόσῳ παραφροσύνης ἐχομένους. ἐὰν δέ τινα καθεστῶτα ζῶσι βίον, ἑαυτοῖς ἀρέσκοντα, ἐμοὶ δὲ μή, μήτε ἀπεχθάνεσθαι μάτην νουθετοῦντα [4]) μήτε δὴ κολακεύοντά γε ὑπηρετεῖν αὐτοῖς... Ταὐτὸν δὴ καὶ περὶ πόλεως αὑτοῦ διανοούμενον χρὴ ζῆν τὸν ἔμφρονα· λέγειν μέν, εἰ μὴ καλῶς αὐτῷ φαίνοιτο πολιτεύεσθαι... βίαν δὲ πατρίδι πολιτείας μεταβολῆς μὴ προσφέρειν, ὅταν ἄνευ φυγῶν καὶ σφαγῆς ἀνδρῶν μὴ δυνατὸν ᾖ γίγνεσθαι τὴν ἀρίστην...

---

1) Βιάζεσθαι δ᾽οὐχ ὅσιον οὔτε μητέρα οὔτε πατέρα, πολὺ δὲ τούτων ἔτι ἧττον τὴν πατρίδα.

2) V. Frotscher, *Doctorum hominum commentaria in Sallustium*, vol. II, p. 16. Lipsiae, 1829.

3) P. 331 = p. 508 *Epistolograph. Graec.* ed. Hercher.

4) Cf. Sall. *l. l.*, § 3: *Frustra autem niti neque aliud se fatigando nisi odium quaerere extremae dementiae est.*

Testimoniis, quae de epistulis Platoni adscriptis collegit Westermann [1]), addenda est Sallustii imitatio.

Iug. 4, 5: *Nam saepe ego audivi Q. Maxumum P. Scipionem, praeterea civitatis nostrae praeclaros viros solitos ita dicere, cum maiorum imagines intuerentur, vehementissime sibi animum ad virtutem accendi.*

Minime probandi sunt interpretes, qui de Q. Fabio Cunctatore et de P. Scipione Africano maiore cogitaverunt. Neque inter illos viros intercessit necessitudo quam asyndeton *Q. Maxumum P. Scipionem* denotat, neque cum eorum aetate congruit quod Sallustius ait: *saepe ego audivi — solitos ita dicere.* Quotus quisque reliquus Sallustii temporibus, qui Fabium Cunctatorem aut Africanum maiorem vidisset et eorum verba excepisset? Prodigii instar forent tales μακρόβιοι; quippe Cunctator decessit a. 550 U. C. (= 204 a. C. n.), Africanus autem maior circa a. 570 U. C. (= 184 a. C. n.); Sallustius vero natus est a. 668 U. C. (= 86 a. C. n.). De Q. Fabio Maximo et de P. Scipione Africano minore, L. Aemilii Pauli filiis, agitur. Eorum nomina saepe consociata leguntur [2]); eos, e nobilissima familia ortos, in nobilissimas familias adoptatos, maiorum gloria ad virtutem debuit accendere. Quin etiam ipse Aemilianus a Polybio (XXXII, 10, 10) sic locutus fertur: δόξω γὰρ αὐτόθεν ἐμαυτῷ καὶ τῆς οἰκίας ἄξιος εἶναι καὶ τῶν προγόνων. Ecquid haec ad exstirpandum inveteratum errorem sufficient?

Orat. Lepidi, 1: *Clementia et probitas vostra, Quirites, quibus per ceteras gentis maxumi et clari estis, plurumum timoris mihi faciunt advorsum tyrannidem L. Sullae, ne, quae ipsi nefanda aestumatis, ea parum credundo de aliis circumveniamini (praesertim cum illi spes omnis in scelere atque perfidia sit neque se aliter tutum putet, quam si peior atque intestabilior metu vostro fuerit, quo captis libertatis cu-*

---

1) *Commentationis de epistolarum scriptoribus Graecis pars VII*, p. 3—4. Lipsiae, 1855.

2) Cf. Cic. Lael. 19, 68: *(Scipio) Quintum... Maximum fratrem, egregium virum omnino, sibi nequaquam parem, quod is anteibat aetate, tamquam superiorem colebat.* Apud Sallustium Q. Maximus prior nominatur.

ram miseria eximat) aut, si provideritis, in vitandis periculis magis quam ulciscendo teneamini.

Metu vostro, inquiunt, est ablativus instrumenti idemque valet atque *metu in vobis excitato.* Quod iure suo respuit Kritzius, cui obsequi noluerunt. Nempe *praesertim cum*, etc. explicatio est enuntiati: *ne — parum credundo — circumveniamini*, quo *securos et improvidos* periculi admonet Lepidus. Quid ad haec attinet *metu in vobis excitato?* quid autem sibi volunt comparativi *peior atque intestabilior?* quî *peior atque intestabilior* civium metu excitato fieri Sulla potest? Ne multa, ea ingredienda est via, quam monstravit Kritzius.

Omnes norunt loquendi rationem: *spe*, *opinione*, *exspectatione maior* et sim. Latius patet hic ablativi usus quam vulgo credunt. Cf. Lucan. I, 635: *Sed venient maiora metu;* Sen. Phaedr. 1032—1033: *malum maius timore;* Sil. Ital. V, 348: *leviora pavore* [1]); Horat. epod. 17, 62: *tardiora fata votis;* Ovid. Ars am. I, 90: *Haec loca sunt voto fertiliora tuo;* Vell. Pat. II, 40, 2: *Pompeius suoque et civium voto maior;* Lucan. V, 532: *Exspecta votis maiora modestis;* VI, 215: *voto certior omni;* Manil. IV, 674: *India notitia maior;* Ovid. Ibis, 92: *Plenius ingenio sit miser ille meo;* Manil. IV, 160: *Natura ingĕnio minor est.*

Eiusmodi est ablativus *metu vostro.* Intellege: quam si peior atque intestabilior quam vos metuitis fuerit. Optime quadrat hoc in totius loci sententiam: „Timeo, inquit Lepidus, ne circumveniamini, dum parum intellegitis quam nefaria Sullae mens sit; is enim non aliter se tutum putat, quam si scelere et perfidia quicquid timere potestis excesserit".

In eis quae sequuntur *quo* non ad *metu* refertur, ut voluit Jacobs, sed coniunctionis vice fungitur. *Quo* pro *ut*, nullo comparativo sequente, alibi usurpat Sallustius: Cat. 11, 5; 33, 1; 38, 3; 58, 3; Jug. 52, 6.

---

1) Senecae et Silii locos attulit Bentleius ad Lucan. II, 225, ubi reponi vult: *graviora metu.*

Testimoniis, quae de epistulis Platoni adscriptis collegit Westermann [1]), addenda est Sallustii imitatio.

Iug. 4, 5: *Nam saepe ego audivi Q. Maxumum P. Scipionem, praeterea civitatis nostrae praeclaros viros solitos ita dicere, cum maiorum imagines intuerentur, vehementissime sibi animum ad virtutem accendi.*

Minime probandi sunt interpretes, qui de Q. Fabio Cunctatore et de P. Scipione Africano maiore cogitaverunt. Neque inter illos viros intercessit necessitudo quam asyndeton *Q. Maxumum P. Scipionem* denotat, neque cum eorum aetate congruit quod Sallustius ait: *saepe ego* a u d i v i — *solitos ita dicere.* Quotus quisque reliquus Sallustii temporibus, qui Fabium Cunctatorem aut Africanum maiorem vidisset et eorum verba excepisset? Prodigii instar forent tales μακρόβιοι; quippe Cunctator decessit a. 550 U. C. (= 204 a. C. n.), Africanus autem maior circa a. 570 U. C. (= 184 a. C. n.); Sallustius vero natus est a. 668 U. C. (= 86 a. C. n.). De Q. Fabio Maximo et de P. Scipione Africano minore, L. Aemilii Pauli filiis, agitur. Eorum nomina saepe consociata leguntur [2]); eos, e nobilissima familia ortos, in nobilissimas familias adoptatos, maiorum gloria ad virtutem debuit accendere. Quin etiam ipse Aemilianus a Polybio (XXXII, 10, 10) sic locutus fertur: δόξω γὰρ αὐτόθεν ἐμαυτῷ καὶ τῆς οἰκίας ἄξιος εἶναι καὶ τῶν προγόνων. Ecquid haec ad exstirpandum inveteratum errorem sufficient?

Orat. Lepidi, 1: *Clementia et probitas vostra, Quirites, quibus per ceteras gentis maxumi et clari estis, plurumum timoris mihi faciunt advorsum tyrannidem L. Sullae, ne, quae ipsi nefanda aestumatis, ea parum credundo de aliis circumveniamini (praesertim cum illi spes omnis in scelere atque perfidia sit neque se aliter tutum putet, quam si* p e i o r a t q u e i n t e s t a b i l i o r m e t u v o s t r o *fuerit, quo captis libertatis cu-*

---

1) *Commentationis de epistolarum scriptoribus Graecis pars VII,* p. 3—4. Lipsiae, 1855.

2) Cf. Cic. Lael. 19, 68: *(Scipio) Quintum... Maximum fratrem, egregium virum omnino, sibi nequaquam parem, quod is anteibat aetate, tamquam superiorem colebat.* Apud Sallustium Q. Maximus prior nominatur.

ram miseria eximat) aut, si provideritis, in vitandis periculis magis quam ulciscendo teneamini.

Metu vostro, inquiunt, est ablativus instrumenti idemque valet atque *metu in vobis excitato.* Quod iure suo respuit Kritzius, cui obsequi noluerunt. Nempe *praesertim cum*, etc. explicatio est enuntiati: *ne — parum credundo — circumveniamini*, quo *securos et improvidos* periculi admonet Lepidus. Quid ad haec attinet *metu in vobis excitato?* quid autem sibi volunt comparativi *peior atque intestabilior?* quî *peior atque intestabilior* civium metu excitato fieri Sulla potest? Ne multa, ea ingredienda est via, quam monstravit Kritzius.

Omnes norunt loquendi rationem: *spe, opinione, exspectatione maior* et sim. Latius patet hic ablativi usus quam vulgo credunt. Cf. Lucan. I, 635: *Sed venient maiora metu;* Sen. Phaedr. 1032—1033: *malum maius timore;* Sil. Ital. V, 348: *leviora pavore* [1]; Horat. epod. 17, 62: *tardiora fata votis;* Ovid. Ars am. I, 90: *Haec loca sunt voto fertiliora tuo;* Vell. Pat. II, 40, 2: *Pompeius suoque et civium voto maior;* Lucan. V, 532: *Exspecta votis maiora modestis;* VI, 215: *voto certior omni;* Manil. IV, 674: *India notitia maior;* Ovid. Ibis, 92: *Plenius ingenio sit miser ille meo;* Manil. IV, 160: *Natura ingenio minor est.*

Eiusmodi est ablativus *metu vostro.* Intellege: quam si peior atque intestabilior quam vos metuitis fuerit. Optime quadrat hoc in totius loci sententiam: „Timeo, inquit Lepidus, ne circumveniamini, dum parum intellegitis quam nefaria Sullae mens sit; is enim non aliter se tutum putat, quam si scelere et perfidia quicquid timere potestis excesserit".

In eis quae sequuntur *quo* non ad *metu* refertur, ut voluit Jacobs, sed coniunctionis vice fungitur. *Quo* pro *ut*, nullo comparativo sequente, alibi usurpat Sallustius: Cat. 11, 5; 33, 1; 38, 3; 58, 3; Jug. 52, 6.

---

1) Senecae et Silii locos attulit Bentleius ad Lucan. II, 225, ubi reponi vult: *graviora metu.*

Ad Manilium.

Astron. IV, 37—42:

Quid referam Cannas admotaque moenibus arma?
Postque tuos, Trasimene, lacus Fabiumque morantem
Varronemque fuga magnum, quod vivere posset,
Accepisse iugum victae Carthaginis arces?
Speratum Hannibalem nostris cecidisse catenis
Exiliumque rei furtiva morte luisse?

Iamdudum senserat Scaliger pro *rei* reponendum esse *regi*, i. e. Prusiae. Sed quod idem scribit:

Exilium regi furtiva morte luisse,

non omnino placet; offendit quippe asyndeton *Hannibalem cecidisse, luisse.* Itaque potius scripserim:

Regique exilium furtiva morte luisse.

Cum *rēgi* in *rĕi* mutatum esset, metro labanti opem tulit sciolus quidam verba traiciendo. Similiter apud Iuvenalem, Sat. VIII, cum librarius *multo* pro *mulio* legisset, traiectione verborum versum 148:

Ipse rotam adstringit sufflamine mulio consul

sic reconcinnavit:

Ipse rotam adstringit multo sufflamine consul.

Verba Manilii subobscura sic interpretor. *Exilium*, quod alibi (v. g. ap. Tac. Ann. XIII, 55) locus est exilii, hic hospitium exuli datum significat. *Luere exilium* idem valet atque *rependere pretium hospitii exuli dati.* Scilicet Hannibal voluntaria morte Prusiam, suspectum Romanis propter hostem receptum, imminentis belli metu liberavit: sic hospiti exul gratiam retulit. Non ad historiae fidem, sed ut poëta loquitur Manilius.

IV, 94:

Quin etiam infelix virtus e t *noxia felix.*

Satis dure. Elegantius:

Quin etiam infelix virtus e s t, *noxia felix.*

IV, 173—174:

Navigat; et celeris optando sortibus annos
Dulcibus usuris a e q u o *quoque tempora vendit.*

Frustra in verbis *aequo quoque* interpretandis se torserunt vv. dd. Repone:

Dulcibus usuris vitae quoque tempora vendit.

Cf. Anthol. Lat. ed. Riese, n. 81, v. 12—13 (= Poët. Lat. min. ed. Baehrens, t. IV, p. 91):

I nunc et vitae fugientis tempora vende
Divitibus cenis!

Paulin. Nol. carm. XXV:

Dumque alimenta perdant, vivendi tempora perdunt.

Fenerator, qui celeres optat annos, ut usuras usurarum accumulet, semper futurum anticipat, nunquam praesenti vita fruitur: sic lucro inhianti „fugaces labuntur anni".

In VITAEQVOQVE librarius vocem *aequo* sibi viderc visus est et *quoque* per dittographiam subiunxit, deinde VIT ut supervacuum delevit.

IV, 368:

Altius est acies animi mittenda sagacis.

Lege:

Altius est acies animi immittenda sagacis.

Cf. V, 532: *Verticibus mediis oculos immittet avaros;* Sen. De clement. I, 1, 1: *tum immittere oculos in hanc immensam multitudinem.*

V, 124:

Pacis bella probant curaeque alimenta ministrant.

Pro *curaeque* legendum arbitror: *iraeque.*

V, 175—182:

. . . Quibus adspirantibus orti
Te, Meleagre, colunt flammis absentibus ustum
Reddentemque tuae per mortem munera matri,
Cuius et ante necem paulatim vita sepulta est,
Atque Atalanteos conatum ferre labores,
Et Calydonea bellantem rupe puellam
Vincentemque viros et, quam potuisse videre
Virgine maius erat, sternentem vulnere primo.

Versum 179: *Atque Atalanteos*, etc. de Meleagro accipiunt. Perperam. Nam cum Meleagri mortem paulo ante memoraverit poëta, ineptum est nunc de eius laboribus loqui. Participium *conatum* substantivi vice fungitur (= *illum virum, qui*

conatus est), quemadmodum l. II, v. 40: *Sicula tellure creatus* est poëta e Sicilia oriundus, i. e. Theocritus. Milanionem intellege, in quem optime cadunt verba *conatum ferre labores*. Cf. Xenoph. Cyneg. 1, 2: *καὶ ἐγένοντο αὐτῷ μαθηταὶ κυνηγεσίων τε καὶ ἑτέρων καλῶν Κέφαλος, Ἀσκληπιός, Μ ε λ α ν ί ω ν*... 7: *Μελανίων δὲ τοσοῦτον ὑπερέσχε Φ ι λ ο π ο ν ί ᾳ ὥστε ὧν αὐτῷ ἀντερασταὶ ἐγένοντο οἱ ἄριστοι τῶν τότε μεγίστων γάμων μόνος ἔτυχεν Ἀταλάντης.*

Propert. I, 1, 9—10:

Milanion n u l l o s fugiendo, Tulle, l a b o r e s
Saevitiam durae contudit Iasidos.

Ovid. Ars am. II, 185—190:

Quid fuit asperius Nonacrina Atalanta?
Succubuit meritis trux tamen illa viri.
Saepe suos casus nec mitia facta puellae
Flesse sub arboribus Milaniona ferunt.
Saepe tulit iusso fallacia retia collo,
Saepe fera torvos cuspide fixit apros.

Ad v. 181 Jacob haec adnotat: „*Quam* posse ita inferri, ut belluam feramve suppleas, nunquam credam". Iure contra dixit Ellis: „Mox v. 181 *et quam* recte tradi videtur; suem Calydoniam significat." Cf. enim Manil. V, 644—645:

... et medicas artes in membra ferarum
Noverit, humanos et q u a e nascentur ad usus.

Intellege: *ferarum et (earum) quae humanos nascentur ad usus*, i. e. *et pecudum*. Similiter vox *avis* non exprimitur, sed per circuitionem effertur ap. Sen. Oedip. 390: *Nec alta caeli q u a e levi pinna secant*, i. e. volucres; Martial. III. 58, 14: *Nomenque debet q u a e rubentibus pinnis*, i. e. avis quae phoenicopterus vocatur; Stat. Silv. II, 4, 28: *Nec q u a s humenti Numidae rapuere sub austro*, i. e. Numidicae aves.

V, 322—323:

... Necnon lascivit amores
In varios ponitque forum s u a d e tque Lyaeo.

Audiamus J. Fr. Gronovium in praeclaro illo opere *De Sestertiis*, l. IV, c. 3, p. 279 (Lugd. Bat. 1691): „...simplicissimum puto: *ponitque forum g a u d e tque Lyaeo*. Nec difficilis mutatio τοῦ *gaudet* in *suadet*. Nam S et G facile confu-

disse veteres librarios ad Livium, ubi *senes* ἀντὶ τοῦ *genus*, monstravimus: et Langobardicus character quia primi elementi superiorem angulum habet apertum (hoc modo, *u*), persaepe inter A et V vix ullam agnoscas differentiam. Manilius infra: *scelerum facie rerumque tumultu Gaudebunt*" In idem olim (1879) incideram collato Manil. V, 246: *Gaudebitque mero mergetque in pocula mentem.* Hanc emendationem in textum recipere editores noluerunt.

V, 620—628. Totum hunc locum e Cicerone in Verr. V, 45, 117—119 expressit Manilius.

AD VELLEIUM PATERCULUM.

II, 9, 1: *Clara etiam per idem aevi spatium fuere ingenia in togatis Afrani, in tragoediis Pacuvi atque Acci, usque in Graecorum ingeniorum comparationem evecti magnumque inter hos ipsos facientis operi suo locum, adeo quidem, ut in illis limae, in hoc paene plus videatur fuisse sanguinis.*

Ennii post *locum* inseruit Heinsius: „Excidit haud dubie nomen *Ennii* hoc loco: *magnumque inter hos ipsos facientis operi suo locum Ennii.* Cur enim tam celebris poëtae non meminisset inter complures alios minoris famae, quos huc congessit? et tamen securi interpretes hunc scopulum praeternavigarunt, etc." Probaverunt Ruhnken et Orelli, non pro solita sua prudentia. Fugit viros doctos Ennium Afrani, Pacuvi, Acci aequalem non fuisse, sed ad superiorem poëtarum aetatem pertinere, de qua Velleium in operis parte deperdita egisse verisimile est. Scilicet inter comicos hic solum Afranium nominat, de Plauto, Caecilio, Terentio tacet. Quodsi quis iudicet Velleium Accio nimiam laudem tribuisse, is reputet Romanum de Romana tragoedia loquentem aliquid gentis suae admirationi concedere protuisse. Accio tragico primas defert noster; cf. I, 17, 1: *in Accio circaque eum Romana tragoedia est.*

II, 25, 4: *Post victoriam, qua † demendes montem Tifata cum C. Norbano concurrerat Sulla*, etc.

Quid sub portentosa lectione *demendes* lateret, frustra quaesiverunt vv. dd. Tentarunt *descendens*, vel *ascendens*, vel *defendens*, vel alia eiusdem farinae. Nemo, quod sciam, animad-

vertit ex ista litterarum serie emergere verbum EMENDES [1]), quod in margine adscriptum (quippe mendose *Posuit victoriam* pro *Post victoriam* erat in codice) in textum intulit inscite librarius. Eo resecto, restat: *Post victoriam*, *qua d montem Tifata*, unde nullo negotio efficies: *Post victoriam*, *qua ⟨a⟩ d montem Tifata.* Cf. *pugna ad Trebiam*, *proelium ad Nolam*, *victoria ad Cannas*, *ad Regillum lacum concurrere*, etc.

II, 26, 3. Cum egregium facinus Calpurniae, Bestiae filiae, retulisset Velleius, subiunxit:

Quantum huius gloriae famaeque accessit nunc virtute eminet patria latet.

Locum a Ruhnkenio conclamatum via et ratione emendare conabimur. Non sine causa Velleius cum supra Calpurniam nominasset, addiderat *Bestiae filia.* Is fuit L. Calpurnius Bestia, qui consul flagitiosissimam cum Iugurtha pactionem fecerat (Sall. Iug. 28—29). Huius turpitudini virtus filiae opponitur; recte enim vidit Haupt (qui in ceteris errat) *virtute eminet* in *virtute feminae* corrigi oportere. Calpurniae igitur nobile factum patris infamiam oblitteravit. Hinc reponemus: *Quantum huius gloriae famaeque accessit! nunc virtute feminae ⟨infamia⟩ patria latet. Infamia* post *feminae* excidit.

II, 28, 2: *cuius honoris* (sc. dictaturae) *usurpatio per annos* CXX *intermissa; nam proximus post annum quam Hannibal Italia excesserat*, *uti appareat populum Romanum usum dictatoris aut metu desideras tulio cotimuisse potestatem.*

Monstrosa quidem lectio, in qua primo adspectu caliges. Neque tamen prorsus desperandum ex ista colluvie aliquid sani elici posse. Totius loci sententia perspicua est: populum Romanum, instante periculo, ad dictaturam confugisse, eo remoto, dictatoriam potestatem timuisse. In *usum dictatoris aut metu desideras⟨se⟩* legere mihi videor: *usum dictatoris instante metu desiderasse;* cf. Tac. Hist. II, 52: *cum alius insuper metus senatoribus instaret;* Florus, I, 47, 2 (= III, 12, 2): *imminens metus.*

Porro syllaba *co* ante *timuisse* facillime in *eo* (sc. metu) mutatur. Restat ut participium cum pronomine *eo* coniunctum

---

1) Eiusmodi notae: *require*, *quaere*, *deest*, *vacat*, *huc usque*, etc. passim occurrunt in codicibus.

e *tulio* eruamus; id autem erit PVLSO (P et T in scriptura quae dicitur capitalis rustica vix discernuntur). Locus igitur depravatus sic refingitur: *uti appareat populum Romanum usum dictatoris ⟨inst⟩ant⟨e⟩ metu desideras⟨se⟩, pulso eo timuisse potestatem.*

Paulo infra legendum: *ad vindicandam ⟨a⟩ maximis periculis rem publicam.*

II, 28, 3: *in qua civitate petulantis convicii iudicium historiarum ex alto redditur.*

Praeclare Lipsius correxerat: *iudicium ⟨in⟩ histrionem ex albo redditur. Ex albo* quidem receperunt recentiores edd., sed *in histrionem* neglexerunt, futtilibus coniecturis indulgentes. *Iudicium in aliquem dare* occurrit passim in Dig. l. XLVIII, tit. 10: *De iniuriis et famosis libellis*, v. g. fr. 15, § 2: *Ait Praetor: Qui adversus bonos mores convicium cui fecisse dicetur... in eum iudicium dabo.*

Videtur Velleius hos locos in animo habuisse:

Rhet. ad Her. I, 14, 24: *Mimus quidam nominatum Accium poëtam compellavit in scena. Cum eo Accius iniuriarum agit*, etc. et II, 13, 19: *C. Caelius iudex absolvit iniuriarum eum, qui Lucilium poëtam in scena laeserat; P. Mucius eum, qui L. Accium poëtam nominaverat, condemnavit.*

II, 29, 2: *Fuit hic* (sc. Pompeius)... *forma excellens, non ea, qua flos commendatur aetatis, sed ex dignitate constantiaque in illam conveniens amplitudinem fortunamque eius ad ultimum vitae comitata est diem.*

Claudicat oratio. Fortasse: *sed ⟨quae⟩ ex dignitate constans atque in illam conveniens amplitudinem fortunamque.* Tum *eius* in *eum* mutandum cum Lipsio.

II, 36, 2: *neque ullo in suscepti operis sui carmine minorem Catullum.*

Absurdum *in operis carmine.* Repone: *genere.* Erravit librarius quia paulo ante scripserat: *auctoresque carminum Varronem ac Lucretium.* Tum autem *sui*, quod plane supervacaneum est, iure suo eiecerunt Heinsius et Ruhnken.

II. 47, 2. *Septimo*[1]) *ferme anno Caesar morabatur in Gal-*

---

1) Errore manifesto: alii *quinto*, alii *quarto* legunt.

lia, cum medium iam ex invidia Ponti et (ed. pr. *ac) Camillae cohaerentis inter Cn. Pompeium et C. Caesarem concordiae pignus Iulia, uxor Magni, decessit.*

Omni laude dignus est Lipsius, qui ex portentosa lectione *Ponti et Camillae* haec elicuit: *ex invidia potentiae male cohaerentis — concordiae.* Quam ingeniose et vere! Liceat tamen mihi emendationem perficere: *ex invidia potentiae* <*aemuli*> *male cohaerentis. Potentiae* enim per se positum non satis planum est. Praeterea *aemuli male* facilius in *Camillae* abire potuit.

II, 49, 2: *Consules senatusque causae, non Pompeio, summam imperi detulerunt.*

Ingenue fatetur Lipsius: „Ego vero haec non capio. Quid est *causae deferre summam imperii?* Illa igitur imperavit? exercitus duxit, instruxit? Nugae!" Quod magnus ille vir concoquere non poterat, intrepidi devorarunt editores recentiores. Nos, qui minus stomacho valemus, audacter supplebimus: *causae* <*defensori*>, *non Pompeio.* Diffidebant quidem viro dominationis cupido, sed quia causam rei publicae idem defendebat, ei summam imperii detulerunt. Sic *Caesarem* ab *amico* secernit Matius (Epist. ad fam. XI, 28, 2): *Neque enim Caesarem in dissensione civili sum secutus, sed amicum.*

II, 77, 3: *Statium autem Murcum, qui adventu suo classisque celeberrimae* (Amerbachii apographon: *celeberrime) vires eius duplicaverat.*

Nihil est cur Statii Murci classis *celeberrima* vocetur, neque *celebris classis* de multitudine navium intellegi potest. Repone: *qui adventu suo classisque celerrime vires eius duplicaverat.*

II, 88, 2. C. Maecenas non minus Agrippa Augusto carus fuit, sed minus honoratus: *quippe vixit angusti clavi paene* (ed. pr.: *pene*) *contentus.*

Paene absurdum est. Heinsius coniecit *fine*, quod edd. recentiores receperunt, ego non probo; quippe contorta nimis est locutio *fine alicuius rei contentum esse.* Alii proposuerunt *specie, honore*, quin etiam (pro deum hominumque fidem!) *panno.* Mihi quidem *iure* verum videtur. Cf. Quintil. Inst. orat. XI, 3, 138: *cui lati clavi ius non erit;* Plin. min. Epist. IV, 11, 3: *carent enim togae iure, quibus aqua et*

igni interdictum est. Adde Tac. Ann. I, 2: *ad tuendam plebem tribunicio iure contentum.*

II, 100, 4. Restituenda vera nominis forma *Iullus Antonius.*

II, 109, 3. De Maroboduo, qui finitimos omnes aut bello domuerat aut condicionibus sui iuris fecerat:

Corpus suum custodia tum imperium, perpetuis exercitiis paene ad Romanae disciplinae formam redactum, brevi in eminens et nostro quoque imperio timendum perduxit fastigium.

Bene Heinsius *suum imperium* in *sui imperii* correxit. Sed nondum sic locus persanatus est. Legendum puto: *Corpus sui inconditum imperi.* Erat quippe illud imperii corpus e diversis gentibus barbaris conflatum ideoque *inconditum.* Litterae *t* et *a* in scriptura Langobardica haud multum inter se differunt. Hinc *-diatum* pro *-ditum*, ut alibi (I, 11, 6) *extenuatum* pro *extentum.* Vocabulum autem *eorpus* propric intellexit librarius, cui *corporis custodia* in mentem venit.

II, 112, 3: *Pars exercitus eorum proposita ipsi duci.*

„Malo *opposita.* Hostiles copiae bipartitae: pars una Tiberio ipsi resistere debebat, pars altera legatis". Quis non iure suscenseat editoribus, qui illam Lipsii emendationem tam facilem, tam certam, neglexerint?

II, 127, 3: *Semper infra aliorum aestimationes se metientem.*

Pluralis *aestimationes* suspicionem movet. Quidni legas *aestimationem?* Erat in archetypo *aestimationēse.* Librarius, neglecto compendio et duplicato *s*, scripsit *aestimationes se.*

II, 129, 4: *Maroboduum ... velut serpentem abstrusam terrae salubribus consiliorum suorum medicamentis coëgit egredi.*

Num apud solutae orationis scriptorem legitima sit constructio *abstrusum terrae*, vehementer dubito. Suspicor ante *salubribus* vocabulum *latebris* omissum esse.

Ad Senecam.

Consol. ad Marc. 24, 3: *Hac sanctitate morum effecit ut puer admodum dignus sacerdotio videretur, materna sine dubio suffragatione, sed ne mater quidem nisi pro bono candidato valuisset.*

Legendum omnino: *sed ne mater⟨na⟩ quidem.* Non enim de matre ipsa sed de materna suffragatione *valere* dici potest.

Cf. T. Liv. IV, 44, 2: *Hoc tribuno comitia quaestorum habente, petentibusque inter aliquot plebeios filio Antisti tribuni plebis et fratre alterius tribuni plebis Sexti Pompili, nec potestas nec* ***suffragatio horum valuit****, quin*, etc.

Ibid. 18, 2: *Videbis illic innumerabiles stellas vide* ***re*** *mica*-***bis*** *uno sidere omnia impleri. Solem cotidiano cursu diei noctisque spatia signantem, annuo aestates hiemesque — dividentem.* Orationem misere depravatam et claudicantem sic corrigemus: *Videbis illic innumerabiles stellas micare, uno sidere omnia impleri. Videbis solem — dividentem.* Primo de universa caeli specie loquitur Seneca: *Videbis illic — omnia impleri* (ubi inter se opponuntur *innumerabiles stellas* et *uno sidere*); dein de sole: *Videbis solem — dividentem;* post de luna: *Videbis nocturnam lunae successionem — semper proximo dissimilem;* denique de planetis (§ 3): *Videbis quinque sidera diversas agentia vias*, etc. Per anaphoram verbi *videbis* singulas huius descriptionis partes introducit. Haec turbavit imperitus librarius.

De tranq. an. 2, 1: *Quaero ... cui talem adfectum animi similem putem, nec ulli propius admoverim exemplo quam eorum, qui ex longa et gravi valetudine expliciti motiunculis levibusque interim offensis perstringuntur et, cum* ***reliquias*** *effugerunt, suspicionibus tamen inquietantur medicisque iam sani manum porrigunt et omnem calorem corporis sui calumniantur.*

Reliquias per se positum pro *reliquias febris* (Cels. III, 4) habet quod displiceat neque bene convenit cum *effugerunt.* Propono: ***recidivas*** (sc. febres), gallice: „les rechutes". Cf. Plin. Nat. hist. XXX, 30, 6: *Quo genere et* ***recidivas*** *frequenter abigi affirmant;* Cels. III, 4: *Hippocrates, si alio die febris desisset,* ***recidivam*** *timere solitus est.* Minime mirum est vocem insolitam RECIDIVAS ab indocto librario in RELIQVIAS mutatam esse.

Ibid. 8, 7: *At Diogeni servus unicus fugit nec eum reducere, cum monstraretur, tanti putavit. „Turpe est", inquit, „Manen sine Diogene posse vivere, Diogenen sine Mane non posse. „Videtur, mihi dixisse:" Age tuum negotium, Fortuna, nihil apud Diogenen iam tui est: fugit mihi servus, immo liber* ***abit****.*

Sic A. *Abii* pro *abit* (i. e. *abiit*) coniecit van der Vliet, idque recepit Hermes. Non probo; codicis scriptura recte se habet. Qui *servum sibi fugisse* dicit, is se fugitivi etiamnunc dominum putat, de retrahendo cogitat. Non ita Diogenes: „Manes”, inquit, „liber abiit, non iam meus est.” Definit quod generatim dixerat: *nihil apud Diogenen iam tui est.*

Ep. ad Lucil, 4, 3: *Mors ad te venit: timenda erat, si tecum esse posset; ⟨sed⟩ necesse est aut non perveniat aut transeat.*

Sed addidit Gertz. Ego malim *nunc*, qua particula uti Latini solent, cum rem veram falsae opinioni opponunt. Compendium *nc* (= *nunc*) ante *necesse* periit.

Ep. 5, 2: *Asperum cultum et intonsum caput et neglegentiorem barbam et indictum argento odium et cubile humi positum, et quicquid aliud ambitio n e m p e perversa via sequitur, evita.*

Sic correxit Gertz pro *ambitionem perversa via.* Ista particula *nempe* libenter carebimus. Satis fuerat cum Haasio scribere: *ambitio*[*nem*] *perversa via.* Erravit enim librarius cum *quicquid aliud* pro subiecto verbi *sequitur* acciperet et casum accusativum requireret.

Ep. 8, 1: „*Tu me*”, *inquis*, „*vitare turbam iubes, secedere et conscientia esse contentum? Ubi illa praecepta vestra, quae imperant in actu mori?*” *Q u o d ego tibi videor interim suadere, in hoc me recondidi et fores clusi, ut prodesse pluribus possem.*

Impedita haec et inepta. Lege: *Q u i d ego* (vel potius *ergo*) *tibi videor interim suadere? In hoc me recondidi*, etc. Cf. ep. 110, 11: *Quid ergo nunc te hortor ut facias?*

Ep. 9, 18: *interroganti Demetrio, cui cognomen ab e x i t i o urbium Poliorcetes fuit.*

Ex codice Montensi (de quo egi in *Bull. de l'Acad. roy. de Belgique*, t. XXX, 1895, p. 157—158) repone: *ab e x c i d i o urbium;* et ita coniecerat Usener (*Epicurea*, p. 154). Latine *excidium urbis*, non *exitium*, dicitur; cf. ep. 91, 11; Consol. ad Helv. 7, 4. Optimam lectionem iniuria sprevit O. Hense.

Ep. 13, 7: *De praesentibus facile iudicium est: si corpus tuum liberum et sanum est, nec ullus ex iniuria dolor est, videbimus quid futurum sit, hodie nihil negotii h a b e t.*

Lege *h a b e s*. Non enim ad corpus solum, sed ad totam per-

sonam pertinet sententia; quippe *dolor ex iniuria* afficit animum. Distinctionem correxi: apodosis incipit a *videbimus.*

Ep. 14, 6: *Specie enim vincuntur qui patientia restitissent.* Sic dedit O. Hense codices p P nimis religiose secutus, cum alii recte *patientiae* praebeant. *Patientia* enim apud Senecam est quod Cicero *perpessionem* (i. e. quod patimur) vocat. Cf. ep. 9, 2: *animum extra omnem patientiam positum* (i. e. ἀπάθειαν); ep. 13, 6: *Illud praesta mihi, ut, quotiens circumsteterint qui tibi te miserum esse persuadeant, non quid audias, sed quid sentias, cogites et cum patientia tua deliberes ac te ipse interroges, qui tua optime nosti*; de prov. 4, 13: *ad contemnendam patientiam malorum animus patientia pervenit* (nota ἀντανάκλασιν); ibid. 6, 6: *Ille extra patientiam malorum, vos supra patientiam;* de ira, I, 11, 3: *Quid induratius (*sc. *Germanis) ad omnem patientiam?* Consol. ad Marc. 20, 6: *Nihil ergo illi mali immatura mors attulit: omnium etiam malorum remisit patientiam.* Item iam apud Senecam patrem, Controv., II, 5, 6: *Describam nunc ego cruciatus et miseram corporis patientiam inter tyrannica tormenta saevientia.*

Nostro loco inter se opponuntur *species* (doloris) et *patientia* (i. e. ipse dolor).

Ibid. 16: *Initia in potestate nostra sunt: de eventu fortuna iudicat, cui de me sententiam non do. „At aliquid vexationis adferet, aliquid adversi". Non damnatur latro, cum occidit.*

Optime correxit Gronovius: *non damnat latro, cum occidit.* Fortuna cum latrone comparatur: uterque nobis vim afferre potest, neuter de nobis ferre sententiam potest. Minime statuenda est lacuna post *occidit:* sententia perfecta est; langueret oratio, si plura adderes. Hoc non intellexit O. Hense; quod miror in homine docto et acuto.

Ep. 15, 4: *Sunt exercitationes et faciles et breves, quae corpus et sine mora lassent et tempori parcant, cuius praecipua ratio habenda est.*

Recte codex Montensis: *praecipue*, cum *rationem habere* unam notionem efficiat.

Paulo infra optimam lectionem praebet idem codex: *Quodlibet ex his elige unum* (cett.: *usum), rude, facile.* Locutionem *quilibet unus* alibi usurpat Seneca, ep. 56, 13: *una quae-*

libet vox; Consol. ad Helv. 13, 2: *contra unam quamlibet partem fortunae.* Toto caelo hic errant Madvig, Gemoll, Buecheler, cuius infelicissimam coniecturam recepit O. Hense.

Ibid. 9: *Detraxi tibi non pusillum negotii: una mercedula et unum graecum ad haec beneficia accedet.*

Cur *una mercedula?* An voluit Seneca significare se *plures mercedulas* dare potuisse, timuisse autem ne nimis liberaliter cum Lucilio agere videretur? Inepte. Repone: *diurna mercedula.* Cf. ep. 6, 7: *Interim quoniam diurnam tibi mercedulam debeo;* Horat. Sat. II, 7, 17: *mercede diurna.* Excidit *-di* post *-otii* (vel *-oti*) et *una* ex *-urna* factum est. Quid vero sub verbis *unum graecum* (var. *unum graecus*) lateat, neque ego assequor neque quemquam unquam assecuturum puto.

Ep. 25, 7: *Dum tibi tutum non est* (codd.: *sit;* corr. Muret) *ad te recedere, circumspice singulos: nemo est, cui non satius sit cum quolibet esse quam secum.*

Nullo sensu. Rescribe: *Nondum tibi tutum est ad te recedere. Circumspice singulos: nemo est, cui non satius sit cum quolibet esse quam secum. Non* (in *nondum*) a librario omissum postea repositum est, sed alieno loco (inter *tutum* et *est*). Paulo ante (§§ 5—6) dixerat Seneca: *Omnia nobis mala solitudo persuadet. Cum iam profeceris tantum, ut sit tibi etiam tui reverentia, licebit dimittas paedagogum.... Cum hoc effeceris et aliqua coeperit apud te tui esse dignatio, incipiam tibi permittere, quod idem suadet Epicurus: „Tunc praecipue in te secede, cum esse cogeris in turba".* Contra ep. 7, 1: *Quid tibi vitandum praecipue existimes, quaeris? turbam: nondum illi tuto committeris,* etc. et ibid. 8: *Recede in te ipsum, quantum potes;* cf. ep. 8, 1. Non semper sibi constat vir ingeniosus sed levior.

Ep. 28, 9: *Nam ut loca gravia etiam firmissimam valetudinem temptant, ita bonae quoque menti necdum adhuc perfectae et convalescenti sunt aliqua parum salubria.*

Offendit barbare dictum *necdum adhuc;* offendit *convalescenti* sic nude positum. Utrique vitio levi verborum traiectione medebimur: *bonae quoque menti necdum perfectae et adhuc convalescenti.* Notanda copulatio *necdum — et.*

Ep. 29, 2: *Spargenda manus est.*

Nihil mutandum. Cf. Quintil. Inst. orat. X, 3, 118: *ut...*

temere sparsa manu in proximos offendat. Spargere manum est manum longe lateque extendere more agricolae serentis.

Ep. 30, 3: *Bassus tamen noster alacer animo est. Hoc philosophia praestat, in conspectu mortis hilarem et in quocumque corporis habitu fortem laetumque nec deficientem, quamvis deficiatur.*

Solaeca oratio: *hoc philosophia praestat, hilarem et fortem laetumque nec deficientem.* Quare *esse* post *hilarem* inseruit Gemoll. Sed fortasse melius praebet codex Montensis: *hunc* (sc. *animum) philosophia praestat in conspectu mortis hilarem*, etc. De industria Seneca non tantum *alacer*, sed *alacer animo* dixerat. Opponitur animus corpori, ut patet ex verbis *in quocumque corporis habitu* et *non deficientem, quamvis deficiatur* (sc. *corpore*). *Hunc* et *hoc* in codd. non nunquam confunduntur, ut apud Senecam, De vit. beat. 4, 4.

Ep. 32, 4: *Optaverunt itaque tibi alia parentes tui.*

Absurdum est *alia.* Corrige: *aliena.* Cf. ep. 8, 9: *Unum versum eius* (sc. Publilii), *qui ad philosophiam pertinet et ad hanc partem, quae modo fuit in manibus, referam, quo negat fortuita in nostro habenda:*

Alienum est omne, quicquid optando evenit.

Ep. 42, 4: *Multorum crudelitas et ambitio et luxuria, ut paria pessimis audeat, fortunae favore deficitur. Eadem velle* † *subaudis cognosces: da posse, quantum volunt.*

Sic optimi codd.; nonnulli *si* ante *subaudis* addunt. Rectissime Haase (in praef. vol. III, p. VII ed. suae) in SVBAVDI glossema agnovit. Nempe lector quidam, ut Senecae sententiam explanaret, in margine adscripserat: *Subaudi „sic"* [1]), quod in textum receptum *(subaudisiccognosces)*, omisso *ic* factum est *subaudis cognosces.* Expulso glossemate legendum cum Haasio: *Eadem velle cognosces: da posse, quantum volunt.* Similis est ratio loquendi ep. 95, 23: *Innumerabiles esse morbos non miraberis: coquos numera.* Exspectes: *Da posse, quantum volunt: eadem velle cognosces*, et: *Coquos numera: innumerabiles esse morbos non miraberis.* Et sic utrobique Madvig. Sed nihil mutandum: alter alterum adiuvat locus.

---

1) Aliter Haase; „Scilicet grammaticus aliquis scripserat *subaudi „si"*, ut sequentem imperativum *da* positum indicaret pro *si dabis.*" Parum interest.

Ibid. 5: *Meministi, cum quendam adfirmares esse in tua potestate, dixisse me volaticum esse ac levem et te non pedem eius tenere, sed pennam. Mentitus sum? pluma tenebatur, quam remisit et fugit.*

Vitiosa interpunctio. Non animadverterunt editores aliud esse *penna*, aliud *pluma* teneri. Avis, quae *penna* tenetur, vix evolare potest; quam *pluma* tantum teneas, nullo labore e manibus tuis effugiet. Est igitur ab altero ad alterum gradatio, eaque per figuram, quam rhetores *correctionem* (ἐπανόρθωσιν) vocant, infertur. Tolle itaque post *mentitus sum* interrogationis signum, quo perit sententiae acumen: *Meministi... dixisse me volaticum esse ac levem et te non pedem eius tenere, sed pennam. Mentitus sum: pluma tenebatur*, etc. Longe alia est ratio loci ep. 119, 7: *Post Dareum et Indos pauper est Alexander. Mentior? quaerit, quod suum faciat*, etc. Hic Seneca non errorem fatetur, sed miranti lectori, quo iure Alexander pauper dici potuerit, probat se verum dixisse.

Ep. 45, 8: *Sic ista sine noxa decipiunt, quomodo praestigiatorum acetabula et calculi, in quibus me fallacia ipsa delectat. Effice ut quomodo fiat intellegam: perdidi usum.*

Quid sibi velit *perdidi usum*, nescio. Una litterula addita emendo: *perdidi lusum*, i. e. perit delectatio, quam ex artificio praestigiatoris capiebam.

Ep. 49, 3: *Punctum est quod vivimus et adhuc puncto minus. Sed et hoc minimum specie quadam longioris spatii natura derisit: aliud ex hoc infantiam fecit, aliud pueritiam, aliud adulescentiam*, etc.

Pro *derisit*, quod nihili est, vulgo legunt *divisit*. Ego praetulerim *discripsit* (fuerat, opinor, in archetypo, *descripsit*).

Ibid. 4: *Modo te prosecutus sum; et tamen hoc „modo" aetatis nostrae bona portio est, cuius brevitatem aliquando futuram cogitemus.*

Perabsurdum est dicere: „Aetatis nostrae brevitas aliquando erit." Eice *futuram*, quod ineptus interpolator, cum verba *aliquando cogitemus* minus intellegeret, temere infersit. *Aliquando* in exhortationibus usitatum esse nemo est quin sciat. *Aetatis brevitatem cogitare* ita dictum est ut Consol. ad Marc. 32, 2: *cogita animi mille labes.* Mira est Io. Muelleri coniec-

tura: *cuius brevitatem aliquando defecturam cogitemus*, quam recepit O. Hense. Quid est „aetatis brevitas deficiet?"

Ep. 54, 3: *Tam ridicule facio, si hoc fine quasi bona valetudine delector, quam ille, quisquis vicisse se putat, cum vadimonium distulit.*

Se abest ab optimis codicibus p et b. Nullus autem locus est relativo generali *quisquis*, quod ex dittographia ortum suspicor [1]). Emendo igitur: *quam ille, qui s⟨e⟩ vicisse putat.*

Ep. 56, 6: *Nulla placida est quies, nisi quam ratio composuit: nox exhibet molestiam, non tollit, et sollicitudines mutat.*

Ordinem verborum turbatum sic restitue: *exhibet ⟨et⟩ nox molestiam: sollicitudines mutat, non tollit.*

Ibid. 13: *Hic alter imperitus est, rebus suis timet ad omnem crepitum expavescens, quem una quaelibet vox pro fremitu accepta deicit, quem motus levissimi exanimant: timidum illum sarcinae faciunt.*

Verba *rebus suis timet* secludenda arbitror, utpote quae orationis tenorem intempestive interrumpant idemque significent quod infra *timidum illum sarcinae faciunt.* Ea nimirum in margine lector aliquis adscripserat.

Ep. 88, 45: *Haec omnia in illum supervacuum studiorum liberalium gregem coice. Illi mihi non profuturam scientiam tradunt, hi spem omnis scientiae eripiunt. Satius est supervacua scire quam nihil. Illi non praeferunt lumen, per quod acies derigatur ad verum, hi oculos mihi effodiunt.*

Apage insulsum istud emblema: *Satius est supervacua scire quam nihil*, quo tenor ille orationis interrumpitur: *Illi* ... *hi* ... *Illi* ... *hi* ... Adscripserat scilicet margini magistellus aliquis iudicium suum.

Ep. 90, 36: ... *antequam avaritia atque luxuria dissociavere mortales et ad rapinam ex consortio discurrere.*

Nihil habet unde pendeat infinitivus *discurrere. Discurrere ⟨docuere⟩* proposuit Buecheler. Ego: *discurrere ⟨coëgerunt⟩*, meliore clausula (⏑⏑́⏑–́ | –́⏓). Cf. ep. 47, 19: *sed ad rabiem nos cogunt pervenire deliciae.*

Ep. 122, 17: *Idem moribus evenit: naturam sequentium*

---

1) Cf. supra ad Manilium, IV, 174 *(aequo quoque)*.

faciles sunt, soluti sunt, exiguas differentias habent; his distorti plurimum et omnibus et inter se dissident.

His seclusit Haase. Ego non tollendum pronomen, sed mutandum in *isti* censeo.

Ep. 123, 5: *Aliquod enim experimentum animi sumpsi subito. Hoc enim est simplicius et verius.*

Verba *aliquod enim*, quae merito offendunt, seclusit Haase, parum prudenter, cum sic abrumpatur omne vinculum inter *experimentum — sumpsi* et ea quae antecedunt. Ego conicio: *Adice quod* pro *aliquod*, deleto *enim*, quod ex enuntiato sequenti huc irrepsit.

[Sen.] De remed. fortuit. 16, 8: „*Uxorem bonam amisi*". *Non erubesces flere et intolerabilem vocare iacturam? Hoc unum deest, utrum lugeas annon. Cum maritum te cogitaveris, et virum cogita.*

Sensu plane caret *Hoc unum deest utrum lugeas annon.* Repone: *Hoc unum deest, ut lugeas annum.* Ironice dictum. Annum scilicet lugebant *feminae*[1]). Hinc subicit scriptor: *Cum maritum te cogitaveris, et virum cogita.* Cum alias res agens librarius *annon* pro *annum* legere sibi visus esset, *ut* in *utrum* mutavit.

Ad „Octaviam".

V. 36:

Sub uno latentis ecce Fortunae impetu.

Pro *sub uno*, quod mendosum est, codex Laurentianus, bonae notae, praebet *subito.* Qua recepta lectione corrigo:

Subito ludentis ecce Fortunae impetu.

Cf. Horat. Carm. II, 1, 3: *ludum Fortunae;* III, 29, 49: *Fortuna ludum insolentem ludere pertinax;* Sen. De tranq. an. 11, 5: *Fortuna illa, quae ludos sibi facit;* ep. 74, 7: *ludos facere Fortunam;* Plin. min. ep. IV, 11, 2: *Itaque ipse in praefatione dixit dolenter et graviter: „Quos tibi, Fortuna, ludos facis!"*; Sidon. Apoll. ep. II, 1, 1: *sic mihi videtur... lusisse Fortuna;* Boëth. De cons. II, metr. 1: *Sic illa (Fortuna) ludit;* etc.

1) Res nota. Cf. Sen. ep. 63, 13: *Annum feminis ad lugendum constituere maiores.*

V. 288—290:

Nos quoque nostri sumus immemores
Post fata ducis, cuius stirpem
Prodimus a e v o suadente metu.

Codd. plerique habent *evo*. Legendum puto:

Prodimus e t n o s suadente metu.

Excidit *s* ante *suadente* et ex *et no* librarius fecit *evo*. Per *et nos* repetit poëta quod prius dixerat: *Nos quoque*.

V. 406—408:

Alia sed suboles, minus
E x p e r t a mitis, tertium sollers genus
Novas ad artes extitit, sanctum tamen.

Experta Leo, infeliciter; neque felicius Buecheler *secuta*. Codd. habent *conspecta*, ex quo facile efficias *c o n c e p t a* (sc. *est*):

Alia sed suboles minus
C o n c e p t a mitis. Tertium sollers genus,
Etc.

V. 461:

Despectus ensis faciet.

Emendaverat Raphelengius, quod sententia postulat, *D e s t r i c t u s ensis*. Non est obsecutus Leo, qui vanas recentiorum coniecturas memorare maluit.

V. 515—517:

Pavere volucres et feras saevas diu
Tristes Philippi, hausit et Siculum mare
Classes virosque.

Metro laboranti (v. 516) medebimur levissima verborum traiectione:

Philippi tristes, hausit et Siculum mare.

V. 740—742:

Quaecumque mentis agitat i n f e s t u s vigor,
Ea per quietem sacer et arcanus refert
Veloxque sensus.

Optimam Gronovii correctionem *i n t e n t u s vigor* cur spreverit Leo, nescio. Obversabantur animo poëtae versus Lucretii (IV, 962—965):

Et quo quisque fere studio devinctus adhaeret

Aut quibus in rebus multum sumus ante morati
Atque in ea ratione fuit contenta magis mens,
In somnis eadem plerumque videmur obire.

Ad Petronium.

Sat. 26, 10: *et Gitona libentissime servile officium tuentem usque hoc iubemus in balnea sequi.*

Usque hoc (= usque huc) falsum est, cum Giton servile officium usque ad cenae finem tueri perseveraverit. Quid ergo est? E margine irrepsit *usque hoc*, qua adnotatione librario indicabatur quousque librum transcriberet. Res nota rerum palaeographicarum peritis [1]). Satirae Petronianae nihil nisi *excerpta* in codicibus servata sunt.

37, 7: *Est sicca, sobria, bonorum consiliorum: tantum auri vides.*

Cur Buecheler verba *tantum auri vides* secluserit, non video. Ad Fortunatae laudem pertinent. Sensus est: cum eam vides, tantum auri vides, i. e. quantaquanta est, aurum est (gallice: „elle vaut son pesant d'or"). *Vides* saepius in sermone familiari sic usurpatur. Cf. 126, 3: *Vides me: nec auguria novi*, etc.; Sen. Apokol. 6, 1: *Luguduni natus est: Planci municipem vides;* Apul. Metam. II, 23: *Vides hominem ferreum*, etc.; VIII, 25: *Vervecem, non asinum vides*, etc.

46, 5: ... *Latinas coepit appetere, etiam si magister eius sibi placens sit (fit* Buecheler*) nec uno loco consistit, sed venit, dem litteras, sed non vult laborare.*

Quid sibi vult istuc *dem litteras?* Neque primae personae neque subiunctivo locus est. Inter *venit* et *dem* statuenda est lacuna, quam sic fere explere licet: *sed venit ⟨raro; scit qui⟩dem litteras, sed non vult laborare.* Ille magister est satis doctus, sed piger et erraticus homo (gallice: „un bohème").

55, 6: *Luxuriae rictu Martis marcent moenia.*

Quid sit *Luxuriae rictus*, ne Oedipus quidem coniecerit. Emenda: *luxuriae ructu*, i. e. luxuria ructante. Cf. Sen. De vit. beat. 12, 3: *Ille effusus in voluptates, ructabundus semper atque ebrius*, etc.; ep. 95, 25 (de gulosis): *Quam foedi*

1) V. Wattenbach, *Das Schriftwesen im Mittelalter*, p. 326, n. 4; p. 438 ed. tert. (1896). Lindsay, *An introduction to Latin textual emendation*, c. IV, § 5.

itaque pestilentesbue r u c t u s *sunt, quantum fastidium sui exhalantibus crapulam veterem!* Iuven. Sat. IV, 29—31: *cum tot sestertia — purpureus magni* r u c t a r i t *scurra Palati;* Hieron. ep. 130, 14: *Laudent te esurientium viscera, non* r u c t a n t i u m *opulenta convivia;* ac prae cipue Prudent. Psychom. 311 sqq.:

Venerat occiduis mundi de finibus hostis
L u x u r i a ...
Ac tunc pervigilem r u c t a b a t m a r c i d a *cenam.*

74, 13: „*Quid enim?*" *inquit*, „*ambubaia non meminit*, s e d *de machina illam sustuli, hominem inter homines feci.*"

Codex habet: *ambubaia non me misit sede.* Unde elucet: *ambubaia non memi n it s e? d e machina illam sustuli.* Cf. Plaut. Aul. 542: *M e m i n e r i n t s e s e, unde oriundi sient.*

114, 4: *Itaque h e r c u l e s postquam manifesta convaluit, Lichas trepidans,* etc.

Hercules prorsus ineptum est. Deest porro subiectum verbi *convaluit;* id autem substantivum feminini generis esse indicat *manifesta.* Propono: *Itaque p e r n i c i e s postquam manifesta convaluit.* De naufragio agitur.

117, 2: *Non mehercules p e n a m istam differrem, sed continuo vos ad magnas opes ducerem.*

Penam perspicue mendosum est. Coniecerunt vv. dd.: *spem, operam, rapinam;* ego: *t e c h n a m*, quod vocabulum de comico sermone sumptum Eumolpi fraudi pulchre convenit.

Liceat mihi hic repetere quod in *Mnemosynes* vol. XXI (1893), p. 179, olim scripsi:

„Sat. 129 (in epistula Circes ad Polyaenum): *Narrabo tibi,* „*adulescens, paralysin cave. Nunquam ego aegrum tam magno* „*periculo vidi; m e d i u s f i d i u s iam peristi. Quod si idem* „*frigus genua manusque temptaverit tuas, licet ad tubicines mittas.*

„Inepte sane is *aeger* vocatur qui iam periit; ineptissime „dicitur is *periisse* de quo tum demum desperandum erit, cum „frigus genua manusque temptaverit. Dele istud *fidius*, quod „interpolator quidam insulsus, cum improbum verbum [1]) non „intellegeret, de suo addidit: *Medius iam peristi. Quodsi idem* „*frigus* e. q. s.".

1) Quid sit *vir medius* obsceno sensu, ex Catullo, Martiale, Ausonio licet cognoscere.

Ad Persium.

Persii *Prologum,* qui dicitur, e *duobus epigrammatis* nullo vinculo inter se coniunctis conflatum esse et persuasissimum habeo et alibi [1]) demonstrare conatus sum.

Alterum epigramma ἀναθηματικόν est, quo poëta carmen suum „ad sacra vatum" afferens ipse se „semipaganum" (i. e. rudem nec rite Musis initiatum) iocose confitetur.

Alterum est διασυρτικόν, quo irridentur famelici versificatores, quibus lucelli spes pro ingenio est.

Haec ludendo chartis illeverat Persius. Eo mortuo, amicis, qui *Satiras* edendas curaverunt, illae nugae non indignae visae sunt, quae libello adderentur [2]). Cum exemplaria deinceps describerentur, modo in fronte, modo in calce voluminis positae sunt [3]), illud saepius; unde factum est ut grammatici eas prologi locum obtinere iudicarent et in unum redigerent.

Haec est, opinor, simplicissima et verisimillima explicatio difficultatum, quibuscum editores interpretesque conflictati sunt. Qui „inter duas carminis partes" nexum aliquem reperire conati sunt, eos et operam et oleum perdidisse manifestum est. Quid de eo loquar, quod Leo excogitavit: duo esse fragmenta prologi a Persio incohati neque ad finem perducti? Quis credat Persium tam inconsideratum fuisse ut, quid in prologo suapte natura brevi diceret, nesciret, aut tam infelicis ingenii ut nihil nisi duo fragmenta eaque inter se non cohaerentia extunderet?

Sat. I initio Persius se cum amico colloquentem facit. De personarum distributione editores dissentiunt. Haec mihi sola probabilis videtur:

A. „*O curas hominum! o quantum est in rebus inane!*"
Quis leget haec? — P. *Min tu istud ais?* — A. *Nemo hercule.* — P. *Nemo?*
— A. *Vel duo vel nemo: turpe et miserabile.* — P. *Quare?*

---

1) *Bull. de l'Acad. roy. de Belgique,* 1920, p. 45 sqq.

2) Quae in pueritia scripserat Persius, ea omnia auctor fuit Cornutus matri eius ut aboleret (Pers. vit. 3); sed fieri potuit ut epigrammatis satis facetis parceret.

3) Cf. Ramorino in novissimae editionis praefatione (*Corpus scriptorum Latinorum Paravianum*).

Ne mihi Polydamas et Troiades Labeonem
Praetulerint? Nugae!

Scilicet Persius fingit se libellum a se modo compositum amico tradidisse. Hic autem lecto primo versu exclamat: *Quis leget haec?* Nam primae personae pronomen demonstrativum *haec* indicat amicum in manibus librum habere ipsumque: *O curas hominum!* etc. pronuntiasse [1]). Persio interroganti: *Min tu istud ais?* nihil respondet (neque opus est, ut bene vidit Ramorino), sed pergit: *Nemo hercule.* Cetera iam plana sunt et perspicua.

Sat. I, 5—7:

> ...*non, si quid turbida Roma*
> *Elevet, accedas examenque improbum in illa*
> *Castiges trutina, nec te quaesiveris extra.*

Codex P pr. m. habet *examenve*, quod verum est.

Etenim „si quid turbida Roma elevet", possis aut ad eius sententiam accedere aut iniquum iudicium corrigere conari: neutrum faciendum est.

Nemo non videt haec duo: *accedere* (i. e. assentiri) et *examen castigare* inter se repugnare. Adhibenda ergo particula disiunctiva, non copulativa.

Ibid. 50—51:

> *Non hic est Ilias Atti*
> *Ebria veratro?*

Attium his verbis notari ut infelicis ingenii poëtam, cui ad pangendam *Iliada* multo veratro opus fuerit, inter omnes constat. Sed nescio an praeterea Persius oblique significet Attii poëma auditoribus taedium et somnum afferre. Legimus enim apud Plinium, *Nat. hist.*, XXV, 21, 5 de utroque ellebori genere (nigri et candidi): *ambo somnos (faciunt).*

Ibid. 63—78. Totus hic locus interpretibus negotium facessit. Eum ita demum intellegi posse arbitror, si recte in suas partes divisus fuerit.

Primo quid populus de poëtis novis *in universum* sentiat xeponit Persius (v. 63—65):

> *Quis populi sermo? quis enim nisi carmina molli*

---

1) Recte semper pronominibus demonstrativis primae et secundae personae *hic* et *iste* utitur Persius.

Nunc demum numero fluere, ut per leve severos
Effundat iuncturâ ungues?

Deinde *plures* personas inducit, quas litteris A, B, C, D notabimus.

A (v. 65—66):

Scit tendere versus
Non secus ac si oculo rubricam dirigat uno.

Hic laudat poëtam, quem modo recitantem audivit, propter eius in versibus fabricandis sollertiam.

B (v. 67—68):

Sive opus in mores, in luxum, in prandia regum
Dicere, res grandes nostro dat Musa poëtae.

Quid sibi vult *sive*? Nempe continuatur sermo, cuius priorem partem suppressit Persius, ut indicaret in clamoso coetu truncatas tantum sententias audiri. Admiratur B ingenium poëtae, qui in omni carminum genere excellat, cum in aliis, tum etiam in satiricis. Nam ad „convicium saeculi" spectat *in mores, in luxum, in prandia regum* (i. e. divitum) *dicere* [1]).

C (v. 69—75):

Ecce modo heroas sensus afferre docemus [2])
Nugari solitos graece, nec ponere lucum
Artifices, nec rus saturum laudare, ubi corbes
Et focus et porci et fumosa Palilia faeno,
Unde Remus, sulcoque terens dentalia, Quinti,
Quem trepida ante boves dictatorem induit uxor
Et tua aratra domum lictor tulit.

Gaudet C leviorum carminum scriptores atque etiam tirones tandem ad carmen epicum accedere, auctore populo [3]), qui scilicet post *Aeneidem* huius generis poëmata desiderabat. Et re vera, auditoribus plausu subsellia frangentibus, pullularunt

---

1) Perverse scholiasta: „*In mores*, nam comoediae mores hominum exprimunt conversationemque. *In luxum*, id est satiram quae invectionem hominum continet. *In prandia regum*, id est tragoedias quae cenarum facinorosarum continent descriptionem, sicut Thyestes".

2) Sic folium Bobiense et P pr. m.; cett. *videmus*.

3) Hoc significat *docemus*, quod unice verum est. „Nos, inquit, auditores, sublimia probantes et laudibus prosequentes, poëtas, qui artem primoribus tantum labris attigerant, docemus ad dignitatem carminis epici assurgere. „Verbum de natura sumptum; *videmus* languidum.

Thebaides, *Achilleides*, *Theseides*, *Amazonides*, *Diomedeae*, *Argonautica*, quid non?

D (v. 75—78):

Euge, poëta!
Est nunc Brisaei quem vinosus liber Acci,
Sunt quos Pacuviusque et verrucosa moretur
Antiopa, aerumnis cor luctificabile fulta?

Hic prae novo poëta veteres contemnit et Accium Pacuviumque irridet.

Haec omnia μιμητικῶς sunt pronuntianda.

Sat. III, 27—29. Reprehendit praeceptor adulescentem nobilem et gloriosum:

An deceat pulmonem rumpere ventis,
Stemmate quod Tusco ramum millesime ducis,
Censoremve tuum vel quod trabeate salutas?

Haeret in v. 29 Casaubon: „Quo enim, inquit, duplex disiunctiva?" Itaque rescribit: *censoremne;* sed ne sic quidem se expedit, cum particula interrogativa *ne* cum disiunctiva *vel* sociata plane ab usu linguae latinae abhorreat. Neque melius res eis cessit, qui, reiecta codicis Pithoeani lectione, cum cett. codd. *censoremque* scripserunt. Buecheleri autem interpretationem [1]) me non intellegere fateor. Levissima verborum traiectione emendabimus:

Censoremve „tuum" quod vel trabeate salutas.

Notatur adulescentis insolentia, qui *etiam* [2]) trabeatus, i. e. festo cultu in transvectione equitum, audet coram populo censorem sibi cognatum vel adfinem sic salutare: „Salve, mi N.", qua salutatione nisi cum parem vel inferiorem alloquerentur, Romanis uti non licebat.

Ibid., 92—93:

De maiore domo modice sitiente lagoena
Lenia loturo sibi Surrentina rogavit.

Omnes, quotquot novi, interpretes in his versibus enarrandis mirum quantum errant. Putant enim *de maiore domo* e verbo

---

1) „Vel quod censor tibi cognatus est vel quod ipse es eques." Inepte haec duo disiunguntur, cum una sententia sit: „Vel quod censor, quem eques salutas, tibi cognatus est."

2) *Vel* = *etiam*, ut Sat. IV, 12: *Vel cum fallit pede regula varo.*

rogavit pendere, *modice sitiente lagoena* ablativum absolutum esse.

Cur de *maiore* (i. e. opulentiore) domo Surrentina vina *beatulus* noster (v. 103) rogaret? Eratne apotheca eius tam male instructa ut ne lagoenam quidem Surrentini inde promere posset? Atqui dives erat, ut e magnifico funeris apparatu (v. 103—106) patet; Surrentinum autem vinum *ad tertiam* tantum *palmam venire* ait Plinius (Nat. hist. XIV, 8, 4). Porro quid est *lagoena modice sitiens?* an lagoena non ita capax? an semiplena? an modice sitientibus apta? Quis unquam sic locutus est? Multa quidem et nove et contorte et licenter dixit Persius, non tamen adeo deliravit. Adde quod ablativus *sitiente lagoena* explicari nequit.

Longe aliter se habet loci sententia. Ordo est: *Surrentina sibi rogavit de lagoena maiore domo modice sitiente*, i. e. de lagoena maiore quam quae vel a tota *familia* (hoc enim significat *domus*) modice scilicet sitiente ebibi posset. Similiter ablativo comparationis usus est Iuvenalis, Sat. XV, 139—140: *cum terra clauditur infans et minor igne rogi*, i. e. minor quam qui in rogo cremari possit; quippe, ut ait Plinius (Nat. hist. VII. 15, 4): *Hominem prius quam genito dente cremari mos gentium non est.* Utrobique res non „materialiter" inter se comparantur, sed alteram maiorem minoremve esse quam pro eo quod altera postulat scriptor significat.

Aviditatem aegroti imprudentis, qui capacissimam lagoenam, ut se ingurgitet, poscit, vivide depingit satiricus.

Sat. IV, 22:

Cum bene discincto cantaverit ocima vernae.

Miror interpretes adverbium *bene* ad *discincto* referre, cum sit aperte cum *cantaverit* iungendum. Fefellit eos hyperbaton.

Cf. Pers. Sat. I, 40—41:

— *Rides, ait, et nimis uncis*
Naribus indulges (i. e. *nimis indulges*).

Horat. Sat. I, 3, 31—32:

— *et male laxus*
In pede calceus haeret (i. e. *male haeret*).

Id. Sat. I, 5, 72:

Paene macros arsit dum turdos versat in igne
(i. e. *paene arsit*).

Id. Sat. II, 1, 78:

— *Ter uncti*
Transnanto Tiberim, somno quibus est opus alto

(i. e. *ter transnanto*).

Ibid. 49:

Si puteal multa cautus vibice flagellas.

Puteal flagellare est, ut opinor, homines qui ad puteal Libonis negotiantur aut faenerant decipere, fraudare, frustrari. Similiter *aliquem verberare, percutere, ferire* dicunt comici (vid. Lorenz ad Plaut. Pseud. 455).

Sat. V, 56:

Hic satur irriguo mavult turgescere somno.

Irriguo sensu activo accipiunt interpretes, auctore scholiasta, qui laudat Verg. Aen. III, 511: *Fessos sopor irrigat artus.* Atqui supervacuum est epitheton „ornans". Ego aliter intellego: *irriguus somnus* est *somnus irrigatus* (sc. vino). Vino enim, ut ait Plinius (Nat. hist. XXIII, 22, 1), *somnus conciliatur.* Cf. Horat. Sat. II, 1, 7—9:

Ter uncti
Transnanto Tiberim, somno quibus est opus alto,
Irriguumque mero sub noctem corpus habento,

quem locum Persius, assiduus Horatii imitator, in animo habuisse videtur.

Ibid. 73—75:

Libertate opus est, non hac, ut quisque Velina
Publius emeruit scabiosum tesserula far
Possidet.

Manca oratio. „Nihil mutandum", inquit Ramorino (in novissima editione), qui sic interpungit:

Libertate opus est, non hac: „ut quisque Velina
Publius emeruit, scabiosum tesserula far
Possidet".

et interpretatur: „Ci vuol la libertà; non secondo la formola: come uno ha prestato servizio in una tribu ecc." Istam formulam equidem non intellego. Quid est *emerere in una tribu?* quid *scabiosum far possidere?* Nempe *possidere* de eo dici non potest, qui frumentum de publico accipit statimque consumit. At contra vox *possessio* proprie de libertate usurpatur; cf.

Ulp. in Dig. l. XL, tit. 6, fr. 26, pr., et tit. 12, fr. 10: *in possessione libertatis;* Pompon. ibid. l. XL, tit. 12, fr. 28: *qui possessionem libertatis ex voluntate domini consequitur.*

Recipienda igitur nonnullorum codicum dett. lectio:

Libertate opus est, non hac ⟨quam⟩, ut quisque Velina
Publius emeruit scabiosum tesserula far,
Possidet,

i. e. non hac quam possidet quivis libertinus. Libertinus enim praenomen patroni assumebat et in unam ex quattuor tribubus urbanis ascribebatur (hoc indicat *Publius Velina*); porro, utpote qui civis Romanus factus esset, frumentum de publico, exhibita tessera, accipiebat (hoc significat *scabiosum tesserula far emerere*). Inviti sane ad dubiae auctoritatis testes confugimus; sed res ipsa cogit. Saepe codices inferioris notae felices correctiones praebent, quas praeoccupati animi foret omnino reicere. Et pullus in sterquilino invenit margaritam.

Ibid. 134:

Et quid agam? — Rogas? en saperdas advehe Ponto.

Nunquam quisquam mihi persuadebit Persium Plautino more ultimam syllabam in *rogas* corripuisse. Quidam codd. habent: *Rogitas? en saperdam advehe Ponto*, quod nonnullis arrisit. Verum antiquiorem et probiorem lectionem praebet scholiasta ad h. l.: „Respondet *Rogat?* i. e. dicit *quid agam?*" Commode hic in mentem venit notae Donati ad Ter. Andr. 177: „Ut solent irascentes, vertit orationem a secunda ad tertiam personam, ab ea, cum qua loquebatur, ad aliam".

Apud Persium Avaritia secum loquitur exclamans: *Rogat!* Aliquot huius generis exempla alibi [1]) attuli, quorum unum in nostrum locum optime quadrat: in comoedia quadam Francogallica interroganti iuveni: „Vous penserez à moi?" muliercula respondet: „*Il le demande!*"

Reposito *rogat* et metrum restituitur et vere ἠθικῶς loquitur irascens Avaritia.

Rogat in *rogas* ab imperitis librariis mutatum esse nemo mirabitur.

Sat. VI, 37—40:

---

1) *Bull. de l'Acad. roy. de Belgique*, 1920, p. 64.

— Et Bestius urget
Doctores Graecos: „Ita fit: postquam sapere urbi
Cum pipere et palmis venit, nostrum hoc maris expers,
Faenisecae crasso vitiarunt unguine pultes.

Bestius iste, ut alter Cato, de luxuria apud omnes populi Romani ordines gliscente queritur culpamque in philosophos Graecos confert. In verbis *nostrum hoc maris expers* explicandis multum desudaverunt critici. Unus, mea quidem sententia, nodum solvit Plumius vel potius Plumii amicus quidam[1]), qui vidit *nostrum hoc maris expers* appositum esse vocabulo *pultes*: „Ipsi viles rustici cibum, qui est nobis domesticus et mare nunquam transiit, pultem scilicet, pingui condimento corruperunt".

Nostrum hoc dictum est sicut Sat. I, 9: *nostrum istud vivere triste. Maris expers* idem valet atque *indigena*, *vernaculum*, *domesticum*, et opponitur eis quae antecedunt: *postquam sapere urbi cum pipere et palmis* (mercibus peregrinis) *venit.* De pulte cf. Varro, De ling. Lat. V, 105: *De victu antiquissima puls;* Plin. Nat. hist. XVIII, 19, 2: *Pulte... non pane vixisse longo tempore Romanos manifestum;* Val. Max. II, 5, 5: *Erant (antiqui) adeo continentiae attenti, ut frequentior apud eos pultis usus quam panis esset.* Ipsa collocatio verborum *nostrum hoc maris expers* et *pultes* in fine versus interpretationi quam probamus favet. Cf. e. g. Lucan. IX, 357—358:

Atque insopiti quondam tutela draconis,
Hesperidum pauper spoliatus frondibus hortus.

Ibid., 76—77:

— ne sit praestantior alter
Cappadocas rigida pinguis plausisse catasta.

Nemo est hodie quin cod. Pithoeani lectionem *plausisse* [2]) probet et de mangone venalium Cappadocum corpora contrectante [3]) recte interpretetur. De usu verbi *plaudere* cf. Verg. Georg. III, 186: *plausae cervicis;* Aen. XII, 86: *pectora plausa;* Ovid. Metam. II, 866—867: *Modo pectora praebet Virginea*

---

1) Vide Persii Casauboniani editionem a Duebnero curatam, p. 325 (Lipsiae, 1839).

2) *Parisse*, quod plerique praebent, manifesta est interpolatio.

3) Cf. Sen. pat. Controv. I, 2, 3: *Nuda in littore stetit ad fastidium emptoris; omnes partes corporis et inspectae et contrectatae sunt.*

plaudenda [1]) *manu;* Manil. V, 425: *plausa aqua;* Sil. Ital. IV, 265: *plausae cervicis;* XVI, 357—358: *cervicis applausae;* Stat. Silv. I, 3, 74: *plaudit aquas.*

AD LUCANUM.

III, 111—112:

Melius, quod plura iubere
Erubuit quam Roma pati.

In editione maximi pretii quam curavit (Lugd. Batav. [1896]), vir doctissimus C. M. Francken scripsit:

Melius <di>! plura iubere
Erubuit quam Roma pati,

rationesque correctionis has attulit: „*Melius* interpretantur: sc. „actum est". Sine exemplo. Languidum vulg. *quod.* In nota formula *Di melius* comparativus a positivo non differt, cf. II, 537, Hor. Sat. II, 1, 45. *Quod* videtur interpretamentum, quod veram lectionem pepulit".

Sed nihil mutandum.

Locutionis ellipticae *Di melius* [2]) duplex usus est:

1° *Di melius* (subaudi *dent* vel *duint*) est formula deprecationis; de re futura agitur.

2° *Di melius* (subaudi *dederunt*) usurpatur, cum nobis ob felicem eventum gratulamur; de re praesenti vel praeterita agitur. Id cum fit, illud, quod evenisse gaudemus, duplici modo exprimi potest:

A. Per parataxin, e. g.:

Propert. IV, 6, 65—66:

Di melius: quantus (= quantulus) mulier foret una triumphus,
Ductus erat per quas ante Iugurtha vias!

Ovid. Heroid. XVI, 30:

Di melius: similis non fuit ille tui.

B. Per hypotaxin coniunctione *quod* adhibita, e. g.: Sen. pat. Controv. X, praef. 7: *Di melius, quod eo saeculo ista ingeniorum supplicia coeperunt, quo ingenia desierant;* Val. Max. VI, 1, ext. 3: *Di melius, quod hunc animum viris earum*

---

1) *Plaudenda* lectio est optimorum codd. Marciani et Neapolitani, *palpanda* Laurentiani. Mire Riese (Praef. p. XXXI, col. 2), qui alioqui Neapolitano primas defert, hic eum erroris arguit.

2) *Melius di* nusquam invenitur.

in acie non dederunt; [Sen.] De remed. fort. 2, 4: „*Morieris*". *Di melius, quod nemo mihi istud minari immortalis potest;* Lucan. II, 537: *Di melius, belli tulimus quod damna priores;* et III, 93 sqq.:

Di melius, quod non Latias eous in oras
Nunc furor incubuit nec iuncto Sarmata velox
Pannonio Dacisque Getes admixtus.

Quibus locis licet addas Sen. ep. 47, 8: *Di melius, quod ex istis dominos habet.* Sic enim legendum puto, cum codd. habeant: *Di melius: quot ex istis dominos habet!* Quippe satis est dicere: „Dominus ille superbus ex servis *dominos* habet." Vix ferenda hyperbole: „*multos* dominos habet". Unum Callistum exempli causa nominat Seneca. *Quod* et *quot* in antiquis codd. persaepe confunduntur.

Brevior etiam formula: *Melius (*om. *di), quod*... occurrit: Iuv. Sat. II, 139—140:

Sed melius, quod nil animis in corpora iuris
Natura indulget.

Stat. Silv. V, 1, 69—70:

Melius, quod non adversa probarunt
Quae tibi cura tori, quantus pro coniuge pallor.

Ergo et apud Lucanum, III, 111, servanda est codd. lectio: *Melius, quod plura iubere*, etc.

Formula *bene, quod*... utitur Apuleius, Apolog. 36 et 84.

Ad Tacitum.

Ann. I, 1: *Sed veteris populi Romani prospera vel adversa claris scriptoribus memorata sunt; temporibusque Augusti dicendis non defuere decora ingenia, donec gliscente adulatione deterrerentur. Tiberii Gaique et Claudii ac Neronis res florentibus ipsis ob metum falsae, postquam occiderant, recentibus odiis compositae sunt. Inde consilium mihi pauca de Augusto et extrema tradere*, etc.

Male haec interpunguntur: post *deterrerentur* non plena distinctio, sed media ponenda est. Duae enim sunt sententiae, ex quibus Tacitus colligit: *Inde consilium mihi*, etc. Prior est: *veteris populi Romani — deterrerentur;* altera *Tiberii Gaique — compositae sunt.* Hae sententiae arctissime inter se cohaerentes

per asyndeton adversativum coordinantur; sed si argumentandi rationem spectes, possis priorem alteri, quae maioris est momenti, ita subordinare: *Sed cum veteris populi Romani prospera vel adversa claris scriptoribus memorata sint, temporibusque Augusti dicendis non defuerint decora ingenia, donec gliscente adulatione deterrerentur, Tiberii Gaique et Claudii ac Neronis res florentibus ipsis falsae, postquam occiderant, recentibus odiis compositae sunt.* Tacitus rationem affert, cur neque liberae rei publicae tempora neque Augusti regnum (praeter extrema) in *Annalibus* suis attigerit, res autem Tiberii Gaique et Claudii ac Neronis sibi narrandas esse duxerit. *Annalium* enim scriptores ab Urbe condita opus ordiri solebant; eam legem cum migravisset Tacitus, lectoribus se purgat.

Ibid. 4: *Ne iis quidem annis, quibus Rhodi specie secessus exulem egerit* (sic cod.)...

Exulem in *exul* correxit Muret, idque a plerisque edd. receptum est. Recte tamen se habet *exulem egerit.* Nam *exulem agere* non est *partes exulis agere*, *exulem se simulare*, sed *exulis vitam agere.* Cf. Sidon. Apollin. ep. VIII, 9, 3: *Ago laboriosum, agis ipse felicem; ago adhuc exulem, agis ipse iam civem.* Itidem Plin. min. ep. I, 17, 1: *Est adhuc curae hominibus fides et officium, sunt qui defunctorum quoque amicos agunt* (i. e. sese amicos re vera praestant); Suet. Tib. 12: *Enimvero tunc non privatum modo, sed etiam obnoxium et trepidum egit;* etc.

Ibid. XI, 23: *Recentia haec: quid si memoria eorum moreretur* (sic cod.), *qui ⟨sub⟩ Capitolio et arce Romana manibus eorumdem prostrati sint?*

Moreretur sane absurdum; haud minus absurdum *oreretur*, Bachii inventum, quod in textum edd. inculcarunt. Lego: *renovetur.* Cf. Cic. Or. cum populo gratias agit, 3, 8: *Frater erat unus... qui suo fletu desiderium mei memoriamque renovaret;* T. Liv. XXII, 61, 13: *renovavitque memoriam acceptae cladis.*

Ibid. XII, 47. Mithridates, rex Armeniae, a Radamisto per dolum capitur:... *simulque concursu plurium iniciuntur catenae. Ac compede, quod dedecorum barbaris, trahebatur; mox quia vulgus duro imperio habitum, probra ac verbera intentabat.*

Et erant contra, qui tantam fortunae commutationem miserarentur; secutaque cum parvis liberis coniunx cuncta lamentatione complebat. Diversis et contectis vehiculis abduntur, dum Pharasmanis iussa exquirerentur.

Quid tam hiulcum, tam dissolutum, tam inconcinnum, quam haec narratio est? Verum hoc non scriptoris vitio factum est, sed editorum, qui prava interpunctione pulcherrimam periodum pessum dederunt. Reconcinnemus „disiecti membra" Taciti:

... *simulque concursu plurium iniciuntur catenae, ac compede, quod dedecorum barbaris, trahebatur. Mox, quia vulgus duro imperio habitum probra ac verbera intentabat, et erant contra, qui tantam fortunae commutationem miserarentur, secutaque cum parvis liberis coniunx cuncta lamentatione complebat, diversis et contectis vehiculis abduntur, dum Pharasmanis iussa exquirerentur.*

Ibid. XIII, 26: De libertorum contumacitate agitur: *quibusdam coalitam libertate irreverentiam eo prorupisse frementibus, ⟨ut⟩ vine an aequo cum patronis iure agerent,* † *sententiam eorum consultarent ac verberibus manus ultro intenderent, impudenter vel poenam suam ipsi suadentes.*

In loco fere desperato liceat mihi audacius agere.

In *sententiam (sētētiam)* legere mihi videor *set (sed) etiam*, in *eorum* autem *coram*, quod bene convenit cum eis quae sequuntur: *ac verberibus — suadentes.* Inter *agerent* et *sed etiam* lacuna est, quam explebimus scribendo: *agerent, ⟨non modo secum⟩* [1]), *sed etiam....*

Sic igitur totum locum refingimus: *⟨ut⟩ vine an aequo cum patronis iure agerent, ⟨non modo secum⟩, sed etiam coram consultarent*, etc. Haec non ut certa, sed ut satis probabilia protulimus. Meliora fortasse alii invenient.

Ad Suetonium.

Div. Iul. 24: *Sed prospere d e cedentibus rebus.*

Immo *cedentibus* (ut est in cod. Londin. Mus. Brit. 15, C. IV). Res prospere *cedunt*, non *decedunt*. Cf. Aug. 91: *Cessitque res prospere.* Et apud alios scriptores exempla suppetunt.

---

1) Cf. Ann. XI, 25: *secum quisque de se consultaret.*

Paulo supra scriptum fuerat *dedendum (...ac nonnulli dedendum eum hostibus censuerint)*; inde fluxit *decedentibus*.

Ibid. 73: *Simultates contra nullas tam graves excepit unquam.*

Lege: *suscepit*. *Simultates*, *inimicitias suscipere* Latine dicunt, cui opponitur *simultates*, *inimicitias deponere* vel *ponere*.

Aug. 3: *negotio sibi in senatu extra ordinem dato.*

Mirum *in senatu*. Nonne *a senatu?*

Ibid. 86: *deinde ludens malum et inconstans in eligendo genere dicendi ingenium (iudicium* Bentl.) *eius*.

Ludens ingenium eius iure displicuit Casaubono, qui coniecit: *ludens ⟨in⟩ malum*. Nos simplicius ac fortasse verius: *deinde ⟨e⟩ludens*. *Eludere* est *irridere*. *E* post *e* excidit.

Ibid. 94: *Illo et praecipue ostento motum Caesarem ferunt.*

Rectius, arbitror, scripseris: *illo vel praecipue ostento motum*. Cf. Claud. 20: *Opera... perfecit, sed vel praecipua: ductus aquarum*, etc.; Domit. 19: *Sagittarum vel praecipuo studio tenebatur.*

Tib. 31: *etsi commentario*, *quem de vita sua summatim breviterque composuit*, *ausus est scribere...*

Puto: *etsi ⟨in⟩ commentario*.

Calig. 8: *Nec Plini opinionem inscriptio arae quicquam adiuverit*, *cum... qualiscumque partus sine ullo sexus discrimine puerperium vocetur*, *quod antiqui puellas pueras sicut et pueros puellos dictitarent.*

Puto: *dictitarint*.

Ibid. 34. De iuris consultis saepe iactavit Caligula: *se mehercule effecturum ne quid respondere possint praeter † eum.*

Praeter eum mendosum. Alii aliter correxerunt. Mihi quidem in mentem venit *praeter mu*. Plebeiam locutionem contumeliose usurpat Caligula.

Claud. 4: *Nec dubium est*, *quid post haec Augustus constituerit et reliquerit eum nullo praeter auguralis sacerdotii honore impertitum*, etc.

Emenda: *quid... constituerit*, *ut ⟨qui⟩ reliquerit*. Cf. Aug. 30: *Aedes sacras — opulentissimis donis adornavit*, *ut qui in cellam Capitolini Iovis sedecim milia pondo auri gemmasque ac margaritas — una donatione contulerit;* ib. 68: *Nam quamvis minime appeteret hereditates*, *ut qui nunquam ex ignoti testa-*

mento capere quicquam sustinuerit; Vesp. 4: *Rediit certe nihilo opulentior, ut qui — omnia praedia fratri obligarit;* Tit. 3: *Sed ne musicae quidem rudis, ut qui cantaret et psalleret iucunde scienterque.*

Ner. 33: *Quod* (sc. *venenum*) *acceptum a quadam Lucusta venenariorum indice.*

Sic omnes codd., nisi quod Suessionensis habet *venenorum* superscripto *vel venenariorum.* Sensus postulat *venenorum artifice.* Cf. Tac. Ann. XII, 66: *Deligitur artifex talium* (sc. *venenorum*) *vocabulo Locusta;* Sen. Nat. quaest. III, 25, 1: *magnorum artificum venena.* In archetypo fuisse videtur
ORVM
VENENARTIFICE. ARI pro ART legit librarius et ORVM non idoneo inseruit loco, ita ut fieret VENENARIORVM; deinde IFICE in INDICE mutavit, ut sensus qualiscumque evaderet.

Ibid. 45: *Statuae eius* (sc. *Neronis*) *a vertice cirrus appositus est cum inscriptione Graeca: „nunc demum agona esse, et traderet tandem". Alterius collo ascopera deligata, simulque titulus: „Ego quid potui? sed tu culleum meruisti".*

1. In priore inscriptione ferri nequit copulatio *agona esse et traderet:* asyndeton requiritur. Emendo: *Nunc demum agona esse: se traderet tandem,* i. e. se victum fateretur. Cf. Sen. ep. 13, 3: *Saepe iam fortuna supra te fuit, nec tamen tradidisti te, sed subsiluisti et acrior constitisti.* Ex ESSESETRADERET non satis ad litteras attendens librarius fecit ESSEETTRADERET.

2. In altera inscriptione reponendum cum Torrentio *Ego quod potui, sed tu culleum meruisti.* Ironice se excusat cavillator, quod Neroni *ascoperam* tantum modo dedicaverit, cum *culleum* debuerit. Scilicet *ascopera* sacculus erat, quo viator pedes ad portanda utensilia utebatur, *culleus* autem amplior saccus, in quem parricidae insuebantur. De formula *ego quod potui* (sc. *feci*) cf. Ter. Phorm. 478: *Ego quod potui porro;* Sen. ep. 51, 1: *Quomodo quisque potest, mi Lucili.*

Galb. 1: *fuitque mos triumphantibus illas* (sc. *laureas*) *confestim eodem loco pangere, et observatum sub cuiusque obitum arborem ab ipso institutam elanguisse.*

Scribendum, nisi fallor: *destitutam.* Cf. C. Gracch. ap. A. Gell., X, 3, 3: *Idcirco palus destitutus est in foro.* Supra dixerat Suetonius *pangere,* quod idem valet.

Vitell. 15: *Urgenti deinde terra marique hosti hinc fratrem cum classe ac tironibus et gladiatorum manu opposuit, hinc Bedriacenses copias et duces; atque ubique aut superatus aut proditus, salutem sibi — pepigit.*

Coniunctio adversativa requiritur: *at ubique*. Librarius *-que* praeoccupavit.

Domit. 15: *Minervam, quam superstitiose colebat, somniavit excedere sacrario *** negantemque ultra se tueri eum posse.*

Ante *negantemque* omissum est, ut videtur, *lacrimantem*. Librarium decepit homoeoteleuton. Apud Verg. Aen. X, 465, Hercules moriturum Pallantem miseratus „lacrimas effundit inanes".

Ibid. 21: *prandebatque ad satietatem, ut non temere super cenam praeter Matianum malum et modicam in ampulla potiunculam sumeret.*

Supplendum videtur:... *potiunculam* ⟨*quicquam*⟩ *sumeret.*

Ad Apuleium.

Metam. IV, 29: *templa deformantur, pulvinaria perferuntur, caerimoniae negleguntur.*

Perferuntur, quod aperte mendosum est, alii aliter mutarunt. Ego conieci *perforantur*. Pulvinaria in pulvere situque iacentia praedae sunt blattis, tineis, muribus. Cf. Sidon. Apollin. ep. IX, 13, 6: *Tales enim nugas in imo scrinii fundo muribus perforatas post annos circiter viginti profero in lucem.*

Ibid., IV, 30: *Sed non adeo gaudens ista, quaecumque est, meos honores usurpavit.*

Vulg.: *usurpabit*; Oudendorp: *usurpaverit* vel *usurparit*. Futurum exactum praeferendum videtur. Cf. Verg. Aen. IX, 785—786: *Tantas strages impune per urbem | Ediderit?* Iuven. Sat. 1, 3: *Impune ergo mihi recitaverit ille togatas?* Etc. Hic *non adeo gaudens* (*οὐ χαίρουσα*) idem valet atque *non impune*. Legendum ergo: *usurpaverit*. Compendium τοῦ *er* neglexit librarius.

Ibid. V, 3: *Sensit Psyche divinae providentiae beatitudinem monitusque, voces informes audiens.*

Male copulantur *beatitudinem monitusque*. Verborum traiec-

tione ordo restituendus: *voces informes monitusque audiens.* Per ἓν διὰ δυοῖν *voces informes monitusque* pro: *vocum informium monitus.*

Ibid. V, 11. Sorores Psyches invidia ardentes simulant puellam periisse: ... *ora lacerantes simulatos redintegrant fletus. Ac sic parentes quoque redulcerato prorsum dolore raptim deterrentes vesania turgidae domus suas contendunt.*

Deterrentes nequaquam explicari potest. Optime Colvius: *raptim deserentes.* Cf. IV, 21: *concito gradu deserentes;* V, 21: *deserentes... protinus.* Sorores Psyches taedet apud parentes morari; cf. IV, 14: *ne parentibus quidem visis*, et 17: *parentibus fastidienter appellatis.* At novissimus editor R. Helm Colvii emendationem respuit: „Inepte, inquit, propter *quoque.*" Non credo. Paulo adstrictius locutus est Apuleius. Plenior sententia haec est: *Ac sic parentum quoque redulcerato prorsum dolore, eos raptim deserentes — domos suas contendunt.* At enim, inquies, sorores Psyches et parentes non pariter dolent: illarum dolor est *simulatus*, horum *verus*; ergo *quoque* non legitime ponitur. Fateor, sed ad dialecticorum normam non semper loquitur populus. Sic voce *quoque* et Apuleius et alii abutuntur. Exempla suppetunt:

Metam. I, 9: *Amatorem suum, quod in aliam temerasset, unico verbo mutavit in feram castorem... Cauponem quoque vicinum atque ob id aemulum deformavit in ranam.* Et amator et caupo mutantur, sed in formas dissimiles.

Ibid. I, 11: *Grabatulus... impetus tanti violentia prosternitur, me quoque evolutum atque excussum recidens in inversum coperit ac tegit.* Et grabatulus et homo subvertuntur, sed hic *evolvitur et excutitur*, ille *in inversum recidit.*

Ibid. VI, 24: *Horae rosis et ceteris floribus purpurabant omnia, Gratiae spargebant balsama, Musae quoque*[1]) ⟨*voce canora personabant.* Musae cum Horis Gratiisque convivium hilare faciunt, sed suo modo.

Iuven. Sat. 3, 318—321:

— et quotiens te
Roma tuo refici properantem reddet Aquino,

---

1) *Musaeque voce canora* scripsit Helm, minus concinne.

Me quoque ad Helvinam Cererem vestramque Dianam
Converte a Cumis.

Iuvenalis Roma sua sponte proficiscetur, Umbricius Cumis invitatus ab amico. Id unum utrique commune est, *Aquinum petere.*

Calpurnius, Bucol. 4, 137—146:

CORYDON.

Di, precor, hunc iuvenem, quem vos (neque fallor) ab ipso
Aethere misistis, post longa reducite vitae
Tempora vel potius mortale resolvite pensum
Et date perpetuo caelestia fila metallo:
Sit deus et nolit pensare palatia caelo!

AMYNTAS.

Tu quoque mutata seu Iuppiter ipse figura,
Caesar, ades seu quis superum sub imagine falsa
Mortalique lates (es enim deus), hunc, precor, orbem,
Hos, precor, aeternus populos rege! sit tibi caeli
Vilis amor coeptamque, pater, ne desere pacem!

Corydon deos precatur, ut Caesarem in perpetuum regnare sinant, Amyntas Caesarem, ut velit.

Ibid. V, 16: *Quorum utrum verum est, opibus istis quam primum exterminanda est.*

Rittershusius *utrum utrum* volebat, Lütjohann *utrumcumque.* At nihil mutandum: pronomen *uter* relativi generalis vice fungi posse iam satis constat. Cf. Cic. pro Sest. 42, 92: *Horum utro uti nolumus, altero est utendum;* Parad. III, 2, 24: *Quae quoniam utro accessit, id fit propensius, si utroque adiuncta est, paria fiant necesse est.* Querolus, p. 55, 24 ed. Peiper: *Utrum dixero, id contra me futurum video.* Apud Apuleium, De deo Socrat. 2, legendum cum Mercero: *Utra* (codd.: *utraque) harum vera sententia est,... tamen neque de luna neque de sole quisquam Graecus aut barbarus facile cunctaverit deos esse.*

Ibid. V, 21: *Nox aderat et maritus aderat.*

Prima specie offendit *aderat* repetitum; itaque Pricaeus correxit: *et maritus ad⟨ven⟩erat.* Sed rem diligentius perpen-

denti apparet Apuleium aniculae fabulam narrantis sermonem simplicem ac rudem imitari voluisse. Itidem VI, 1: *Videt spicas frumentarias... et spicas hordei videt*, ubi cave quicquam mutes. Neque minus plebeiam simplicitatem redolet (Metam. V, 2): *nec est quicquam, quod ibi non est.*

Ibid. V, 23: *prorsus ex oculis et manibus infelicissimae coniugis tacitus evolavit.*

Egregie *oculis* in o s c u l i s correxit Crusius, qui adfert A. Gell. III, 15, 3: *in osculis atque in manibus filiorum animam efflavit.* Addere poterat Sen. Consol. ad Helv. 2, 5: *filium meum in manibus et in osculis tuis mortuum.* Cf. Sen. pat. Controv. VII, 1, 11: *complexu, osculis prosecutus est.*

Ibid. V, 31: *Oportune, inquit, ardenti prorsus isto meo pectori violentiam scilicet perpetraturae venitis.*

Pro *violentiam*, quod absurdum est, v o l e n t i a m scripsit Markland, idque probaverunt edd. Sane vocabulum *volentia* occurrit apud Apuleium, Metam. XI, 6: *mea volentia fretus*, sed ibi significat favorem, voluntatem, benivolentiam, sensu alieno a nostro loco. Itaque propono v o l e n t i a (neutr. plùr.). Cf. Sallust. Hist. IV ap. Non. Marcell., p. 186 Merc.: v o l e n t i a *plebi facturus videbatur*, i. e. quae plebi grata essent et accepta. Sallustiana verba hic illic orationi intexuit Apuleius (vid. Gatscha, *Dissert. philol. Vindobon.*, vol. VI, p. 154).

Ibid. V, 31: *An ignoras eum masculum et iuvenem esse vel certe iam, quot sit annorum, oblita es?*

Distingue: *vel certe, iam quot sit annorum, oblita es?* Res per se perspicua. De collocatione vocabuli *iam* cf. VI, 5: *Iam quae possunt alia meis aerumnis temptari vel adhiberi subsidia?*

Ibid. VI, 13: *Nec auscultatu paenitendo diligenter instructa illa cessavit.*

Recta dicendi ratio ⟨*non*⟩ *paenitendo* vel ⟨*in*⟩*paenitendo* postulat: illud Koziol, hoc Petschenig proposuit. Sed fieri potest ut negatio semel posita et ad *paenitendo* et ad *cessavit* simul pertineat. De negationibus apud scriptores Latinos perperam vel omissis vel additis alibi [1]) disputavimus; quam disputationem novis exemplis auctam iterum edere in animo est.

1) *Rev. de l'Instr. publ. en Belgique*, t. XXVIII (1885), p. 1 sqq.

Florid. 2 (p. 3, 1 sqq. ed. Helm):... *(aquila) circumtuetur et quaerit, quorsus potissimum in praedam superne sese ruat fulminis vicem, de caelo inprovisa simul campis pecua simul homines urbibus uno optutu sub eodem impetu cernens....*

Distingue:... *sese ruat fulminis vicem de caelo inprovisa, simul campis pecua — cernens.*

Ibid. 3 (p. 3, 10), iure recepit Helm Lipsii emendationem: *tam flexanimo sono.* Vetus verbum Apuleius, ut est ἀρχαϊσμοῦ amator, usurpavit. Cf. Pacuv. fr. 177 Ribb.: *O flexanima atque omnium regina rerum oratio!* Quid, quod apud Martianum Capellam, Apulei imitatorem, occurrit *flexanimus concentus* (IX, 906)?

Ibid. 9 (p. 12, 15 sqq.): *Etiam pedum tegumenta crepidas sibimet compegerat; etiam anulum in laeva aureum faberrimo signaculo quem ostentabat, ipse eius anuli et orbiculum circulaverat et palam clauserat et gemmam insculpserat.*

Olim distinguebant: *etiam pedum tegumenta — compegerat, etiam anulum — quem ostentabat: ipse eius anuli — gemmam insculpserat.*

Interpunctionem correxi, quod probavit Helm.

Rem levissimam ideo tantum nunc commemoro, ut de constructione, quam vulgo „attractionem inversam" vocant, paulo diligentius agam. Qua constructione quantopere delectatus sit Apuleius, ex hoc exemplo et ex eis quae sequuntur apparet. Sunt autem in duo genera discribenda.

A. Antecedens relativo accommodatur, deinde casu legitimo repetitur.

Florid. 7: *Alexandro illi, longe omnium excellentissimo regi, cui — cognomen Magno inditum est..., eius igitur Alexandri multa sublimia facinora,* etc.

Ibid. 9: *etiam anulum — quem ostentabat, ipse eius anuli — gemmam insculpserat.*

Ibid. 15: *Quin etiam Pherecydes Syro ex insula oriundus, qui primus — conscribere ausus est..., eum quoque Pythagoras magistrum coluit.*

Ibid. 18: *Protagoras, qui sophista fuit longe multiscius..., eum Protagoran aiunt....*

Ibid. 22, codd. habent: *Crates ille Diogenis sectator, qui ut lar familiaris apud homines aetatis suae Athenis cultus est, nulla domus unquam clausa erat.* Scribendum cum Brakmano: *Crates ille — qui — cultus est, <ei> nulla domus unquam clausa erat.*

Frequens is usus est apud comicos (v. Plaut. Capt. prol. 1—2, 110—112, 807—809, 813—816, 818—821; Mil. glor. 140—142; Poen. 769—770; Pseud. 527—529; 718—719; Rud. 1065—1066; Trin. 137, 985; Ter. Eun. 524—525). Itidem Cato ap. A. Gell. III, 7, 19: *Leonides Laco, qui simile apud Thermopylas fecit, propter eius virtutes omnis Graecia*, etc., quem locum depravavit H. Peter (*Hist. Rom. fragm.*) scribendo: *Leonides Laco quidem — fecit.* Cf. De agri cult. 64: *Olea quae diu fuerit in terra aut in tabulato, inde olei minus fiet et deterius.*

B. Antecedens relativo accommodatur, nec repetitur.

Florid. 21: *Quippe et illis, quibus curriculo confecta via opus est..., tamen cohibent cursum.*

Cuius generis sunt Plaut. Amph. 1009, Curc. 419, Epid. 448—449, Rud. 1240—1241, et illud notissimum Vergilii (Aen. I, 573): *Urbem quam statuo, vestra est*, ubi Servius confert Catonis orat. in legem Voconiam: *Agrum quem vir habet, tollitur.*

Audacius ἀνακόλουθον („nominativus pendens" nullo subsequente relativo) invenitur in *Prologo*, qui dicitur, libri de deo Socratis (p. 2, 11 sqq. ed. meae): *Aristippus ille Cyrenaicae sectae repertor, quodque malebat ipse, Socratis discipulus, eum quidam tyrannus rogavit*, etc.

Ibid. 14 (p. 19, 7 sqq.):... *coramque virginem imminuisset, ni Zeno procinctu palliastri circumstantis coronae obtutum magistri in secreto defendisset.*

Dele *in. Secreto* dativus est. De locutione *defendere aliquid alicui rei* cf. Plaut. Most. 899—900: *Heus, ecquis hic est maxumam his qui iniuriam foribus defendat?* Verg. Buc. 7, 47: *Solstitium pecori defendite;* Horat. Carm. I, 17, 2—4: *Faunus... igneam defendit aestatem capellis usque meis pluviosque ventos.*

De Apulei libris qui ad philosophiam pertinent emendandis

multa multis locis disserui [1]). Quae omnia hic repetere supersedeo, praesertim cum eorum librorum recensionem publici iuris fecerim (Lipsiae, 1908. Biblioth. Teubner.). Itaque ea tantum selegi quae ad res palaeographicas, criticas, grammaticas aliquid conferre possent; quaedam novis exemplis firmavi.

De deo Socratis, 1: *Sive illa* (sc. *luna*) *proprio seu* (*sibi et* Lütjohann) *perpeti candore*, *ut Chaldaei arbitrantur*, *parte luminis conpos*, *parte altera cassa fulgoris*, *pro circumversione oris discoloris multiiuga pollens speciem sui variat....*

Locum intricatum non expedies nisi *pollens* post *candore* transposueris. *Pollere aliqua re* in deliciis est Apuleio; cf. De deo Socratis, 4: *homines ratione plaudentes*, *oratione pollentes;* 17: *Agamemnon regno pollens;* Apolog. 12: *geminam esse Venerem deam*, *proprio quamque amore et diversis amatoribus pollentis;* 21: *equus... virtutibus suis pollens;* 50: *regalem partem animi... quae*, *ratione pollens....* In quo Lucretium imitatur; cf. De rer. nat. I, 575: *auster fulmine pollens;* et inprimis VI, 237: *pollens fervore corusco.* Quis nunc dubitet quin Apuleius scripserit; *proprio — candore pollens?* Vox *pollens* prius omissa, deinde in margine adscripta est, unde in locum non idoneum migravit.

Ibid. 4: *Quid igitur? nullone conexu natura se vinxit*, *sed in divinam et humanam partem* *** *camse et interruptam ac veluti debilem passa est?*

Ante *cam* spatium trium vel quattuor litterarum vacat in optimo cod. Bruxellensi (B). Cett. nullo intervallo habent *partem campse* (Monacensis: *partem cāse*). Apparet syllabam *cam* reliquias esse vocabuli quod librarius legere aut intellegere nequivit. Id quod invenit Goldbacher: ⟨*man*⟩*cam*, prima specie arridet; sed *mancam* cum verbis *in divinam et humanam partem* non congruit. Requiritur vox quae divisionem vel separationem significet. Itaque conieci ⟨*hiul*⟩*cam*. *Dehiscere* cum *in* et accusat. est apud Plinium, Nat. hist. XXXV, 52, 4: *in capillamenta quaedam canescentia dehiscens.* Voce *hiulcus* utitur Apuleius, Apolog. 43: *naribus hiulcus.*

---

1) *Bull. de l'Acad. roy. de Belgique*, 1898, 1899, 1900, 1905, 1907; *Mélanges Boissier*, 1903.

Ibid. 8: *Nam cum quattuor sint elementa notissima — sintque propria animalia terrarum, ⟨aquarum,⟩ flammarum, siquidem Aristoteles auctor est in fornacibus flagrantibus quaedam* *p r o p r i a* *animalia pennulis apta volitare*, etc.

Ineptum alterum *propria*. Apud Aristotelem, Hist. anim. V, 19, est: θηρία... τῶν μεγάλων μυιῶν μικρόν τι μείζονα. Unde in mentem venit *quaedam* *p a r v u l a* *animalia. Propria animalia*, quod antecedebat, induxit librarium in errorem.

Paulo infra: *cur hoc solum quartum elementum aëris — desertum a cultoribus suis natura pateretur, quin in eo quoque* *a ë r e* *animalia gigneret, ut in igni flammida, in unda fluxa, in terra glebulenta?*

Aëre habent codd., sed *e* ex *i* corr. B; quare scripsi: *in eo quoque aëri a animalia*. Ita et molestam repetitionem tollimus et concinnitatem membrorum consequimur: *in eo aëria, in igni flammida, in unda fluxa, in terra glebulenta*. Neque me fallit *quoque* tunc parum apposite usurpatum videri; sed hoc voluit scriptor: *quin in eo quoque animalia gigneret, et quidem aëria*. Similiter apud Suetonium, Div. Iul. 22, neganti cuidam per contumeliam facile ulli feminae fore insultare Romanorum capitibus Caesar respondet: *in Syria* *q u o q u e* *regnasse Semiramin*, i. e. *in Syria quoque regnasse feminam, et quidem Semiramin*. Vide etiam quae supra dixi ad Apuleium, Metam. V, 11.

Ibid. 16: *Hic, quem dico,* *p r o r s u s* *custos, singularis praefectus, domesticus speculator, proprius curator*, etc.

Nihili est *p r o r s u s* *custos*. Requiritur adiectivum quod idem fere declaret atque *singularis, domesticus, proprius*. Correxi: *p r i v u s* *custos*. Cf. Plaut. Pseud. 865: *Item his discipulis* *p r i v o s* *c u s t o d e s* *dabo. Privus* vetus verbum (A. Gell. X, 20, 4; Paul. ex Festo, s. v.) Apuleio, ut est ἀρχαϊσμοῦ sectator, placuit. Cf. Lucret. III, 372, 389, 723; IV, 260, 566; V, 274, 733. *P r i v u s* in *p r o r s u s* mutatum est, ut apud Manilium, V, 547, *p r i v a t i s* in *p r o n a t i s*.

Ibid. 23: „*Validus est*": *aegritudine fatigabitur*. „*Pernix est*": *a b i t* *i n* *s e n e c t u t e*. „*Formonsus est*": *exspecta paulisper et non erit.*

Sic B et alii. Nonne monstri simile est editores deteriorum codd. lectionem: *abibit in senectutem* recepisse? Ergo homo pernix

abibit, currendo scilicet, in senectutem? Ridiculum. Emendatio facillima est eademque certissima: excidit *st* post *est*; scripsi igitur: „*Pernix est*": <*st*>*abit in senectute*, i. e. in senectute desinet currere, non iam loco se movere poterit. Cf. De Plat. I, 10: *perituramque esse observationem conputationis huius, si hic olim chorus antiquus* (sc. *siderum*) *steterit;* Asclep. 30: *In ipsa enim aeternitatis vivacitate mundus agitatur et in ipsa vitali aeternitate locus est mundi. Propter quod nec stabit aliquando nec conrumpetur;* Lucan. II, 489—490: *Victoria nobis* | *Hic primum stans* (i. e. progredi nequiens) *Caesar erit;* 496—498: *Non si tumido me gurgite Ganges* | *Summoveat, stabit* (i. e. haerebit) *iam flumine Caesar in ullo* | *Post Rubiconis aquas;* et ita passim apud poëtas.

De Platone et eius dogmate, I, 1: *Nam vidisse sibi visus est* (sc. *Socrates*) *cygni pullum ex altari, quod in Academia Cupidini consecratum est, evolasse et in eius gremio resedisse et postea olorem illum pinnis caelum petisse canore musico auditus hominum deorumque mulcentem. Cum hoc Socrates in conventu hominum referret....*

Mirum ni hoc in conventu deorum vel beluarum Socrates retulerit! Reposui audacter: *in conventu amicorum*. Cf. paulo infra: „*amici*", *inquit*. Modo scripserat librarius *auditus hominum;* hinc pro *amicorum* subiecit *hominum*. Simili vitio laborat locus hic:

Ibid. 12: *Unde susceptam providentiam dii secundae providentiae ita naviter retinent*, etc.

Correxi: *susceptam provinciam*. Cf. De deo Socratis, 8: *proinde ut est cuique tributa provincia;* De mundo, 26: *alii venatibus agendis provinciam nacti;* Metam. IX, 17: *commissae provinciae fidem tuebatur;* Ter. Phorm. 72—73: *O Geta, provinciam cepisti duram;* Cic. pro Cael. 26, 63: *qui eam provinciam susceperint;* etc. Praecurrentibus oculis manum, librarius, vocis *providentiae*, quam legerat, memor, *provinciam* in *providentiam* deformavit.

Ibid. 15: *Pedes denique umerorum tenus capiti oboediunt.*

Quid? umerorum tenus corpus humanum solis pedibus constat? <*omniaque*> supplevit Sinko; ego malim <*ceteraque*>.

Ibid. paulo infra: *nam ne exhaustis et labentibus usque in-*

feruntur momentis omnibus adpetendi cibi necessitas immineret et ad hoc unum occupari nobis dies noctesque esset necesse.

Sic optimi codd. Non legendum esse: *labentibus, quae inferuntur*, sed supplendum: *labentibus usque,* ⟨*q u a e*⟩ *inferuntur* cuivis apparet; adverbio enim *usque* (i. e. assidue), cui *momentis omnibus* respondet, nequaquam carere possumus. Tum *ne* post *nam* expungendum. Non intellexit interpolator ablativum absolutum *exhaustis et labentibus usque*, etc. enuntiationis condicionalis (*si exhaurirentur et laberentur usque*) locum obtinere, apodosin autem esse: *necessitas immineret et esset necesse.*

Ibid. II, 2: *(Bonum primum) cuius pulchritudinem rationabiles adpetunt mentes, natura duce instinctae e a d e m eius ardorem.*

Instinctae eadem ⟨*i n*⟩ *eius ardorem* supplevit Hildebrand. Male. Quorsum *eadem?* B habet: *instinctaeademeius.* Fuerat in archetypo: *instinctaeadeius (instinctae ad eius)*, ubi librarius *eadē* sibi visus est legere.

Sequitur:

Et quod non omnes id a d i p i s c i queunt neque primi boni a d i p i s c e n d i facultatem possunt habere....

Ταυτολογία non ferenda. Legendum: *neque primi boni d i s p i c i e n d i facultatem possunt habere. Adipiscendi* ex *adipisci*, quod antecedit, ortum. Cf. supra ad I, 1.

Hanc emendationem in editionem non recepisse me paenitet.

Ibid. 4:... *incommobilitas* — *ἀοργησίαν sic interim dixerim.*

Optimi codd. habent ΔΟΡΤΗCΙΑΝΤΙC vel ΑΟΡΤΗCΙΑΝΤΙC, unde erui *ἀοργησίαν sic.* Goldbacher, inferioribus codd. deceptus, scripsit *ἀοργησίαν νοῦ sic*; prorsus inutile est *νοῦ*. Cum in archetypo fuisset ΑΟΡΓΗCΙΑΝΓic, imperitus librarius litteras latinas pro graecis habuit. Cf. De Plat. II, 8, ubi *ἄλογον τριβὴν elocuti* factum est in codd. ΑΛΟΓΟΝΤΡΗΒΗΝΕ *locuti.*

Ibid. 18: *qui quanto plurimum cupidior sit, tanto egentior sibimet et propterea aliis videri potest.*

Sic codd. praeter B, qui praebet *cupitioresit.* Hoc duce restituimus veram lectionem: *qui quanto plurium* (ita iam ed. Romana) *c u p i t o r e s t.* Cf. De Plat. II, 22: *c u p i t o r e m quoque eiusmodi rerum esse;* Florid. 17: *magisque sum tantae amicitiae c u p i t o r quam gloriator;* Metam. III, 19: *sum namque coram magiae noscendae ardentissimus c u p i t o r.*

Ibid. 20: *Nam vinculis liberata corporeis sapientis anima remigrat ad deos et pro merito vitae purius castiusque transactae hoc ipso usu deorum se condicioni conciliat.*

In explicando *usu* edd. frustra se torquent. Rescripsi *nisu*. Similitudo e volucribus sumpta. Cf. Horat. Carm. IV, 4, 8 (de aquila): *insolitos docuere nisus;* IV, 2, 3: *nititur pinnis;* Verg. Aen. IV, 252: *paribus nitens Cyllenius alis.* Anima vinculis corporeis liberata *nititur* i. e. evolat ad deos. Cf. Sen. Consol. ad Marc. 24, 5: *nititur (animus) illo, unde demissus est;* Cic. ap. Lactant., Divin. instit. III, 19, 6: *castos autem (animos), puros, integros, incorruptos, bonis etiam studiis atque artibus expolitos, leni quodam et facile lapsu ad deos, id est ad naturam sui similem, pervolare.* Irridet hanc opinionem Arnobius, II, 33: *Vos cum primum soluti membrorum abieritis e nodis, alas vobis affuturas putatis, quibus ad caelum pergere atque ad sidera volare possitis.*

Ibid. 24: *Sic enim fiet, ut omnes una mente sint iniquumque sibi factum velint.*

Correxeram: *invicemque sibi factum velint.* Postea animadverti hanc emendationem a I. Fr. Gronovio (ad A. Gell., VII [VI], 3, 25) praeoccupatam esse. Formulam *factum alicui velle* praeclare, ut solet, explanavit vir magnus. Unum locum addam ex Apuleio ipso petitum, Apolog. 61: *Sicinium Pontianum privignum meum, qui mihi factum volebat.*

De mundo, Praef.: *Consideranti mihi et diligentius intuenti, Faustine, mihi....*

Insulsum est geminatum *mihi.* Correxi: *Faustine fili.* Cf. De Plat. II, 1: *Moralis philosophiae caput est, Faustine fili.* Pervulgatum erroris genus iam saepe notavi.

Ibid. 12: *Anaphysemata Graeci vocant eos spiritus, qui de fundo vel hiatibus terrae ad superna maris solent.*

Reposui: *ad superna minari solent.* Cf. De mundo, 8: *(exhalationes) ad superiora minari ex gremio telluris.* Notandum *minari* his locis idem significare atque *emicare*, cum alibi de rebus quae loco non moventur usurpari soleat. *Minari solent* in *maris solent* deformavit librarius, geminato *s* et omisso *in*. Eiusmodi omissionibus scatet B, e. g. *ope(ri)bus, ve(ne)rantur, huma(na)rum, soli(di)tas, pepe(re)runt, caris(si)mum, memi(ni)sse,*

memi(ni)sti, *mali(ti)am*, *ini(ti)a*, *opinio(ni)bus*, *bea(ti)tudinem*, *nomi(ni)bus*.

Ibid. 16:... *eorum*, *quae eiusmodi praestigias* *humanis* *inferunt oculis*, etc.

Ita scripsi, cum B habeat: *praestigiasumeris (praestigia humeris* corr. m. post.), V: *praestigias sumeris*, dett.: *praestigia meris*. *Humanus* cum *umerus*, *humerus*, *numerus* alibi confunditur. De deo Socratis, 16: *Verum haec omnis distributio eorum daemonum fuit*, *qui quondam in corpore* *humano* *fuere* (codd.: *numero*, sed *vel humano* ss. m. 2 B). De Plat. II, 1: *humana autem bona* (codd.: *humera*, sed *vel innumera* m. 2, *aliter humana* m. rec. ss. B; V: *numera)*. De mundo, 28: *ibunt per aëris vias praepetes*, *quibus hoc natura largita est; atquin una ab* *humano* *sinu abeundi facultas concessa omnibus fuerat* (B: *ab* *humeros* *inu;* alii: *ab* *humero* *sinu*. Ergo conieci *humano;* cf. paulo supra: *si* *quis* *pariter* *patefacto* *gremio* *animalis simul abire patiatur)*.

Ibid. 17:... *Phlegethontis amnis*, *quem poëtae* *sciunt* *in fabulis inferorum*.

Emendavi *ciunt*, i. e. invocant. Respicit Apuleius Verg. Aen. VI, 264—265:

Di, *quibus imperium est animarum*, *umbraeque silentes*,

Et Chaos et *Phlegethon*, *loca nocte tacentia late...*

Ciere pro *invocare* occurrit De deo Socrat. 5: *Quem fautorem bonis*, *quem adversatorem malis in omni vita* *ciebo?* *Cire* et *ciere* dixit Apuleius (De mundo, 22: *ciunt*; Florid. 17: *ciant*). Confunduntur *cire* et *scire* in codd. (De mundo, 22: *sciuntur* B et V pro *ciuntur;* 37: *scietur* B pro *cietur*).

Ibid. 23: *terram... nec* *oc casibus fatigari nec saeculis anilitari.*

Occasus de terra dici nequit. Pseudoarist.: πάθη, quod Apuleius modo per *passiones*, modo per *casus* reddit; cf. 8: *terreni* *casus*. Itaque scripsi *nec* *casibus* *fatigari*. *Oc* ex *nec* per dittographiam ortum est.

Ibid. 25: *Sed cum credamus deum per omnia permeare et ad nos et* *ad* *ultra* *potestatem sui numinis tendere....*

Pro *ad ultra* Salmasius *ad ultera*, Goldbacher *ad ulteriora* proposuit. Nescio an servanda sit codd. lectio (in editione *ad* seclusi). Pseudoarist.: τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς. Hoc Apuleius, ut potuit,

transtulit, satis inscite, quia lingua latina articulo finito caret.

Ibid. 29: *Hinc tempestivi imbres et spiritus a u t i n s e c u n d i.* Sic codd. Correxerunt edd.: *spiritus h a u d i n f e c u n d i.* Infeliciter; nam etsi legimus apud Lucretium, I, 10: *genitabilis aura favoni*, et apud Catullum, 64, 282: *aura... tepidi fecunda favoni*, tamen ista λιτότης *haud infecundi* paene risum movet. Restitui: *et spiritus n a u t i s s e c u n d i.* Apposite ventos navigantibus secundos memorat Apuleius.

Ibid. 38: *Sed tria Fata sunt, numerus cum ratione temporis faciens, si potestatem earum ad eiusdem similitudinem temporis referas.*

In editione post *sed* lacunam indicavi, quia constructio κατὰ σύνεσιν (*earum*) durior esse videbatur. Nunc mihi scrupulum eximit locus apud Fulgent. Planc. Mythol. I, 8: *Tria — fata: q u a r u m prima Clotho*, etc.

Dialogum qui *Asclepius* inscribitur, e graeco translatum, genuinis Apulei operibus non adnumerandum esse inter omnes constat. Sententiae tenebris obvolutae, errores in vertendo manifesti, sermo barbarus, textus corruptissimus. Quantum in isto libello recensendo laboraverim, nec memorare refert nec meminisse iuvat. Ne lectoris patientia abutar, particulam observationum mearum exhibebo.

Asclepius, 1. Dialogus in codd. sic incipit:

Asclepius. Asclepius iste pro sole mihi (B: *pro solem) est deus. Deus te nobis, o Asclepi,* etc.

Recte, opinor, verba: *Asclepius. Asclepius iste pro sole mihi est,* ut iudicium ab aliquo lectore margini adscriptum [1]), seclusi; deinde distinxi: *Deus, deus te nobis, o Asclepi*, etc. Cf. 41: *Melius, melius ominare, Asclepi.* Verg. Bucol. 5, 64: *Deus, deus ille, Menalca.*

Ibid. 5: *Quorum vero daemonum species in qualitate sui generis perseverant, ii amantes hominum r a t i o* (sic optimi codd. B et M; cett.: *rationem* vel *ratione) daemones nuncupantur. Similis est et hominum aut eo amplior.*

Nihil habet quod agat vox *ratio* post *amantes hominum;* contra genetivus *hominum* post *est et* nihil habet unde pen-

---

1) Cf. 18: *Ut enim sole mundus, ita mens humana isto clarescit lumine.*

deat et subiectum deest enuntiationi. Omnia recta fient transponendo: *ii amantes hominum daemones nuncupantur. Similis est et hominum ratio.* Oculi librarii ab altero *hominum* ad alterum aberraverunt. Quod ad locutionem *hominum ratio* attinet, cf. Asclep. 3: *divinitatis ratio*, et 37: *circa deorum rationem;* Minuc. Fel. 17, 2:... *ut, nisi divinitatis rationem diligenter excusseris, nescias humanitatis.*

Ibid. 13: *Puram autem philosophiam eamque divina tantum religione pendentem....*

Supplevi: *eamque* ⟨*e*⟩ *divina.* Ubique enim in *Asclepio* verba *pendere* et *dependere* cum praepositione *ex* construuntur: Cf. 1: *ex ore Hermu animis singulorum mentibusque pendentibus;* 19: *ex uno... cuncta pendentia;* 39: *quae ex illius primordiis pendent;* 7: *cum... omnia ex eius voluntate dependeant.* Excidit *e* post *eamque.*

Ibid. 14: *Idcirco non erant, quanta* (sic optimi codd.; cett.: *quando) non erant, sed in eo iam tunc erant, unde nasci habuerunt.*

Reposui: *idcirco non erant, quia nata non erant.* Cf. quae sequuntur: *non enim ea sola non nata dicuntur*, etc., et infra: *ὕλη autem vel mundi natura et spiritus, quamvis nata non videantur a principio;* 31: *mundum non natum... intra se habens.*

Ibid. 16: *Vestri tamen causa et haec prosequar, quae coeperam, et rationem reddam.*

Lege: *persequar.* Cf. 22: *Si solis ergo et paucis hoc proderit, dignum est hunc persequi atque expedire tractatum.* Poem. IX, 1 ed. Parthey: νῦν δὲ ἀναγκαῖον ἡγοῦμαι... καὶ τὸν περὶ αἰσθήσεως λόγον διεξελθεῖν. *Persequi* et *prosequi* saepissime in codd. confunduntur. Hanc emendationem in editionem recipere debui.

Ibid. sub. fin. cap.: *Itaque hactenus a nobis intellegantur* (sic optimi codd., sed *n* exp. B; cett.: *intelligatur) mente sola intellegibilis, summus qui dicitur deus, rector gubernatorque est sensibilis dei*, etc.

Manca et dissipata oratio. Supplevi et distinxi: *Itaque* ⟨*haec*⟩ *hactenus a nobis intellegantur. Mente sola intellegibilis, summus qui dicitur deus, rector gubernatorque est*, etc. Cf.

14: *Et de his sit hucusque tractatus;* 20: *Haec ergo ratio, o Asclepi, tibi sit reddita;* 27: *Et haec usque eo narrata sint;* 37: *Sed iam de talibus sint satis dicta talia.* Graece: περὶ μὲν οὖν... ταῦτα (vel τοσοῦτον) εἰρήσθω.

Ibid. 19: *Sublimis etenim ratio... si non attentiore aurium obsequio verba loquentia acceperit, transvolabit et transfluet,* etc.

Mirum sublimem rationem aures habere et admoneri ut Trismegisti verba attendere velit. Mirum *verba loquentia.* Nemo, ut arbitror, infitiabitur emendationem meam veram esse: *si non — verba loquentis acceperis* [1]). Cum sequeretur *transvolabit*, *acceperis* in *acceperit* abiit. Pro *loquentia* B praebet *loquentias* (sed *s* exp.). Vides genuinam lectionem *loquentis* ab inepto lectore ita correctam: *loquenti*$\overset{a}{s}$, quod candidus codicis B librarius religiose exscripsit.

Ibid. 24: *Et inhabitabit Aegyptum Scythes aut Indus aut aliquis talis id est vicina barbaria.*

Absurdum *id est.* Bernays volebat: *aliquis talis e vicina barbaria.* Propius ad codd. litteras accedit: *aliquis talis de vicina barbaria.* In *de* librarius sibi videre visus est *(i)d ē.*

Ibid. 26:... *tunc ille dominus et pater... intuens in mores factaque voluntaria, voluntate sua, quae est dei benignitas, vitiis resistens et corruptelae,* etc.

Ineptum *voluntaria* Bernays delebat, ego in *nefaria* mutandum censeo; quam vocem, quia sequitur *voluntate,* librarius alias res agens depravavit. Cf. ad Apul. De Plat. I, 12.

Ibid. 29: *Semel autem dispensavit vitam vitalibus cunctis aeterna lege praestatur hoc more, quo dicam.*

Oratio dissoluta et intellectu carens commode sic refingi potest: *semel autem dispensata vita vitalibus cunctis aeterna lege praestatur hoc more, quo dicam.* Ex DISPENSATAVITAVITALIBVS caligans librarius fecit *dispensavit vitā vitalibus.*

Ibid. 32: *Intellectus autem naturae et qualitate sensus mundi ex omnibus, quae in mundo sensibilia sunt, poterit pervideri aeternitas, quae secunda est; ex sensibili mundo sensus datus qualitasque dinoscitur.*

Merae tenebrae! Verum, ut comicus ait:

---

1) Cf. Poem. X, 17 (p. 78, 7 ed. Parthey): τῆς τοῦ λέγοντος φωνῆς.

Nil tam difficilest, quin quaerendo investigari possiet.

Primum totus locus in duas dividendus est partes, quarum prior desinit in *poterit pervideri*, ut indicat clausula (– ⏑ | – ⏓). Hanc priorem levissima correctione in integrum sic restituimus: *Intellectus autem naturae et qualitatis sensus mundi ex omnibus, quae in mundo sensibilia sunt, poterit pervideri.* Cf. infra: *intellectus noster ad qualitatem sensus mundi intellegendam et dinoscendam mentis pervenit intentione.* Nunc alteram partem aggrediamur (*aeternitas — dinoscitur*), in qua primum offendit nominativus *aeternitas*, deinde substantiva *sensus* et *qualitas* genetivo „determinativo" carentia. Utrique vitio pariter medebimur scribendo *aeternitatis*. Unum restat, quod difficultatem afferat, id est participium *datus*; una litterula mutata habebimus, quod sententia postulat, *datur*. Dehinc omnia recte procedunt: *Aeternitatis, quae secunda est, ex sensibili mundo sensus datur qualitasque dinoscitur.*

Ibid. 33: *De inani vero, quod iam magnum videtur esse quam plurimis, sic sentio.*

Pro *iam magnum* rescripsi *tam magnum*. Frequentissime *t* et *i* confunduntur in B, e. g. De mundo, 31: *iam iniustus* pro *tam iniustus*. *Tam magnum* i. e. tanti momenti: Epicureorum doctrinam significat scriptor.

Ibid. 40: *Sic est enim rotunditas volubilis ratio, ut ita sibi coartata sint cuncta, ut initium sit quod sit volubilitatis ignores, cum omnia se semper et praecedere videantur et sequi.*

Sic optimi codd.; cett. *sit* ante *quod* omittunt. Non exturbandum illud *sit*, sed in *si* mutandum arbitror: *ut initium, si quod sit volubilitatis, ignores.* Cf. 17: *Ex quo eius imum, ⟨imo⟩ si locus est in sphaera* [1]*), graece* Ἅιδης *dicitur;* 33: *Sicuti enim quod dicitur extra mundum, si tamen est aliquid...;*

---

1) Sic refinxi locum ex coniectura. Codd. habent: *Ex quo eius imum vel pars si locus est in sphaera.* Fuerat, opinor, in archetypo: *Ex, quo eius imum, si* [ss. *vel pars*] *locus est in sphaera. Vel pars* coniectura est lectoris cui vox *locus* sensu cassa videbatur, neque immerito, cum *imo* excidisset; quam coniecturam in textum ineptus inculcavit librarius. De sententia cf. Arnob. IV, 5: *Iam primum enim mundus ipse per se sibi neque dexteras neque laevas neque superas regiones neque imas neque anticas habet neque posticas. Quidquid enim teres est atque ex omni parte rotunditatis solidae convexione conclusum, nullum habet initium, nullum finem.*

37: *reliquus enim vel potius totus, si est homo totus in sensu vitae, melior remeavit in caelum.*

Ad Minucium Felicem.

2; *Itaque cum diluculo ad mare inambulando litore pergeremus...*

Quî, quaeso, fieri potest ut quis inambulando litore ad mare pergat? Si litus inambulat, iam ad mare pervenit. Atqui Minucius eiusque amici etiam tunc in urbe erant cum mare peterent: ibi enim (non hercle in litore) Caecilius simulacrum Serapidis denotat. Vide quae sequuntur (3, 1—2): *Tunc Octavius ait: „Non boni viri est — redundare." Cum hoc sermone eius medium spatium civitatis emensi iam liberum litus tenebamus.* Itaque recipienda est Cellarii emendatio: *inambulando litori.* Dativo consilii usus est Minucius, ut orationem variaret, cum iam *ad mare* scripsisset et mox *ut et aura — vegetaret et — harena subsideret* scripturus esset. Similiter loquitur Tacitus, Ann. XII, 66: *refovendis viribus... Sinuessam pergit.*

48, 4: *ita in hac mundi domo cum caelum terramque perspicias providentiam, ordinem, legem, crede esse universitatis dominum,* etc.

Caelum terramque ferri nequit. Repone: *cum caelo terraque perspicias providentiam, ordinem, legem.* Cf. Cic. De fin. V, 4, 9: *Natura sic ab iis investigata est, ut nulla pars caelo, mari, terra, ut poëtice loquar, praetermissa sit.* Librarius non attendens ea quae sequebantur *(providentiam, ordinem, legem)*, cum accusativum ad *perspicias* pertinentem requireret, *caelo terraque* in *caelum terramque* mutavit.

24, 3: *et magna religione conquiritur quae plura possit adulteria numerare.*

Post *adulteria* ⟨*quam partus*⟩ addidit Vahlen e Lactantio, Divin. instit. I, 17, 11; et iure quidem addidit, sed vitiosa clausula: *quam partus numerare* (⏗ ⏑⏑ | ⏗ ⏘). Rectum erit: *adulteria numerare* ⟨*quam partus*⟩ (⏗ ⏑ – | ⏗ ⏘).

Ad Arnobium.

I, 50 ed. Reiff.: *Imperio ille* (sc. Christus) *uno exturbavit*

a corporibus daemonas et exanimatis suos restituit sensus: sub eorum tortantes et illi (sc. Apostoli) *se casibus iussione non alia sanitati et constantiae reddiderunt.*

Pro *casibus* Heraldus legebat *incursibus*, probabiliter (cf. Firm. Matern. Mathes. VIII, 9; Lactant. Divin instit. IV, 27). Sed vide num probabilius sit *quassibus*. Cf. Firm. Matern. Mathes. III, 4, 27: *quamvis violentus sit daemon, qui corpus hominum animumque quatiat;* Lactant. Divin. instit. II, 15: *(daemones) mentes furoribus quatiunt.* Vocabulum *quassu* restituit Madvig apud Senecam, Consol ad Marc. 11, 3; cf. Pacuv. apud Cic. Tuscul. disp. II, 21, 48. *C* et *qu* in codd. nonnunquam permutantur.

II, 61: *Vestris non est rationibus liberum, inplicare vos talibus et tam remota inutiliter curare.*

Inutiliter debetur Sabaeo; cod. habet *inutilitate*, unde Brakman eruit *sine utilitate.* Ego legerim: *inutili ⟨seduli⟩tate.*

IV, 16: *Immo, inquiet quinta Minerva, † tutunis, quae marita et puerpera totiens castitatis purae inminuta es sanctitate.*

Lege et distingue: *Immo, inquiet quinta, Minerva tun ut sis, quae — inminuta es sanctitate?* Proxime ad verum accesserat Gelenius scribendo: *Minerva tu sis.*

Ad Firmicum Maternum.

De errore profan. relig., 3, 2 ed. Halm: *Mortem ipsius* (sc. Attidis) *dicunt, quod semina collecta conduntur, vitam rursus, quod iacta semina annuis vicibus † reconduntur.*

Pro *reconduntur* Bursian coniecit *recidivantur*, Reifferscheid *redduntur*, Halm *renascuntur*. Fortasse praestat *recluduntur.*

Ibid. 17, 2: *Mare nantes a natando Neptunum dici voluerunt, et ex hoc quod libenter faciebant, substantiam nominis figurantes terrenam vim omnem atque naturam Ditem patrem dicunt, quia haec est natura terrae, ut et recidant in eam omnia et rursus ex ea orta procedant, quae res opulentiam terrae divitiasque monstravit.*

O confusam orationem! numquis haec intellegere potest? Lege et distingue: *Mare nantes a natando Neptunum dici voluerunt,* [*et*] *ex hoc quod libenter faciebant substantiam nominis*

figurantes. Terrenam vim omnem atque naturam Ditem patrem dicunt, etc. *Et* ante *ex* imprudens addidit librarius.

Ad „Querolum".

P. 5, 9 ed. Peiper: *Aulularian hodie sumus acturi, non veterem at rudem, investigatam Plauti per vestigia.*

At pro *ac* correxit Daniel. Lectionem codicum *ac* tuetur Minuc. Fel. Oct. 19, 4: *Omitto illos veteres et rudes.*

P. 11, 25: QUER. *Ergone egomet aerumnosus non sum?* LAR. *Et fateor, sed vitio tuo.*

Emendo: *Es, fateor, sed vitio tuo.*

P. 16, 23—26: *Hic* (sc. *ad Ligerem) iure gentium vivunt homines, ibi nullum est praestigium, ibi sententiae capitales de robore proferuntur et scribuntur in ossibus; illic etiam rustici perorant et privati iudicant.*

Tunc temporis in Gallia omnium rerum perturbatio erat. Praesidio legum et magistratuum carebant. Itaque homines rustici, ut se protegerent, iudicia subita et privata constituerunt (id quod non ita pridem in nonnullis Americae septentrionalis regionibus fieri solebat). Hoc significat auctor *Queroli. Sententiae capitales de robore proferuntur* i. e. pronuntiantur a iudicibus sub quercu sedentibus. Cf. infra p. 17, 5: *Nolo iura haec silvestria.* De usu praepositionis *de* cf. Plaut. Most. 1104: *Tum consilia firmiora sunt de divinis locis.* Verba *scribuntur in ossibus* gallice sic vertit Havet: „On en écrit le texte sur les os du patient." Ego interpretor: penuria tabellarum sententiae capitales scribuntur in ossibus animalium. Cf. Diogen. Laërt. VII, 5, sect. 4, § 174 (de Cleanthe): Τοῦτον φασὶν εἰς ὄστρακα καὶ βοῶν ὠμοπλάτας γράφειν ἅπερ ἤκουε παρὰ τοῦ Ζήνωνος ἀπορίᾳ κερμάτων ὥστε ὠνήσασθαι χαρτία. Partem libri qui vocatur *Al-Koran* a Mohamedo in camelorum scapulis scriptam fuisse omnibus notum est.

P. 23, 18—19: *Talia egomet etiam manifesta malo quam tua somnia.*

Cur *etiam?* Conicio: *egomet tam manifesta.* Syllabam *et* male repetiit, *iam* pro *tam* scripsit librarius.

P. 26, 5—7: QVER. *Estne aliquis talis?* SARD. *Maxime ergo, Sycophanta, ut dixeram, per te tuosque — te rogo.*

Distingue: SARD. *Maxime. Ergo, Sycophanta, ut dixeram,* etc. Interroganti Querolo *Estne aliquis talis?* respondet Sardanapallus *Maxime;* dein ad Sycophantam conversus pergit: *Ergo, Sycophanta,* etc.

P. 26, 29—27, 1: *iam hoc de magis existimo.*

Lege: *iam hunc de magis existimo,* i. e. iam hunc aliquem de magis (= aliquem magum) esse existimo. Cf. ad Senecam, ep. 30, 3.

P. 34, 17—18: *Vis et nomina servulorum tibimet etiam nunc eloquar?*

Non *etiam nunc,* sed *iam nunc* sententia postulat. Cf. p. 58, 18—19: *Ohe, visne interdictorum capita iam nunc eloquar?* TIBIMETETIAM ex TIBIMETIAM per dittographiam ortum.

P. 36, 4—3: *Omnia sunt peracta, quod bonum faustum felixque sit huic domui. Nos praesto sumus.*

Distingue: *Omnia sunt peracta. Quod bonum faustum felixque sit huic domui, nos praesto sumus.* Ita precatur Mandrogerus intraturus domum Queroli, ubi, ut ait (p. 35, 5), *sollemnitas quaedam celebranda est.*

Ibid., 13—15: *Sedile mensam lectum si aliquis in ignem iniciat, festinatio nostra ut solet, etiam hinc quaeritur.*

Pro *quaeritur* lege *queritur* (sc. Querolus). *Hinc queritur,* i. e. de hoc queritur.

Ibid., 22—23: *Post autem inter somnum et metum necesse est ut sequantur plurima.*

Lege: *inter somnum et merum.* Cf. l. 31: *primum vino, dein somno indulgemus.*

P. 39, 17—18: *Famulus qui diurnis quiescit horis, omni vigilat tempore.*

Omni tempore absurdum; nam si famulus diurnis quiescit horis, non omni vigilat tempore. Hoc voluit scriptor: famulus qui dormit cum ceteri vigilant, vigilat cum ceteri dormiunt (cf. Sen. ep. 122, 9—16, ubi lepidissime describitur ista *vita in contrarium circumacta*). Rescribe igitur <*s*>*omni vigilat tempore.* Excidit *s* post *horis.*

P. 40, 11—13: *Numquidnam tibi, Querole, opus est ut, cum istaec omnia, nos exercere tua, ut tributum, cogites?*

Locus misere depravatus, cum librariorum, tum editoris

vitio. Codices habent: *Numquam tibi, Querole, opus est ut, cum istaec omnia nos exercere, tu aut tributum cogites?* Primo pro *numquam* restituendum *numnam*, sicut p. 15, 3: *Aut numnam (*codd. *numquam) dubitari potest*, etc. Exempla locutionis *numnam* a comicis frequentatae congessit Holtze, *Synt. prisc. script. Lat.*, t. II, p. 270. *Queroli* scriptor hic pro *nonne*, p. 15, 3 pro *num* usurpat. Deinde omnino legendum cum Daniele: *cum istaec omnia nos exercemus*. Cf. Plaut. Mil. glor. 656: *Venerem, amorem amoenitatemque accubans exerceo.* Denique conicio: *tu <rem> aut tributum cogites.* Totus igitur locus sic refingitur: *Numnam tibi, Querole, opus est ut, cum istaec omnia nos exercemus, tu <rem> aut tributum cogites?* i. e. Nonne tibi necesse est, Querole, cum nos servuli lascivimus, de re augenda aut de tributo pendendo sollicitum esse?

P. 44, 1—4: PANT. *Utinamque illa tibi omnia eveniant, quod* (legendum *quae* cum P ex corr.) *nos optamus servuli.* ARB. *Immo tibi! hercle pellibus ossibusque vestris eveniat, quicquid optasti mihi.*

Prava interpunctio. Recte distinxerat Klinkhamer: *Immo tibi hercle! pellibus*, etc. Cf. p. 19, 21: *Immo edepol nihil;* p. 26, 25: *Immo hercle iste illum novit melius;* Plaut. Cas. 403: *Immo mihi hercle.*

P. 45, 7—8: *Depone pauper inane pondus, lacrimas demus funeri.*

Pauper mendosum. Lege *pau<lis>per*. Quia paulo ante *magis essemus divites* scriptum erat, menti librarii occurrit *pauper*.

P. 50, 18—20: *Credis, Arbiter, meos ut nosti mores munificos nimis? munerare hercle possim hominem si nanciscerer.*

Distingue: *Credis, Arbiter? meos ut nosti mores munificos nimis, munerare hercle possim (*an *possem?) hominem si nanciscerer.* Cf. p. 43, 1—2: *Credis, Mandrogerus? prae gaudio ornam illam inspicere non ausus fui.*

P. 54, 4—5: *Verum tamen perscriptionem hanc transeo, qua uti possum....*

Immerito spreverunt edd. iuris minus consulti palmarem Danielis correctionem *praescriptionem. Praescriptio*, ut ait Forcellinus s. v. „in re forensi est exceptio, qua quis alterum ab agendo submovet et repellit."

P. 55, 19: *Ornam certe illam tu abstulisti.*

Interrogatio est: *Ornam certe illam tu abstulisti?* Cf. p. 27, 9—10: *Certe ferulas non habet neque cum turbis ambulat?* P. 35, 3—4: MAND. *Sacrarium certe solum ac secretum est?* QVER. *Ita.*

P. 56, 3—4: MAND. *Quid? titulum non recognoscis?* QVER. *Magis quam te, quem hodie primum hic noscito.*

Omissum est *non* ante *magis.*

P. 58, 10—11: *Quid unum furem metuis? iam totum hic abstulit.*

Sententiarum nexus docet legendum esse: *Quid nunc furem metuis?*

P. 59, 9—10: *Viaticum ego vobis quonam pro merito?*

Distingue: *Viaticum ego vobis? quonam pro merito?*

Ibid., 18—19: *Unam vero unciam aposiae, hoc est excoctionis, contemplationi concedimus.*

P. Daniel I. Ctus I. Ctorum latinitatis peritissimus optime correxerat *contemplatione.* Recte idem *hoc est excoctionis* ut glossam expulit. *Aposia* autem est ἀπουσία, i. e. *iactura, detrimentum.* Vocabulum in *Mappae clavicula* invenitur; vid. Diels, *Die Entdeckung des Alkohols* (Abhandl. d. Königl. preuss. Akademie der Wissensch., 1913, Phil, hist. Classe, n. 3).

AD AMMIANUM MARCELLINUM.

XIV, 5, 6: *Inter quos Paulus eminebat notarius, ortus in Hispania, coluber quidam sub vultu latens....*

Vultu per se stare non potest; supplendum: *coluber quidam* ⟨*humano*⟩ *sub vultu latens.*

XV, 10, 5: *qui* (sc. *lignei stili) si nivibus operti latuerint* ⟨*aut*⟩ (add. corr. cod. Bessar.) *montanis defluentibus rivis eversi....*

Latuerint ad *eversi* referri non potest. Scribendum: *operti latuerint aut* ⟨*fuerint*⟩ — *eversi.*

XVI, 5, 7: *nec humiliora despexit, poëticam mediocriter et rhetoricam (ut ostendit orationum epistularumque eius cum gravitate comitas incorrupta) et nostrarum externarumque rerum historiam multiformem.*

Mediocriter ineptum. Conicio: *poëticam dico et rhetoricam.*

Ex serie litterarum *mdicoetr* librarius illud suum *mediocriter* extudit.

XVII, 4, 15: *Sola post haec restabat erectio, quae vix aut ne vix quidem sperabatur posse compleri: † idestisque periculum altis trabibus....*

Egregie *per circulum* pro *periculum* emendavit Madvig (praebet iam cod. quidam XV. saec.). Reliqua sic corrigenda videntur:... *compleri: des<tina>tis <ita>que per circulum trabibus.*

XXI, 13, 3: *Ne quiesceret tamen neve condemnaretur inertiae, Arbitionem et Agilonem, equestris pedestrisque militiae magistros, cum agminibus maximis properare coëgit, non ut lacesserent Persas in proelia, sed praetenturis iuncturos citeriores Tigridis ripas et speculaturos quonam rex erumperet violentus.*

Iuncturos falsum est. Romanorum enim stationes non iungunt citeriores Tigrides ripas (quî potest?), sed cingunt. Repone igitur: *praetenturis cincturos citeriores Tigridis ripas.*

XXVIII, 4, 32: *quae longe abhorrent a studiis et voluntate veteris illius plebis, cuius multa facete dicta memoria loquitur et venusta.*

Immo: *multa facete dicta et venuste.* Cf. XVI, 5, 9: *quae ornate dixerit et facete.*

Ad Orientium.

Commonit. II, 63—65 ed. Ellis. Ebrietas describitur:

Cum caput huc illuc vergat, gressusque vacillet,
Mensque neget sensum, lingua tenere sonum,
Claudantur gravido vergentia lumina somno....

Vergentia, ex eo quod antecedit: *vergat* ortum, alii aliter correxerunt: *mergentia* Schenkl, *vertentia* Baehrens, *turgentia* Ellis. Ego propono *marcentia. Marcere*, *marcescere*, *marcens*, *marcidus* proprie de ebriis dicuntur.

Ibid. 93—94:

An tibi <si> fragiles mundi quaerantur honores,
Munere quo speres emeruisse hominem?

Repone:

At tibi <si> fragiles mundi quaerantur honores,
Munere quo spernes emeruisse hominem?

i. e. quo munere hominem tibi conciliare recusabis? Cf. II, 7—11: *Si... moveat te gloria — quo studio... servabis*, etc.?

Ibid. 255:

Felix, qui licitum finem putat esse laborum.

De mortis metu h. l. loquitur poëta. Itaque pro *licitum*, quod intellectu caret, scribe: *letum*. Pervulgata sententia: „Mors omnium laborum finis est."

Ibid. 275—276. De poenis Inferni agitur:

Hos tenebrae iuges caeca sub nocte manebunt,
His lumen † tunc flamma severa dabit.

Tunc corruptum; desideratur epitheton vocabuli *lumen*. Succurrit sua sponte:

His lumen maestum flamma severa dabit.

Maestum i. e. triste, lugubre, ferale. Cf. Sen. Oed. 3: *Lumenque flamma triste luctifica gerens.* Syllaba *maes-* *(mes-)* post *-men* excidit, deinde *tum* in *tunc* abiit.

Ad Paulinum Petricord.

De vita Martini, V, 482—483 ed. Petschenig:

Grandia dum parvus loquor et sublimia segnis,
Splendorem laudis trepidus corrumpo relator.

Non trepidat poëta, sed dolet carmini suo deesse impetum et calorem. Corrigendum igitur: *tepidus corrumpo relator.* Cf. Venant. Fortunat., De vita S. Martini, IV, 621:

Pone, libelle, modum, tepido verecunde relatu,

ubi Leo non recte lectionem *trepido* praetulit. *Teporem* de oratione languida usurpat Tacitus, Dial. de orat. 21: *nisi forte quisquam aut Caesaris pro Decio Samnite aut Bruti pro Deiotaro rege ceterosque eiusdem lentitudinis ac teporis libros legit,* ubi vid. Gudeman.

Ad rhetores Latinos minores.

[*Iul. Rufin.*] De schematis dianoeas, § 1 (p. 60, 10—12 ed. Halm): *Sed eius modi figurae, quae iuvenibus in scholis lasciviunt, ut Cornutus ait, minime maturae sunt et parum ganeis foroque conveniunt.*

Pro *ganeis*, quod ridiculum est, reposuerunt *causis*. Optime, quod ad sensum pertinet. Sed quomodo ex *causis* factum sit *ganeis*, vix capio. Aliquid exquisitius latet, fortasse *cancellis*. Cf. Tertull. De pallio, 5: *cancellos non adoro, subsellia non contundo, iura non conturbo, causas non elatro, non iudico*, etc. Verba *cancellis foroque* bene opponuntur *scholis*.

AD INCERTI AUCTORIS „EPITOMEN RERUM GESTARUM ALEXANDRI MAGNI” (ed. O. Wagner).

§ 120: *Atheniensibus dentur in aedem Minervae sella aurea atque amictus speculis ex auro.*

Libenter scripserim: *atque amictus textilis ex auro*. De auro textili cf. Plin. Nat. hist. XXXIII, 19, 5. Testimonia congessit Marquardt, *Das Privatleben der Römer*.

AD CARMINA MEDII AEVI.

Versus de XII ventis Tranquilli physici [1]).

V. 30: *Peplum ceruleae † tygoni siccat amatae.*

Lege:

Peplum caeruleae Cyclopi siccat amatae.

De Galatea agitur. Cf. Verg. Buc. 9, 39 sqq.; Ovid. Metam. XII, 789 sqq.

V. 31: *Huic aliud nomen quod dicitur apeliotes.*

Lege: *quo dicitur apeliotes.* Non *nomen dicitur*, sed *nomine aliquis dicitur* in usu est.

V. 47: *Dextro qui famulo † desedat nomen et euro.*

Lege: *Dextro qui famulo de se dat nomen et euro*, i. e. qui (sc. *auster*) dat dextro famulo (i. e. *euronoto* vel *euraustro*) nomen de suo et de euri nomine compositum. Cf. De ventis (Baehrens, Poët. lat. min., t. V, p. 383—385), v. 18—19:

*Euronotus cui (*sc. *austro) dexter adest, quem nomine mixto*
Euraustrum Latia dixerunt voce Latini.

---

1) C. SUETONII TRANQUILLI *Reliquiae*, ed. Reifferscheid, p. 304 sqq. C. PASCAL, *Letteratura latina medievale*, p. 29 sqq.

Versus de bibliotheca [1]).

V. 69—70: *Quid debes medico, redde, aeger, ne mala rursus*
Occurrant, [oc]curret denuo nemo tibi.

Lege: *Quod debes* et *Occurrant, curet. Curare* cum dativo construitur apud Plautum, Apuleium, Tertullianum, al.

V. 76: *Quidquid ei ionii pervehit unda maris.*

Lege: *Quidquid et Ionii.*

V. 79: *Haec pos sunt magnorum pigmentaria regum.*

Lege: *Haec pos c unt.*

Versus de morte [2]).

Cursor habet metum dicere: „Vado mori".

Lege: *habet metam.*

Versus de ventre [3]).

V. 43: *Heu pedibus quantos induxit saepe labores.*

Lege: *indixit.*

De proprietate feminarum [4]).

V. 24: *Femina multa licet promittat, non „amo" dicet.*

Lege et distingue: *Femina, multa licet promittas.* Cf. v. seq.: *Femina pro dote numorum dicet: „amo te".*

AD GULIELMUM BRITONEM.

Philipp. VII, 186:

Si vobis aderit dextro pede Mursia.

Barthius adnotat: „*Mursia*] Fortuna. *Murcia* Dea Segnium apud Arnobium, initio libri IV. De ea multis Scaliger ad Festum, et ex eo Juretus ad Symmachum. Quo auctore *Fortunam* faciat Gulielmus noster, viderit. Suspicabar aliquando

---

1) C. PASCAL, *op. laud.*, p. 42 sqq.
2) C. PASCAL, *op. laud.*, p. 74.
3) C. PASCAL, *op. laud.*, p. 96 sqq.
4) C. PASCAL, *op. laud.*, p. 108 sqq,

eum scripsisse: *Fors ita*, cui lectioni belle congruit *τὸ ut* in sequenti versu."

Mursiam nomen esse Fortunae perspicuum est. Quid ei cum *Murcia*, dea Segnitiae? A Iuvenale, quem Gulielmus assidue legerat [1]), auxilium petendum est. Is scripsit, Sat. 10, 74—75:

Si Nortia Tusco
Favisset,

ubi scholiasta: „*Fortunam* vult intellegi poëta." At enim, inquies, inter *Mursia* et *Nortia* aliquid interest. Quid, quod plerique Iuvenalis codices habent *Nursia?* Iam vides Gulielmum *Nursia* scripsisse, librarii autem socordia M ex N factum esse.

INDEX

RERUM ET VERBORUM.

1) Philipp. II, 183—189 Gulielmus imitatur Iuvenalem, Sat. 12, 34—36.

CORRIGENDA.

P. 3, l. 8 pro „scriam" lege „seriam".
P. 21, l. 15 pro „*eorpus*" lege „*corpus*".
P. 22, s. f., post „*abit* excidit nota".
P. 26, l. 7, pro „solaeca" lege „solocca".
P. 29, l. 8, pro „vineulum" lege „vinculum".
P. 32, l. 1, pro „*pestilentesbue*" lege „*pestilentesque*".
ibid., l. 5 pro „prae cipue" lege „praecipue".
P. 34, l. penult. pro „xeponit" lege „exponit".
P. 36, l. 5: pro „viuosus" lege „venosus".
P. 48, l. 31, post „*voce*" excidit>.
P. 63, l. 19, pro „48, 4" lege „18, 4".

ADDENDA.

Ad Apuleium, Metam. V, 23 (p. 50): „Sen. Consol. ad Polyb. 15, 5: *Caesar, patruus meus, Drusum Germanicum... in complexu et in osculis suis amisit*".

Ad Minucium Felicem, 18 (non 48!), 4 (p. 63): „Cf. ad Senecam, ep. ad Lucil. 5, 2 (p. 23)".

SILENUS LIBATURUS.

SCRIPSIT

GUILIELMUS VOLLGRAFF.

In Frisia antiqua, quae nobis tot fragmenta supellectilis Romanae saeculi I[i] II[i] III[i] praebuit et quotannis praebere pergit — quam tamen hodie vulgo II° et III° saeculo Romanis subditam fuisse negant — praeter alia sigilla aenea non parvi pretii nuper etiam haec, quam vides, benevole lector, imaguncula, reperta et Museo Groningano dono data est. Protracta autem est e subacta et stercorata terra, quae ut in agros laetaminis vice digereretur advecta erat e parvo pago Rottum, qui haud procul ab oppido Appingadam in tumulo modicae altitudinis exstructus antiquissimis provinciae Groningae pagis adnumeratur.

Parvum sigillum (altum est o[m] 086) factum est ex aere rubro. Silenum esse qui repraesentatur mihi quidem constat: pedes enim eum habere ferinos adhuc clare apparet eosque equinos, cum in ungula nullum fissurae vestigium conspiciatur, et tota statura ea est, quae inde ab antiquissimis temporibus propria Silenorum fuit. Nam et nudus est et femora brevissima sunt et ipse truncus non longus, caput vero maximum ponderosumque et insuper capillo et hirsuta barba circum ornatum. Capillus tamen non rarus est, ut Sileni inde ab ineunte saeculo V° a. C. effingi solent neque post occipitium fluidus pendet, sed in cervice ex transverso decisus est. Corpus toto pondere sinistro pede innititur, dum pes dexter retro positus solum vix tangit. Bracchio sinistro recto angulo flexo Silenus vasculum tollit, quo diis libare parat; huius enim rei indicio

sunt caput retro versum [1]) et os semiapertum, quo deos praefatur, priusquam vinum effundat. Dextra lateri appressum exiguum utriculum vel cucurbitam tenet, ex qua prius vasculum illud vino impleverat.

Dolendum est, quod sigillum neutiquam intactum et integrum



Sigillum aeneum in Museo Groningano.

permansit: aeris enim quasi summa cutis ubique adesa est. Solus excipiendus est locus supra tempus dextrum, ubi cincinni commode compositi aetatem tulerunt. Sed non omnes corporis partes ad unguem effictae et perfectae erant, velut bracchium sinistrum, quamvis temporis iniuriis depravatum sit, tamen numquam naturae convenienter expressum fuerit. Contra oris lineamenta diligenter formaverat artifex, quae quantopere detrita adhuc spirare et iocosam gravitatem exprimere videntur.

---

1) Cf. Fritze, De libatione veterum Graecorum, diss. Berol. a. 1893, p. 63.

Duae res in sigillo nostro animadversione dignae sunt. Primum enim similis statua sigillumve, quod ego resciscere possim, non extat. In Reinachii repertorio statuariae duo memorantur Sileni, quorum alter (I, p. 414, 1) pro libaturo, alter (I, p. 420, 6) pro libante haberi possit [1]). Sed res mihi non plane certa videtur, praesertim cum nesciam, quaenam partes harum statuarum renovatae sint. Utut est, hae statuae et inter se et a sigillo Groningano prorsus diversae sunt et archetypa longe recentioris aetatis referunt. Sigillum enim nostrum aetate imperatorum (saeculo puto secundo) in Italia Galliave factum Silenum adhuc talem repraesentat, qualis in prisca arte Ioniae et Atticae fingi solebat.

Deinde animadversione dignum est non pateram phialamve manu tenere Silenum, sed concham (species hodie „pecten maximus" vocatur) vel potius vasculum forma concham marinam referens. Inde suspicio oritur veteres conchis usos esse ad libationes, idque etiam alio argumento confirmari posse arbitror. Iamdudum enim nota sunt compluria inter se simillima sigilla aenea nudam feminam effingentia, quae sinistra demissa parvulam oenochoen tenet, dextra concham allevat. Duo maxime sunt, de quibus ne minima quidem dubitatio esse potest, quin id, quod femina manu sublevat, concha sit. Horum alterum servatur Vindobonae [2]), alterum Petrupoli esse testatur Stephani [3]), qui optime de his sigillis egit, sed non assecutus est *libantem* feminam expressam esse. Contra ille eorum ope probare conatus est veteres nonnumquam conchis potasse. Frustra: nam sigillum Vindobonense concham ita tenet, ut manifestum sit vinum ex ea effundi. Solus quid rei esset ad breve tempus perspexisse videtur Saglio, cum Dictionn. des antiq. s. v. concha, p. 1431 haec scribebat: „des vases semblables pouvaient servir de coupe, *ou de patère pour les libations*". Huic rectae sententiae non obstat locus ex Pauli

1) Dictionn. des antiq. s. v. Satyrus, p. 1098, 5 Satyrus libans pictus esse dicitur in vase quodam apud Heydemannum, Vasensamml. 3051, quem librum inspicere non potui.

2) Sacken, Die ant. Bronzen des kais. Ant. Cab. XIX, 6; Reinach, Répert. de la statuaire, b, 364, 1. Nota pedes eodem modo atque in sigillo nostro positos.

3) Compte-rendu de la Commiss. imp. arch. 1870, p. 36.

Sent. III, 6, 90, quo Stephani item abusus est: „argento potorio legato, omnia quae ad poculorum speciem comparata sunt debebuntur, veluti paterae, calices, scyphi, urceoli, oenophoria et conchae". Non enim dicit concham poculum esse, sed tantum ad poculi speciem comparatum; argento autem potorio etiam vasculum ad libationes sepositum addere mos fuisse potest.

Scriptores latini nomine conchae designant varia utensilia, quae artifices in speciem conchae figurare solebant, velut salina (Hor. Sat. I, 3, 14: „concha salis puri") et vasa unguentaria (Hor. Carm. II, 7, 23: „funde capacibus unguenta de conchis") et pelves et ποδάνιπτρα et lasana. De quibus omnibus copiose et erudite disseruit Ludolphus Stephani l. c. p. 17 sqq. Iam vero locum notissimum in Iuvenalis satira VIa, ubi mulieres ebriae concha bibere dicuntur, rectius quam antea explicari posse censeo. Nocturnum convivium poeta depingit his verbis:

303 cum perfusa mero spumant unguenta Falerno,
cum bibitur concha, cum iam vertigine tectum
ambulat et geminis exsurgit mensa lucernis".

Iam quid est concha bibere? Quanam tandem concha bibunt? Nam salino, aut pelve, qua manus pedesve lavantur, vix ullum convivam, quamvis vino inebriatum, bibiturum esse putaverim. Hac de re alii aliter senserunt, probabiliter nemo. Friedlaender in editione sua Iuvenalis satis habuit adnotare concham esse poculum quoddam solito capacius. Weidner suspicatus est concham esse magnum vas vinarium, ex quo convivae biberent per vices, ut Graeci faciebant e rhytiis et veteres Germani e cornibus. Sed hic modus potationis minime summae ebrietatis indicium est. Horum, puto, commentariis usus Saglio l. c. minus feliciter scripsit: „c'est par allusion à la dimension plutôt qu'à la forme sans doute, que Juvénal désigne sous le nom de *concha* un vase que des buveurs font circuler dans une orgie". Contra viro doctissimo Stephani l. c. p. 33 placuit mulieres bibere e vasculis unguentariis. Idem iam in editione Iuvenalis Wetsteniana a. 1684 dictum et deinde ab aliis repetitum est [1]).

---

1) V. lex. Forcellinii et editiones Iuvenalis, quas curaverunt Ruperti (Lips. 1820) et Heinrichius (Bonnae, 1839).

Constat sane veteres vina murrata adamasse et in universum vinum, cui odoris unguentive aliquid admixtum esset, licet crimine luxuriae non vacarent qui huic potui dediti essent. Cf. Plin. Nat. Hist. XXXI, § 25: „At, Hercules, iam quidem etiam in potus addunt (unguenta) tantique est amaritudo, ut odore prodigo fruantur ex utraque parte corporis". Ael. Var. Hist. XII, 31: *μύρῳ γὰρ οἶνον μειγνύντες οὕτως ἔπινον*. Athen. I, 32, b (Posidippus), IV, 132, d (Diphilus). Plut. Conv. 3, p. 149 de homine *ἐμπλήκτῳ καὶ ἀλλοκότῳ Φύσει: μύρου σπονδαίου... κομισθέντος, εἰς ψυκτῆρα κεράσας μέγαν καὶ προσεγχέας ἄκρατον ἐξέπιεν*. Mart. XIV, 110, 113. Brodaei Miscell. IV, 4 et 20. Inde explicandum esse patet vs. 303:

cum perfusa mero spumant unguenta Falerno.

Nam procul dubio Iuvenalis his verbis hanc de qua diximus libidinosam intemperantiam vituperat. Sequitur iam:

cum bibitur concha.

Itaque si concham hic vas unguentarium significare sumeremus, poeta bis deinceps in idem flagitium inveheretur. Quod cum neutiquam veri simile sit, haec interpretatio reicienda est, quamvis speciosa primo obtutu videatur. Ineptissime vero lapsus est Escott, vir parum, ut videtur, in arte convivandi versatus, qui sibi persuasit mulieres istas vinum potasse e lucernis. Ipsius verba, ne mihi fidem deneges, exscribam: „they were drinking wine out of the lamps, and out of the shells, with which they fed those lamps with oil". Melius utique et sapientius scholiasta ad hemistichium: „cum bibitur concha", adnotavit tria verba: „*concha,* non calicibus" [1]). Aenigmatis solutionem ne ille quidem callebat; sed recte ratiocinatus est concham hoc loco necessario esse vasculum, quo nemo sobrius ad bibendum uteretur. Utinam illi aures praebuisset qui in Thesauro linguae latinae vocem quae est concha tractandam accepit; non enim concham, quam Iuvenalis memoret, „vas potorium" esse dixisset.

Conclusio mea in aperto est. Concha veteres ad libationes usos esse cognovimus. Sane unicuique semper e suo poculo

---

1) Hieronymum, qui epist. LII, 12 scripserit: „non calice sorbere, sed concha", satiras Iuvenalis cum scholiis legisse apparet.

libare licebat, priusquam ipse biberet, sed cum complures una convivabantur, utique moris veterum erat, ut unus pro omnibus id faceret. Itaque non est mirum vasculum aliquod comparatum in speciem peculiarem, ut a ceteris omnibus segregaretur [1]), ad hunc usum reservari solitum esse, atque consentaneum est religionem fuisse hominem bibere ex hoc vasculo diis destinato. Ut ergo depingeret procacissimam mulierum ebrietatem, Iuvenalis eas hoc quoque discrimen iam nescire et vas sacrum ore impuro polluere finxit.

Ad Iuvenalis S. III vs. 57.

Descripsit poeta quae sint emolumenta eius qui *furis* esse conscius sustineat; *furem* autem intelligit magistratum provincialem Verris similem, sed statim discipulum suum his verbis ne tale in se admittat dedecus obsecrati:

> tanti tibi non sit opaci
> omnis harena Tagi quodque in mare volvitur aurum
> ut somno careas ponendaque praemia sumas
> *tristis* et a magno semper timearis amico.

In voce q. e. *tristis* haereo neque quidquam me adiuvant vv. dd., certatim hic annotantes: „Hor. Ep. 16, 35: „pone meum est, inquit: pono, tristisque recedo". Nam cum *ponendi* et *recedendi* verbis apte illud adiectivum coniungitur, at *tristis* et *sumas* inter se certant. Nihil tamen hic mutandum, sed *tristis* accipiendum est tamquam *σκυθρωπάζων* et *σκυθρωπὸς ὤν*. Nam Verres aliquis statim conscium, quem paulo videt tristiorem, donis et muneribus placare studet, veritus ne ab eo indicetur.

I. I. H.

1) Concha Veneri sacra erat. Esto. Sed haud scio an id hic nullius momenti aestimandum sit.

AD C. VALERII FLACCI ARGONAUTICA.

SCRIPSIT

P. H. DAMSTÉ.

Septem iam praeterierunt lustra, ut in Valerii Flacci Argonauticis tirocinii mei rudimenta deposui, quae adversaria, propter luctum domesticum raptim conscripta, cum Facultatis examini submisissem, J. J. Cornelissen, magister optimus, doctoris titulo me ornavit; anno proximo ea recensuit C. Schenkl (Berl. Phil. Wschr. 1886 n⁰ 5), ipse de poeta optime meritus. Quandoquidem autem inter imbecillitates multas, quibus me obnoxium esse sentio, haec est, quod scriptorem vel poetam, cui meum qualecumque ingenium diu multumque impenderim, valere iubeo neque mox ad eum revertor, factum est ut Valerii Flacci carmen totum relegere per longum tempus mihi imperare non possem. At tamen viri docti interea Argonauticis operam dare non destiterant: deinceps carmen ediderunt in Britannia I. B. Bury (1899), quam editionem Postgate suo Corpori Poetarum Latinorum (1905) inseruit, in Italia C. Giarratano (1904), in Germania O. Kramer (1913), nec non W. C. Summers libello copiosissimo *A Study of the Argonautica of Valerius Flaccus* (1894), I. Samuelsson commentatione sua c. t. *Studia in Valerium Flaccum* (1899) et iuvenes tres nostrates dissertationibus suis inauguralibus ad opus Valerianum sive melius cognoscendum sive emendandum multa contribuerunt: scripsit enim M. N. I. Moltzer *De Apollonii Rhodii et Valerii Flacci Argonauticis* (1891), W. Meerum Terwogt Jr. *Quaestiones Valerianas* (1898), E. H. Renkema *Observationes criticas et exegeticas ad C. Valerii Flacci Argonautica* (1906).

Ut vero ipse quoque Argonautica in manus resumerem, diligenter relegerem, etiam ad scribendum de iis iterum me conferrem me permovit P. Langen, cum *C. Valeri Flacci Setini Balbi Argonauticon Libros VIII* anno 1896 enarravit, h. e. praefatione et commentario epexegetico instruxit, qui post Burmanni editionem (1724) et Wagneri Commentarium Perpetuum (1805) aegre desiderabatur. De qua editione sic iudicandum esse equidem Renkemae assentior, eam continere variarum observationum partim ad sermonem Valerianum partim ad poeticum usum dicendi pertinentium thesaurum copiosissimum, dolendum vero esse, quod editor ad coniecturas violentiores nimis saepe confugerit et poetae ipsius verba haud raro sollicitaverit. Neque hoc silentio praetermittendum esse opinor, quod in lectionibus deterioribus vel virorum doctorum coniecturis percensendis saepe rem paucis absolvit, cuius breviloquentiae atque adeo obscuritatis, quae inter legendum multas mihi peperit molestias, ex uno libro I haec exempla affero; scripsit autem:

ad vs. 130: „*insperatos* coniectura Gronovii bonam saltem sententiam habet; Vat. misere corruptus est". Quaenam Vaticani scriptura sit non discimus.

ad vs. 147: „Quod Baehrens cum non satis aptum putaret epicae gravitati, excogitavit coniecturam sane prorsus ineptam". Iure exspectaveris, iudicem severum de coniectura ista certe nos edocere qualis fuerit.

ad vs. 174: „*parato* cum Baehrens non intellegeret participium esse, in turpem errorem lapsus est". In quem tandem errorem ceciderit, quivis censorem amabilem rogabit.

ad vs. 559: „sententiam poetae non assecutus est Burmann" (sic!). Hic umbram Burmanni audire mihi videor voce flebili querentem: „Tu quidem, editor, ab omni errore immunis es arbiter, sed tamen memorem te esse oportebat praecepti legitimi, audiendam esse et alteram partem! Nonne te decebat, legentes opinionis meae, licet prava sit, facere certiores, ut ipsi quoque de errore meo ferre possent iudicium? Nunc re incognita me miserum ablegas! Neque semel ita in me grassatus es: ad vs. 605 haec annotata sunt a te: „In *insana rate* interpretanda longe a vero aberravit Burmann" (sic!), sed

interpretationem ipsam alto premis silentio! Idem fecisti ad vs. 719. Quid quod ipsum nomen meum, quod sexcenties in Commentario tuo occurrit, altera ista littera *n* falso adscripta in nomen Germanicum convertisti? Noli nimium stomachari: magni vos, Teutoni, facio, sed purus putus ego Batavus et in terris fui et apud inferos manere volo, utpote Traiecti ad Rhenum natus. Etiam atque etiam et te et populares, tuos rogo, ut nomen nostrum corrumpere denique iam desinatis!"

Ista exempla ex uno libro desumpta satis comprobant, editionem Langenii mancam imperfectamque eis videri, qui non clausis oculis editoris vestigia premere sed iter suum ingredi atque suo uti iudicio malunt: nempe ad alias editiones identidem confugere coguntur ut dicta eius quasi oraculo edita percenseant.

Quae cum ita sint, grato quidem animo Langenii enarrationem accepimus, sed speramus fore ut aliquando editione altera eaque emendatiore ac pleniore nos ditare velit.

Ad quam hasce ei symbolas offero, quas vindicias Valerianas iure dicere queas, quoniam earum pars longe maxima ad locos pertinet quos ab eo aut male constitutos aut perperam explicatos esse arbitror, paucae tantum coniecturas a me prolatas continent. Si meis notulis Argonauticon studium aliquantulum adiuvabitur, permagnum sane gaudium ac satis largos fructus e repetita lectione me percepisse gratus agnoscam; nam Valerii carmen, quod mirifice diligo carumque habeo, iusto pretio hodie non aestimari certo mihi persuasi.

Liber Primus.

Apolline invocato poeta Vespasianum tamquam praesens numen adorat atque filios eius multis effert laudibus, e quibus ille, ait, i. e. Titus,

15 ille tibi cultusque deum delubraque g e n t i
instituet, cum tu, genitor, lucebis ab o m n i
parte poli, neque enim Tyriis Cynosura carinis
certior aut Grais Helice servanda magistris,
s e u tu signa dabis, s e u te duce Graecia mittet
20 et Sidon Nilusque rates.

Hos versus, quos vere dicere possis conclamatissimos, descripsi

quales in cod. V leguntur excepta nimirum Friesemanni necessaria correctione *Tyriis-carinis* pro *Tyrias-carinas*, quam editores omnes receperunt, neque iam dubito quin omnino sana ac sincera sit lectio.

Locos a viris doctis suspectos et coniecturis sine fine vexatos deinceps consideremus.

Versu 15 pro *genti* Kramer e codice uno Bononiensi edidit: *gentis* — Langen ex Hauptii coniectura *centum* substituit dicens, fieri non posse ut hoc loco Valerium templum gentis Flaviae a Domitiano aedificatum commemoravisse statuamus neque id futurum esse omnino aut scire aut divinare potuisse poetam vivo etiam tum Vespasiano. At, hercle, non rerum scriptor Valerius fuit, sed poeta! Argonauticon editorem iudicii semper memorem esse oportere aio quod de iis Madvig tulit (Adv. Crit. II 134): „Adeo saepe tumidam habet sententiarum et imaginum formam, adeo molestam et affectatam elocutionem, ut difficile multis locis sit statuere, quid poetae ipsi tribui debeat, enarratione utcumque leniendum, quid scribarum errori, in qua dubitatione cautiorem partem sequi par est".

Kramerum autem eo quod coniecturam Itali cuiusdam *gentis* recepit poetam ipsum emendasse puto, cui aequabilitatem utriusque partis obtrudere studuisse videtur, id quod fortasse melius ei cessisset, si pro *deum* posuisset *deo*, ut quondam mihi visum est. Iam vero versum nullo modo sollicitandum esse obstinate credo.

In versu sequenti lectio *ab o m n i parte poli* permultis molesta fuit. Baehrens *almi* — Renkema *ampla* — Heinsius *ab alta arce poli* proposuerunt. Langen, iterum Hauptii auctoritatem secutus, recensuit *alti*, cuius haec est argumentatio: „Dicere potuit Valerius Vespasianum post mortem lucidum sidus esse futurum, sed uni omnia sidera ne ineptissima quidem adulatione tribuere potuit.... Depravationis causam non intellego neque ut intellegam multum laboro in perspicua emendationis necessitate". Ain tu? At tamen cum Burio scripturam traditam immerito suspectam contendo. Ubi, quaeso, uni Vespasiano omnia sidera poeta tribuit? Nusquam video. Hoc vero est quod dicere mihi quidem videtur: Tu aliquando locum tam excelsum in caeli arce obtinebis, ut ab omni parte caeli luceas, ita ut nautae prae te iam contemnant reliqua

sidera. Nonne sana haec sententia est? Nonne satis clare atque poetice expressa? Ceterum conferas III 277:

it gemitus toto sinuosa per aequora caelo,

ubi sane Langen eadem licentia de suo *campo* posuit. Utinam viri docti quidem sed a sensu poetico prorsus alieni poemata aliis interpretari atque in iis explicandis ratione sua mathematica uti tandem iam desinant! Quod si fecissent, et has coniecturas inutiles nobis condonassent et observationes multas siccas ac ieiunas, quas refutare vel corrigere in Langenii commentario opus erit. Denique in vs. 19 lectio *seu-seu* plerisque editoribus scrupulum iniecit, e quibus Bury *tu si-seu-seu Sidon*, Langen *si* tu (cum Gronovio) — *sed* (cum Baehrensio), Kramer *sed-sed* cum Lemario recensuerunt. Locum tamen sanum esse Burmanno credo neque Langenium aliter sensurum fuisse suspicor, si memor fuisset eorum quae ipse de particulae *seu* usu antiquiore ad vs. 117 huius librie xposuit.

Pelias prodigiis diris perterritus Iasonem timere coepit,

38 tum iuvenem tranquilla tuens nec fronte timendus
occupat et fictis dat vultum et pondera dictis.

Langen *vultum et pondera* pro eo quod est *pondera vultus* positum esse dicit, quod forsitan verum sit. Vix credo ac ne vix quidem id quod Koestlin Burio persuasit, voc. *fictis* non iungendum esse cum *dictis*. Si quid mutandum est, malim *fictis dat vultu pondera dictis* quam coniecturas violentiores Baehrensii *ficti dat vultus p. d.* vel Schenklii *ficto voltu* vel Pii *verbis*. Cf. Min. Fel. 4. 1: nescio quid vultu fatebatur.

Rex igitur eum alloquitur et Phrixum ab Aeete male obtruncatum esse fingit.

46 non nuntia tantum
fama refert: ipsum iuvenem tam saeva gementem,
ipsum ego, cum serus fessos sopor alligat artus,
aspicio; lacera adsiduis namque illius umbra
50 questibus et magni numen maris excitat Helle.

Pro *tam* (vs. 47) emendandum esse puto: *tum*, ad quod *cum*, quod in vs. sq. legitur, respiciat. Cf. II 435 sq. et 547 sq.

Pro *namque* (vs. 49) iniuria Bury et Langen scripserunt

meque Lochbachio auctore, atque Baehrens *tumque*, Renkema *iamque* proposuerunt. Servandam esse traditam lectionem iudico, nam id verum non est quod Langen perhibuit, *namque* probari non posse, cum altera sententia non explicationi prioris inserviat, sed novum aliquid addatur, excitari se e somno. Immo altera sententia priori illustrandae optime inservit, nam sic locum interpretor: ego Phrixum saeva gementem tum, cum vix obdormivi, aspicio, nam adsiduis questibus eius umbra tum me excitat, ergo: eius adsidui questus, quibus somno excutior, certissimo sunt argumento, me ipsum iuvenem aspicere neque fallaci decipi insomnio.

Neque melius Langen locum intellexit, qui continuo sequitur:

51 si mihi quae quondam vires, vel pendere poenas
Colchida iam et regis caput hic atque arma videres!

ubi pro *vel pendere* de suo edidit *expendere*, sic argumentatus: „*vel pendere,* quod est in Vat., sana sententia caret, cum in eis, quae sequuntur, nihil insit, quod gradationem admittat". Rursus igitur verba poetae Langenio explicabo. Pelias scilicet Iasoni dicit: si mihi, quae quondam fuere, etiamnunc vires essent, ipse vellus aureum iamdudum in Graeciam rettulissem, neque eo contentus etiam regionem Colchida gravi poena affecissem supplicio de rege sumpto eiusque spoliis mecum reportatis: a te hoc tantum peto ut vellus nobis referas.

Locum corruptela nulla laborare videt quicumque non omni poetico sensu destitutus est.

Pelias Iasonem celat pericula in vellere recuperando ei imminentia neque loquitur de dracone,

61 multifidas regis quem filia linguas
vibrantem ex adytis cantu dapibusque vocabat
et dabat externo liventia mella veneno.

Multitudinem coniecturarum pro *externo* prolatarum, quas in Adversariis meis enumeravi, hic non repetam. Auxit eam Stroh, qui *ex terno* diiunxit, ut numerus in re magica sollemnis efficeretur, id quod Kramero probavit. Mihi vero etiamnunc plurimum placet id, quod olim proposui, *extemplo*: dabat mella, quae extemplo livescebant, cum draconis veneno miscebantur. Similis prolepsis est I 124, 362, 590, 617, III 422,

IV 81, 498. Adverbio autem *extemplo* poeta saepius usus est semperque fere eodem versus loco:

I 722: dixit et extemplo furiis iraque minaci | terribilis.

IV 315: Bebrycas extemplo spargit fuga.

IV 637: Omnibus extemplo saeva sub imagine rupes.

VI 753: et cadit extemplo belli fragor.

VII 456: dixerat, extemploque (etenim matura ruebant sidera).

Cf. etiam VII 586: et viso pallescit flamma veneno.

Schenkl in meis Adversariis recensendis scripsit de mea coniectura: „*extemplo* st. *externo*, was niemand annehmen wird", ne argumento quidem eam dignatus.

Langen Hartelii coni. *ex taetro* recepit; Bury, Loehbachio et Koestlinio obsecutus, *externo* (sc. Colchico) servavit, quod a loco alienissimum esse censeo.

Iason fraudem atque insidias Peliae mox perspexit.

64 Mox taciti patuere doli nec vellera curae
esse viro, sed sese odiis immania cogi
in freta. qua iussos s e d t a n d e m quaerere Colchos
arte queat?

Facere non possum quin vs. 66 sic feliciter restitutum esse moneam sive a Summersio, ut Bury asseverat, sive a Caussinio, ut in Krameri apparatu critico legitur: uterque enim iure emendationem evidentem receperunt pro Vat. corrupta lectione *sectantem*, pro qua Sabellicum et Maserium iam *sic tandem* restituisse in Burmanni editione video. Langen Hauptii coniecturam *sectatur* recensuit. De coniunctionis *sed* apud nostrum collocatione vid. Langen ad II 150.

Argus a Minerva navem aedificare iubetur.

94 moliri hunc puppem iubet et d e m i t t e r e ferro
robora Peliacas et iam comes exit in umbras.

Ad hunc locum Langen annotavit: „*demittere* sc. ad terram i. e. caedere; alterum exemplum huius notionis non videtur reperiri". Ain' vero? Nonne eadem haec notio est atque ap. Cic. Phil. II 45: cum tu — per tegulas demitterere, Sil. It. VIII 524: volucrem caelo demittere? Nihil insoliti in verbi usu apud nostrum video, quocum etiam conferri iubeo I 121:

simul undique cernit | delatum nemus et docta resonare bipenni | litora, III 565: Iam pater umbrosis Tirynthius arcibus ornos | depulerat.

Interea Iuno per Graeciae urbes Iasonis expeditionem renuntiat,

98 iam stare ratem remisque superbam
poscere quos revehat rebusque in saecula tollat.

Hanc codicis Vat. lectionem, haud dubie integram, a Langenio atque aliis immerito vexatam esse Bury monuit. Ille Baehrensii coniecturam *quosque vehat* recepit, deque tradita lectione hoc tantum adscripsit: „*revehat*, quod est in Vat., explicatur de felici reditu, mire, ne dicam inepte". Samuelsson postquam coniecturam Baehrensii temere a Langenio receptam esse affirmavit, multus est in probanda Forcellini sententia, *revehere* pro simplici *vehere* positum esse. Equidem quare Burmanni interpretatio, *revehat* ad faustum reditus omen pertinere, tamquam inepta respuenda sit non video: consilio Iunonis optime conveniebat felicem eventum expeditionis palam praedicare, ut quam plurimi eius participes esse vellent. Cf. I 170 sq. et 273 nec non Senec. Med. 364 sqq.:

Nunc iam cessit pontus et omnes
patitur leges: non Palladia
compacta manu regum referens
inclita remos quaeritur Argo —
quaelibet altum cumba pererrat.

Ubi in Mnemos. Vol. XLVI (1918) p. 407 sq. lectionem *regum referens* a Madvigii coniectura *regumque ferens*, a Leone perperam recepta, satis me vindicasse reor.

Iuno cum Herculem Argonautis se adiungere videt queritur:

113 'o utinam Graiae rueret non omne iuventae
in nova fata decus, nostrique Eurystheos haec nunc
115 iussa forent! imbrem et tenebras saevumque tridentem
iam iam ego et inviti torsissem coniugis ignem.
nunc quoque nec socium nostrae columenve carinae
esse velim, Herculeis nec me umquam fidere fas sit
auxiliis, comiti et tantum debere superbo'.

Langen in Burmanni coniectura *facta* pro *fata* redarguenda recte de vocabuli *fata* significatione disseruit, fata non necessario mala intellegenda esse, esse autem labores fato imperatos non ratione habita utrum felicem an infelicem exitum habituri sint. Poterat vero notionem, quae hoc loco voci inest, accuratius definire, nam verbis *in nova fata ruere* poeta voluit: ruere in maria, id quod multi loci huius libri aperte demonstrant, e quibus affero vs. 648: miseris tu gentibus, Argo, fata paras, vs. 744: heu quibus ingreditur fatis! Cf. etiam vss. 169, 197, 246, 320 sq., 632.

Pro *nunc quoque*, quod Langen iure suspectum habet, quamquam minus bene exspectari addit *at nunc* vel tale quid, corrigendum est: *hunc quoque*, quod Burman e codicibus iam recensuit. Est enim duplex Iunonis optatum: Utinam non omnis Graeciae iuventus hanc expeditionem inire vellet, sed unius Herculis esset labor ab Eurystheo ei impositus, ut certissimum ei exitium possem inferre; sin minus, h. e. si omnes Graeciae iuvenes utique ituri sunt, hunc (i. e. Herculem) quoque eorum comitem esse noluerim. Editores recentiores omnes haec lectio unice sincera latuisse videtur.

Poeta postquam picturas navigii multis verbis descripsit, ita pergit:

149 Haec quamquam miranda viris, stupet Aesone natus
et secum: 'heu miseros nostrum natosque patresque'!

Ecce rursus locum, cui post tot saecula, post tot coniecturas demum suus honor redditus est. Samuelsson cum Langenium audacter et vix necessario *mirata* pro *miranda* scripsisse monuisset, sibi quidem videri dixit in eo offendi posse, quod poeta hoc loco duo verba inter se tam cognata (*mirari* et *stupere*) alteri alterum tam aperte opposuit, neque aliter Renkemae visum est, qui pro *stupet* voluit: *tumet*. At Vaticani scripturam recte iam vindicasse video Kramerum, cum in apparatu adscripserit: stupet anxius navigii fragilitatem. Alii pro *haec: nec*, pro *viris: at vix* vel *nihil* vel *minus* substituere voluere, sed locum mendo nullo laborare nemo non in posterum agnoscet.

Iasoni augurium a Iove missum ostenditur.

156 Talia conanti laevum Iovis armiger aethra
advenit et validis fixam g e r i t unguibus agnam.

Pro *gerit*, quod unice verum esse credo, in Vaticano exaratum est *vegit (ve* in rasura). Heinsius dubitanter proposuit *vehit*, editores *erigit* (Burman, Bury, Kramer) vel *egerit* (Langen) recensuerunt. Cf. II 211: et singultantia g e s t a n s | ora manu, Senec. Phoen. 363: facinus horrendum manu, | qua fecerat, g e s t a v i t, Oed. 1007: furens | Cadmea mater abstulit gnato caput | g e s s i t que raptum, et Mnemos. XLVII (1919) p. 145 pro scriptura in cod. Etrusco corrupta *censitque* emendandum esse monui.

Pro *conanti*, quod multis suspectum fuit, Kramer scripturam Aldinam *cunctanti* recepit — male; tradita lectio interpretanda est: dum Iason hoc consilium (sc. Acastum secum abripiendi) inibat.

Nave deducta Iason pacem veniamque Neptuni rite invocat:

196 da veniam. scio me cunctis e gentibus unum
inlicitas temptare vias hiememque mereri:
sed non sponte feror nec n u n c mihi iungere montes
m e n s t a m e n aut summo deposcere fulmen Olympo.

Dedi Vaticani lectionem minime sollicitandam, a Burio et Kramero iure servatam, e quibus ille *tamen* Anglice vertendum esse adscripsit verbis 'after all'. Quoniam Langen, *mens tamen* sana sententia carere dicens, cum nihil opponatur verbis *sed non sponte feror*, coniecturam Baehrensii *mens a v e t* temere recepit, monitum eum esse velim, sententiam loci hanc esse: quamvis inlicitas vias temptem, non sponte eas tempto neque tam inlicita tempto quam Gigantes fecerunt. Vocabulum igitur *tamen* ad utrumque membrum pertinet: sed tamen non sponte feror nec mihi nunc mens e. q. s.

Obiter addo, Pii coniecturam *mens t u m e t* ad litterarum ductus vocabuli *tamen* multo propius accedere quam Baehrensii *avet* atque Renkemam eleganter proposuisse: *nec m e n s mihi iungere montes* | *m o n t i b u s.* Ceterum coniectura nulla iam opus esse apparet.

Deinde Iason ita preces suas continuat:

200 ne Peliae te vota trahant: ille aspera iussa
repperit et Colchos in me luctumque meorum

i l l u m e t u tantum non indignantibus undis
hoc caput accipias et pressam regibus alnum.

Burman scripturam Vaticani misere corruptam ita interpretatus est ut figuram aposiopesis accipiens scriberet: *illum ego — tu*, post quem Schenkl *ille mihi* — excogitavit, quod Burio probavit, Klussmann *illum tu* — coniecit, Langen edere maluit *illum ego -- sed*, denique Kramer crucem corruptelae praefixit atque duo hemistichia post *tantum* excidisse significavit. Quamquam genuinam lectionem reperiri posse despero, mihi persuasum habeo, verbum quale est *immisit* vel *illisit* in scriptura mutilata latere, cum voc. *Colchos* tamquam obiectum verbi *repperit* ferri non posse mihi videatur. Videant doctiores. Moneo Burium vs. 200 recensuisse: *nec Peliae me vota trahunt*, quam lectionem variam unde petiverit non significat.

Postquam taurum Neptuno immolavit, Mopsus Argonautis vaticinatur:

211 Heu quaenam aspicio! nostris modo concitus ausis
aequoreos vocat ecce deos Neptunus et ingens
concilium. f r e m e r e et legem defendere c u n c t i
hortantur.

Infinitivum historicum quamquam multi tuendum esse monuerunt et plerique editores servarunt, inveniuntur tamen qui eum hoc loco non satis bene dici posse censeant, inter quos Langen, cui etiam *legem defendere* sic absolute positum offensioni est, scripsit: *p e l a g i legem defendere cuncti hortantur*, non quod haec a Valerio profecta putaret, sed ut bona saltem sententia efficeretur!

At sententiam, quam lectio tradita praebet, satis bonam esse aio. Infinitivo *fremere* poeta itidem usus est I 608:

Dixerat. at cuncti f r e m e r e intus et aequora venti
poscere.

Restat altera quaestio num voc. *legem* sic absolute poni possit. Negarunt multi, e quibus Slothouwer proposuit *pelagus* — Baehrens *sedem* — Kiessling *regem*, quod sibi veri simile videri Bury affirmat, etsi id non recepit — Samuelsson, quamquam dubitat propter Luc. Phars. VI 462: *legi non paruit aether*, Slothouweri coniecturam praefert.

Profecto quivis concedet, Valerium plenius disertiusque scripturum fuisse, si voci *legem* attributum suum addidisset, ut Senec. Agam. 814: *lex mundi*, Med. 756: *lege aetheris*, sed in eius dicendi genere id non nimis desiderari puto. Est tamen alia causa propter quam locus scrupulum mihi iniecit. Postquam enim dixit, cunctos deos fremere et hortari Neptunum ut legem maris defendat, Mopsus, divino furore abreptus, exclamat:

214 sic amplexus, sic pectora fratris,
Iuno, tene, tuque o puppem ne desere, Pallas:
nunc patrui nunc flecte minas. cessere ratemque
accepere mari.

Ergo Iuno et Minerva non in deorum frementium fuere numero atque lectio *cuncti* tum demum explicari poterit, cum *deos* tantummodo deos mares esse intellegemus; sin minus, legere velim:

fremere et legem defendere ponti
hortantur.

Vs. 214 Vaticani lectio *amplexus* optime se habet neque eam Heinsius in *amplexu* mutare debuit, quem editores omnes inde a Burmanno secuti sunt. Cf. I 162 sq.:

prior huic tum regia proles
advolat amplexus fraternaque pectora iungens,

Ut hoc loco *amplexus iungere*, I 351 *amplexus solvere* et Stat. Ach. I 576 *amplexus ligare* nec non Val. III 309 et Sil. IX 149 *pectora iungere* invenitur, ita omnino consentaneum esse reor, poetam nostro loco scripsisse *amplexus et pectora fratris tenere.*

Omnibus ad profectionem paratis Iason socios suos hortatur:

250 hanc vero, socii, venientem *in* litore laeti
dulcibus adloquiis ludoque educite noctem.

Langen se non intellegere profitetur cur recentiores post Heinsium *in litore* ediderint pro *litore*, quod Vat. praebet. Nimirum ne quis voc. *litore* ad verbum *venientem* pertinere putet, qua de causa Kramer Heinsii emendationem iniuria neglexit. Cf. II 392: sparsosque in litore remos, 406: si te | Plias in adversae tenuisset litore Thraces. Sequitur:

252 paretur. molli iuvenes funduntur in alga,

conspicuusque t o r i s Tirynthius.

Editorem cum plerisque sane interpretatoribus voc. *toris* de musculosis bracchiis intellegentem Samuelsson meo quidem iudicio certissime refutavit eo quod conferri iussit Verg. Aen. VIII 176 sqq.:

gramineoque viros locat ipse sedili,
praecipuumque toro et villosi pelle leonis
accipit Aenean,

quam imitationem esse apertiorem observat quam ut neglegi possit. Insuper complures attulit locos apud Valerium, ubi *toris* pro *toro* dicitur. Ergo credendum iam est eis, qui ad Herculem praeter ceteros honorandum ei pulvinar substratum esse interpretantur.

Peleo iam iam profecturo parvus Achilles a Chirone adducitur, quem pater amplexus deos precatur:

265 p l a c i d o si currere fluctu
Pelea vultis, ait, ventosque optare ferentes,
hoc, superi, servate caput.

Rursus Langen male sprevit Vaticani fidem, cum in textum de suo intulerit *placidum,* interpretatus: „si vultis Pelea tranquillo animo expeditioni interesse et optare, ut navis secundo vento celeriter proficiscatur, servate mihi puerum". Non perspexit, verba ita esse construenda: Si vultis Pelea placido fluctu currere ventosque ferentes optare: verbum nempe *optare* duo obiecta habet, quorum prius est *placido fluctu currere* — alterum *ventos ferentes.*

Obiter moneo, Burium errare ubi cum Aldo alios *placido* recensuisse ad calcem annotavit: voluit videlicet *placito.*

Vocale lignum, ex silva Dodonide excisum, Iasonem alloquitur:

302 Dodonida quercum
Chaoniique vides famulam Iovis. aequora tecum
ingredior, nec fatidicis avellere silvis
305 me nisi promisso potuit S a t u r n i a caelo.
tempus adest. age rumpe moras! d u m q u e aequore t o t o
currimus, incertus si nubila duxerit aether,
iam nunc mitte metus fidens superisque mihique.

Kramer post Burmannum primus hanc Vaticani lectionem,

quae nullo laborat vitio, restituit, cum ante illum editores quantum scio omnes, locum male interpretati, in vs. 306 pro *dumque* cum Loehbachio *nunc* et pro *toto* cum Gronovio *tuto* recensuerint atque, nihilominus ad incitas redacti, post vs. 307 nonnulla excidisse statuerint. Qua de causa editor Teubnerianus opus esse duxit, verborum structuram in apparatu significare: „*mitte metus*, *si* (ob etwa)... *duxerit, dum currimus*". Recte sane! Cf. vs. 460: si venias. Ceterum scripturam *toto* Burman iam defendit, conferri iubens I 127, III 726, V 438, VIII 103; fortasse haud inutile est monere, verba *aequore toto* opposita esse navigationi litoreae, cui uni adhuc nautae se committere ausi erant.

Ad vs. 301 Langen multa disserit de navis tutela neque pro certo dici posse contendit, quomodo poeta rem animo informaverit, in qua parte navis fatidicam quercum fuisse putaverit et utrum Minerva an Iuno quercum addiderit; in qua dubitatione forte fortuna nomen *Saturnia* vs. 305 integrum reliquit neque recepit Nodellii coniecturam *Tritonia.*

Ad quae omnia equidem haec inferre velim.

Lignum a Iunone donatum esse vs. 305 docemur, a Minerva in navis carinam esse impactum Valerius non expressis verbis asseverat, sed Apollonius bis affirmat, sc. I 526 et IV 580:

ἐν γάρ οἱ δόρυ θεῖον ἐλήλατο, τό ῥ᾽ ἀνα μέσσην
στεῖραν Ἀθηναίη Δωδωνίδος ἥρμοσε Φηγοῦ.

Cum tamen Valerius ipse quoque narrat, Minervam cum Argo navem aedificasse (vs. 126), credibile iam est, eum quoque rem ita animo finxisse, ut Minerva lignum, a Iunone datum, carinae navigii indiderit. Nempe utrique deae Argo cordi erat, cf. vs. 214:

sic amplexus, sic pectora fratris,
Iuno, tene; tuque, o puppem ne desere, Pallas.

Lignum autem, quod nostro loco tutela carinae vocatur, non d e u s tutelaris erat, cf. vs. 308: fidens s u p e r i s q u e m i h i que. Dea tutelaris fuit Minerva, cuius simulacrum in puppe erat, cf. VIII 203:

Puppe procul summa vigilis post terga magistri
haeserat auratae genibus Medea Minervae.

Quae cum ita sint, spero fore ut Langenio ne tenuissimus quidem scrupulus resideat.

Phalerus in clipeo vitae periculum, quod puer effugerat, expressum gerebat.

398 insequeris casusque tuos expressa, Phalere,
arma geris; v a c u a nam lapsus ab arbore parvum
te quater ardenti tergo circumvenit anguis:

In hac Vaticani lectione, quam Pius per prolepsin explicare conatus est: „evacuatam ex descensu serpentis, cum prius immensi tortuosissimique draconis nodis implicaretur", multi offenderunt atque editores fere Heinsio obsecuti scribere solent *patula*, quamquam Bury retenta scriptura tradita ascripsit modo, eam suspectam sibi videri. Coniecturae Schenklii *vasta*, Postgatii *curva*, Krameri *sacra* mihi displicent neque magis arridet Hirschwaelderi *vidua* neque id, quod ipse quondam proposui *vacuum*, nunc verum puto, cum epitheton vocabuli *arbore* utique requiri videatur. Nescio an Valerius scripserit: *v e t u l a*, quod attributum aptissimum est arboris, in qua serpentes vivere amant; cf. vs. 774: veteris sub nocte cupressi, Cic. Fin. V 39: itaque et vivere vitem et mori dicimus arboremque et novellam et vetulam et vigere et senescere.

Abantis clipeus describitur, in quo Neptuni simulacrum caelatum erat ex undis emergentis.

453 secat aurea fluctu
tegmina Chalcidicas fugiens Euripus harenas,
celsaque semiferum contorquens frena luporum
surgis ab ostrifero m e d i u s, Neptune, Geraesto.

Langen locum non intellexit et perperam illustravit, quoniam eum fugit notio, quae hoc loco inest adiectivo *medius*; ita enim disputat: „vix dubitandum, quin in medio clipeo Neptunum effictum esse Valerius indicare voluerit, at non intellegitur, quomodo satis commode hoc fieri potuerit, cum surgeret ab Geraesto promontorio i. e. ab ultimis terminis Euboeae Neptunus".

Immo, poeta nimirum hoc voluit: medius h. e. medio corpore sive ad umbilicum usque Neptunus surgebat ex undis. Cf. vs. 641: cum subitus trifida Neptunus in hasta | caeruleum fundo caput extulit. Eandem significationem voc. *medius* et alibi apud nostrum et apud Senec. Thyest. 72 et in Octaviae

praetextae loco vs. 325, a me in Mnemos. Vol. XLVII (1919) p. 274 restituto, invenies.

Simulatque Acastum navem conscendisse animadvertit,

488 ardenti Aesonides retinacula ferro
abscidit, haut aliter saltus vastataque pernix
490 venator cum lustra fugit dominoque timentem
urget equum, teneras compressans pectore tigres,
quas astu rapuit pavido, dum saeva relictis
mater in adverso catulis venatur Amano.

Rara ellipsi verbum omissum esse vel *agit* (sc. venator) vel *agitur* Langen observavit. Bury in apparatu ad lemma *cum* haec addidit: *scil.* haut aliter facit venator cum fugit cet. At non eo Iason cum venatore illo comparatur, quod funem abscidat, sed quia timens, ne Pelias rem cognoscat et Acastum retrahere velit, summa celeritate aufugit. Quare miram istam ellipsin non concoquo neque dubito quin pro *cum* Burman iure coniecerit *quam*, quod mihi quoque incidit (haud aliter... quam). Deinde in Vaticano haec sequuntur:

494 ut pariter propulsa ratis, stant litore matres
claraque vela oculis percussaque sole secuntur
scuta virum, e. q. s.

Editores recentiores Eyssenhardtii emendationem receperunt *it pariter p. r.* At tamen *ut* in codice recte exaratum puto atque corruptelam potius latere in vocabuli proximi scriptura, quod importunum hoc loco duco neque dubito quin vera ac genuina sit lectio: *ut rapitur propulsa ratis.*

In deorum concilio Sol se Aeetae filio non arva fertilissima ad habitandum dedisse dicit, sed loca quam horridissima, quibus fuse descriptis addit:

514 cederet his etiam et sese sine honore referret
ulterius, sed nube rigens ac nescia regum
stat super et nostros iam zona reverberat ignes.

Quamquam probe scio, editores ad unum omnes lectionem Aldinam *rerum* librorum mss. omnium scripturae *regum* praetulisse, atque alios alia scribere maluisse: *pube*, *legum*, *veris*, *frugum*, *frangi*, *verum*, nescio tamen an satis sana sit tradita

lectio; ego certe eam sollicitare vereor collato vs. 535, ubi Iuppiter respondet Soli, quia nullus sibi tum filius mortalis esset, cum omnia constitueret, facultatem fuisse omnia iuste constituendi:

neque enim terris tum sanguis in ullis
noster erat, cum fata darem, iustique facultas
hinc mihi, cum varios struerem per saecula reges.

Quidni igitur Solem hoc significare voluisse intellegimus: Rex sedem Colchide etiam remotiorem eligere non potuit, cum loca illa ulteriora et naturali situ horrida essent et reges non novissent h. e. regibus non opus esset eis.

Praetermitto nunc locos huius libri, quos Renkema explanatione iusta prolata a Langenii aliorumque coniecturis vindicavit: sunt autem vs. 387 *quin etiam*; vs. 524 *et generos vocat*; vs. 552 *procorum*; vs. 609, ubi voc. *turbo* recte interpretatus est, ad quam explicationem confirmandam addo I 621, II 262, III 243, VI 280, 353, 747, VII 571, VIII 368; deinde vs. 779—786 *cum placat — retro — cunctae*; denique vs. 563 *gloria*, quod dubitanter proposuit, unice verum esse credo.

Iuppiter se Iasonem cum sociis ad expeditionem misisse dicit.

544 meae quercus tripodesque animaeque parentum
hanc pelago misere manum.

Langen *pelago* dativum esse contendit et conferri iubet illud Vergilianum *it clamor caelo*. Non credo propterea quod notio diversa h. l. requiritur: est enim ablativus, cum non in mare vel ad mare, sed trans mare in Colchidem regionem eos miserit. Cf. etiam vs. 507: Graiaque nunc undis duce te nutuque secundo | it ratis? vs. 741: mitte metus, volat ille mari, II 112: sonat aequore clamor, II 295: quae nunc trahis aequore bigas, 323: deus aequore flexit huc Minyas, Langen ad IV 407: *aethere* pro eo quod est per aethera, VI 88: aeratam Phalces agit aequore nubem, 569: Eurytus Exomatas agit aequore.

Argonautae in summo iam sunt periculo, ne naufragio pereant,

637 cum protinus alnus
solvitur et vasto puppis mare sorbet hiatu.

Lectio *alnus*, quae neminem adhuc, quod sciam, offendit, sana esse non potest. Primo enim ferri nequit *alnus* — *puppis*, quae nihil est nisi eiusdem rei molestissima repetitio, quia utrumque vocabulum pro tota nave est; deinde reclamat ipsa sana ratio: nempe si tota navis solvitur, h. e. si omnes asseres et tabulae, quae commissae erant, laxantur ac dilabuntur, nulla iam est neque sermo esse potest amplius de vasto vel qualicumque hiatu. Denique partem indicari exspectaveris, qua fracta navis undas recepit.

Emenda: *cum protinus* *alvus* | *solvitur.*

Cf. Tac. Hist. III 47: camaras vocant, artis lateribus latam alvum sine vinculo aeris aut ferri conexam, cet.

Apparet Neptunus, qui nautis periclitantibus

651 pontum pater ac turbata reponit
litora depellitque Notos, quos caerulus horror
et madido gravis unda sinu longeque secutus
imber ad Aeoliae tendunt simul aequora portae.

Observavit Langen, rem poetae non feliciter cessisse, cum in ventorum comitibus describendis *undam* eis adiungeret, quippe quae a mari disiungi vel disiuncta cogitari nequiret, neque Wagnerum recte eam explicuisse nubes undis gravidas, cum Valerius imbrem postea commemoraret. At mendosa est lectio et corrigendum videtur *umbra*. Idem error, *undas* pro *umbras*, III 1 in Vaticano a scriba est commissus, quem librarius codicis Carrionis vitavit, ut inverso ordine III 525 Vaticanus *umbra* exhibet, Aldus *unda* reposuit. Cf. etiam III 142, 215, 239, 579: cum coit umbra minax, = atra nubes, ut recte Langen explicat.

Idem mire immutavit versum 654; scripsit scilicet:

imber ad Aeoliae tendunt simul aequore portam,

quam coniecturam Kramer recepit, qui Langenio perperam etiam *Aeoliam* pro *Aeoliae* attribuit. In adnotatione leguntur haec: „*aequora portae* Vat.; sed cum non liqueat, quae sint aequora Aeoliae portae, locum ut potui sanare conatus sum". Interpretatio vero lectionis cod. Vaticani satis manifesta esse videtur: tendunt a mari Aegaeo ad aequora Aeoliae portae h. e. ad aequora, quae sunt circa portam Aeoli, de qua vs.

596 supra Valerius: claustra refringit | ipse volens placatque data fera murmura porta (Aeolus sc.).

Procella ubi resedit, Iason pateram capit, quam Salmoneus quondam Aesoni dono dederat,

662 Salmoneus, nondum ille furens, cum fingeret alti
quadrifida trabe tela Iovis e. q. s.

Hunc locum ideo descripsi ut monerem editores Germanos immerito *cum* in *qui* immutavisse, Burium vero recte interpretatum esse: nondum ille qui furebat cum f. Baehrens quidem asseveravit: „Non possunt haec per latinitatem aliter intellegi quam Salmonea tum cum Iovem aemularetur nondum furentem fuisse", sed Valerium non grammaticum, verum poetam esse non cogitavit. Imitatus autem est Verg. Aen. VI 585 sq.:

vidi et crudeles dantem Salmonea poenas,
dum flammas Iovis et sonitus imitatur Olympi.

Vss. 712—721 Pelias Acastum, filium suum, cum Iasone clam profectum esse lamentatur. Ad vs. 719 autem Langen annotat, conturbatum aliqua ratione esse hoc loco tenorem orationis, quod Valerium de industria fecisse suspicatur, ut animi Peliae conturbationem indicaret. At vir doctus locum non intellexisse videtur, nam id quod dicit, duplex esse periculum Acasti ex sententia patris: proprium ab crudeli ira Iasonis, de quo solo adhuc Pelias dixerit, et commune Argonautarum, de quo cogitet ab hoc demum versu — id verum quidem est, sed quod deinde argumentatur: „sed ita pergit, quasi etiam antea de hoc communi discrimine questus sit", — huius animadversionis vis atque consilium me fugit.

Peliae questus intellectu faciles esse aio. Filium absentem allocutus haec fere disputat: Fortasse iam te quoque, nate, subit imago patris tui maesti, quoniam mille te cingunt pericula. Iam enim Iason perspexit, se nave illa fragili ostia Ponti et Scythiam tangere non posse, atque haud dubie dirissimas poenas iniuriae sibi illatae a te nunc expetit. Ah, quid tandem eum secutus es, captus laudis amore? Si ego credidissem tuto posse maria peragi navibus, an tibi gloriae cupido hanc ad famam viam praeclusissem, et non ultro dedissem naves et milites?

Verba ultima e Burmanni paraphrasi deprompsi, quem Langen non intellexisse contendit, *celsis* ad *puppibus* nulla alia nisi ornandi causa esse additum, id quod ab hoc loco alienum videri arbitror. Burman vero probabiliter interpretatur: „sed tu deceptus nova hac nave, quae celsior antiquis, credidisti tutum iter: in *τῷ celsis* enim vis est. Argo enim altior erat prioribus navibus, quae humiliores".

Ceterum repeto, me non intellegere Langenii scrupulum.

In descriptione Tartari haec sunt:

832 hic geminae a e t e r n u m portae, quarum altera dura
semper lege patens populos regesque receptat;
ast aliam temptare nefas et tendere contra.

Lectio *aeternum* multis displicuit adeo ut non Langen solum sed etiam Bury Ieepii coniecturam, quae est *infernum*, in textum recipere non veritus est atque insuper coniecturas *alternant* Wagneri, *numero* Baehrensii, *lemurum* suam in apparatu commemorat. Schenkl in Adversariorum meorum censura quondam scripsit: „Die Stelle bleibt noch immer ein Rätsel". Cur tandem? rogo. Adverbium *aeternum*, quod ceteroquin non rarum est (cf. Verg. Aen. VI 400, 617, Georg. II 400, Hor. Ep. I 10, 41, Sil. It. I 204), cur hoc loco offendit? An quia supervacaneum, quod de inferorum aeternitate nemo umquam dubitarit, ut Ph. Wagner perhibet? At cf. vs. 847 infra: has pater in sedes a e t e r n a que moenia natum | inducitque nurum. Quid quod Dante portam Inferni ipsam asseverantem fecit: ED IO ETERNO DURO! Utinam carmina epica, praecipue vero Valerii opus, ad argumentationis geometricae normam metiri viri docti denique iam desinant!

DE SICCANDIS UMORIBUS

(ad Min. Fel. Oct. II § 3)

SCRIPSIT

J. VAN WAGENINGEN.

In Octavii prooemio venusto, in quo Minucius Felix amici sui (Octavii) ex Africa reditum festive et lepide describit, èt alia narrat èt sibi placuisse dicit paucis diebus post Octavii adventum cum eo et Caecilio, altero amico, „Ostiam petere, amoenissimam civitatem, quod esset corpori suo *siccandis umoribus* de marinis lavacris blanda et apposita curatio'' (Oct. II § 3), h. e. quod Ostiae morbum suum articularem (ῥευματισμόν) aqua marina sanare posse se putaret [1]). Satis autem constat tota illa ora, quae prope Baias est, fuisse èt thermas, ubi e terra profusus calidus vapor aedificio includeretur [2]), èt fontes calidos, etiam sulphurosos, in ipsum mare profluentes, quibus arthritici curationem corporis peterent, antequam Antonius Musa medendi ratione mutata Baias 'supervacuas' reddidisset [3]). Quis enim non recordatur Horatianum illud (Ep. I 15, 5 sqq.):

'sane murteta relinqui
dictaque cessantem nervis elidere morbum
sulfura contemni vicus (sc. Baiae) gemit'

---

1) De variis huius morbi generibus agere non meum est, sed lectoribus curiosis librum viri clarissimi Armandi Delpeuch (la goutte et le rhumatisme, Paris, Carré et Naud, 1900) p. 133, quem van Leersum, collega benevolentissimus, mihi mutuum dedit, legendum commendo.

2) Cels. II 17, p. 62, 11 Daremberg.

3) Suet. Aug. 81: 'quia calida fomenta non proderant, frigidis curari coactus auctore Antonio Musa'; Dio 53, 30; Hor. Ep. I 15, 3.

atque Ovidianum (a. a. I 255):

'quid referam Baias praetextaque litora velis
et quae de calido sulpure fumat aquam'.

Docte de his fontibus disputavit Plinius n. h. XXXI §§ 4—5, cuius e disputatione haec laudare sufficiat: 'nusquam tamen largius quam in Baiano sinu (emicant aquae) nec pluribus auxiliandi generibus, aliae sulpuris vi, aliae cet.; vapore ipso aliquae prosunt tantaque est vis, ut balneas calefaciant et frigidam etiam in solis fervere cogant...; vaporant et in mari ipso quae Licinii Crassi fuere mediosque inter fluctus exsistit aliquid valetudini salutare'. Et meminimus apud Plutarchum nos legere nonnullos Marium senem hortatos esse, ut Baias peteret, ubi corpus ὑπό τε γήρως καὶ ῥευμάτων ἀπειρηκὸς curaret (Plut. Mar. 34).

Itaque ex omnibus his locis cuivis patet, cur Minucius ad podagram sanandam potissimum litus Ostiae petiverit, sed quaerimus, quid sibi velit illud *siccandis umoribus*, vel ut aliis verbis dicam, qua ratione Minucius et in universum antiqui sibi proposuerint morbum articularem aqua marina posse sanari. Quo modo umores siccantur? Iamne hic adsunt vestigia θεραπείας cuiusdam, quae cum homoeopathia hodierna conferri possit? Iamne medici eo tempore existimabant 'similia similibus posse curari' nimiumque umoris, quae podagrae causa esset, alio umore (aqua marina) posse pelli? Velim in iis quae sequuntur exponere, quid antiqui de causa arthritidis deque ratione eius sanandae cogitaverint.

Quam sententiam Empedocles de quattuor elementis enuntiavit (de igne aëre aqua terra), haec etiam in medicorum scholam Siculam ab ipso conditam penetravit, cui scholae aliquamdiu praefuit Philistion, Platonis amicus, Locrensis. Et a medico et a philosopho elementa inter morbi causas referri videmus. Plato enim febrium varia genera ita explicat, ut in alio aliud elementum nimis valere demonstret, quae febris causa sit (Tim. 86 B), Philistion morborum causam trifariam esse docet (fragm. der Sikelischen Ärzte, Wellmann p. 110, 4): παρὰ γὰρ τὰ στοιχεῖα (per elementa) ἢ παρὰ τὴν τῶν σωμάτων διάθεσιν (per corporis habitum) ἢ παρὰ τὰ ἐκτός

Phalerus in clipeo vitae periculum, quod puer effugerat, expressum gerebat.

398 insequeris casusque tuos expressa, Phalere,
arma geris; vacua nam lapsus ab arbore parvum
te quater ardenti tergo circumvenit anguis:

In hac Vaticani lectione, quam Pius per prolepsin explicare conatus est: „evacuatam ex descensu serpentis, cum prius immensi tortuosissimique draconis nodis implicaretur", multi offenderunt atque editores fere Heinsio obsecuti scribere solent *patula*, quamquam Bury retenta scriptura tradita ascripsit modo, eam suspectam sibi videri. Coniecturae Schenklii *vasta*, Postgatii *curva*, Krameri *sacra* mihi displicent neque magis arridet Hirschwaelderi *vidua* neque id, quod ipse quondam proposui *vacuum*, nunc verum puto, cum epitheton vocabuli *arbore* utique requiri videatur. Nescio an Valerius scripserit: vetula, quod attributum aptissimum est arboris, in qua serpentes vivere amant; cf. vs. 774: veteris sub nocte cupressi, Cic. Fin. V 39: itaque et vivere vitem et mori dicimus arboremque et novellam et vetulam et vigere et senescere.

Abantis clipeus describitur, in quo Neptuni simulacrum caelatum erat ex undis emergentis.

453 secat aurea fluctu
tegmina Chalcidicas fugiens Euripus harenas,
celsaque semiferum contorquens frena luporum
surgis ab ostrifero medius, Neptune, Geraesto.

Langen locum non intellexit et perperam illustravit, quoniam eum fugit notio, quae hoc loco inest adiectivo *medius*; ita enim disputat: „vix dubitandum, quin in medio clipeo Neptunum effictum esse Valerius indicare voluerit, at non intellegitur, quomodo satis commode hoc fieri potuerit, cum surgeret ab Geraesto promontorio i. e. ab ultimis terminis Euboeae Neptunus".

Immo, poeta nimirum hoc voluit: medius h. e. medio corpore sive ad umbilicum usque Neptunus surgebat ex undis. Cf. vs. 641: cum subitus trifida Neptunus in hasta | caeruleum fundo caput extulit. Eandem significationem voc. *medius* et alibi apud nostrum et apud Senec. Thyest. 72 et in Octaviae

praetextae loco vs. 325, a me in Mnemos. Vol. XLVII (1919) p. 274 restituto, invenies.

Simulatque Acastum navem conscendisse animadvertit,

488 ardenti Aesonides retinacula ferro
abscidit, haut aliter saltus vastataque pernix
490 venator c u m lustra fugit dominoque timentem
urget equum, teneras compressans pectore tigres,
quas astu rapuit pavido, dum saeva relictis
mater in adverso catulis venatur Amano.

Rara ellipsi verbum omissum esse vel *agit* (sc. venator) vel *agitur* Langen observavit. Bury in apparatu ad lemma *cum* haec addidit: *scil.* haut aliter facit venator cum fugit cet. At non eo Iason cum venatore illo comparatur, quod funem abscidat, sed quia timens, ne Pelias rem cognoscat et Acastum retrahere velit, summa celeritate aufugit. Quare miram istam ellipsin non concoquo neque dubito quin pro *cum* Burman iure coniecerit *quam,* quod mihi quoque incidit (haud aliter... quam). Deinde in Vaticano haec sequuntur:

494 u t p a r i t e r propulsa ratis, stant litore matres
claraque vela oculis percussaque sole secuntur
scuta virum, e. q. s.

Editores recentiores Eyssenhardtii emendationem receperunt *it pariter p. r.* At tamen *ut* in codice recte exaratum puto atque corruptelam potius latere in vocabuli proximi scriptura, quod importunum hoc loco duco neque dubito quin vera ac genuina sit lectio: *ut r a p i t u r propulsa ratis.*

In deorum concilio Sol se Aeetae filio non arva fertilissima ad habitandum dedisse dicit, sed loca quam horridissima, quibus fuse descriptis addit:

514 cederet his etiam et sese sine honore referret
ulterius, sed nube rigens ac nescia r e g u m
stat super et nostros iam zona reverberat ignes.

Quamquam probe scio, editores ad unum omnes lectionem Aldinam *rerum* librorum mss. omnium scripturae *regum* praetulisse, atque alios alia scribere maluisse: *pube*, *legum*, *veris*, *frugum*, *frangi*, *verum*, nescio tamen an satis sana sit tradita

596 supra Valerius: claustra refringit | ipse volens placatque data fera murmura porta (Aeolus sc.).

Procella ubi resedit, Iason pateram capit, quam Salmoneus quondam Aesoni dono dederat,

662 Salmoneus, nondum ille furens, cum fingeret alti
quadrifida trabe tela Iovis e. q. s.

Hunc locum ideo descripsi ut monerem editores Germanos immerito *cum* in *qui* immutavisse, Burium vero recte interpretatum esse: nondum ille qui furebat cum f. Baehrens quidem asseveravit: „Non possunt haec per latinitatem aliter intellegi quam Salmonea tum cum Iovem aemularetur nondum furentem fuisse", sed Valerium non grammaticum, verum poetam esse non cogitavit. Imitatus autem est Verg. Aen. VI 585 sq.:

vidi et crudeles dantem Salmonea poenas,
dum flammas Iovis et sonitus imitatur Olympi.

Vss. 712—721 Pelias Acastum, filium suum, cum Iasone clam profectum esse lamentatur. Ad vs. 719 autem Langen annotat, conturbatum aliqua ratione esse hoc loco tenorem orationis, quod Valerium de industria fecisse suspicatur, ut animi Peliae conturbationem indicaret. At vir doctus locum non intellexisse videtur, nam id quod dicit, duplex esse periculum Acasti ex sententia patris: proprium ab crudeli ira Iasonis, de quo solo adhuc Pelias dixerit, et commune Argonautarum, de quo cogitet ab hoc demum versu — id verum quidem est, sed quod deinde argumentatur: „sed ita pergit, quasi etiam antea de hoc communi discrimine questus sit", — huius animadversionis vis atque consilium me fugit.

Peliae questus intellectu faciles esse aio. Filium absentem allocutus haec fere disputat: Fortasse iam te quoque, nate, subit imago patris tui maesti, quoniam mille te cingunt pericula. Iam enim Iason perspexit, se nave illa fragili ostia Ponti et Scythiam tangere non posse, atque haud dubie dirissimas poenas iniuriae sibi illatae a te nunc expetit. Ah, quid tandem eum secutus es, captus laudis amore? Si ego credidissem tuto posse maria peragi navibus, an tibi gloriae cupido hanc ad famam viam praeclusissem, et non ultro dedissem naves et milites?

Verba ultima e Burmanni paraphrasi deprompsi, quem Langen non intellexisse contendit, *celsis* ad *puppibus* nulla alia nisi ornandi causa esse additum, id quod ab hoc loco alienum videri arbitror. Burman vero probabiliter interpretatur: „sed tu deceptus nova hac nave, quae celsior antiquis, credidisti tutum iter: in τῷ *celsis* enim vis est. Argo enim altior erat prioribus navibus, quae humiliores".

Ceterum repeto, me non intellegere Langenii scrupulum.

In descriptione Tartari haec sunt:

832 hic geminae a e t e r n u m portae, quarum altera dura
semper lege patens populos regesque receptat;
ast aliam temptare nefas et tendere contra.

Lectio *aeternum* multis displicuit adeo ut non Langen solum sed etiam Bury Ieepii coniecturam, quae est *infernum*, in textum recipere non veritus est atque insuper coniecturas *alternant* Wagneri, *numero* Baehrensii, *lemurum* suam in apparatu commemorat. Schenkl in Adversariorum meorum censura quondam scripsit: „Die Stelle bleibt noch immer ein Rätsel". Cur tandem? rogo. Adverbium *aeternum*, quod ceteroquin non rarum est (cf. Verg. Aen. VI 400, 617, Georg. II 400, Hor. Ep. I 10, 41, Sil. It. I 204), cur hoc loco offendit? An quia supervacaneum, quod de inferorum aeternitate nemo umquam dubitarit, ut Ph. Wagner perhibet? At cf. vs. 847 infra: has pater in sedes a e t e r n a que moenia natum | inducitque nurum. Quid quod Dante portam Inferni ipsam asseverantem fecit: ED IO ETERNO DURO! Utinam carmina epica, praecipue vero Valerii opus, ad argumentationis geometricae normam metiri viri docti denique iam desinant!

DE SICCANDIS UMORIBUS

(ad Min. Fel. Oct. II § 3)

SCRIPSIT

J. VAN WAGENINGEN.

In Octavii prooemio venusto, in quo Minucius Felix amici sui (Octavii) ex Africa reditum festive et lepide describit, èt alia narrat èt sibi placuisse dicit paucis diebus post Octavii adventum cum eo et Caecilio, altero amico, „Ostiam petere, amoenissimam civitatem, quod esset corpori suo *siccandis umoribus* de marinis lavacris blanda et apposita curatio'' (Oct. II § 3), h. e. quod Ostiae morbum suum articularem (*ῥευματισμόν*) aqua marina sanare posse se putaret [1]). Satis autem constat tota illa ora, quae prope Baias est, fuisse èt thermas, ubi e terra profusus calidus vapor aedificio includeretur [2]), èt fontes calidos, etiam sulphurosos, in ipsum mare profluentes, quibus arthritici curationem corporis peterent, antequam Antonius Musa medendi ratione mutata Baias 'supervacuas' reddidisset [3]). Quis enim non recordatur Horatianum illud (Ep. I 15, 5 sqq.):

> 'sane murteta relinqui
> dictaque cessantem nervis elidere morbum
> sulfura contemni vicus (sc. Baiae) gemit'

---

1) De variis huius morbi generibus agere non meum est, sed lectoribus curiosis librum viri clarissimi Armandi Delpeuch (la goutte et le rhumatisme, Paris, Carré et Naud, 1900) p. 133, quem van Leersum, collega benevolentissimus, mihi mutuum dedit, legendum commendo.

2) Cels. II 17, p. 62, 11 Daremberg.

3) Suet. Aug. 81: 'quia calida fomenta non proderant, frigidis curari coactus auctore Antonio Musa'; Dio 53, 30; Hor. Ep. I 15, 3.

atque Ovidianum (a. a. I 255):

'quid referam Baias praetextaque litora velis
et quae de calido sulpure fumat aquam'.

Docte de his fontibus disputavit Plinius n. h. XXXI §§ 4—5, cuius e disputatione haec laudare sufficiat: 'nusquam tamen largius quam in Baiano sinu (emicant aquae) nec pluribus auxiliandi generibus, aliae sulpuris vi, aliae cet.; vapore ipso aliquae prosunt tantaque est vis, ut balneas calefaciant et frigidam etiam in solis fervere cogant...; vaporant et in mari ipso quae Licinii Crassi fuere mediosque inter fluctus exsistit aliquid valetudini salutare'. Et meminimus apud Plutarchum nos legere nonnullos Marium senem hortatos esse, ut Baias peteret, ubi corpus ὑπό τε γήρως καὶ ῥευμάτων ἀπειρηκὸς curaret (Plut. Mar. 34).

Itaque ex omnibus his locis cuivis patet, cur Minucius ad podagram sanandam potissimum litus Ostiae petiverit, sed quaerimus, quid sibi velit illud *siccandis umoribus*, vel ut aliis verbis dicam, qua ratione Minucius et in universum antiqui sibi proposuerint morbum articularem aqua marina posse sanari. Quo modo umores siccantur? Iamne hic adsunt vestigia θεραπείας cuiusdam, quae cum homoeopathia hodierna conferri possit? Iamne medici eo tempore existimabant 'similia similibus posse curari' nimiumque umoris, quae podagrae causa esset, alio umore (aqua marina) posse pelli? Velim in iis quae sequuntur exponere, quid antiqui de causa arthritidis deque ratione eius sanandae cogitaverint.

Quam sententiam Empedocles de quattuor elementis enuntiavit (de igne aëre aqua terra), haec etiam in medicorum scholam Siculam ab ipso conditam penetravit, cui scholae aliquamdiu praefuit Philistion, Platonis amicus, Locrensis. Et a medico et a philosopho elementa inter morbi causas referri videmus. Plato enim febrium varia genera ita explicat, ut in alio aliud elementum nimis valere demonstret, quae febris causa sit (Tim. 86 B), Philistion morborum causam trifariam esse docet (fragm. der Sikelischen Ärzte, Wellmann p. 110, 4): παρὰ γὰρ τὰ στοιχεῖα (per elementa) ἢ παρὰ τὴν τῶν σωμάτων διάθεσιν (per corporis habitum) ἢ παρὰ τὰ ἐκτός

(per externa). *παρὰ μὲν οὖν τὰ στοιχεῖα, ἐπειδὰν πλεονάσῃ τὸ θερμὸν καὶ τὸ ὑγρόν, ἢ ἐπειδὰν μεῖον γένηται καὶ ἀμαυρὸν τὸ θερμόν.* Ergo Philistione auctore èt nimium calidi nimiumque umidi èt parum calidi morbum efficere potest. Ita in podagra nimius umor membra ligat vexatque, quemadmodum egregie expositum legimus a Cassiodoro, praefecto praetorii et magistro officiorum aetate Theodorici Magni (Manitius, Gesch. der lat. L. des Mittelalters p. 40), qui in bibliotheca sua opera Hippocratis Galeni Caelii Aureliani aliorumque medicorum habebat eaque consulere poterat [1]). Inter Cassiodori enim epistulas una est mira, anno 535 post Chr. n. scripta, qua ille pro rege Theodahado ad Vuinusidum comitem, qui a rege facultatem aquas Bormias petendi ad podagram sanandam postulaverat, responsum misit. Ita Cassiodoro optima occasio praebita est de illis aquis Bormiis, in Italia septemtrionali prope lacum Larium et flumen Adduam sitis, earumque vi medica docte et copiose disputandi, et operae pretium est eius argumentationem percurrere, ut cognoscamus, quo modo ille vel potius medici, quos secutus est, sibi finxerint originem morbi articularis et viam medendi explicaverint. Comparat autem podagram cum inundatione sive palude stagnante [2]), quae efficit, ut pedum nodi rigescant et constringantur, nervi contrahantur. Sed potius ipsa epistula adeunda est (Variarum l. X, ep. 29, ed. Migne tom. LXIX, col. 817): 'cum gentis tuae honoranda nobilitas et magnae fidei documenta suasissent ut tibi urbem Ticinum, quam per bella defenderas, gubernandam pace crederemus, limosae podagrae subita inundatione complutus, aquas Bormias potius siccativas, salutares huic specialiter passioni, velle te petere postulasti.... absit enim ut bellicosum virum tyrannis gravissimae calamitatis exarmet, quae miro modo membra virentia infusione poenalis umoris cogit arescere nodosque mobiles replet marmoreo tumore crescentes, cum norit alia cuncta vacuare iuncturae. Petit concavas lacunas, ubi palustri statione pigrescens, saxa perficit de

1) Delpeuch l. l. p. 335.

2) Eadem similitudo iam apud Platonem legitur rep. III 405 D: *ῥευμάτων καὶ πνευμάτων ὥσπερ λίμνας ἐμπιμπλαμένους.*

liquore, et quae ad decorem inflexionis natura laxaverat, in turpissimum rigorem soliditate peregrina constringit'.

Podagra igitur secundum Cassiodorum, paludi sive aquae stagnanti similis, ea quae in corpore natura laxavit, contrahit constringitque. Hic umor superfluus et noxius amoveri potest aquis Bormiis *siccativis* (cf. Min. Fel. l. l.: *siccandis umoribus*). Sed quomodo aqua, vel umor internus aqua marina vel e fontibus hausta potest siccari? Etiam ad hanc quaestionem Cassiodorus in eadem epistula respondet: „utere igitur aquis illis, primum potu delinitoriis, deinde thermarum exhibitionibus *siccativis*, ubi merito indomabilis cervix illa passionis flectitur, quando interna plurima effusione mundantur [1]), exteriora *attractiva virtute* libera fiunt, et velut duobus auxiliis congregatis in medium missa superatur'.

Si his Cassiodori verbis omnes ambages demimus, eius explicatio huc redit: aqua fontis Bormii duplicem vim habet; pota enim ab arthritico morbum delenit umoremque internum purgat, thermae autem illa aqua repletae membra siccant et virtute sua attractiva nodos umore liberant.

Nunc si ad Minucii verba redimus, eum apparet de podagra iis medicis assensum esse, qui in aqua marina, praesertim sulfurosa, vim quandam inesse putarent, quae nimium corporis umorem nodos membrorum constringentem attraheret sive absorberet. *Siccandis umoribus* igitur apud Minucium dativus finalis est totaque sententia significat Minucium Ostiam adisse, ubi (in thermis?) per aquam marinam calidam et sulfurosam (*de marinis lavacris* = 'door middel van zeebaden') membra nimio umore liberaret itaque corpus 'blande et apte' curaret.

1) Similiter Cato de agr. c. 157, 7 verbo purgandi in eodem morbo utitur: „verum morbum articularium nulla res tam purgat quam brassica cruda".

PRUDENTIANA

SCRIPSIT

C. BRAKMAN.

Syntaxis Prudentiana conscripta ab E. B. Lease [1]) quamquam iure magnopere laudatur, tamen in aliis rebus claudicat, aliae res desiderantur quamvis sint dignae memoratu. Praesertim observationes ad genetivum pertinentes partim minus recte se habent, partim non sufficiunt. Lease enim vocat (pag. 17) *littoris acta* (Contra Symm. I 136) et *regione plagae* (Contra Symm. II 613) genetivos appositivos, etsi re vera sunt genetivi inhaerentiae sive synonymi [2]).

Prudentii carmina quamquam agnoscunt genetivum appositivum (velut Perist. II 523 *pignera... liberum* Psychom. praef. 17 *urbibus Sodomae et Gomorrhae*) tamen ubundant genetivis inhaerentiae. Plerosque hic enumerabo: Cath. VII 203 altaris aram (repetitur Perist. X 49).

Apotheos. Praef. 13 scrobis in foveam.

Hamartig. 804 in arvum ruris frugiferi.

Perist. IX 10 fucis colorum.

Perist. X 867 iram fellis.

Perist. XI 47 ad littoris oram [3]).

Imprimis memorabiles sunt eiusmodi genetivi, quorum nomen alterum vox Graeca est:

---

1) A syntactic stylistic and metrical study of Prudentius. Baltimore 1898.

2) Quantum intersit inter genetivum appositivum et synonymum apparet, si conferimus *auxilia peditum* cum *undarum fluctus* (Ammian. Marc. XXX 1, 9) vel cum *fines limitum* (Ammian. Marc. XXV 6, 11).

3) Cf. Schmalz Syntax § 69 Anm. 2 pag. 362.

Cath. V 156 chrismatis unguine.
Perist. X 838 hymnum... carminis.
Contra Symm. I 136 in littoris acta.

Genetivi appositivi e sermone vulgari desumpti non desunt in poesi Prudentiana, velut Hamartig. 704 rem vitae; Perist. X 529 rem gloriae; Contra Symm. II 803 res naturae [1]).

Nulla mentio in Leasii Syntaxi fit genetivorum, qui figuram etymologicam efficiunt [2]) e. g. Cath. IX 114 saeculorum saeculis; Dittoch. 123 in saeclum saecli; Perist. X 47 sancta sanctorum Apoth. 126 caecorum caecos.

Utique praetereundi non sunt genetivi comparationis frequentissimi apud Scriptores Ecclesiasticos, qui usum Graecum imitantur [3]):

Cath. XII 77 O sola magnarum urbium
Maior Bethlem.
Perist. V 293 O miles invictissime
Fortissimorum fortior.
Perist. XIV 110 Et quod malorum est taetrius omnium
Gentilitatis sordida nubila.

De praepositione *de*.

Lease tacet omnino de peculiari functione praepositionis *de*, quae haud raro genetivum circumscribit e. g. Perist. VI 130 *de* corporibus sacris favillae; Contra Symm. I 185 cognatos *de* Marte deos (sc. Iovem, Minervam, Iunonem); Hamartig. 211 locuples *de* corpore praedo cet.

Eadem praepositio saepissime comitatur ablativum instrumentalem e. g. Perist. III 196
Tecta corusca super rutilant
De laquearibus aureolis;
Apotheos. Praef. 31
*De*que imbecillis subiugavit fortia;
Dittoch. 136 (de Herodis filia)
Psaltria respersis manibus *de* sanguine iusto.

---

1) Contra genet. poss. habemus Perist. X 543 Omitte corpus rem sepulchri.
2) Schmalz Stilistik pag. 675 rex regum cet.
3) Schmalz Syntax pag. 385 Anm. 1; Kühner—Stegmann II pag. 469. Video nunc haec saltem ëxempla non desiderari in Leasii libro.

Cf. etiam Apotheos. 907, Psychom. 534, Contra Symm. I 17 cet.

Ablativus causae quoque interdum *de* asciscit e. g.

Cath. V 131 Sed terris domini *de* cruce tristibus
Maior sole novum restituens diem.

Hamartig. 373 hilaram *de* funere plebem; Hamartig. 583 aut *de* Concubitu distenta uterum cet.

Minus frequenter coniungitur *de* cum ablativo modi cf. Apotheos. 857 conlige *de* simili cet.

De gerundivo.

Notum est seriores scriptores crebro gerundivo uti pro infinitivo futuri passivi [1]). Etsi apud Prudentium quoque gerundivum saepe eadem vice fungitur, tamen Lease nihil de ea re loquitur. Affero haec exempla:

Psych. 617 Nonne vides ut nulla avium cras cogitet, ac se
Pascendam praestante Deo non anxia credat.

Pascendam significat h. l. pastum iri.

Apotheos. 626 rota lurida Solis
Haeret et excidium sentit iamiamque futurum
Seque die medio *velandam* tegmine glauco
Splendoremque poli periturum...

Velandam ponitur pro: *velatum iri.*

Perist. XI 79 Stipati circum iuvenes clamore ferebant,
Ipsum Christicolis esse caput populis:
Si foret extinctum propere caput, omnia vulgi
Pectora Romana sponte *sacranda* deis.

Sacranda valet idem quod *sacratum iri.*

In exemplis relatis gerundivum omissione verbi *esse* vim accipit infinitivi fut. pass. Vix est quod moneam gerundivum non minus frequenter potestatem habere participii fut. pass., velut Contra Symm. II Praef. 14
Nec quidquam suberat spei
Mergendis prope naufragis

Hic *mergendis* idem est atque *καταδυσομένοις*.

De Prudentio et Ammiano Marcellino.

---

1) Cf. Schmalz Syntax § 194, 4 pag. 463; Kühner—Stegmann I § 130 Anm. 6 pag. 733—734.

Ammianum Marcellinum vita decessisse ante annum quadringentesimum ipsum ergo decem fere annis ante Prudentii mortem, nemo sst quin credut. Iam pridem observavi [1]) Prudentium satis aequum iudicium fecisse de imperatore Iuliano eumque magnis laudibus affecisse. Dubitari nequit quin auctor Christianus ex Ammiani libris didicerit, quam egregius dux domi bellique Iulianus fuisset. Praeterea similitudines aliquot declarant illud opus historicum a poeta Hispano lectum esse. Sunt autem hae

cavillo mimico (Perist. II 318) et *mimicam cavillationem* (Amm. Marc. XXVI 6, 15);

divaricatis cruribus (Perist. V 252) et *divaricatis pedibus* (Amm. Marc. XXII 11, 8);

substantivum *natatus* adhibet Prudentius quater (Perist. VII 129; X 950, 1054; Cath. V 143), bis Ammianus XXIII 6, 52; XXIV 1, 5).

Insolitam formam participii *recensetus* usurpat uterque (Prud. Perist. XI 147 Amm. Marc. XVIII 6, 23).

Denique Cath. V 55 signaque bellica
Praetendunt *tumidis* clara *draconibus*

et Perst. I 35

Proque *ventosis draconum*, quos gerebant, palliis
Praeferunt insigne lignum, quod draconem subdidit

designare videntur Amm. Marc. XVI 10, 7 eumque... circumdedere *dracones*, hastarum aureis gemmatisque summitatibus inligati, hiatu vasto perflabiles, et ideo veluti *ira perciti sibilantes*, caudarumque volumina relinquentes *in ventum*.

Lease (pag. 72) nullum prosae orationis scriptorem in exemplis Prudentii numerat, quem tamen nunc ostendimus plura hausisse ex Ammiano Marcellino quam ex Silio Italico et Statio (cf. Lease pag. 72).

---

1) Cf. Mnemos. Vol. 48 pag. 438.

AD HISTORIAM APOLLONII REGIS TYRI

SCRIPSIT

C. BRAKMAN.

Textum fabulae c. t. Historia Apollonii Regis Tyri, quem in altera editione anni 1893 Alexander Riese constituit, multis vitiis laborare cum alii docuerunt tum Elimar Klebs in egregio opere suo Die Erzählung von Apollonius aus Tyrus. Riese enim leges latinitatis serioris paene prorsus neglexit neque satis animum attendit ad eos scriptores, quos auctor Historiae imitatus est. Hic de quattuor locis, quos sanare posse mihi videor, agendum est.

Apollonius Tharsia profectus in Cyrenaicam naufragium fecit, qua de re legimus in capite 12 alterius recensionis, quam nobis codex Oxoniensis Magdal. 50 servavit, haec (pag. 21, 3 edit. Ries.) Tunc quisque rapit tabulam, mortemque *minatur*. In tali caligine tempestatis perierunt universi. Apollonius solus tabulae beneficio in Pentapolitanorum est littore pulsus, gubernatore pereunte; et deo volente proicitur fatigatus in Cyrenen regionem.

Pro *minatur* Riese coniecit *miratur*, quod probari nequit. Restituendum nimirum est: mortemque *imaginatur*; hoc enim verbum saepe invenitur in Apulei Metamorphosibus, quem auctor Historiae sibi imitandum proposuit [1]) e. g. I 19 nocturnas etiam Furias illas *imaginanti*; VIII 12 meos forsitan tibi pestiferos *imaginaris* amplexus; XI 25 divinos tuos

1) Cf. Klebs l. l. pag. 288—291.

vultus numenque sanctissimum intra pectoris mei secreta conditum perpetuo custodiens *imaginabor cet.*

Athenagora, qui nobilitate et pecunia facile primus erat Mytilenaeorum, Apollonium consolandi causa allocutus est sic (secundum recensionem quam exhibet codex Parisinns 4955, cap. 40 pag. 84, 1 edit. Ries.):

Dixerunt te in luctu esse gravi; quod et video. Sed *pro desiderio*, quo veni ad te, procede de tenebris ad lucem et epulare nobiscum paulisper. Spero autem de deo, quia dabit tibi post hunc tam ingentem luctum ampliorem laetitiam.

Vix est dubium quin integra lectio fuerit *per desiderium*, confusio autem inter *per* et *pro* tam frequens est, ut supervacuum sit exempla afferre.

Paulo infra in eodem capite legitur (pag. 84, 11) Confusus Athenagora subiit de subsannio navis rursus ad navem et discumbens ait „non potui domino vostro persuadere, ut ad lucem [*veniret*] *procederet*".

Ita scribit Riese immerito spreta lectione tradita: ut ad lucem *venîre pròcéderèt.* Infinitivum autem, qui est *venire*, tuetur optima clausula (duo cretici). Praeterea apud poetas et posteriores scriptores prosae orationis saepe verba movendi asciscunt infinitivum finalem [1]) e. g. Lucr. III 895

nec dulces occurrent oscula nati
Praeripere;

Prudent. Apotheos. 986

Septimus hebdomadi venit superaddere sextae
Hunc numerum Christus;

Hygin. fab. 88 quae (sc. Pelopia) dum ad flumen exit sanguinem abluere cet.

Ceterum nihil est cur offendamur in pleonasmo *venire procederet*, nam haec recensio (P) semper et ubique multo verbosior est altera (β) cf. (cap. 20 pag. 41, 13) Modo vero, quia paruit *tuis praeceptis obsequiis ab ipso tibi factis* et meae

---

1) Schmalz Lat. Gramm. pag. 420 sq. alia exempla commemorat.

DE SICCANDIS UMORIBUS

(ad Min. Fel. Oct. II § 3)

SCRIPSIT

J. VAN WAGENINGEN.

In Octavii prooemio venusto, in quo Minucius Felix amici sui (Octavii) ex Africa reditum festive et lepide describit, èt alia narrat èt sibi placuisse dicit paucis diebus post Octavii adventum cum eo et Caecilio, altero amico, „Ostiam petere, amoenissimam civitatem, quod esset corpori suo *siccandis umoribus* de marinis lavacris blanda et apposita curatio" (Oct. II § 3), h. e. quod Ostiae morbum suum articularem (ῥευματισμόν) aqua marina sanare posse se putaret [1]). Satis autem constat tota illa ora, quae prope Baias est, fuisse èt thermas, ubi e terra profusus calidus vapor aedificio includeretur [2]), èt fontes calidos, etiam sulphurosos, in ipsum mare profluentes, quibus arthritici curationem corporis peterent, antequam Antonius Musa medendi ratione mutata Baias 'supervacuas' reddidisset [3]). Quis enim non recordatur Horatianum illud (Ep. I 15, 5 sqq.):

> 'sane murteta relinqui
> dictaque cessantem nervis elidere morbum
> sulfura contemni vicus (sc. Baiae) gemit'

1) De variis huius morbi generibus agere non meum est, sed lectoribus curiosis librum viri clarissimi Armandi Delpeuch (la goutte et le rhumatisme, Paris, Carré et Naud, 1900) p. 133, quem van Leersum, collega benevolentissimus, mihi mutuum dedit, legendum commendo.

2) Cels. II 17, p. 62, 11 Daremberg.

3) Suet. Aug. 81: 'quia calida fomenta non proderant, frigidis curari coactus auctore Antonio Musa'; Dio 53, 30; Hor. Ep. I 15, 3.

atque Ovidianum (a. a. I 255):

'quid referam Baias praetextaque litora velis
et quae de calido sulpure fumat aquam'.

Docte de his fontibus disputavit Plinius n. h. XXXI §§ 4—5, cuius e disputatione haec laudare sufficiat: 'nusquam tamen largius quam in Baiano sinu (emicant aquae) nec pluribus auxiliandi generibus, aliae sulpuris vi, aliae cet.; vapore ipso aliquae prosunt tantaque est vis, ut balneas calefaciant et frigidam etiam in solis fervere cogant...; vaporant et in mari ipso quae Licinii Crassi fuere mediosque inter fluctus exsistit aliquid valetudini salutare'. Et meminimus apud Plutarchum nos legere nonnullos Marium senem hortatos esse, ut Baias peteret, ubi corpus *ὑπό τε γήρως καὶ ῥευμάτων ἀπειρηκὸς* curaret (Plut. Mar. 34).

Itaque ex omnibus his locis cuivis patet, cur Minucius ad podagram sanandam potissimum litus Ostiae petiverit, sed quaerimus, quid sibi velit illud *siccandis umoribus*, vel ut aliis verbis dicam, qua ratione Minucius et in universum antiqui sibi proposuerint morbum articularem aqua marina posse sanari. Quo modo umores siccantur? Iamne hic adsunt vestigia *θεραπείας* cuiusdam, quae cum homoeopathia hodierna conferri possit? Iamne medici eo tempore existimabant 'similia similibus posse curari' nimiumque umoris, quae podagrae causa esset, alio umore (aqua marina) posse pelli? Velim in iis quae sequuntur exponere, quid antiqui de causa arthritidis deque ratione eius sanandae cogitaverint.

Quam sententiam Empedocles de quattuor elementis enuntiavit (de igne aëre aqua terra), haec etiam in medicorum scholam Siculam ab ipso conditam penetravit, cui scholae aliquamdiu praefuit Philistion, Platonis amicus, Locrensis. Et a medico et a philosopho elementa inter morbi causas referri videmus. Plato enim febrium varia genera ita explicat, ut in alio aliud elementum nimis valere demonstret, quae febris causa sit (Tim. 86 B), Philistion morborum causam trifariam esse docet (fragm. der Sikelischen Ärzte, Wellmann p. 110, 4): *παρὰ γὰρ τὰ στοιχεῖα* (per elementa) *ἢ παρὰ τὴν τῶν σωμάτων διάθεσιν* (per corporis habitum) *ἢ παρὰ τὰ ἐκτός*

(per externa). πκρὰ μὲν οὖν τὰ στοιχεῖα, ἐπειδὰν πλεονάσῃ τὸ θερμὸν καὶ τὸ ὑγρόν, ἢ ἐπειδὰν μεῖον γένηται καὶ ἀμαυρὸν τὸ θερμόν. Ergo Philistione auctore èt nimium calidi nimiumque umidi èt parum calidi morbum efficere potest. Ita in podagra nimius umor membra ligat vexatque, quemadmodum egregie expositum legimus a Cassiodoro, praefecto praetorii et magistro officiorum aetate Theodorici Magni (Manitius, Gesch. der lat. L. des Mittelalters p. 40), qui in bibliotheca sua opera Hippocratis Galeni Caelii Aureliani aliorumque medicorum habebat eaque consulere poterat [1]). Inter Cassiodori enim epistulas una est mira, anno 535 post Chr. n. scripta, qua ille pro rege Theodahado ad Vuinusidum comitem, qui a rege facultatem aquas Bormias petendi ad podagram sanandam postulaverat, responsum misit. Ita Cassiodoro optima occasio praebita est de illis aquis Bormiis, in Italia septemtrionali prope lacum Larium et flumen Adduam sitis, earumque vi medica docte et copiose disputandi, et operae pretium est eius argumentationem percurrere, ut cognoscamus, quo modo ille vel potius medici, quos secutus est, sibi finxerint originem morbi articularis et viam medendi explicaverint. Comparat autem podagram cum inundatione sive palude stagnante [2]), quae efficit, ut pedum nodi rigescant et constringantur, nervi contrahantur. Sed potius ipsa epistula adeunda est (Variarum l. X, ep. 29, ed. Migne tom. LXIX, col. 817): 'cum gentis tuae honoranda nobilitas et magnae fidei documenta suasissent ut tibi urbem Ticinum, quam per bella defenderas, gubernandam pace crederemus, limosae podagrae subita inundatione complutus, aquas Bormias potius siccativas, salutares huic specialiter passioni, velle te petere postulasti.... absit enim ut bellicosum virum tyrannis gravissimae calamitatis exarmet, quae miro modo membra virentia infusione poenalis umoris cogit arescere nodosque mobiles replet marmoreo tumore crescentes, cum norit alia cuncta vacuare iuncturae. Petit concavas lacunas, ubi palustri statione pigrescens, saxa perficit de

1) Delpeuch l. l. p. 335.

2) Eadem similitudo iam apud Platonem legitur rep. III 405 D: ῥευμάτων καὶ πνευμάτων ὥσπερ λίμνας ἐμπιμπλαμένους.

liquore, et quae ad decorem inflexionis natura laxaverat, in turpissimum rigorem soliditate peregrina constringit'.

Podagra igitur secundum Cassiodorum, paludi sive aquae stagnanti similis, ea quae in corpore natura laxavit, contrahit constringitque. Hic umor superfluus et noxius amoveri potest aquis Bormiis *siccativis* (cf. Min. Fel. l. l.: *siccandis umoribus*). Sed quomodo aqua, vel umor internus aqua marina vel e fontibus hausta potest siccari? Etiam ad hanc quaestionem Cassiodorus in eadem epistula respondet: „utere igitur aquis illis, primum potu delinitoriis, deinde thermarum exhibitionibus *siccativis*, ubi merito indomabilis cervix illa passionis flectitur, quando interna plurima effusione mundantur [1]), exteriora *attractiva virtute* libera fiunt, et velut duobus auxiliis congregatis in medium missa superatur'.

Si his Cassiodori verbis omnes ambages demimus, eius explicatio huc redit: aqua fontis Bormii duplicem vim habet; pota enim ab arthritico morbum delenit umoremque internum purgat, thermae autem illa aqua repletae membra siccant et virtute sua attractiva nodos umore liberant.

Nunc si ad Minucii verba redimus, eum apparet de podagra iis medicis assensum esse, qui in aqua marina, praesertim sulfurosa, vim quandam inesse putarent, quae nimium corporis umorem nodos membrorum constringentem attraheret sive absorberet. *Siccandis umoribus* igitur apud Minucium dativus finalis est totaque sententia significat Minucium Ostiam adisse, ubi (in thermis?) per aquam marinam calidam et sulfurosam (*de marinis lavacris* = 'door middel van zeebaden') membra nimio umore liberaret itaque corpus 'blande et apte' curaret.

---

1) Similiter Cato de agr. c. 157, 7 verbo purgandi in eodem morbo utitur: „verum morbum articularium nulla res tam p u r g a t quam brassica cruda".

PRUDENTIANA

SCRIPSIT

C. BRAKMAN.

Syntaxis Prudentiana conscripta ab E. B. Lease [1]) quamquam iure magnopere laudatur, tamen in aliis rebus claudicat, aliae res desiderantur quamvis sint dignae memoratu. Praesertim observationes ad genetivum pertinentes partim minus recte se habent, partim non sufficiunt. Lease enim vocat (pag. 17) *littoris acta* (Contra Symm. I 136) et *regione plagae* (Contra Symm. II 613) genetivos appositivos, etsi re vera sunt genetivi inhaerentiae sive synonymi [2]).

Prudentii carmina quamquam agnoscunt genetivum appositivum (velut Perist. II 523 *pignera... liberum* Psychom. praef. 17 *urbibus Sodomae et Gomorrhae*) tamen ubundant genetivis inhaerentiae. Plerosque hic enumerabo: Cath. VII 203 altaris aram (repetitur Perist. X 49).

Apotheos. Praef. 13 scrobis in foveam.

Hamartig. 804 in arvum ruris frugiferi.

Perist. IX 10 fucis colorum.

Perist. X 867 iram fellis.

Perist. XI 47 ad littoris oram [3]).

Imprimis memorabiles sunt eiusmodi genetivi, quorum nomen alterum vox Graeca est:

---

1) A syntactic stylistic and metrical study of Prudentius. Baltimore 1898.

2) Quantum intersit iuter genetivum appositivum et synonymum apparet, si conferimus *auxilia peditum* cum *undarum fluctus* (Ammian. Marc. XXX 1, 9) vel eum *fines limitum* (Ammian. Marc. XXV 6, 11).

3) Cf. Schmalz Syntax § 69 Anm. 2 pag. 362.

Cath. V 156 chrismatis unguine.
Perist. X 838 hymnum... carminis.
Contra Symm. I 136 in littoris acta.

Genetivi appositivi e sermone vulgari desumpti non desunt in poesi Prudentiana, velut Hamartig. 704 rem vitae; Perist. X 529 rem gloriae; Contra Symm. II 803 res naturae [1]).

Nulla mentio in Leasii Syntaxi fit genetivorum, qui figuram etymologicam efficiunt [2]) e. g. Cath. IX 114 saeculorum saeculis; Dittoch. 123 in saeclum saecli; Perist. X 47 sancta sanctorum Apoth. 126 caecorum caecos.

Utique praetereundi non sunt genetivi comparationis frequentissimi apud Scriptores Ecclesiasticos, qui usum Graecum imitantur [3]):

Cath. XII 77 O sola magnarum urbium
Maior Bethlem.
Perist. V 293 O miles invictissime
Fortissimorum fortior.
Perist. XIV 110 Et quod malorum est taetrius omnium
Gentilitatis sordida nubila.

De praepositione *de*.

Lease tacet omnino de peculiari functione praepositionis *de*, quae haud raro genetivum circumscribit e. g. Perist. VI 130 *ds* corporibus sacris favillae; Contra Symm. I 185 cognatos *de* Marte deos (sc. Iovem, Minervam, Iunonem); Hamartig. 211 locuples *de* corpore praedo cet.

Eadem praepositio saepissime comitatur ablativum instrumentalem e. g. Perist. III 196

Tecta corusca super rutilant
De laquearibus aureolis;

Apotheos. Praef. 31

*De*que imbecillis subiugavit fortia;

Dittoch. 136 (de Herodis filia)

Psaltria respersis manibus *de* sanguine iusto.

---

1) Contra genet. poss. habemus Perist. X 543 Omitte corpus rem sepulchri.

2) Schmalz Stilistik pag. 675 rex regum cet.

3) Schmalz Syntax pag. 385 Anm. 1; Kühner—Stegmann II pag. 469. Video nunc haec saltem ëxempla non desiderari in Leasii libro.

Cf. etiam Apotheos. 907, Psychom. 534, Contra Symm. I 17 cet.

Ablativus causae quoque interdum *de* asciscit e. g.

Cath. V 131 Sed terris domini *de* cruce tristibus
Maior sole novum restituens diem.

Hamartig. 373 hilaram *de* funere plebem; Hamartig. 583 aut *de* Concubitu distenta uterum cet.

Minus frequenter coniungitur *de* cum ablativo modi cf. Apotheos. 857 conlige *de* simili cet.

De gerundivo.

Notum est seriores scriptores crebro gerundivo uti pro infinitivo futuri passivi [1]). Etsi apud Prudentium quoque gerundivum saepe eadem vice fungitur, tamen Lease nihil de ea re loquitur. Affero haec exempla:

Psych. 617 Nonne vides ut nulla avium cras cogitet, ac se
Pascendam praestante Deo non anxia credat.

Pascendam significat h. l. pastum iri.

Apotheos. 626 rota lurida Solis
Haeret et excidium sentit iamiamque futurum
Seque die medio *velandam* tegmine glauco
Splendoremque poli periturum...

Velandam ponitur pro: *velatum iri.*

Perist. XI 79 Stipati circum iuvenes clamore ferebant,
Ipsum Christicolis esse caput populis:
Si foret extinctum propere caput, omnia vulgi
Pectora Romana sponte *sacranda* deis.

Sacranda valet idem quod *sacratum iri.*

In exemplis relatis gerundivum omissione verbi *esse* vim accipit infinitivi fut. pass. Vix est quod moneam gerundivum non minus frequenter potestatem habere participii fut. pass., velut Contra Symm. II Praef. 14

Nec quidquam suberat spei
Mergendis prope naufragis

Hic *mergendis* idem est atque καταδυσομένοις.

De Prudentio et Ammiano Marcellino.

---

1) Cf. Schmalz Syntax § 194, 4 pag. 463; Kühner—Stegmann I § 130 Anm. 6 pag. 733—734.

Ammianum Marcellinum vita decessisse ante annum quadringentesimum ipsum ergo decem fere annis ante Prudentii mortem, nemo sst quin credut. Iam pridem observavi [1]) Prudentium satis aequum iudicium fecisse de imperatore Iuliano eumque magnis laudibus affecisse. Dubitari nequit quin auctor Christianus ex Ammiani libris didicerit, quam egregius dux domi bellique Iulianus fuisset. Praeterea similitudines aliquot declarant illud opus historicum a poeta Hispano lectum esse. Sunt autem hae

cavillo mimico (Perist. II 318) et *mimicam cavillationem* (Amm. Marc. XXVI 6, 15);

divaricatis cruribus (Perist. V 252) et *divaricatis pedibus* (Amm. Marc. XXII 11, 8);

substantivum *natatus* adhibet Prudentius quater (Perist. VII 129; X 950, 1054; Cath. V 143), bis Ammianus XXIII 6, 52; XXIV 1, 5).

Insolitam formam participii *recensetus* usurpat uterque (Prud. Perist. XI 147 Amm. Marc. XVIII 6, 23).

Denique Cath. V 55 signaque bellica
Praetendunt *tumidis* clara *draconibus*
et Perst. I 35

Proque *ventosis draconum*, quos gerebant, palliis
Praeferunt insigne lignum, quod draconem subdidit

designare videntur Amm. Marc. XVI 10, 7 eumque... circumdedere *dracones*, hastarum aureis gemmatisque summitatibus inligati, hiatu vasto perflabiles, et ideo veluti *ira perciti sibilantes*, caudarumque volumina relinquentes *in ventum*.

Lease (pag. 72) nullum prosae orationis scriptorem in exemplis Prudentii numerat, quem tamen nunc ostendimus plura hausisse ex Ammiano Marcellino quam ex Silio Italico et Statio (cf. Lease pag. 72).

---

1) Cf. Mnemos. Vol. 48 pag. 438.

AD HISTORIAM APOLLONII REGIS TYRI

SCRIPSIT

C. BRAKMAN.

Textum fabulae c. t. Historia Apollonii Regis Tyri, quem in altera editione anni 1893 Alexander Riese constituit, multis vitiis laborare cum alii docuerunt tum Elimar Klebs in egregio opere suo Die Erzählung von Apollonius aus Tyrus. Riese enim leges latinitatis serioris paene prorsus neglexit neque satis animum attendit ad eos scriptores, quos auctor Historiae imitatus est. Hic de quattuor locis, quos sanare posse mihi videor, agendum est.

Apollonius Tharsia profectus in Cyrenaicam naufragium fecit, qua de re legimus in capite 12 alterius recensionis, quam nobis codex Oxoniensis Magdal. 50 servavit, haec (pag. 21, 3 edit. Ries.) Tunc quisque rapit tabulam, mortemque *minatur*. In tali caligine tempestatis perierunt universi. Apollonius solus tabulae beneficio in Pentapolitanorum est littore pulsus, gubernatore pereunte; et deo volente proicitur fatigatus in Cyrenen regionem.

Pro *minatur* Riese coniecit *miratur*, quod probari nequit. Restituendum nimirum est: mortemque *imaginatur*; hoc enim verbum saepe invenitur in Apulei Metamorphosibus, quem auctor Historiae sibi imitandum proposuit [1]) e. g. I 19 nocturnas etiam Furias illas *imaginanti*; VIII 12 meos forsitan tibi pestiferos *imaginaris* amplexus; XI 25 divinos tuos

1) Cf. Klebs l. l. pag. 288—291.

vultus numenque sanctissimum intra pectoris mei secreta conditum perpetuo custodiens *imaginabor cet.*

Athenagora, qui nobilitate et pecunia facile primus erat Mytilenaeorum, Apollonium consolandi causa allocutus est sic (secundum recensionem quam exhibet codex Parisinns 4955, cap. 40 pag. 84, 1 edit. Ries.):

Dixerunt te in luctu esse gravi; quod et video. Sed *pro desiderio*, quo veni ad te, procede de tenebris ad lucem et epulare nobiscum paulisper. Spero autem de deo, quia dabit tibi post hunc tam ingentem luctum ampliorem laetitiam.

Vix est dubium quin integra lectio fuerit *per desiderium,* confusio autem inter *per* et *pro* tam frequens est, ut supervacuum sit exempla afferre.

Paulo infra in eodem capite legitur (pag. 84, 11) Confusus Athenagora subiit de subsannio navis rursus ad navem et discumbens ait „non potui domino vostro persuadere, ut ad lucem [*veniret*] *procederet*".

Ita scribit Riese immerito spreta lectione tradita: ut ad lucem *veníre pròcéderèt.* Infinitivum autem, qui est *venire*, tuetur optima clausula (duo cretici). Praeterea apud poetas et posteriores scriptores prosae orationis saepe verba movendi asciscunt infinitivum finalem [1]) e. g. Lucr. III 895

nec dulces occurrent oscula nati
Praeripere;

Prudent. Apotheos. 986

Septimus hebdomadi venit superaddere sextae
Hunc numerum Christus;

Hygin. fab. 88 quae (sc. Pelopia) dum ad flumen exit sanguinem abluere cet.

Ceterum nihil est cur offendamur in pleonasmo *venire procederet*, nam haec recensio (P) semper et ubique multo verbosior est altera (β) cf. (cap. 20 pag. 41, 13) Modo vero, quia paruit *tuis praeceptis obsequiis ab ipso tibi factis* et meae

1) Schmalz Lat. Gramm. pag. 420 sq. alia exempla commemorat.

voluntati iu doctrinis.... tuo sacramento per meam iussionem [1]) me ei tradas! Apte insuper comparare possis Homericum illud 'βῆ δ' ἴμεναι.

(Cap. 41; pag. 88, 13) Et ait ad eum Tharsia „omnia quaecumque potui feci, sed datis mihi CC aureis rogavit abscedere, asserens renovato luctu <*et*> dolore cruciari".

Riese inseruit *et*, sed genus dicendi huius auctoris requirit *luctu*<*s*> *dolore*, ut docuit cap. 32 (pag. 63, 17) forsitan aut *afflictione luctus* est mortuus aut certe inter fluctus maris et procellas periit. Hoc genetivo inhaerentiae sive synonymo saepius utitur auctor Historiae e. g. cap. 25 (pag. 47, 7) undarum fluctus; cap. 29 (pag. 56, 10 stemmata originis tuorum natalium; ex altera recensione referimus haec exempla cap. 1 (pag. 1, 5) specie pulchritudinis; cap. 29 (pag. 57, 5) exequias funeris sui; cap. 34 (pag. 69, 10) natalium originem.

1) Hanc vocem iniuria sollicitaverunt Riese et Klebs substituentes *iunctionem*: Arnobius, Lactantius, Prudentius, Augustinus *iussio* agnoscunt.

Euripidis fragmentum 466.

Stob. Flor. 74, 2:

οὐ γάρ ποτ' ἄνδρα τὸν σοφὸν γυναικὶ χρὴ
δοῦναι χαλινοὺς οὐδ' ἀφέντ' ἐᾶν κρατεῖν·
πιστὸν γὰρ οὐδέν ἐστιν· εἰ δέ τις κυρεῖ
γυναικὸς ἐσθλῆς, εὐτυχεῖ κακὸν λαβών.

Oxymora sententia est minus feliciter concepta, an supplenda hoc modo:

εὐτυχεῖ κακὸν λαβὼν
μεῖον ?

G. V.

MNEMOSYNE.

BIBLIOTHECA PHILOLOGICA BATAVA.

COLLEGERUNT

P. H. DAMSTÉ, J. J. HARTMAN, C. W. VOLLGRAFF.

OPERAM SUAM POLLICITI SUNT

K. KUIPER, J. C. NABER, M. C. VALETON, I. VAN WAGENINGEN.

NOVA SERIES.

VOLUMEN QUADRAGESIMUM NONUM. PARS II.

LUGDUNI-BATAVORUM

E. J. BRILL.

LIPSIAE,

O. HARRASSOWITZ.

1921.

INDEX

L. S.

Admonuit nos Vir Excellentissimus qui instructionem publicam et artes disciplinasque in nostra patria procurat, quaecunque in Mnemosyne legantur eiusmodi esse debere ut ad rationes, quae inter varios intercedunt populos, quod attinet, nullus eorum quod iure queratur habeat. Quapropter nihil in Mnemosynen receptum iri quod ullo modo ab hoc praecepto recedat lubenter pollicemur.

P. H. D.
I. I. H.
C. W. V.

DE INSCRIPTIONE ARGIVA.

SCRIPSIT

GUILIELMUS VOLLGRAFF.

Decretum artificum Bacchiorum Argis repertum a. 1861 Conze et Michaelis partim descripserunt; totum primus Paulus Foucart in integrum restituit et supplementa sua egregiis adiunctis commentariis defendit [1]; deinde Fredrich et Fraenkel, lapide denuo examinato, operam in id haud spernendam contulerunt [2]. Nonnulla tamen mihi iam ante viginti ferme annos parum recte constituta esse visa sunt; sed tum cum lapidis ipsius testimonio uti licebat, tempus ad singula persequenda defuit. Nunc ectypomate chartaceo utor cetera satis bono, quod vero ad partem inferiorem inde a vs. 28 attinet, non bene expresso. Quapropter inde ab hoc versu supplementa priorum editorum paene immutata ab illis mutuatus sum. Contra in parte superiore, quamvis ibi quoque illorum copiis liberaliter usus sim, tamen hic illic ab iis discessi, sive quod ectypoma mihi lectionem diversam aut pleniorem suppeditabat sive aliis de causis. Ne tamen legentes diu ambagibus et quisquiliis morer, satis habeo exemplar ectypomatis mei cum supplementis versuum in fine maxime decurtatorum oculis et iudicio eorum subicere. Ipsi, si tanti est, mea cum alienis comparanto. Longitudinem singulorum versuum et spatia lacunarum diligenter computare studui. Ceterum persuasum habeo hoc quoque restitutionis conamen minime absolutum esse, sed castigari posse, si ipse lapis ad manum sit. Hoc quando mihi continget? Nescio. Itaque in praesens contentus ero, si in nonnullis rebus rem acu tetigisse videbor, in ceteris veri similia assecutus esse.

---

1) Revue arch. 1870, II, p. 107 sqq.

2) I. G. IV, 558.

Ἐπειδὴ Ζήνων Ἑκατοδώρο[υ Ἀργεῖος ἐν παντὶ καιρῷ διατελεῖ εὐσεβῶς καὶ ὁσίως δια-]
κείμενος τὰ πρὸς τοὺς θεούς, εὐνοϊ[κῶς δὲ πρὸς τὸ κοινὸν τῶν περὶ τὸν Διόνυσον τεχνιτῶν]
τῶν ἐξ Ἰσθμοῦ τε καὶ Νεμέας τῆς ἐν Ἄργε[ι συνόδου καὶ ἐν πᾶσι πολλὰς καὶ μεγάλας ἀποδεί-]
ξεις πεποιημένος τῆς ἑαυτοῦ καλοκαγαθίας τὰς [ἐπιμελείας τὰς κατὰ τὰς μεγίστας τῆς]
5 συνόδου ἀρχὰς πάσας πεποίηται καλῶς καὶ συνφερόντω[ς τοῖς κοινοῖς τῆς συνόδου πρά-]
γμασιν ἐν πᾶσιν ἀναστρεφόμενος ἀξίως τῆς ἐκ παιδὸς αὐτῷ [ἀνηκούσης εὐγενείας, κατα-]
σταθεὶς δὲ καὶ ταμίας ὑπὸ τῆς συνόδου εἰς τὸ δεύτερον καὶ τρια[κοστὸν ἔτος καὶ εὑρὼν]
πολλὰ τῶν τῆς συνόδου διαφόρων ἀποστατοῦντα, τῶν κεφαλαίων [καὶ τόκων πάντας τούς τι]
ἐφηλκυσμένους ἐξ ἐτῶν καὶ πλειόνων ἐνεφάνισέν τε τῷ πλή[θει τῶν τεχνιτῶν καὶ πα-]
10 ρακληθεὶς ὑπὸ τῶν τεχνιτῶν ἐποιήσατο τὴν ἐπιμέλειαν τῆς ἀν[απράξεως, ἐν ἅπασιν ἀνα-]
στρεφόμενος καλῶς καὶ συμφερόντως τοῖς κοινοῖς τῆς συνόδου [πράγμασι, καὶ ἐκ τῶν ἀνα-]
πραχθέντων ὑπ' αὐτοῦ διαφόρων ἐπετέλεσεν κατὰ μῆνα τοῖς τε[χνίταις ἐν ταῖς ἡμέραις]
τῆς συνόδου τὰς κατὰ τοὺς νόμους θυσίας, διελέγη δὲ μετὰ προ[θυμίας ὅπως κατασκευ-]
ασθῇ ἄγαλμα Διονύσου τῇ συνόδωι ἀκρ[ό]λιθον, χρυσόειμον, ἐξάπε[δον, ψηφισαμένης δὲ]
15 τῆς συνόδου ἔδωκεν τὰ διάφορα ἐκ τῶν ἀναπ[ραχθέν]των ὑπ' αὐτοῦ, δ[ιελέγη δὲ μετὰ σπουδῆς]
καὶ ὑπὲρ τοῦ κατασκευωθῆναι τ . . . . ἐν τῷ τεμένε[ι] — — — — — —
καὶ παρακληθεὶς ὑπὸ τῶν τεχνιτῶν π[οιήσασθαι] ἐπιμέλειαν τ[ῶν ἐντεμενίων ἱερῶν ἐποι-]
[ή]σατο τὰς ἐγδόσεις τ[ῶν] ἔργων πάσας [πρὸς τὰ ἱε]ρὰ μετὰ πάσ[η]ς [σπουδῆς αἴτιος πλείστων]·
[ἀγα]θῶν ἐπὶ τὴν σύν[οδον γενόμενος] . . . . ν, ἐπὶ [δὲ τούτοις διελέγη ὅπως]
20 [κατα]σκευωθῶσι τῇ συν[όδῳ] . . . . καὶ τρίπ[οδες] Βακ[χεῖοι, ἐποιήσατο δὲ τὰς]
[ἐγδό]σεις λυσιτελῶς, ἐν πᾶσι τούτοις ἀνα[στρεφόμε]νος ἀξίω[ς τῆς] ἐν τ[ῇ πάσῃ ζωῇ ἀεὶ οἰ-]
[κεί]ας αὐτοῦ καλοκαγαθίας ἀνέγ[κλητος ὢν] καὶ τῶν χε[ρνίβων ἐν τῷ [τεμένει προὐνόει ὑπὲρ]

[τῆς σ]υνόδου καὶ παρατετιωπημένα [ἐπετέλεσεν ἄλλα πολλὰ] ὑπὲ[ρ τῆς συνόδου, ἐποιήσατο]
[δὲ τ]ὴν ἐπιμέλειαν καὶ ὑπὲρ τοῦ κατασκευασθῆναι βάθρον [τῇ] εἰκόνι [ἡμῶν τοῦ εὐεργέτου]
25 βασιλέως Νικομήδους καὶ τῆς ἀναθέσεως τῆς εἰκόνος, ἄλ[λα]ς δὲ καί τι[νας ἔστησεν ἐντὸς τοῦ τεμέ-]
νους, διελέγη δὲ καὶ ὑπὲρ τοῦ κατασκευασθῆναι τόπον τῷ θεῷ καὶ ὑπερθυρω[θῆναι τὴν εἴσοδον καὶ]
ὑπὲρ τοῦ ὀροφωθῆναι τὸν τόπον, ἐν ᾧ ἔσται θέσ[ις ἐλαίου τῇ συνόδῳ, ἐκ τῶν ἀναπραχθέντων ὑπ᾽αὐτοῦ]
διαφόρων· ὅπως οὖν καὶ οἱ τεχνῖται φαίνωνται [χάρισιν ἀπονέμοντες ἀξίαις τοῖς εὐεργέταις ἔπαινον]
καὶ τιμὰς καὶ πολλοὺς ἔχωσιν τῶν ὁμοίων ζηλωτάς· [τύχῃ τῇ] ἀγαθῇ [δ]ε[δόχθαι τοῖς περὶ τὸν Διόνυσον τε-]
30 χνίταις τοῖς ἐξ Ἰσθμοῦ καὶ Νεμέας τῆς ἐν Ἄργει συνό[δου ἐπαινέσαι Ζήνωνα Ἑκατοδώρου Ἀργεῖον ἐπὶ τῇ]
εὐνοίᾳ τε καὶ φιλαγαθίᾳ περὶ τὰ κοινὰ τῆς συνόδου πράγ[ματα καὶ στεφα]νῶσαι αὐ[τὸν χρυσῷ στεφάνῳ],
ᾧ πάτριον ἡμῖν ἐστιν, ἐν τῇ τοῦ θεοῦ ἡμέρᾳ, στῆσαι δὲ αὐτ[οῦ καὶ εἰκόνα χαλκῆν ἔχουσαν τήνδε τὴν ἐπι-]
γραφήν· τὸ κοινὸν τῶν περὶ τὸν Διόνυσον τεχνιτῶν τῶν ἐξ Ἰσθμοῦ [καὶ Νεμέας τῆς ἐν Ἄργει συνόδου Ζήνωνα]
Ἑκατοδώρου Ἀργεῖον ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ εὐεργεσίας τῆς εἰ[ς τὴν σύνοδον· τὸ δὲ γινόμενον ἀνάλωμα εἰς τὴν εἰκό-]
35 να δότω τῷ κατασταθέντι τῆς εἰκόνος ἐπιστάτῃ Ξένων ὁ [ταμίας, τὴ]ν δὲ [ἐπιμέλειαν εἰς τὴν ποίησιν τοῦ στε-]
φάνου ποιησάσθω ὁ γραμματεὺς Ἀριστοκλῆς, καὶ [οἱ ἄρχοντες — — — — — — — — — — — καὶ ὁ]
γραμματεὺς ποιείσθωσαν τὴν ἐπιμέλειαν ἐν τῇ τοῦ θεοῦ ἡ[μέρᾳ ὅπως ἀναγορευθῇ τὸ ψήφισμα τόδε, ποιησάσθω]
δὲ τὴν ἐπιμέλειαν ὁ κατασταθεὶς γραμματεύς — — — — — — — — — — — — ὅπως ἐν τοῖς Νε-]
μείοις ἐν τῷ ἀγῶνι τῷ γυμνικῷ ἀνακηρυχθῇ τὸ κήρυγμ[α τόδε· τὸ κοινὸν τῶν περὶ τὸν Διόνυσον τεχνιτῶν]
40 τῶν ἐξ Ἰσθμοῦ καὶ Νεμέας τῆς ἐν Ἄργει συνόδου στ[εφανοῖ χρυσῷ στεφάνῳ Ζήνωνα Ἑκατοδώρου Ἀργεῖον ἀρε-]
τῆς ἕνεκεν καὶ εὐεργεσίας, ἧς ἔχων διατελεῖ εἰ[ς τὴν σύνοδον καὶ ἔστησεν αὐτοῦ εἰκόνα χαλκῆν ἐν τῷ τε-]
μένει, τύχῃ τῇ ἀγαθεῖ. [ἀναγραψάτω δὲ καὶ ὁ κατασταθεὶς τῆς εἰκόνος ἐπιστάτης τὸ ψήφισμα τῆς συνόδου]
εἰς τὸ βάθρον τῆς εἰκόνος.

6. Fredrich recte dixit in fine huius versus parvum vestigium litterae A aut Λ servatum esse.

8, *ἀποστατοῦντα*. Cf. Xen. Oec. VIII, 15: *εἴ τι ἀποστατεῖ*.

9. In *ἐφηλκυσμένους* *η* pro *ει* secundum dialecton Argivam scriptum esse videtur.

13 sq. [*κατασκευ*]*ωθῇ*; item non *κατασκευάζειν*, sed *κατασκευοῦν* legitur vs. 16, 19 sq. 24, 26. Idem verbum occurrit in inscriptionibus Doricis in Thera, Megaris, in Sicilia repertis et in inscriptionibus Delphicis; v. Herwerdeni lex. suppl. et dial. Dubium mihi videtur, num *τῇ κοινῇ διαλέκτῳ* tribui possit: fortasse hic e sermone Argivorum fluxit.

14, *ἐξάπε*[*δον*]. Cf. inscr. Acraephiae I. G. VII, 4131, Michel, Rec. 235, 12: *εἰκόνι χαλκῇ τετραπήχει*. Iam angulum sinistrum litterae Δ in margine ectypomatis conspicere mihi videor.

16. *Τέμενος* illud, de quo hic et vs. 25 sq. et 41 sq. sermo est, ex inscriptione Delphica anni 112 a. C. n.[1]) fanum Aesculapii fuisse scimus. Hunc deum tribus locis Argis cultum esse docet Pausanias II, 21, 1: *ἔστι δὲ ναὸς Ἀσκληπιοῦ*, 23, 2: *ἑξῆς δὲ τούτων ἐστὶν Ἀσκληπιοῦ τέμενος*, 23, 4: *τὸ δ' ἐπιφανέστατον Ἀργείοις τῶν Ἀσκληπιείων*... Horum alterum saeculo secundo ab artificibus Bacchiis occupatum fuisse puto, quod a Pausania merum *τέμενος* fuisse dicitur et quod Liberi templo vicinum erat; cf. Paus. II, 23, 1 sq.: *ἐντεῦθεν ἐρχομένοις ὁδὸν* (*εὐθεῖαν ἐς τὴν Κοίλην*) *καλουμένην* [2]) *ναός ἐστιν ἐν δεξιᾷ Διονύσου*... *τοῦ Διονύσου δὲ ἐγγυτάτω οἰκίαν ὄψει τὴν Ἀδράστου καὶ ἀπωτέρω ταύτης ἱερὸν Ἀμφιαράου καὶ τοῦ ἱεροῦ πέραν Ἐριφύλης μνῆμα. ἑξῆς δὲ τούτων ἐστὶν Ἀσκληπιοῦ τέμενος*. Locum in inscriptione illa Delphica, ubi fani Aesculapii mentio fit, hoc modo restituendum esse conicio: *ἐν Ἄργει* [*ἐν τῷ νέ*]*ῳ Ἀσκληπιείῳ*. Cum sciamus artifices Bacchios, necessitate procul dubio coactos, Argis in Aesculapii fanum convenire solitos fuisse, iam non mirabimur quod in decreto dicitur artifices proximo anno Libero in fano statuam posuisse (vs. 13 sq.): alienum *τέμενος* et hac et aliis *κατασκευαῖς* ad novum cultum accommodandum erat.

---

1) B. C. H. 1899, p. 49; Inscr. de Delphes, III, 2, p. 84.
2) Cf. Mnemos. 1916, p. 59 sq.

20. [κατα]σκευωθῶσι recte Foucart. Fredrich [ἐπι]σκευωθῶσι. Cum vox τρίποδες articulo careat, apparet non de rebus, quae praesto sint, reparandis sermonem esse, sed de novis rebus comparandis.

21. In fine huius versus Foucart legebat ENT, Fredrich ENTO. Ego lego ENTI.

35, Ξένων ὁ [ταμίας]. In inscriptione Argiva, quae inter annos 90 et 80 a. C. n. in lapide incisa esse videtur, inter artifices Bacchios, qui certaminibus musicis interfuerunt, recensetur Ξένων Ξένωνος Ἀργεῖος [1]), qui forsitan filius huius nostri Xenonis fuerit.

Ad Ciceronis pro Milone § 68.

Pompeium et aliis verbis et hisce compellat orator:

Sed quis non intellegit omnis tibi reipublicae partis aegras et labantis, ut eas his armis *sanares* et confirmares, esse commissas?

Confer p. Rosc. Am. § 154:

„Homines sapientes... ex quibus rebus maxime respublica *laborat*, eis maxime mederi convenit".

Non dubitabis quin in loco Milonianae quem citavi *laborantis* pro *labantis* sit legendum.

I. I. H.

1) Cf. Mnemos. 1919, p. 253, vs. 12.

AD C. VALERII FLACCI ARGONAUTICA.

SCRIPSIT

P. H. DAMSTÉ.

(*Continuantur e pag. 101.*)

LIBER SECUNDUS.

Argonautae Pallenae, Thraciae oppido, appropinquant conspiciuntque campum Phlegraeum ibi situm.

16 metus ecce d e u m damnataque bello
Pallene, circumque vident immania monstra
terrigenum caelo quondam adversata gigantum,
quos scopulis t r a b i b u s que parens miserata iugisque
20 induit et versos extruxit in aethera montes.

Lectio *metus*, pro qua Meyncke *vetus* scribere voluit, tangenda non est: ita enim nominatur Pallene i. e. res (vel regio) quae metum inicere possit, ut Langen recte monuit. Quod idem affirmat, *deum* ad *bello* referendum esse accepta traiectione particulae *que*, non credo; *metus deum* arte cohaerere puto et ita dici Pallenen, quae regio metum deorum mortalibus iniciat. Cf. II 277, 328, III 428. Haud aliter visum est Burmanno, cum virgulam post *deum* collocaverit.

Ad vs. 19 Langen annotavit, valde improbabile esse matrem Terram *trabibus* gigantes induisse atque sententiae optime respondere id quod Meyncke coniecit *saxisque*, quod etiam in textum recepit. At verba *scopulis trabibusque* posita esse opinor pro: scopulis cum trabibus suis, cl. Langen ad II 6 i. f., II 360, III 467, 484, IV 66: quosque dabat d e n s a t r a b e Mysia m o n t e s | advehitur; atque versum sic intellegendum esse

arbitror: quos parens miserata in scopulos nemorosos inque iuga induit.

Locum igitur sanum esse existimo neque coniecturis sollicitandum.

De Typhoeo sermo est, quem Neptunus in altum
27 abstulit implicuitque vadis totiensque cruenta
mole resurgentem torquentemque anguibus undas
Sicanium d e d i t usque fretum e. q. s.

Verbum *dedit* multis displicuit, ut coniecturae *tulit* Burmanni, *rapit* Peerlkampii, *vehit* Ph. Wagneri ostendunt. At tamen hanc Langen numquam recipere debuit, cum tempus praesens inter tot perfecta ferri nequeat. Ceterum locum non mutandum esse locus e Stat. Theb. I 568, a Kramero allatus, iam comprobat. Cf. etiam Luc. Phars. VIII 194: in laevum puppim dedit.

In ultima oratione, qua Tiphys animos sociorum firmat, haec sunt:
57 nullus in ore rubor, certusque ad talia Titan
integer in fluctus et in uno decidit a u r o.
adde, quod in noctem venti veloque marique
60 incumbunt magis et tacitis ratis ocior horis.
a t q u e a d e o non illa sequi mihi sidera m o n s t r a t,
quae delapsa polo reficit mare.

Lectio *auro* pro Vaticani *euro*, quam editores recentiores praeter Langenium receperunt, non Thomasio debetur, ut Kramer in apparatu critico affirmat, sed Heinsio et Pio testibus iam in codicibus quibusdam occurrit. Locum ap. Verg. Georg. I 458 sqq., quem Kramer conferri iubet, Koch (Mus. Rhen. XVIII p. 163) iam indicavit. Quae omnia in Adversariis meis p. 16 sq. anno 1885 fuse exposita sunt.

Versus autem 61 multimodis vexatus est. Langen retenta Vaticani lectione *monstrant*, quam Vossius in *monstrat* emendavit quamquam perperam censuit id ad Argo navem referendum esse, de suo scripsit: *atque d e i*, Bury *monstrat* recepit, sed cum Luenemanno recensuit: *a r s q u e adeo*; sunt insuper coniecturae Joh. Columbi *constat*, Heinsii *mens stat*, Wagneri

et Thilonis *mens est*. Iam vero Kramerum verba interpretari gaudeo ut mihi quoque interpretanda visa sunt, cum monuerit ad *monstrat* subiectum *Pallas* intellegendum esse, Tiphyn enim ad illud erudiendi munus redire, quod vs. 49 sq. tantum tetigisset. Locus igitur sanus est.

Tempus solis orientis et aliis significatur et verbis hisce:

75 cum primus equis e x e g i t anhelis
Phoebus Athon mediasque diem dispersit in undas.

Post Samuelssonii vindicationem (pag. 111) opus non est scripturam *exegit* multis defendere, quam Burium quoque corruptam habuisse miror, qui crucem vocabulo appinxerit atque in apparatu critico *erexit* proposuerit. Exemplis a Samuelssonio collatis addo Ovid. Am. I 5, 1: mediam dies exegerat horam, Stat. Theb. II 41: ubi prona dies longos super aequora fines | exigit. Neque de lectione *chorus* (vs. 259), a Langenio non intellecta et immerito immutata, dubitare iam licet post Renkemae luculentissimam explicationem (pag. 26 sq.) neque de significatione vocis *arma* (vs. 312), quae male apud Langenium recte apud Renkemam exposita est (pag. 27), neque de verbi *refugit* (vs. 413) notione, quam idem a Schenklii contorta ac putida interpretatione, Langenio probata, iure vindicavit.

Expeditione in Thraciam facta Lemnii domum redibant, manibus mulierum iam iam perituri.

107 Iamque d i e s aderat. Thracas qui fuderat armis
dux Lemni, puppes tenui contexere canna
ausus et inducto cratem defendere tergo,
laeta mari tum signa refert, e. q. s.

Locus si vitio laborat nullo, optima sane est haec interpunctio, quae iam in Maseriana editione est, melior multo quam *Iamque dies aderat, Thracas qui fuderat armis*: quam Burman iure prae illa reiecit, addens coniecturam *Thracas q u o fuderat*, quam Langen infeliciter recepit. Si quid mutandum est, voc. *dies* imprimis suspicionem movet neque scio an lateat sub illo n o m e n Lemnii ducis.

Fama, a Venere immissa, primum Eurynomen in Codrum maritum incitat.

138 manet illa viro famulasque fatigat
litoribus, tardi reputant quae tempora belli
ante torum et longo mulcent insomnia penso.

Pro tradita lectione *litoribus* editores post Aldum vulgo recensere solent *velleribus* itaque Bury et Langen. At Thilo praef. p. XVI recte suspicatus est, significasse poetam famulas fatigatas esse iterum iterumque ad litora missas, id quod Langen concedit non alienum esse ab audaci Valerii breviloquentia, qui addit: „sed quominus hanc sententiam probemus, aperte prohibemur eis, quae Valerius vs. 139 sq. exponit". At non perspexit, poetam voc. *litoribus* diurnas-sequentibus vero verbis nocturnas occupationes famularum indicare voluisse. Iure igitur Kramer scripturam Vaticani retinuit.

Iam ipsa Venus irata in Lemnon desilit.

200 inde novam pavidas vocem furibunda per auras
congeminat, qua primus Athos et pontus et ingens
Thraca palus pariterque toris exhorruit omnis
mater et adstricto riguerunt ubere nati.

Langen, commemorationem Thraciae paludis post pontum commemoratum non aptam esse contendens, recepit Piersoni coniecturam *pavet*: Madvig *salit* legendum esse censuit. At bona est tradita lectio. Poeta enim *Thraca palus* poetice posuit ut Thraciam ipsam indicaret neque umquam tempus praesens hoc loco esset idoneum ante perfecta quae sequuntur *exhorruit* et *riguerunt*. Nil igitur mutandum est.

Eadem de causa in eis quae mox sequuntur:

209 hic aliud Venus et multo magis ipsa tremendum
orsa nefas gemitus fingit vocesque cadentum
inrupitque domos e. q. s.

praetulerim *inrumpitque*, quod etiam in editione Maseriana legitur. Accedit quod sequentia quoque praesenti tempore expressa sunt (*agit-invenit* vs. 215).

Venus ubi mulieres satis iam instigavit,

214 tum verbere victas
in thalamos agit et cunctantibus invenit enses.

Voc. *verbere*, quamquam suspicionem adhuc non movisse videtur, importunum corruptumque duco. Venus enim, manu

gestans caput abscisum viri, exemplo suo ac verbis agitat mulieres: de verberibus tamen nil infertur neque ulla causa est propter quam eis verbera intulerit. Legendum esse suspicor: *turbine*, quod vocabulum nostro in deliciis est.

Hypsipyle cum Thoantem patrem ex oppido educit, respicit identidem

270 teneat virides velatus habenas
ut pater et nivea tumeant ut cornua mitra
et sacer ut Bacchum referat scyphus.

Pro *et nivea* Langen cum Baehrensio scripsit *in nivea*, quod non tumeant cornua mitra, sed contra mitra cornibus vel etiam cornua sub mitra, itaque Bury quoque recensuit; Kramer de suo *e nivea* edidit.

Quamquam particula in Vaticano omissa est, omnino servanda est lectio codicis Carrionis *et nivea*: suadet sententiarum legitima copulatio neque quicquam impedit quominus intellegamus, Hypsipylen respexisse tumerentne cornua cum mitra nivea qua tegerentur.

Patre in silvis occulto Hypsipyle

282 non similes iam ferre choros (semel orgia fallunt)
audet, non patrios furtis accedere saltus,
et fuga diversas misero quaerenda per artes.

Post vs. 283 nonnulla excidisse recte vidisse Baehrensium Langen asseverat et lacunae signum posuit. Quae vero desint non discimus neque docere facile est, quoniam nihil desideratur. Pro *et fuga* Pius scribendum putavit *at fuga*, Vossius probabilius *est fuga*, Heinsius *ut fuga* vel *stat fuga*, addens: „sed *τὸ et* recte se habet", quod credo.

357 Pliada lege poli nimboso moverat astro
Iuppiter aeternum volvens opus, et simul undis
cuncta ruunt, unoque die Pangaea sub ictu
Gargaraque et maesti steterunt formidine luci.

Langen, ipsam Pliada esse astrum nimbosum dicens, viros doctos ablativum *nimboso astro*, qui in Vat. traditur, frustra alium ad aliam notionem referendo explicare conatos esse

affirmat atque coniecturam Slothouweri *nimbosum astrum* recepit. At, rogo, quid tandem gravatur? Conferat Propert. III 3, 58: Pleiadum spisso cur coit imbre chorus? neve vereatur verba *nimboso astro* tamquam ablativum qualitatis intellegere, qui ad *Pliada* referatur. Locis, quibus verba *lege poli* illustrat, addo Senec. Med. 320, 365.

Quod porro vs. 360 pro *maesti* substituit Baehrensii inventum *Moesi*, quod omnino omnes luci sic simpliciter formidine stare recte dici nequeant, id quoque quam maxime improbandum videtur; poeta nimirum dicere voluit: Pangaea Gargaraque et luci, quibus montes isti obsiti erant, formidine maesti steterunt.

Argonautae in Lemno morantur, primum procellis coacti, deinde voluptatibus allecti.

367 et lunam quarto densam videt imbribus ortu
Thespiades, longus c o e p t i s e t f l u c t i b u s arcens
qui metus. usque novos divae melioris ad ignis
urbe sedent laeti Minyae viduisque vacantes
indulgent thalamis nimbosque educere luxu e. q. s.

Sic Kramerum locum recte tandem restituisse credo recepta Sudhausii emendatione *arcens* pro Vaticani scriptura *arcent* et puncto posito post *metus*, cum Bury et Langen post nomen *Thespiades* plene interpunxissent et ille *quos* (sc. Minyae) — hic cum Baehrensio *dum* pro *qui* in vs. 369 substituisset.

Versus tamen descripsi ut praemonerem na quis Langenii opinionem veram esse putaret, qui ad vs. 369 vocabula *coeptis fluctibus* iungenda esse censet accepto hyperbato coniunctionis *et*, quod nihili est: poeta nimirum non *coeptis a fluctibus* voluit sed *a coeptis et fluctibus*, quorum causa exierant patria Argonautae, ut iam Burman monuit.

Socii igitur cum ne mutata quidem tempestate Lemnum relinquere velint,

373 resides Tirynthius heros
non tulit, ipse rati invigilans atque integer urbis:
invidisse deos tantum m a r i s aequor adortis,
desertasque domos, fraudataque tempore segni
vota patrum.

Praeeunte Thilone èt Langen èt Bury post vs. 375 lacunam notaverunt, cuius sententiam indicavit Schenkl verbis 'gloriam indignatus gemit frustra'. Equidem verbum dicendi non admodum desiderari Kramero assentior: sin minus, nescio an voc. *maris,* ad *aequor* explicandum ascriptum, verbum quale est *fremit* detruserit, cum Valerius saepius *aequor* scripserit attributo non addito. Cf. in hoc libro vs. 295, 323, 597.

Iason, ab Hercule reprehensus, comparatur cum equo bellatore,

386 longa quem frigida pace
terra iuvat, brevis in laevos piger angitur orbes,
frena tamen dominumque velit, si Martius aures
clamor et obliti rursus fragor impleat aeris.

Ita versus nondum sanatus in cod. Vaticano exaratus est. Kramer voc. *brevis* crucibus cinxit et in apparatu critico coniecturam parum probabilem utpote violentiorem Sudhausii commemorat: *frigida... umbra iuvat, flecti in l. p. ang. o.*

Langen pro *brevis* scripsit *resti* — Bury cum Palmerio *bovis,* alii alia.

Quod Langen affirmat, adiectivum *brevis* neque ad terram, cuius attributum sit *frigida* (i. e. effeminata, languida), neque ad equum ipsum, cuius attributum sit *piger*, satis bene referri posse, id haud dubie verum est, sed tamen sanum est integrumque: pertinet enim ad *orbis*, nam emendandum est:

brevis in laevum piger angitur orbis,

ita ut *brevis orbis* sit genitivus pendens a substantivo *laevum*: equus, ad arborem vel palum alligatus, cogitur in laevum brevis orbis ire. Cf. Ov. Tr. I 10, 17: in laevum flectere cursus, Luc. Phars. VIII 194: in laevum puppim dedit.

Hypsipyle Iasoni tandem abituro et alia dicit et haec:

422 i, memor i terrae, quae vos amplexa quieto
prima sinu, refer et domitis a Colchidos oris
vela per hunc utero quem linquis Iasona nostro.

Viros doctos, qui in locutione *referre vela* offenderunt, ea conferre velim quae in huius bibliothecae Vol. XLVI (a. 1918) ad Senec. Med. 366 a me exposita sunt.

Iamque Argo cursum suum repetit,

429 iam remi rapuere ratem, iam flamina portant;
spumea subsequitur fugientis semita clavi.
tunc tenuis Lemnos transitque Electria tellus
Threiciis arcana sacris.

Non credo Langenio, *fugientis* accusativum pluralem explicandum esse neque cum Burmanno *fugientem* sc. ratem legendum esse puto; clavus recte fugiens dicitur: spumea semita s. sulcus clavi fugientis s. properantis subsequitur ratem.

Lectionem autem *transitque*, iam in ed. Bon. et Ald. e Vaticani *transitaque* optime emendatam, Langen male in *superatque* immutavit, dicens Samothraciam transire dici non posse, cum ad eam appellant Argonautae. At non Argonautas obiectum verbi *transit* esse iudico, sed *Lemnon*: nempe saepius poeta motus, qui proprie navis vel hominum sunt, locis attribuit, cf. vs. 443 infra: proraeque accesserat Imbros. Postquam igitur dixit, Lemnon tenuem fieri i. e. e conspectu evanescere, addit Samothraciam eam transire. Cf. Verg. Aen. XI 719: transit equum cursu.

Argo ad litus Sigeum appellit, ubi Hesione ab Hercule servatur.

447 desiliunt: pars hinc levibus candentia velis
castra levat, tracto pars frangit adorea saxo
farra, citum strictis alius de cautibus ignem
450 ostendit foliis et sulphure pascit amico.

Pro hac Vaticani codicis scriptura *levat*, *tracto* Langen Heinsii coniecturas recepit *locat, trito*, Bury et Kramer nil mutarunt atque hic ad lectionem *levat* confirmandam conferri iussit Luc. IV 18. At vero ibi non similis est verbi levandi usus: Lucanus enim scripsit

nec Caesar colle minore
castra levat,

cum verbum apud nostrum nunc absolute positum sit. Quae cum ita sint, exigua mutatione corrigendum videtur: *castra levat tractu, pars* e. q. s. Cf. Liv. III 28 in.: contemplatusque, qui tractus castrorum quaeque forma esset. Si vocabulo *saxo* suum attributum utique deberetur, quod non credo, pro *tracto* equidem mallem *rapto*.

In vs. 450 verbum *ostendit* nonnullos offendit atque Bury

etiam recepit Madvigii propositum *obtendit*-iniuria, ut opinor. Cf. III 603: nunc seris ostendere noctibus ignes.

Quoniam igitur verbum ostendendi a poetae manu profectum esse persuasum mihi est, locutio autem *ignem ostendit foliis* durius expressa videtur, suspicio mihi nata est, pro *ostendit* participium *ostendens* reponendum esse, ita ut haec evadat constructio: alius, citum de cautibus ignem ostendens, hunc pascit strictis foliis et sulphure amico.

Hercules et Telamon audiunt vocem ex ea parte venientem, ubi Hesione ad rupem religata erat,

454 attoniti pressere gradum vacuumque secuntur
vocis iter. iam certa sonat, desertaque durae
virgo neci quem non hominum superumque vocabat?

Spretis coniecturis *vescumque* et *dubiumque* et Burmanni errore reiecto, qui *certa* neutrum pluralis esse putavit, Langen locum recte interpretatus est: cum Phil. Wagnero enim adiectivum *vacuum* explicat: „quia audiunt solam vocem, sed neminem conspiciunt". Cf. III 597: vaga certat imago.

Maiores difficultates versus qui mox sequitur nunc parit atque semper, ut credo, pariet:

462 constitit Alcides, visuque enisus in alta
rupe truces manicas defectaque virginis ora
cernit et ad primos surgentia flumina flectus.

Versum descripsi qualis in Vaticano exaratus est-tantum non recte, ut iam nunc sententiam meam aperiam, quandoquidem codicum deteriorum librarios una deleta litterula atque una mutata locum restituisse credo scribendo *lumina fluctus*. Optime igitur Maserium iam locum illustrasse existimo: „oculos virginis Hesiones paventes, ideoque ad primos fluctus surgentes. videns namque undas excitari, monstrum putabat accedere". Cf. VII 496: ad primos procumbit Graecia fluctus, II 637: primas procurrit ad undas, item IV 434; nec non Langen ad II 510: „surgendi verbo interdum poetae utuntur pro eo quod est crescere, augeri".

Quae cum ita sint, editores versum iniuria coniecturis violentioribus sollicitarunt, e quibus Langen Kochio obsecutus scripsit: *et adsiduo turgentia lumina fletu*, Bury cum Heinsio: *et*

ad primos turgentia lumina fletus, Kramer recepta Sudhausii coniectura, cuius inventis alibi quoque praeter cetera studuit, recensuit: *et ad primos turgentia lumina flexus*, addens „*flexus* sc. capitis", cuius lectionis sententiam omnino me latere profiteor.

519 intremere Ide
inlidique rates pronaeque resurgere turres.

Hanc lectionem unice veram inque libris mss. traditam a Kramero post Burmannum revocatam esse gaudeo. Hic scilicet iam vidit nil mutandum esse, quamquam verba ultima non intellexit: Ellis Journ. of Phil. IX 54 primus, ni fallor, ea explicavit eo quod voc. *turres* ad Argo navem referenda esse monuit.

Infausta Loehbachii coniectura *putes* pro *rates*, quae insuper *Iden-pronasque* flagitabat, fecit ut editores posteriores de via aberraverint et porro commenta varia protulerint qualia sunt *rupes*, *puppes*, *tunsa*. Verba sunt infinitivi historici neque quicquam impedit, quod plures non videantur fuisse rates vel schedia, cum supra iam vidimus ratibus Thraces et alios usos, ut Burman recte monuit.

Belua ab Hercule devicta

536 Idaeaque mater
et chorus et summis ulularunt collibus Amnes.

Langen explicat: „*chorus* sc. Corybantum; *amnes* sunt dei vel nymphae fontium, qui gaudio abrepti clamorem tollunt". Ita sane, nam credibile non est, amnes in summis collibus olim fluxisse. Vel sic tamen facere non possum quin potius scripsisse Valerium credam: *cornibus*, cl. I 106:

silvarumque deae atque elatis cornibus Amnes.

Cf. etiam Verg. Aen. VII 789: sublatis cornibus Io.

571 Priami sed quis iam vertere regnis
fata queat?

Langen annotavit, verbum vertendi hoc loco praeter consuetudinem positum esse pro avertendi verbo, Gronovius *avertere*, Heinsius *quisnam avertere* legi iusserunt. Fugit me cur non liceat interpretari: sed quis iam queat fata vertere (h. e. mutare) regnis (casu dativo) Priami?

585 Phrixea subibant
aequora et angustas quondam sine nomine fauces.

Langen affirmat Caussinum *sine nomine* explicare sine fama significare. At iam Vossius: „*sine nomine* enim ait Valerius, non quod antea nomine caruerit, sed quod fuerit ignobilis". Melius vero Carrion ascripsit: „Nunc vero *Hellespontum* dictas" et Heinsius: „Adludit ad nomen Hellesponti".

Argonautae cum ad Phrygiae litus navem appulerunt, Cyzicus rex liberaliter eos oratione prosequitur:

640 O terris nunc primum cognita nostris
Emathiae manus et fama mihi maior imago.
non tamen haec adeo semota neque ardua tellus
longaque iam populis impervia lucis Eoae,
cum tales intrasse duces, tot robora cerno.

Ex editoribus Germanis Langen locum coniecturis duabus immutavit: recepit enim pro *ardua* Baehrensii propositum *abdita* et pro *longaque* Thilonis *regnaque* — Kramer Vaticani scripturam integram relictam ita interpretatur: „non tamen haec tellus adeo semota aut ardua est neque omnino impervia (τὰ ἀδιάβατα) orientis iam longinqua sunt populis". Ad illius mutationes redarguendas haud multis opus est verbis: quod contendit voc. *arduus* translata significatione, quamquam saepe, tamen numquam de terra vel regione dici, ut indicet difficilem aditu, licet verum sit, nil impedit quominus Valerius primus id ita adhibuerit; Thilonis autem coniectura palaeographice quam maxime improbabilis est. Neque magis Krameri explicatio probari potest, quamquam laudabilior est eius ratio cauta circumspectaque; nempe cum intellegit, orientis loca impervia non iam longinqua esse populis, Cyzicum prorsus idem praedicantem facit atque: ad loca impervia orientis propius accesserunt populi. At tamen manebant impervia neque video quid populorum interesse potuerit utrum loca utique impervia propinqua essent an longe remota. Non igitur decet, dictum tam insulsum regi attribuere.

Locum corruptela laborare procul dubio est, sed apta medela nondum prolata est, quamquam iam olim viri docti varie eum sanare studuerunt: Burman *nec loca*, Heinsius *non ita* vel

longe abit. aut p. vel *non ea tam* temptavit, Koestlin *populis, i. l. Eoae cum* interpunxit, Madvig *tam p. inter via*, Loehbach *i. p. en pervia l. E.* excogitavit.

Equidem cum diu multumque locum consideravi, non cum Burmanno Heinsioque vitium in primo versus vocabulo latere mihi persuasi neque Koestlinii distinctione recepta sententiam probabilem evadere aio, quoniam illud *longaque* ita admodum languet post adiectiva praecedentia *semota* et *ardua* atque Cyzicus regna s u a impervia dicit, verum Madvigium et Loehbachium corruptelae sedem odorasse, sed non revocasse genuinam lectionem iudico. Emendandum enim esse credo:

> non tamen haec adeo semota neque ardua tellus
> longaque iam populis i m p e n d i a lucis Eoae,
> cum tales intrasse duces, tot robora cerno.

Cl. Stat. Silv. III 3, 86 sqq.:

> iam creditur uni
> sanctarum digestus opum partaeque per omnis
> divitiae populos m a g n i q u e i m p e n d i a m u n d i.

Optima sic oritur sententia, quam hoc loco requirimus: Non ita semota iam haec nec difficilis aditu regio est neque longinqua iam sunt populis tributa Orientis.

Exempla *que* particulae cum sententia negante pro *nec* vel *aut* apud Valerium positae multa Langen contulit ad I 111; poeta adi. *longus* pro *longinquus* et alibi usurpavit et II 562, VII 564. Ceterum cf. III 539.

Cyzicus Iasoni pocula porrigit atque signa in eis expressa explicat.

> 657 'Hic portus' inquit 'mihi territat hostis,
> has acies sub nocte refert, haec versa Pelasgum
> terga vides, meus hic r a t i b u s qui pascitur ignis'.

Langen annotavit: „*rates* quamquam poetae saepe dicunt pro navibus, tamen hoc loco propria sententia scripsit Valerius memor eius rei, quod narravit Argo primam navem esse; cfr. ad II. 108". Quem locum qui inspexerit, demirabitur mecum, eundem ad versus

> dux Lemni puppes tenui contexere canna
> ausus et inducto cratem defendere tergo

ascripsisse: „Quoniam Argo primam fuisse navem iustam ex arboribus factam cum aliis poetis Valerius tradidit, sibi constitit hoc loco, ut diceret has puppes ex alia materia factas esse, quales erant apud barbaras nationes, cfr. Luc. IV, 130 seqq." Recte haec quidem, sed illa non ita: cur enim poeta voce *ratibus* vs. 659 alia navigia significasse putandus est atque vs. 108 sq. descripsit? Voluit nempe et nostro loco cumbas ad navigationem litoream modo aptas, quae unicae solaeque essent ante Argo primam navem maritimam.

Liber Tertius.

Cyzicus Iasoni abituro vestes dat pretiosas

12 tum galeam et patriae telum insuperabile dextrae
addidit: ipse ducis p a t e r a s et Thessala contra
frena capit manibusque datis iunxere n e p o t e s.

Pro *nepotes* Gronovius feliciter restituit *penates*, quod editoribus ceteris probavit: Kramer unus lectionem traditam servare maluit, quam vix ac ne vix quidem sanam interpretationem admittere puto. Pro *pateras* Heinsius voluit *phaleras,* cum paterae et frena minus bene coniungantur, contra phalerae et frena munus sit homini Thessalo conveniens, atque ad coniecturam suam confirmandam affert I 660:

Aesoniamque capit pateram, quam munere gaudens
liquerat hospitio p h a r e t r a s que rependerat auro
Salmoneus,

ubi etiam *phaleras* reponendum censet, locum imitationem Vergilianam esse dicens Lib. IX 359. Aequo tamen iure perhibere possis, Valerium ante oculos habuisse Verg. Aen. VIII 166:

ille mihi insignem p h a r e t r a m Lyciasque sagittas
discedens chlamydemque auro dedit intertextam
f r e n a que bina, meus quae nunc habet aurea Pallas,

atque hoc loco fretus conicere: *pharetras*. Quae cum ita sint, nil mutare praestat, cum paterae inter dona saepe occurrant, ut Burman recte observavit.

Tiphys oculos somno demittere cogitur

41 solataque puppis
t u r b i n e flectit iter portuque refertur amico.

Langen ad verba *turbine flectit iter* animadvertit: „i. e. miraculo quodam divinitus circumacta". Immo, turbo h. l. est procella ut I 621: vela super tremulum subitus volitantia malum | turbo rapit, et VI 353. Apollonium quoque in hac descriptione habere Heinsius monuit (I 1016): ἀλλὰ θύελλαι ἀντίαι ἁρπάγδην ὀπίσω φέρον.

In Panis dei descriptione (vs. 47—57) locum significare liceat, diu non intellectum multisque criticorum conaminibus temptatum, denique vero haud dubie explicatum — una sublata virgula.

48 Pan nemorum bellique potens, quem lucis ab horis
antra tenent; patet ad medias per devia noctes
saetigerum latus et torvae coma sibila frontis.

Leonem vidisse ante me, verba ita distinguenda esse, e Krameri editione didici. Idem ad *umbris* (vs. 55) conferri iussit Verg. Aen. X 593, quo loco ea refutantur quae Langen ad vs. ad coniecturam suam *undis* comprobandam disseruit.

Rex Cyzicus clamore e somno excitatus ruit in proelia,

70 iamque adeo nec porta ducem nec pone moratur
excubias sortita manus, quae prima furenti
advolat.

Burman in loco explicando vehementer erravit, cum verba ad comparationem quae antecedit pertinere ratus ducem Athamantem et portam Thebes esse putaverit, etsi de Cyzico in hisce iam sermo est. Langenii tamen interpretationem non omnibus numeris probandam censeo; ascripsit enim: „Rex praeit, sine mora sequuntur vigiles excubias sortiti, ita ut rex eos sequentes exspectare non debeat", unde efficio, eum *moratur* intransitive positum esse existimare pro *cunctatur*, id quod verba quae sunt *porta ducem* vetare videntur. Est autem constructio: nec porta nec manus, quae excubias ad portam sortita erat quamque mox post se reliquit, ducem moratur.

77 et hasta volans i m m a n i t u r b i n e transtris
insonuit monuitque ratem rapere obvia caeca
arma manu.

Langen Valerium de hasta ammentata cogitasse contendit, cum verba *imm. turb.* scriberet, quae sane temporibus heroicis nondum in usu essent. Nugae! Turbo apud nostrum et hoc loco et alibi saepe est pro impetu, tumultu, ut I 621, II 262, III 42, VI 747 e. a.

133 tollitur hinc totusque ruit Tirynthius arcu
pectore certa regens adversa spicula flamma
per piceos accensa globos, e. q. s.

Pro *totusque* editores recentiores omnes recensent *tentoque*, quod Langen et Bury Baehrensio--Kramer Reussio deberi affirmant: hic vs. 591 pro argumento affert, ubi *intento arcu* legitur. Equidem Burmanno assentior, nil mutandum esse: *totus* h. l. est omnibus viribus et lectio abunde corroboratur loco qui est VII 600:

totusque incumbit Iason
desuper atque suis defixum flatibus urget.

Facere non possum quin Kramerum palmari emendatione *fatum* pro *fatis* vs. 170 scrupulum omnem nobis evellisse honoris causa commemorem eundemque Vaticani scripturam *hic* vs. 193 iure praetulisse coniecturae Langenii *hinc*, quam Bury recepit, nec non Heinsii propositum *habitus* (ἕξεις) pro corrupto *auditus*, quod in Vaticano est, merito ex innumeris conaminibus tamquam maxime probabile recepisse. Iamque animum advertere lubet ad vss.

255 nec terga ruentum
mens Minyis conversa sequi: stetit anxia virtus.
ecce levi primos iam spargere lumine portus
orta dies notaeque (nefas) albescere turres.

Participium *conversa* ad *terga* spectare, non, ut Dureau vult, cum eo, quod est *mens*, coniungendum esse Langen monet. At vero et verba sequentia *stetit anxia virtus* et verborum ordo me potius inducunt ut poetam hoc voluisse credam: nec mens (h. e. bellandi cupiditas), utpote conversa, Minyis ea erat ut terga ruentum sequerentur.

Pro *portus* Langen de suo scripsit: *montes*, sed non cogitavit proelium commissum esse in litore, cf. 261: heu socii

quantis complerunt litora monstris! atque *primos montes* dictum ut vs. 305: primis-harenis.

Quod pro Vaticani lectione optima *socias* vs. 268 idem substituit *caesas* Samuelsson pg. 114 merito reiecit, cuius argumentis addere velim locos huius libri qui sunt vss. 4, 272, 312.

Aeque temere Langen vs.

277 it gemitus toto sinuosa per aequora c a e l o

voc. c a e l o immutavit in *campo,* dicens intellegi non posse, quomodo gemitus t o t o caelo i. e. p e r aequora i n toto caelo eat. Credo libenter, sed ego non intellego, quomodo has nugas e poetae verbis eruat. Valerio nimirum obversabatur Vergilianum illud *it clamor caelo*, sed hac locutione non contentus in maius rem extollere voluit atque, ut saepe, modum excessit. Significant autem verba *sinuosa per aequora* nihil nisi: in litore. Haud aliter peccavit vs.

437 imperat hinc alte Phoebi surgentis ad orbem
ferre manus t o t i s que simul procumbere campis,

ubi pro *totisque* substituit Eyssenhardtii coni. *totosque*, quam Renkema pg. 33 falsam esse certissimis argumentis demonstravit.

Utinam viri docti, qui illud *ab o m n i parte poli* (I 16) coniecturis suis sollicitarunt, horum locorum memores fuissent!

Minyae corpus Cyzici circumstant, a Iasone invito occisum,

284 deflentque nefas et cuspidis ictus
A e s o n i a e sortemque ducis solantur acerbam.

Iure Langen Baehrensii coni. *Haemoniae* respuit, sed cur verbosa annotatione efficere conatus sit, *Aesoniae* dictum esse pro *Thessalicae*, non capio. Ipse in Baehrensii proposito refutando refert ad VI 653, ubi *Aesonia hasta*, ut loco nostro, est hasta Iasonis, neque aliter III 240, ubi Iason Cyzicum interficere narratur, legitur: A e s o n i i venit hasta d u c i s. Patronymico *Aesonius* vel *Aesonides* Iason passim in Argonauticis denotatur, qua de causa in dumeta correpere nil opus erat.

Mopsus Argonautas navem repetere iubet, cuius hortatu

462 illi alacres pars arma locant, pars ardua s u m m i s
insternunt tabulata toris oriturque trementum
remorum sonus et laetae concordia vocis.

In Vaticano ultimum vocabulum versus 462 deest: libri mss. saec. XV praebent *summis* — codex Carrionis *celsis*. Quamquam olim in Adversariis meis illud probavi, nunc Kramero astipulor, scripturas codicum deteriorum sanam interpretationem non admittere. Ille e. g. addidit *raptis*. Videat tamen an non ad lectionis in plerisque libris traditae originem explicandam verisimilius sit, Valerium scripsisse: *sumptis*, cl. IV 112: sumptisque occurrere contra | caestibus, V 637: sumptis decernimus armis.

Sunt autem *tori* Graecorum ὑπηρέσια, ut Langen recte monet, de quibus egi Mnem. Vol. XXIV a. 1896 p. 227 sqq.

Iuno queritur, insidias quas Herculi struxerit irritas fuisse omnes.

510 en labor, en odiis caput insuperabile nostris.
quam Nemeen tot fessa minis, quae belua Lernae
experiar? Phrygiis ultro concurrere monstris
nempe virum et pulchro reserantem Pergama ponto
vidimus. en ego nunc regum soror — et mihi gentis
515 ullus honos? iam tum indecores iussaeque dolorum
primitiae tenero superati protinus angues.

Ecce intra tantulum spatium tres versus, qui corruptelis laborare editoribus visi sunt neque efficaciter adhuc restituti. Pro *belua Lernae* vulgo ex Aldina editione recipiunt *proelia L.*, Bury vero cum Columbo *bellave L.* scripsit et est Burmanni coniectura *flumina L.* Probabilius tamen Kramer, qui voc. *belua* crucibus saepsit, *semina* proposuit cl. vs. 665, quod mihi quoque in mentem venerat.

Quod ad vs. 513 attinet, aliis *pulchro* aliis *ponto* in suspicionem venit: pro illo Columbus protulit *pulso*, quod Bury recensuit, Heinsius *Teucro*, Wagner *tuto*, alii alia voluerunt, Kramer hanc quoque vocem inclusit crucibus; pro hoc Burman *coepto* emendandum putavit, quod Thiloni probatum Langen recepit, Ellis *penso* excogitavit. Equidem nescio an locus ita explicari possit ut *pulchro ponto* dativum esse intellegamus: a poetae dicendi genere non alienum est dicere *reserare Pergama pulchro ponto* pro eo quod est *reserare Pergamis pulchrum pontum*.

Restat denique versus 515, cui medelam certiorem adhibere posse mihi videor. In Vaticano *iussaeque* exaratum est; Heinsio praeeunte editores scribere solent *iustaeque*, sed iure Langen animadvertit, *iustus* adiectivum non satis apte coniungi cum eo quod est *indecores*, qua de causa minus bene *lusaeque* recensuit.

Evolvas quaeso Verg. Aen. XI 154 sqq. Evandri querelam:

Haud ignarus eram, quantum nova gloria in armis
et praedulce decus primo certamine posset.
p r i m i t i a e iuvenis m i s e r a e e. q. s.

neque iam dubitabis quin reponendum sit:

iam tum indecores m i s e r a e que dolorum
primitiae tenero superati protinus angues.

Obiter moneo, in libris mss. post *primitiae* exaratum esse *et*, Heinsium vero iam monuisse: „τὸ *et* potest tolli, ut sit adpositio, quales multae apud Valerium, quod et Columbo placebat", Kramerum igitur hanc correctionem Sudhausio iniuria attribuere.

Iuno, Hylae formositatem laudans, eum cum Baccho comparat post Orientem devictum in patriam redeunte.

538 vidisti roseis haec per loca Bacchus habenis
cum domitas acies et Eoi p e c u l a regni
duceret, ac rursus thiasos et sacra moventem.

Sic Vaticanus superscripta littera *r* ab eadem manu ut exeat in *percula*; Carrio e cod. suo protulit *pocula* — in codd. dett. *praedia* legitur, unde Renkema *praemia* coni. Editores recentiores Pii coni. *fercula* receperunt, quod sanam interpretationem non admittere Renkemae assentior. Kramer quidem ascripsit: *fercula sunt ea quae in triumpho feruntur* et conferri iubet Sen. Herc. Oet. 110, cui loco Langen addit Stat. Theb. XII 524 et Prud. in Symm. II 581, sed si quis eos locos inspexerit, videbit vocabulum ibi quoque non significare ea q u a e in triumpho feruntur, verum ea q u i b u s spolia in triumpho feruntur, id quod lexica docent et etymologia suadet. Mihi dubium non est quin Valerio sit reddendum

cum domitas acies et Eoi i m p e n d i a regni
duceret,

h. e. tributa Orientis. Cf. quae supra ad II 643 a me scripta sunt.

'SCRIPTORES FORENSES' APUD AMBROSIUM (EXAM. III, 3, 13).

SCRIPSIT

J. H. VAN HAERINGEN.

Ambrosi Examеron, ut ipsum nomen declarat, scriptum est ad celebrandum Dei creatoris opus, quod sex diebus perfectum Sacra Scriptura Gen. I enarrat. De singulis diebus singulis libris Ambrosius egit. Liber III tertii diei opus persequitur. Eo autem loco, quem supra posui (III, 3, 13), Ambrosius explicat verba Gen. I, 9, quae sunt: „colligatur aqua in collectionem unam". Etenim secum reputaverat (III, 12), cum multa in orbe terrarum maria sint, collectio una quid intellegendum esset. Iam ipsum audiamus: '.....quomodo una collectio, cum hodieque diversa sint maria? nam et oceanum mare dicimus et Aegyptium et Pontum et Propontidem cett'.

Mox ipse nodum expedit, dum sacrarum litterarum sensum ad hunc modum illustrat: 'una aquarum iugisque et continua congregatio est, sed diversi sinus maris, ut *quidam de scriptoribus forensibus* ait'.

Scriptor quidam obscurius significatus prope lacessit ad inquirendum quisnam lateat. Carolus Schenkl, qui Ambrosi Examеron in corpore Vindobonensi edidit (32, I), utilissimam editioni addidit praefationem, qua et de multis aliis rebus et de hoc loco (Exam. III, 3, 13 = Schenkl p. 68, 10) disserit p. XVI: 'unum tantum accuratius tractabo, ea dico quae p. 68, 10 leguntur. patet hic Timaeum Platonis p. 24 sqq. significari, verum scriptor forensis, quem Ambrosius commemorat, non Plato est, sed Cicero qui Platonis Timaeum interpretatus

est. quam ob rem haec verba inter Ciceronis fragmenta recipienda esse puto'.

Primum igitur viro docto videtur constare e Timaeo haec sumpta esse. Id quod negare non audeo, quamquam Timaei locus quem affert mihi non satis persuasit. Deinde ait non ad Platonis, sed ad Ciceronis Timaeum esse redeundum; hoc enim effici posse e nomine 'scriptor forensis', quippe quod Ciceronem principem illum forensis eloquentiae indicet. Quam ob rem Schenkl putat, Ambrosium hoc mutuatum esse ex ea parte Timaei Ciceronis quae ad nostram aetatem non pervenit, fragmentumque igitur quod adhuc latuerit repertum esse.

Attamen nonnulla sunt quae dubitationem moveant: 1. Platonis nulla mentione facta Ambrosius Ciceronem laudat, tamquam si is primus Timaei scriptor fuisset; ut paene cogaris suspicari, Ambrosio Platonis Timaeum ignotum fuisse. Id quod temere credendum non est. 2. Adiectivum 'forensis', quod ad Ciceronem oratorem certe accommodatum est, minus aptum huic loco videtur esse, quo agitur de opusculo quod Cicero philosophus scripsit.

Parum prodesset haec observare, nisi alia loci interpretatio esset, quae his difficultatibus mederetur. Etenim quod vir doctus conclusit, id totum fluxit e propria quadam explicatione vocis quae est 'forensis'. Qua voce frequenter Latini utuntur de iis rebus vel hominibus qui in foro versantur, id est de iudiciis et causidicis. Hanc ob rem Schenkl colligit, Ciceronem significari. Neque tamen ita 'forensis' vocabuli vis tota monstratur. Eius significatio saepe propius accedit ad notionem quae inest adverbio 'foris', ut 'forensis' sit is qui foris est et 'domestico' opponatur. Et praesertim Ambrosius hunc usum sequi consueverat; cuius rei testimonio sunt exempla quae praebet Rönsch, Itala und Vulgata. Ceterum quod haec duo 'forum' et 'foris' eadem quasi stirpe generata videntur esse, id nunc minus pertinet ad nos, qui de verborum usu disputemus, de origine non item.

Itaque quaeritur hic, quid consequatur, si credamus Ambrosium, cum diceret 'quidam de scriptoribus forensibus', in animo habuisse hoc: 'quidam de scriptoribus qui foris sunt'. Apud ecclesiasticos scriptores 'foris' saepe idem dicit atque

'extra ecclesiam'. Qui mihi nunc in manibus sunt Hieronymi commentarii in Hieremiam quinquies, ut Reiteri index testatur, habent 'foris' = 'extra ecclesiam'. Exemplo fuit Novum Testamentum, quod aliquoties τοὺς ἔξω commemorat, homines ethnicos eo nomine significans.

Forenses igitur puto hoc loco dici eos scriptores qui christiani non sint. Neque Rönsch neque alii, quos de adiectivo 'forensis' adhuc consului, huius significationis mentionem faciunt. Quod si recte supra vocabulum explicatum est, hoc unum ex eo colligere licet: ea quae Ambrosius laudet deprompta esse e scriptore quodam non christiano.

Ad Platonis Cratylum 420 B.

ἔρως δὲ ὅτι ἐσρεῖ ἔξωθεν .... διὰ ταῦτα [ἀπὸ τοῦ ἐσρεῖν] ἔσρος τό γε παλαιὸν ἐκαλεῖτο· [τῷ γὰρ οὖ ἀντὶ τοῦ ὦ ἐχρώμεθα·] νῦν δὲ ἔρως κέκληται διὰ τὴν τοῦ ὦ ἀντὶ τοῦ οὖ μεταλλαγήν.

Iam satis inepta ipsa etymologia. Sed ineptam etiam orationem Socratis invito Platone reddidit qui inclusa addidit.

I. I. H.

VARIA AD VARIOS.

SCRIPSIT

CH. CH. F. CHARITONIDES.

I. Aelian. Var. Histor. XIII, 25: Πίνδαρος ὁ ποιητὴς ἀγωνιζόμενος ἐν Θήβαις ἀμαθέσι περιπεσὼν ἀκροαταῖς ἡττήθη Κορίννης πεντάκις. Ἐλέγχων δὲ τὴν ἀμουσίαν αὐτῶν ὁ Πίνδαρος σῦν ἐκάλει τὴν Κόριννα ν.

De hoc loco egit Cobetus in *Mnemos.* 1884, p. 111, ubi scripsit: „Multa sunt apud Aelianum portentose corrupta sine ulla spe emendationis. Quale est quod legitur XIII, 25: *Pindarus a Corinna victus* σῦν ἐκάλει (libri συνεκάλει) τὴν Κόρινναν. Quis haec sana esse credet? Cur Pindarus aemulam *suem appellabat?* ἐλέγχων τὴν ἀμουσίαν τῶν ἀκροατῶν, inquit. Igitur illos ipsos increpare debebat, non Corinnae maledicere".

Pindarus, qui de aemulis suis dixit: „κόρακες ὣς ἄκραντα γαρύετον", non dubito quin possit appellare aemulam suam σῦν, sed, ut recte Cobetus animadvertit „illos ipsos auditores increpare debebat, non Corinnae maledicere". Noli etiam existimare Pindarum maledicentem Corinnae increpare auditores, quod οὐ πρὸς εὐθυγλώσσου Πινδάρου foret.

Diu et multum quaesivi quid tandem lateat in verbis sensu vacuis σῦν ἐκάλει τὴν Κόρινναν. Tandem investigavi dicti sententiam et sic quibus eam verbis Aelianus enuntiasset coepi quaerere. Suspicatus sum antiquam lectionem fuisse „ἐλέγχων δὲ τὴν ἀμουσίαν αὐτῶν ὁ Πίνδαρος (ἔφη)· σῦς αἰκάλλει [τὴν] κορώνην", quod ultimum vocabulum κορώνην depravatum est in Κόρινναν a librario ἔναυλον ἔχοντι praecedens Κορίννης. Iam mea emendatione non solum auditorum ἀμουσία sed etiam aemula Pindarice reprehensa est. Nova mea proverbialis lectio „σῦς αἰκάλλει κορώνην" in memoriam vocat similem, quam in Anthologia Palatina (XII. 238. 7) legi „κνήθειν οἶδεν ὄνος τὸν ὄνον" („asinus asinum fricat"). Quid dicunt παροιμιογράφων παῖδες;

Notatu dignum est in alio quoque Aeliani loco confusa esse vocabula αἰκάλλει et ἐκάλει: „καὶ ὁ κύων περιχαρὴς τῇ εὐερμίᾳ ὧν αἰκάλλει τὸν δεσπότην" (de nat. anim. VIII. 2), ubi falsa etiam ἐκάλει lectio fertur (V. Jacobs. in Adnott. de nat. anim. Vol. II. p. 283). In Oedip. R. v. 597 iam diu restituta est a Musgravio vera scriptura αἰκάλλουσι pro ἐκκαλοῦσι: „νῦν οἱ σέθεν χρῄζοντες αἰκάλλουσί με". V. Dindorfius in quarta Lipsiensi Sophoclis editione p. XXIII et Naberus in *Mnemos*. 1909, p. 21, ubi sagacissime correxit Hippodami Pythagorei fragmentum apud Stobaeum XLIII. 93: τοὶ δὲ νόμοι τὰ μὲν φόβοις κατέχοντες ἀπερύκοντι, τὰ δὲ τιμαῖς τε καὶ δωρεαῖς δελεάζοντες αἰκάλλοντι pro ἐκκαλέονται.

II. Suid. p. 473, a Bekk. „ἥλιον κρύπτεσθαι, ἄστρα δείκνυσθαι· ταῦτα οἱ μὲν ῥήτορες καλοῦσι γοργά, γραμματικοὶ δὲ ὁμοιοκατάληκτα, φιλόσοφοι δὲ πάρισα".

„Γοργὸν σχῆμα λέγεται, ὅταν ταῖς ἀπαντήσεσι ταχείαις καὶ βραχείαις χρώμεθα καὶ ταῖς ἀντιθέσεσιν, οἷον· τί βουλευόμενοι μετεπέμπεσθε αὐτοὺς ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ; ἐπὶ τὴν εἰρήνην; ἀλλ' ὑπῆρχεν ἅπασιν. Ἀλλ' ἐπὶ τὸν πόλεμον; ἀλλ' αὐτοὶ περὶ εἰρήνης ἐβουλεύεσθε" (Rhet. Graec. Vol. VIII. p. 655 Walz).

Hic igitur vocabulum γοργά sensu caret. Propterea lege mecum γοργίεια. Cf. Schol. Thucyd. p. 40, 29 Did. „Γνώμῃ τε πλείονι ἢ τέχνῃ· συνέσει, φρονήσει. ἐπὶ πλέον ἐνταῦθα τῶν ὀλίγων ἡ γοργίειος ἐλήφθη παρίσωσις, καὶ ἔστιν οὐκ ἄχαρις διὰ τὴν ταχεῖαν πλοκὴν τοῦ ὀνόματος" (V. Thes. Steph. Vol. II. p. 729, a, Did.). Ut e Γοργίας natum est adiectivum Γοργίειος, sic e Νικίας Νικίειος, e Κλεινίας Κλεινίειος (V. Lobeckius in *Paralip*. p. 28). Forma γοργίειος invenitur etiam in inscriptionibus.

Post v. ἡλιθιάζω, ἠλίθιος fertur p. 472 verbum ἠλΙθίκεισαν. Malim ἠλΗθίκεισαν ex ἀληθίζω.

III. Schol. Aristoph. p. 4, 22 Did. „τήθας ἐκάλουν τὰς μάμμας καὶ τηθελὰς τὰς μαμμοθρέπτους".

Sine mora molestum librariorum mendum corrige scribendo „τηθελλαδοῦς τοὺς μαμμοθρέπτους". Cf. Eustath. p. 791, 28

„τηθελλαδοῦς, ὃν οἱ πολλοὶ μαμμόθρεπτον λέγουσι παρὰ τὴν τήθην Ἀττικῶς".

p. 359, 21 „οἷον τῶν ὁμομαστίγων".

Scr. ὁμομαστιγιῶν.

IV. Luc. Ad eum, qui dix. Prometh. es in verb. § 36: εἰ μή ἄρα τις ἐμὲ διέλαθε τοιούτους πιτυοκάμπτας καὶ τραγελάφους καὶ αὐτὸς συντεθηκώς.

Olim mihi in mentem venit suspicio in πιτυοκάμπτας latere ἱπποκάμπους, qui optime τραγελάφοις hoc loco congruunt, ut monstrant Lucianea verba paulo supra § 30: ἔστι γοῦν ἐκ δύο καλῶν ἀλλόκοτον τὴν ξυνθήκην εἶναι, οἷον ἐκεῖνο τὸ προχειρότατον, ὁ ἱπποκένταυρος. Nunc lubenter video meam coniecturam e codice Johannem Theophilum Lehmannum confirmasse anno MDCCCXXII (Luciani Samos. Op. Vol. I. p. 24) mirorque eiusmodi gemmulam a novis editoribus sperni. Sine mora ab exilio est revocanda.

V. Strab. p. 394 (557, 30 Mein.); Οἱ μὲν δὴ Ἀθηναῖοι τοιαύτην τινὰ σκήψασθαι μαρτυρίαν παρ' Ὁμήρου δοκοῦσιν, οἱ δὲ Μεγαρεῖς ἀντιπαρῳδῆσαι οὕτως· Αἴας δ' ἐκ Σαλαμῖνος ἄγεν νέας, ἔκ τε Πολίχνης, ἔκ τ' Αἰγειρούσσης Νισαίης τε Τριπόδων τε.

Vulgata scriptura ἀντιπαρῳδῆσαι sanum sensum non habet, quia tribuitur ei significatio, quam habere ὡς τὸ ἔτυμον δηλοῖ non potest. Quid sententia requirat apparet e praecedentibus, quae describenda erunt, ut confirmem id quod volo: καὶ νῦν μὲν ἔχουσιν Ἀθηναῖοι τὴν νῆσον (Σαλαμῖνα), τὸ δὲ παλαιὸν πρὸς Μεγαρέας ὑπῆρξεν αὐτοῖς ἔρις περὶ αὐτῆς· καί φασιν οἱ μὲν Πεισίστρατον, οἱ δὲ Σόλωνα παρεγγράψαντα ἐν τῷ νεῶν καταλόγῳ μετὰ τὸ ἔπος τοῦτο· Αἴας δ' ἐκ Σαλαμῖνος ἄγεν δυοκαίδεκα νῆας, ἑξῆς τοῦτο· στῆσε δ' ἄγων, ἵν' Ἀθηναίων ἵσταντο φάλαγγες, μάρτυρι χρήσασθαι τῷ ποιητῇ τοῦ τὴν νῆσον ἐξ ἀρχῆς Ἀθηναίων ὑπάρξαι. Hinc colligas Strabonem multo aliter usurpare τὸ ἀντιπαρῳδῆσαι, ut sit fere idem quod ἀντιπαρεγγράψαι. Fierine potest ut hic lateat verbum ἀντιΡΡαψῳδῆσαι? Athenienses παρενέγραψαν versus et Megarenses ἀντερραψῴδησαν id est ἀντιπαρενέγραψαν. Correctio me iudice non nimis violenta est.

Langen Valerium de hasta ammentata cogitasse contendit, cum verba *imm. turb.* scriberet, quae sane temporibus heroicis nondum in usu essent. Nugae! Turbo apud nostrum et hoc loco et alibi saepe est pro impetu, tumultu, ut I 621, II 262, III 42, VI 747 e. a.

133 tollitur hinc t o t u s que ruit Tirynthius arcu
pectore certa regens adversa spicula flamma
per piceos accensa globos, e. q. s.

Pro *totusque* editores recentiores omnes recensent *t e n t o q u e*, quod Langen et Bury Baehrensio--Kramer Reussio deberi affirmant: hic vs. 591 pro argumento affert, ubi *intento arcu* legitur. Equidem Burmanno assentior, nil mutandum esse: *totus* h. l. est omnibus viribus et lectio abunde corroboratur loco qui est VII 600:

t o t u s q u e incumbit Iason
desuper atque suis defixum flatibus urget.

Facere non possum quin Kramerum palmari emendatione *fatum* pro *fatis* vs. 170 scrupulum omnem nobis evellisse honoris causa commemorem eundemque Vaticani scripturam *hic* vs. 193 iure praetulisse coniecturae Langenii *hinc*, quam Bury recepit, nec non Heinsii propositum *habitus* (ἕξεις) pro corrupto *auditus*, quod in Vaticano est, merito ex innumeris conaminibus tamquam maxime probabile recepisse. Iamque animum advertere lubet ad vss.

255 nec terga ruentum
mens Minyis c o n v e r s a sequi: stetit anxia virtus.
ecce levi primos iam spargere lumine p o r t u s
orta dies notaeque (nefas) albescere turres.

Participium *conversa* ad *terga* spectare, non, ut Dureau vult, cum eo, quod est *mens*, coniungendum esse Langen monet. At vero et verba sequentia *stetit anxia virtus* et verborum ordo me potius inducunt ut poetam hoc voluisse credam: nec mens (h. e. bellandi cupiditas), utpote conversa, Minyis ea erat ut terga ruentum sequerentur.

Pro *portus* Langen de suo scripsit: *montes*, sed non cogitavit proelium commissum esse in litore, cf. 261: heu socii

quantis complerunt litora monstris! atque *primos montes* dictum ut vs. 305: primis-harenis.

Quod pro Vaticani lectione optima *socias* vs. 268 idem substituit *caesas* Samuelsson pg. 114 merito reiecit, cuius argumentis addere velim locos huius libri qui sunt vss. 4, 272, 312.

Aeque temere Langen vs.

277 it gemitus toto sinuosa per aequora caelo

voc. caelo immutavit in *campo,* dicens intellegi non posse, quomodo gemitus toto caelo i. e. per aequora in toto caelo eat. Credo libenter, sed ego non intellego, quomodo has nugas e poetae verbis eruat. Valerio nimirum obversabatur Vergilianum illud *it clamor caelo*, sed hac locutione non contentus in maius rem extollere voluit atque, ut saepe, modum excessit. Significant autem verba *sinuosa per aequora* nihil nisi: in litore. Haud aliter peccavit vs.

437 imperat hinc alte Phoebi surgentis ad orbem
ferre manus totisque simul procumbere campis,

ubi pro *totisque* substituit Eyssenhardtii coni. *totosque*, quam Renkema pg. 33 falsam esse certissimis argumentis demonstravit.

Utinam viri docti, qui illud *ab omni parte poli* (I 16) coniecturis suis sollicitarunt, horum locorum memores fuissent!

Minyae corpus Cyzici circumstant, a Iasone invito occisum,

284 deflentque nefas et cuspidis ictus
Aesoniae sortemque ducis solantur acerbam.

Iure Langen Baehrensii coni. *Haemoniae* respuit, sed cur verbosa annotatione efficere conatus sit, *Aesoniae* dictum esse pro *Thessalicae*, non capio. Ipse in Baehrensii proposito refutando refert ad VI 653, ubi *Aesonia hasta*, ut loco nostro, est hasta Iasonis, neque aliter III 240, ubi Iason Cyzicum interficere narratur, legitur: Aesonii venit hasta ducis. Patronymico *Aesonius* vel *Aesonides* Iason passim in Argonauticis denotatur, qua de causa in dumeta correpere nil opus erat.

Mopsus Argonautas navem repetere iubet, cuius hortatu

462 illi alacres pars arma locant, pars ardua summis
insternunt tabulata toris oriturque trementum
remorum sonus et laetae concordia vocis.

In Vaticano ultimum vocabulum versus 462 deest: libri mss. saec. XV praebent *summis* — codex Carrionis *celsis*. Quamquam olim in Adversariis meis illud probavi, nunc Kramero astipulor, scripturas codicum deteriorum sanam interpretationem non admittere. Ille e. g. addidit *raptis*. Videat tamen an non ad lectionis in plerisque libris traditae originem explicandam verisimilius sit, Valerium scripsisse: *sumptis*, cl. IV 112: sumptisque occurrere contra | caestibus, V 637: sumptis decernimus armis.

Sunt autem *tori* Graecorum ὑπηρέσια, ut Langen recte monet, de quibus egi Mnem. Vol. XXIV a. 1896 p. 227 sqq.

Iuno queritur, insidias quas Herculi struxerit irritas fuisse omnes.

510 en labor, en odiis caput insuperabile nostris.
quam Nemeen tot fessa minis, quae belua Lernae
experiar? Phrygiis ultro concurrere monstris
nempe virum et pulchro reserantem Pergama ponto
vidimus. en ego nunc regum soror — et mihi gentis
515 ullus honos? iam tum indecores iussaeque dolorum
primitiae tenero superati protinus angues.

Ecce intra tantulum spatium tres versus, qui corruptelis laborare editoribus visi sunt neque efficaciter adhuc restituti. Pro *belua Lernae* vulgo ex Aldina editione recipiunt *proelia L.*, Bury vero cum Columbo *bellave L.* scripsit et est Burmanni coniectura *flumina L.* Probabilius tamen Kramer, qui voc. *belua* crucibus saepsit, *semina* proposuit cl. vs. 665, quod mihi quoque in mentem venerat.

Quod ad vs. 513 attinet, aliis *pulchro* aliis *ponto* in suspicionem venit: pro illo Columbus protulit *pulso*, quod Bury recensuit, Heinsius *Teucro*, Wagner *tuto*, alii alia voluerunt, Kramer hanc quoque vocem inclusit crucibus; pro hoc Burman *coepto* emendandum putavit, quod Thiloni probatum Langen recepit, Ellis *penso* excogitavit. Equidem nescio an locus ita explicari possit ut *pulchro ponto* dativum esse intellegamus: a poetae dicendi genere non alienum est dicere *reserare Pergama pulchro ponto* pro eo quod est *reserare Pergamis pulchrum pontum*.

Restat denique versus 515, cui medelam certiorem adhibere posse mihi videor. In Vaticano *iussaeque* exaratum est; Heinsio praeeunte editores scribere solent *iustaeque*, sed iure Langen animadvertit, *iustus* adiectivum non satis apte coniungi cum eo quod est *indecores*, qua de causa minus bene *lusaeque* recensuit.

Evolvas quaeso Verg. Aen. XI 154 sqq. Evandri querelam:

> Haud ignarus eram, quantum nova gloria in armis
> et praedulce decus primo certamine posset.
> primitiae iuvenis miserae e. q. s.

neque iam dubitabis quin reponendum sit:

> iam tum indecores miseraeque dolorum
> primitiae tenero superati protinus angues.

Obiter moneo, in libris mss. post *primitiae* exaratum esse *et*, Heinsium vero iam monuisse: „τὸ *et* potest tolli, ut sit adpositio, quales multae apud Valerium, quod et Columbo placebat", Kramerum igitur hanc correctionem Sudhausio iniuria attribuere.

Iuno, Hylae formositatem laudans, eum cum Baccho comparat post Orientem devictum in patriam redeunte.

538 vidisti roseis haec per loca Bacchus habenis
cum domitas acies et Eoi pecula regni
duceret, ac rursus thiasos et sacra moventem.

Sic Vaticanus superscripta littera *r* ab eadem manu ut exeat in *percula*; Carrio e cod. suo protulit *pocula* — in codd. dett. *praedia* legitur, unde Renkema *praemia* coni. Editores recentiores Pii coni. *fercula* receperunt, quod sanam interpretationem non admittere Renkemae assentior. Kramer quidem ascripsit: *fercula sunt ea quae in triumpho feruntur* et conferri iubet Sen. Herc. Oet. 110, cui loco Langen addit Stat. Theb. XII 524 et Prud. in Symm. II 581, sed si quis eos locos inspexerit, videbit vocabulum ibi quoque non significare ea quae in triumpho feruntur, verum ea quibus spolia in triumpho feruntur, id quod lexica docent et etymologia suadet. Mihi dubium non est quin Valerio sit reddendum

> cum domitas acies et Eoi impendia regni
> duceret,

h. e. tributa Orientis. Cf. quae supra ad II 643 a me scripta sunt.

'SCRIPTORES FORENSES' APUD AMBROSIUM (EXAM. III, 3, 13).

SCRIPSIT

J. H. VAN HAERINGEN.

Ambrosi Exameron, ut ipsum nomen declarat, scriptum est ad celebrandum Dei creatoris opus, quod sex diebus perfectum Sacra Scriptura Gen. I enarrat. De singulis diebus singulis libris Ambrosius egit. Liber III tertii diei opus persequitur. Eo autem loco, quem supra posui (III, 3, 13), Ambrosius explicat verba Gen. I, 9, quae sunt: „colligatur aqua in collectionem unam". Etenim secum reputaverat (III, 12), cum multa in orbe terrarum maria sint, collectio una quid intellegendum esset. Iam ipsum audiamus: '.....quomodo una collectio, cum hodieque diversa sint maria? nam et oceanum mare dicimus et Aegyptium et Pontum et Propontidem cett'.

Mox ipse nodum expedit, dum sacrarum litterarum sensum ad hunc modum illustrat: 'una aquarum iugisque et continua congregatio est, sed diversi sinus maris, ut *quidam de scriptoribus forensibus* ait'.

Scriptor quidam obscurius significatus prope lacessit ad inquirendum quisnam lateat. Carolus Schenkl, qui Ambrosi Exameron in corpore Vindobonensi edidit (32, I), utilissimam editioni addidit praefationem, qua et de multis aliis rebus et de hoc loco (Exam. III, 3, 13 = Schenkl p. 68, 10) disserit p. XVI: 'unum tantum accuratius tractabo, ea dico quae p. 68, 10 leguntur. patet hic Timaeum Platonis p. 24 sqq. significari, verum scriptor forensis, quem Ambrosius commemorat, non Plato est, sed Cicero qui Platonis Timaeum interpretatus

est. quam ob rem haec verba inter Ciceronis fragmenta recipienda esse puto'.

Primum igitur viro docto videtur constare e Timaeo haec sumpta esse. Id quod negare non audeo, quamquam Timaei locus quem affert mihi non satis persuasit. Deinde ait non ad Platonis, sed ad Ciceronis Timaeum esse redeundum; hoc enim effici posse e nomine 'scriptor forensis', quippe quod Ciceronem principem illum forensis eloquentiae indicet. Quam ob rem Schenkl putat, Ambrosium hoc mutuatum esse ex ea parte Timaei Ciceronis quae ad nostram aetatem non pervenit, fragmentumque igitur quod adhuc latuerit repertum esse.

Attamen nonnulla sunt quae dubitationem moveant: 1. Platonis nulla mentione facta Ambrosius Ciceronem laudat, tamquam si is primus Timaei scriptor fuisset; ut paene cogaris suspicari, Ambrosio Platonis Timaeum ignotum fuisse. Id quod temere credendum non est. 2. Adiectivum 'forensis', quod ad Ciceronem oratorem certe accommodatum est, minus aptum huic loco videtur esse, quo agitur de opusculo quod Cicero philosophus scripsit.

Parum prodesset haec observare, nisi alia loci interpretatio esset, quae his difficultatibus mederetur. Etenim quod vir doctus conclusit, id totum fluxit e propria quadam explicatione vocis quae est 'forensis'. Qua voce frequenter Latini utuntur de iis rebus vel hominibus qui in foro versantur, id est de iudiciis et causidicis. Hanc ob rem Schenkl colligit, Ciceronem significari. Neque tamen ita 'forensis' vocabuli vis tota monstratur. Eius significatio saepe propius accedit ad notionem quae inest adverbio 'foris', ut 'forensis' sit is qui foris est et 'domestico' opponatur. Et praesertim Ambrosius hunc usum sequi consueverat; cuius rei testimonio sunt exempla quae praebet Rönsch, Itala und Vulgata. Ceterum quod haec duo 'forum' et 'foris' eadem quasi stirpe generata videntur esse, id nunc minus pertinet ad nos, qui de verborum usu disputemus, de origine non item.

Itaque quaeritur hic, quid consequatur, si credamus Ambrosium, cum diceret 'quidam de scriptoribus forensibus', in animo habuisse hoc: 'quidam de scriptoribus qui foris sunt'. Apud ecclesiasticos scriptores 'foris' saepe idem dicit atque

'extra ecclesiam'. Qui mihi nunc in manibus sunt Hieronymi commentarii in Hieremiam quinquies, ut Reiteri index testatur, habent 'foris' = 'extra ecclesiam'. Exemplo fuit Novum Testamentum, quod aliquoties *τοὺς ἔξω* commemorat, homines ethnicos eo nomine significans.

Forenses igitur puto hoc loco dici eos scriptores qui christiani non sint. Neque Rönsch neque alii, quos de adiectivo 'forensis' adhuc consului, huius significationis mentionem faciunt. Quod si recte supra vocabulum explicatum est, hoc unum ex eo colligere licet: ea quae Ambrosius laudet deprompta esse e scriptore quodam non christiano.

Ad Platonis Cratylum 420 B.

ἔρως δὲ ὅτι ἐσρεῖ ἔξωθεν .... διὰ ταῦτα [ἀπὸ τοῦ ἐσρεῖν] ἔσρος τό γε παλαιὸν ἐκαλεῖτο· [τῷ γὰρ οὖ ἀντὶ τοῦ ὦ ἐχρώμεθα·] νῦν δὲ ἔρως κέκληται διὰ τὴν τοῦ ὦ ἀντὶ τοῦ οὖ μεταλλαγήν.

Iam satis inepta ipsa etymologia. Sed ineptam etiam orationem Socratis invito Platone reddidit qui inclusa addidit.

I. I. H.

VARIA AD VARIOS.

SCRIPSIT

CH. CH. F. CHARITONIDES.

I. Aelian. Var. Histor. XIII, 25: *Πίνδαρος ὁ ποιητὴς ἀγωνιζόμενος ἐν Θήβαις ἀμαθέσι περιπεσὼν ἀκροαταῖς ἡττήθη Κορίννης πεντάκις. Ἐλέγχων δὲ τὴν ἀμουσίαν αὐτῶν ὁ Πίνδαρος σῦν ἐκάλει τὴν Κόριννων.*

De hoc loco egit Cobetus in *Mnemos.* 1884, p. 111, ubi scripsit: „Multa sunt apud Aelianum portentose corrupta sine ulla spe emendationis. Quale est quod legitur XIII, 25: *Pindarus a Corinna victus* σῦν ἐκάλει (libri συνεκάλει) τὴν Κόριννων. Quis haec sana esse credet? Cur Pindarus aemulam *suem appellabat?* ἐλέγχων τὴν ἀμουσίαν τῶν ἀκροατῶν, inquit. Igitur illos ipsos increpare debebat, non Corinnae maledicere".

Pindarus, qui de aemulis suis dixit: „κόρακες ὣς ἄκραντα γαρύετον", non dubito quin possit appellare aemulam suam σῦν, sed, ut recte Cobetus animadvertit „illos ipsos auditores increpare debebat, non Corinnae maledicere". Noli etiam existimare Pindarum maledicentem Corinnae increpare auditores, quod οὐ πρὸς εὐθυγλώσσου Πινδάρου foret.

Diu et multum quaesivi quid tandem lateat in verbis sensu vacuis σῦν ἐκάλει τὴν Κόριννων. Tandem investigavi dicti sententiam et sic quibus eam verbis Aelianus enuntiasset coepi quaerere. Suspicatus sum antiquam lectionem fuisse „ἐλέγχων δὲ τὴν ἀμουσίαν αὐτῶν ὁ Πίνδαρος (ἔφη)· σῦς αἰκάλλει [τὴν] κορώνην", quod ultimum vocabulum κορώνην depravatum est in Κόριννων a librario ἔναυλον ἔχοντι praecedens Κορίννης. Iam mea emendatione non solum auditorum ὑομουσία sed etiam aemula Pindarice reprehensa est. Nova mea proverbialis lectio „σῦς αἰκάλλει κορώνην" in memoriam vocat similem, quam in Anthologia Palatina (XII. 238. 7) legi „κνήθειν οἶδεν ὄνος τὸν ὄνον" („asinus asinum fricat"). Quid dicunt παροιμιογράφων παῖδες;

Notatu dignum est in alio quoque Aeliani loco confusa esse vocabula αἰκάλλει et ἐκάλει: „καὶ ὁ κύων περιχαρὴς τῇ εὐεργεσίᾳ ὧν αἰκάλλει τὸν δεσπότην" (de nat. anim. VIII. 2), ubi falsa etiam ἐκάλει lectio fertur (V. Jacobs. in Adnott. de nat. anim. Vol. II. p. 283). In Oedip. R. v. 597 iam diu restituta est a Musgravio vera scriptura αἰκάλλουσι pro ἐκκαλοῦσι: „νῦν οἱ σέθεν χρῄζοντες αἰκάλλουσί με". V. Dindorfius in quarta Lipsiensi Sophoclis editione p. XXIII et Naberus in *Mnemos.* 1909, p. 21, ubi sagacissime correxit Hippodami Pythagorei fragmentum apud Stobaeum XLIII. 93: τοὶ δὲ νόμοι τὰ μὲν φόβοις κατέχοντες ἀπερύκοντι, τὰ δὲ τιμαῖς τε καὶ δωρεαῖς δελεάζοντες αἰκάλλοντι pro ἐκκαλέονται.

II. Suid. p. 473, a Bekk. „ἥλιον κρύπτεσθαι, ἄστρα δείκνυσθαι· ταῦτα οἱ μὲν ῥήτορες καλοῦσι γοργά, γραμματικοὶ δὲ ὁμοιοκατάληκτα, φιλόσοφοι δὲ πάρισα".

„Γοργὸν σχῆμα λέγεται, ὅταν ταῖς ἀπαντήσεσι ταχείαις καὶ βραχείαις χρώμεθα καὶ ταῖς ἀντιθέσεσιν, οἷον· τί βουλευόμενοι μετεπέμπεσθε αὐτοὺς ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ; ἐπὶ τὴν εἰρήνην; ἀλλ' ὑπῆρχεν ἅπασιν. Ἀλλ' ἐπὶ τὸν πόλεμον; ἀλλ' αὐτοὶ περὶ εἰρήνης ἐβουλεύεσθε" (Rhet. Graec. Vol. VIII. p. 655 Walz).

Hic igitur vocabulum γοργά sensu caret. Propterea lege mecum γοργίεια. Cf. Schol. Thucyd. p. 40, 29 Did. „Γνώμῃ τε πλείονι ἢ τέχνῃ· συνέσει, φρονήσει. ἐπὶ πλέον ἐνταῦθα τῶν ὀλίγων ἡ γοργίειος ἐλήφθη παρίσωσις, καὶ ἔστιν οὐκ ἄχαρις διὰ τὴν ταχεῖαν πλοκὴν τοῦ ὀνόματος" (V. Thes. Steph. Vol. II. p. 729, a, Did.). Ut e Γοργίας natum est adiectivum Γοργίειος, sic e Νικίας Νικίειος, e Κλεινίας Κλεινίειος (V. Lobeckius in *Paralip.* p. 28). Forma γοργίειος invenitur etiam in inscriptionibus.

Post v. ἡλιθιάζω, ἠλίθιος fertur p. 472 verbum ἡλΙθίκεισαν. Malim ἠλΗθίκεισαν ex ἀληθίζω.

III. Schol. Aristoph. p. 4, 22 Did. „τήθας ἐκάλουν τὰς μάμμας καὶ τηθελὰς τὰς μαμμοθρέπτους".

Sine mora molestum librariorum mendum corrige scribendo „τηθελλαδοῦς τοὺς μαμμοθρέπτους". Cf. Eustath. p. 791, 28

„τηθελλαδοῦς, ὃν οἱ πολλοὶ μαμμόθρεπτον λέγουσι παρὰ τὴν τήθην Ἀττικῶς".

p. 359, 21 „οἷον τῶν ὁ μ ο μ α σ τ ί γ ω ν".

Scr. ὁμομαστιγιῶν.

IV. Luc. Ad eum, qui dix. Prometh. es in verb. § 36: εἰ μὴ ἄρα τις ἐμὲ διέλαθε τοιούτους π ι τ υ ο κ ά μ π τ α ς καὶ τραγελάφους καὶ αὐτὸς συντεθηκώς.

Olim mihi in mentem venit suspicio in π ι τ υ ο κ ά μ π τ α ς latere ἱ π π ο κ ά μ π ο υ ς, qui optime τραγελάφοις hoc loco congruunt, ut monstrant Lucianea verba paulo supra § 30: ἔστι γοῦν ἐκ δύο καλῶν ἀλλόκοτον τὴν ξυνθήκην εἶναι, οἷον ἐκεῖνο τὸ προχειρότατον, ὁ ἱ π π ο κ έ ν τ α υ ρ ο ς. Nunc lubenter video meam coniecturam e codice Johannem Theophilum Lehmannum confirmasse anno MDCCCXXII (Luciani Samos. Op. Vol. I. p. 24) mirorque eiusmodi gemmulam a novis editoribus sperni. Sine mora ab exilio est revocanda.

V. Strab. p. 394 (557, 30 Mein.); Οἱ μὲν δὴ Ἀθηναῖοι τοιαύτην τινὰ σκήψασθαι μαρτυρίαν παρ' Ὁμήρου δοκοῦσιν, οἱ δὲ Μεγαρεῖς ἀ ν τ ι π α ρ ῳ δ ῆ σ α ι οὕτως· Αἴας δ' ἐκ Σαλαμῖνος ἄγεν νέας, ἔκ τε Πολίχνης, ἔκ τ' Αἰγειρούσσης Νισαίης τε Τριπόδων τε.

Vulgata scriptura ἀ ν τ ι π α ρ ῳ δ ῆ σ α ι sanum sensum non habet, quia tribuitur ei significatio, quam habere ὡς τὸ ἔτυμον δηλοῖ non potest. Quid sententia requirat apparet e praecedentibus, quae describenda erunt, ut confirmem id quod volo: καὶ νῦν μὲν ἔχουσιν Ἀθηναῖοι τὴν νῆσον (Σαλαμῖνα), τὸ δὲ παλαιὸν πρὸς Μεγαρέας ὑπῆρξεν αὐτοῖς ἔρις περὶ αὐτῆς· καί φασιν οἱ μὲν Πεισίστρατον, οἱ δὲ Σόλωνα π α ρ ε γ γ ρ ά ψ α ν τ α ἐν τῷ νεῶν καταλόγῳ μετὰ τὸ ἔπος τοῦτο· Αἴας δ' ἐκ Σαλαμῖνος ἄγεν δυοκαίδεκα νῆας, ἑξῆς τοῦτο· στῆσε δ' ἄγων, ἵν' Ἀθηναίων ἵσταντο φάλαγγες, μάρτυρι χρήσασθαι τῷ ποιητῇ τοῦ τὴν νῆσον ἐξ ἀρχῆς Ἀθηναίων ὑπάρξαι. Hinc colligas Strabonem multo aliter usurpare τὸ ἀ ν τ ι π α ρ ῳ δ ῆ σ α ι, ut sit fere idem quod ἀ ν τ ι π α ρ ε γ γ ρ ά ψ α ι. Fierine potest ut hic lateat verbum ἀ ν τ ι Ρ Ρ α ψ ω δ ῆ σ α ι? Athenienses παρενέγραψαν versus et Megarenses ἀ ν τ ε ρ ρ α ψ ῴ δ η σ α ν id est ἀντιπαρενέγραψαν. Correctio me iudice non nimis violenta est.

VI. Herod. II, 86. Locus paulo pluribus describendus, quo clarius sit legentibus, quid velim. Sermo de ratione condiendi est: οἱ δὲ ὑπολειπόμενοι ἐν οἰκήμασι ὧδε τὰ σπουδαιότατα ταριχεύουσι· πρῶτα μὲν σκολιῷ σιδήρῳ διὰ τῶν μυξωτήρων ἐξάγουσι τὸν ἐγκέφαλον, τὰ μὲν αὐτοῦ οὕτω ἐξάγοντες, τὰ δὲ ἐγχέοντες φάρμακα. Μετὰ δὲ λίθῳ Αἰθιοπικῷ ὀξέϊ παρασχίσαντες παρὰ τὴν λαπάρην ἐξ ὧν εἷλον τὴν κοιλίην πᾶσαν, ἐκκαθήραντες δὲ αὐτὴν καὶ διηθήσαντες οἴνῳ φοινικηίῳ αὖθις διηθέουσι θυμιήμασι τετριμμένοισι· ἔπειτεν τὴν νηδὺν σμύρνης ἀκηράτου τετριμμένης καὶ κασίης καὶ τῶν ἄλλων θυωμάτων, πλὴν λιβανωτοῦ, πλήσαντες συρράπτουσι ὀπίσω. Ταῦτα δὲ ποιήσαντες ταριχεύουσι λίτρῳ κρύψαντες ἡμέρας ἑβδομήκοντα.

Cum, ut dicit ipse Herodotus, τὰς σάρκας τὸ λίτρον κατατήκει, καὶ δὴ καὶ λείπεται τοῦ νεκροῦ τὸ δέρμα μοῦνον καὶ τὰ ὀστέα, quid de corpore fiat quaero, quod per septuaginta dies in litro celatum sit. Nonne licebit suspicari veram scripturam esse: ταριχεύουσι λίτρῳ ἐκρύψαντες (ab ἐκρύπτω) ἡμέρας ἑβδομήκοντα? E fumo exigua mutatione lucem dedisse mihi videor. Continenter septuaginta dies non celant in litro cadaver, sed eluunt, quod diversum est.

VII. Athen. p. 21, e: Χαμαιλέων γοῦν πρῶτον αὐτόν (sc. Αἰσχύλον) φησι σχηματίσαι τοὺς χοροὺς ὀρχηστοδιδασκάλοις οὐ χρησάμενον ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τοῖς χοροῖς τὰ σχήματα ποιοῦντα τῶν ὀρχήσεων, καὶ ὅλως πᾶσαν τὴν τῆς τραγῳδίας οἰκονομίαν εἰς ἑαυτὸν περιιστᾶν.

Non possum non corrigere: ἀλλὰ καθ' αὑτόν. p. 230 f. e verbis Diphili:

> ἄριστον ἐπεχόρευσεν ἐκλελεγμένον
> εἴ τι νέον ἢ ποθεινόν· ὀστρέων γένη
> παντοδαπά, λοπάδων παρατεταγμένη φάλαγξ,
> ὀπτῶν ἐπῆγε σαρὸς ἀπὸ τοῦ τηγάνου,
> τριμμάτια τούτοις ἐν θυείαις ἀργυραῖς.

Kockius in editione Fragmentorum Atticorum pro ἐπῆγε scripsit ἐπῆττε comparans locum Eubuli, ubi legitur: μετὰ ταῦτα θύννων μεγαλόπλουτ' ἐπεισέπλει ὑπογάστρι' ὀπτῶν etc. Equidem scripserim ЄΠΗΙЄΙ (ἐπῄει), quod magis ad sequentem dativum τούτοις quadrat.

PLUTARCH. SOL. 19, 4.

Ὁ δὲ τρισκαιδέκατος ἄξων τοῦ Σόλωνος τὸν ὄγδοον ἔχει τῶν νόμων οὕτως αὐτοῖς ὀνόμασι γεγραμμένον· ἀτίμων ὅσοι ἄτιμοι ἦσαν, πρὶν ἢ Σόλωνα ἄρξαι, ἐπιτίμους εἶναι etc.

Haec omnes, quod sciam, editores Plutarchi, sana esse existimant neque iuris attici studiosi, qui fragmenta legum Solonis tractaverunt [1]), quicquam odorati sunt. Patet tamen genitivum partitivum ἀτίμων plane supervacaneum esse, si quis autem tam pleonastice loqui voluisset, utique illum dicturum fuisse: τῶν ἀτίμων ὅσοι ἄτιμοι ἦσαν, πρίν etc. Mea sententia vox ἀτίμων a sequentibus separanda est: est enim index sive rubrica capitis legis, quo περὶ τῶν ἀτίμων agebatur. Eiusmodi indices in legibus saeculis III°, II°, I° a. C. latis occurrere sciunt omnes, velut in lege de mysteriis Andaniae, vs. 13: στεφάνων. στεφάνους δὲ ἐχόντω οἱ μὲν ἱεροί... 34: σκανᾶν. σκανὰν δὲ μὴ ἐπιτρεπόντω οἱ ἱεροὶ μηθένα ἔχειν... 41: ῥαβδοφόρων. ῥαβδοφόροι δὲ ἔστωσαν ἐκ τῶν ἱερῶν εἴκοσι... 45: περὶ τῶν διαφόρων. τὰ δὲ πίπτοντα διάφορα ἐκ τῶν μυστηρίων ἐγλεγόντω οἱ κατασταθέντες... 180: ἀγράφων. εἰ δέ τινα ἄγραφά ἐστι... [2]) et in lege Pergamena de astynomis: χοός. ἐάν τινες ἐν ταῖς ὁδοῖς χοῦν ὀρύσσωσιν... κρηνῶν· περὶ τῶν ἐν τῇ πόλει κρηνῶν ἐπιμελὲς γένοιτο τοῖς ἀστυνόμοις ὅπως... [3]) Similiter in lege Solonis legendum esse puto: ἀτίμων. ὅσοι ἄτιμοι ἦσαν [4]), πρὶν ἢ Σόλωνα ἄρξαι, ἐπιτίμους εἶναι etc. Quod si verum est, suspicari licet etiam alias leges Solonis in capita brevibus argumenti indicibus distincta fuisse divisas.

G. V.

---

1) V. Lipsius, Att. Recht, p. 21, 70. Sondhaus, De Solonis legibus, diss. Ien. a. 1909, p. 78. Schreiner, De corpore iuris Atheniensium, diss. Bonn. a. 1913, p. 57.

2) Dittenberger, Syll.³ 736.

3) Idem, O. G. I. S. 483. Cf. Syll.³ 364, Dikaiom. pass.

4) Cf. Andoc. I, 77: ὅσοι ἄτιμοι ἦσαν.

OBSERVATIUNCULAE DE IURE ROMANO.

SCRIPSIT

J. C. NABER.

(Continuantur ex vol. XLVIII pag. 424).

CXV.

An semper probet actor.

Egregie falluntur [1]), quibus persuasum est, iuris regulam, qua probare iubetur actor vel accusator [2]), ipsa rerum natura praescribi, proinde immutabilem semper stetisse aeterno ordine duraturam. Quo modo enim aeternum, quod, antequam ius Romanum adsisceretur, apud Graecos parum constabat [3]), Germanorum et nostris moribus penitus repugnabat [4]), in publicis iudiciis vel hodie obtinere negatur [5])? Ceterum ipso quoque iure Romano vulgatum illud: actori [6]) probationem

---

1) E. g. Bethmann-Hollweg, *Versuche* (1827) p. 319: „*die Lehre von der Beweislast gehört zu denjenigen,.... (welche) keine Geschichte haben; d. h. die allgemeinsten Prinzipien derselben sind durchaus nicht historisch bedingt oder positiv, sondern durch die Natur der Sache gegeben*". Ipse quidem hoc correxit: *Civilprozess* § 50[11] (I p. 183), sed perstant ceteri, e. g. Bar, *Recht und Beweis* (1867) p. 152: „*im äussersten Falle* (hoc mirum) *lässt der Richter die rationellen Regeln über die Beweislast entscheiden*"; Hamaker, *Tdschr. v. Privaatrecht* VI (1906) p. 86: „*uit den aard der zaak (is de eischer) in de eerste plaats met bewijs bezwaard*". 2) C. 4 C. 2. 1.

3) Aesch. I § 44: Ἴσως προσήκει τὰς ἀποδείξεις ποιεῖσθαι τὸν κατήγορον.

4) Cf. e. g. *Magd. Schöffenspr.* III A 18 (I p. 378): „*das frauwen Ilsen, dy ein clegeryn ist in desser Sachen, dy bewysunge nicht gebort zu thun*". Ergo datur iusiurandum reo, e. g. apud: van Mieris, *Charterboek* 30 Oct. 1320 (II p. 245).

5) Hoc sibi ipse obicit Hamaker, *Tdschr.* cit. VI p. 103. Demonstrabimus autem infra, in pari causa etiam in privatis iudiciis regulam cessare.

6) Sitne quis actor, interdum dubium esse potest, veluti, quum quis res suas separari desiderat a bonis alterius ab huius creditoribus possessis. Quod placuisse videtur Caracallae in causa utique possidentis bona fisci (c. 1 C. 7. 73), placet certe Hamakero (*Wkbl. v. Not.-ambt* 26 (1895) p. 57).

incumbere, aliquando fallit [1]). Quod non dico propter exceptiones; in his enim reum pro actore esse omnes concedunt. Fit aliquando, ut ne propriam quidem intentionem actor implere cogatur. Cuius generis est, si Iuliano testi credimus [2]), interdictum „*ne vis fiat aedificanti*", ut in quo *defensoris partes* procurator actoris, proinde ipse actor rei partes obtineat [3]), quod quia dictum utique non est de eo, qui intendat ex operis novi nuntiatione satisdatum esse, ergo dictum sit oportet de eo, qui intendat nuntiationem nullo iure factam esse reddito interdicto: *(ubi illi ius est invito te aedificare) quominus (illi in eo loco sine dolo malo) aedificare liceat, vim fieri veto*, quod nos ex tenebris manifestavimus [4]). Nam, qui intendit satisdatum esse, is sine dubio probare debet; at, qui intendit ius sibi esse aedificare, is ideo defensoris partes sibi potest deposcere, quia ipsa nuntiatione operis novi possessor effectus est [5]). Eodem modo *in.... vectigalibus.... publicanus.... pignerator, non.... possessor sol(e)t esse* [6]), id est, ut interpretatur Degenkolb [7]), licet pignoribus captis incumbat, non tamen posse adversarium ad onera petitoris compellere, sed ipsum probare debere iure capta. Sunt quoque exceptiones, quarum adversario probatio remittitur [8]), sicut actori intentionis, veluti cognitoria, procuratoria hisque similes, sufficit enim, si reus procuratorem esse negaverit [9]). Idem dicendum erit de non datae bonorum possessionis exceptione [10]), sive

---

1) Ergo prudenter Savigny, *System* V p. 153: „*die Beweislast trifft in der Regel den Kläger*".

2) Dissentit Ulpianus l. 5 § 20 D. 39. 1, ubi delenda videntur *et satis acceperit* (olim reponebam: *et satis accepero*).

3) L. 45 § 2 D. 3. 3. Apud Germanos hodie fit idem, ubi agetur praeiudiciali actione contraria („*negative Feststellungsklage*"). Testis Dernburg, *Pandekten* I (1892) § 134[5].

4) Cap. XI.

5) L. 5 § 10 D. 39. 1. Dissentit Africanus l. 15 eod.

6) Accus. V 11 § 27.

7) *Die* lex hieronica (1861) p. 55.

8) Rem explicare conantur Dorotheus sch. 3 ad Bas. 22. 1. 18; Anonymus sch. 1 Τοῦ αὐτοῦ ad Bas. 22. 1. 19; Endemann, *Civilprozessrecht* (1868) § 170 (p. 643).

9) Cf. Eisele, *Cognitur und Procuratur* (1881) p. 209/14. Dubitat Pernice *Ztschr. der Sav.-St.* XIII (1892) p. 277 not. 6 (p. 278).

10) Cf. Lenel, *das* edictum (1907) p. 178 (= l. 20 D. 44. 1).

hereditariam actionem falsus bonorum possessor intendere dicatur, sive conventus neget se bonorum possessorem; idem de non factae responsionis exceptione, si conventus neget respondisse se [1]). Quibus ex hodierno fori usu *non adimpleti contractus* addenda est exceptio [2]). Sunt denique actiones, in quibus modo petitor probat modo adversarius, id est, si servitus petatur vel ad alium pertinere negetur. Nam docet quidem Africanus [3]), in lite servitutis *de iure suo* eum *probare necesse habe(re)* qui agat, veluti si dominus intendat ius sibi esse altius aedificandi, ipsum [4]), sin vicinus ius sibi esse prohibendi, hunc probare debere: sed longe melius est in servitutibus eandem regulam comprobari, quae in ceteris quoque obtinet [5]), ut is probet, qui se *haber(e)* adserit [6]). Quid igitur, si possidet servitutem? Nihilominus ab eo probationem exigere videtur Ulpianus [7]): *quodsi forte, qui agit, dominus proprietatis non sit, quamvis fructuarius* [8]) *ius utendi (fruendi) non*

---

1) L. 18 § 2 D. 22. 3 (Lenel, *das* edictum (1907) p. 144. It obviam Karlowa, *Rechtsgesch.* II p. 1178/9).

2) Cf. Windscheid (1891) § 321[3]; Dernburg, *Pandekten* II (1892) § 21 (post notam 3); Pernice, *Ztschr.* cit. XIII p. 277[6].

3) L. 15 D. 39. 1. Tribonianum ibi personare, putat de Medio, *Archiv. giur.* 68 p. 239, non putat Arangio-Ruiz, ibid. 81 p. 407[2], dubitat Lenel, *das* edictum (1907) p. 463[5].

4) Adstipulatur verbo tenus Pflueger, *Besitzklagen* (1890) p. 214: „*durch Anstellung der Klage (unterzieht) sich (der Kläger) des* onus petitoris". Sed paulo post (p. 273/4) remittit probationem servitutem neganti, modo dominum esse constet. Apparet autem in lite servitutis non de proprietate verti quaestionem sed de servitute. Proprietas quasi condicio est (Fritz, *Erläuterungen* I (1833) p. 369: „*Legitimation zur Sache*"). Ergo fallit Pflueger, quum scribat (p. 267): „*der Nachbar muss sich* durch (dictum oportebat *zwecks*) actio negatoria *als rechtmässigen Besitzer ausweisen*".

5) L. 1 D. 22. 3. Adversatur Modestinus (vel Tribonianus) l. 15 eod. (vv. *sed hoc ipsum a fratribus probari debet*). Etsi conciliat haec Dorotheus (sch. 1 (i. f.) ad Bas. 22. 1. 15) et huius exemplo Cuiacius *προλήψεως* ratione *ἐγγράφου*.

6) Huic iuri certe non adversantur c. 9, c. 10 C. 3. 34 (cf. l. 10 pr. D. 8. 5) et facit pro nostra sententia Stephanus, sch. 6 ad Bas. 16. 6: *ὁ προπριετάριος νεγατορίως κιν(ῶν)... ἀποκινεῖ τὸν ἀντίδικον ταῖς τῆς δεσποτείας ἀποδείξεσιν* (Witte, *Ztschr. f. Civilr.* XIV (1857) p. 150). Cf. praeterea Savigny, *System* VI p. 349; Bethmann-Hollweg, *Civilprozess* II § 92 (p. 257); Windscheid (1891) § 198[15]; Dernburg, *Pandekten* I (1892) § 256. 4, et ex diverso Arangio-Ruiz, *Ztschr. der Sav.-St.* XXIX (1908) p. 463/4 (sub *c*).

7) L. 5 pr. (i. f.) D. 7. 6.

8) I. e. adversarius, qui se dicit fructuarium.

habet, *vincet tamen* [1]) *iure quo possessores sunt potiores*, *licet nullum ius habeant.* Ergo tacite significat in contraria specie, quum qui agit dominus sit, possessionis rationem non haberi. Sed rursus aperte docet [2]), quum tigni causa agatur et *quaer(a)tur*, *quis possessoris*, *quis petitoris partes sustineat*,... *possessoris partes sustinere*, *si quidem tigna immissa sint*, *eum*, *qui servitutem sibi deberi ait*, *si vero non sunt immissa*, *eum qui negat* [3]). Facit autem ipsa ratio, iusta possessio, quam praetor tuendam censeat interdictis veluti possessoriis [4]), prius ne convellatur, quam de iure adversarii constiterit. Nam docent quidem, de iure adversarii constitisse, modo dominum se probaverit, quum domino competat ius prohibendi; sed ita domino ius prohibendi competit, ut servitutes salvae sint [5]); quidni igitur ita quoque: ut iusta servitutium possessio *interim* salva sit? Proponuntur autem veluti possessoria interdicta de iis quoque servitutibus, quae, sicut tigni, in superficie consistunt [6]), quae pertinere videntur ad interdictum *uti possidetis*, quod de aedibus redditur [7]). Ex diverso servitus altius non tollendi possidetur quidem, quia, *si forte non habeam aedificatum altius in meo*, *adversarius meus possessor est*, non sic tamen, ut pergat possessio ad interdicti veluti possessorii vigorem; talis igitur possessor perinde probare debet servitutem iure esse impositam, ac deberet, *si patiente eo aedifica(sset)* dominus eoque

---

1) Modo possideat.

2) L. 8 § 3 D. 8. 5.

3) Eludere se putat Witte, *Ztschr. f. Civilrecht* XIV (1857) p. 138, hoc argumento: „*nur insofern (dem Kläger) der Beweis seines Klagfundamentes obliegt*, *ist der Ausdruck* petitoris partes sustinere *gleichbedeutend mit „beweisen müssen.*"" Itaque docet (ibid. XIII p. 418/9) locum fore l. 8 § 3 cit., quum ultro citroque agant dominus et qui servitutem sibi adserit, id est, quum intendantur invicem negatoria et confessoria, nec videt, quantum hoc modo praestet ei, qui negatoria convenitur, cui nihil erit facilius quam confessoriam intendere.

4) Eam utique possessionem, quae subnixa sit interdictis, ab onere probandi immunem esse recte contendit Fritz, *Erläuterungen* I (1833) p. 372. Sed non recte in servitutibus, quae non sunt rusticae, omnem possessorem onere probandi liberat (p. 370/1).

5) Ad rem non pertinere fatetur Witte, *Ztschr.* cit. XIV p. 149, quod libertatis probatio difficilis futura sit. Quae res valde movet Henricum Dernburg, *Pandekten* I (1892) § 256 (i. f.).

6) Cf. l. 20 pr. D. 8. 2.

7) L. 3 § 6 D. 43. 17.

modo *possessor* is *effectus* esset. Quo fit, ut illi eatenus possidere prosit, ut non tantum *civili actione* dominum aedificantem prohibere possit, sed etiam *interdicto quod vi aut clam, i(d) e(s)t, si lapilli iactu impedierit* [1]). Interest autem inter veluti possessoria interdicta et interdictum *quod vi aut clam* [2]), quod illa iustis possessoribus prospiciunt, ne prohibeantur possidere, at interdictum *quod vi aut clam etiam his competit, qui non possident* [3]), si quis, contra quam prohibitus fuerit, fecerit; nec tam possidenti eo interdicto prospicitur, quam *occur(ritur) calliditati eorum, qui vi aut clam quaedam moliuntur* [4]). Potest igitur èt hoc interdictum quis habere nec in lite servitutis potior videri. Neque enim ob id quisquam apud iudicem servitutis vel proprietatis potior est, quod adversario ius sibi dicere non permittitur. Erroris autem, cuius reum egimus Africanum [5]), fons est, quod persuasum sibi habet eum omnino, qui actionem intendat, *petitoris partes sustinere*, quod cessat in servitutibus, ubi possidenti agere permittitur [6]). Sicut in servitutibus quibusdam ita *in praeiudiciis* possessionis ratio haberi non solet, sed *generaliter* in iis *is actoris partes sustinet, qui* habet intentionem [7]) *secundum id quod intendit* [8]), id est, qui intendit verum esse, quod quaeritur. Quamobrem, *quotiens de hoc contenditur, an quis libertus sit,.... actoris partibus semper, qui se patronum dicit, fungitur probareque libertum*

---

1) L. 6 § 1 D. 8. 5, quam sic emendandam puto: *Sciendum tamen in his servitutibus* (id est, altius tollendi vel non tollendi) *possessorem esse iuris* [eum] *et petitorem* [et]. *Si forte non habeam aedificatum altius in meo, adversarius meus possessor est: nam, cum nihil sit innovatum, ille possidet et aedificantem me prohibere potest et civili actione et interdicto quod vi aut clam:* idem et (l. *id est*), *si lapilli iactu me impedierit. Sed* [et] *si patiente eo aedificavero, ego possessor ero effectus.*

2) Nihil interesse docet Pflüger, *Besitzklagen* (1890) p. 216: „*das* interdictum quod vi aut clam . . . *hat . . . nach* l. 1 § 2 D. 43. 24 *ganz die Bedeutung eines possessorischen Interdicts*". Ceterum ipse se refellit (p. 241): „*doch bedeutet das keine Aenderung der Parteirollen*".

3) L. 16 pr. D. 43. 24.

4) L. 1 § 1 D. 43. 24. 5) L. 15 D. 39. 1.

6) § 2 Inst. IV 6. Hoc verum esse negat Arangio-Ruiz, *Ztschr. der Sav.-St.* XXIX (1908) p. 463 (sub *b*).

7) Verba *habet intentionem* genuina esse non videntur. Ergo hactenus adsentior Wissenbachio, Embl. (ed. 1736) p. 133.

8) L. 12 D. 44. 1.

suum necesse habet aut, si non probet, vincitur [1]). Ex diverso, si quaeretur, an aliquis ingenuus sit [2]), ingenuitatis probatio [3]) necessaria erit ingenuum se dicenti [4]). In neutro spectabitur possessio. Turbat enim Tribonianus docendo lege adulterina [5]): *si quidem in possessionem libertinitatis fuit, sine dubio ipsum oporte(re) ingenuitatis causam agere docereque se ingenuum esse*, et post paulo [6]): *in praeiudicio* [7]) *possessor patronus esse videtur* [8]). Dixerat nimirum Ulpianus: *in praeiudicio possessor patronus esse (non) videtur* [9]). Atqui propriam legem habet de libertate hominis controversia, nam ibi, *si quis ex servitute in libertatem (adseritur) petitoris partes sustinet; si vero ex libertate in servitutem petatur, is partes actoris sustinet, qui servum suum dicit* [10]). Quae res ipsa confirmatur quidem edictali rubrica [11]): *si controversia erit, utrum ex servitute in libertatem petatur an ex libertate in servitutem*, sed potest ambigi, sitne praeiudicium, *an aliquis liber sit* [12]), quod sola nititur auctoritate Iustiniani [13]) et Theophili [14]). Nam apud Diocletianum [15]) *praeiudicium* non praeiudicialem formulam significat, sed adversam, quam hodie vocant, praesumptionem [16]). Illud me non praeterit: dixisse non sufficere, utri probatio incumbat, quum supersit quaestio, quid quemque

1) L. 6 D. 40. 14.

2) Cf. Lenel, *das* edictum § 141. Etiam sub Diocletiano perpetuo separantur libertinitatis et ingenuitatis causae: c. 2 § 1 C. 3. 3; c. 5 C. 3. 22; c. 40 C. 7. 16.

3) Cf. c. 2 C. 4. 20.

4) Ergo, *cui necessitas probandi de ingenuitate sua non incumbit* (l. 39 pr. D. 40. 12), is est, cui in quemve redditur praeiudicinm, an libertus sit.

5) L. 14 D. 22. 3.

6) L. 18 pr. D. 22. 3.

7) An libertus sit.

8) Id est: *praesumitur*, ut postea loqui coeperunt.

9) Totum locum sic restituo: *quotiens operae quasi a liberto petuntur, in praeiudicio* (quod necessario reddetur: l. 6 D. 40. 14) *possessor patronus (non) videtur* [probationes — non exiguntur]; *et ideo Iulianus scripsit* [licet — verum] *partibus actoris non libertum fungi debere sed eum qui se patronum esse contendit.*

10) L. 7 § 5 D. 40. 12. Cf. Lenel, *das* edictum (1907) § 180.

11) Servavit eam c. 21 C. 7. 16. Cf. praeterea l. 20 D. 22. 3; c. 15, c. 20 C. 4. 19.

12) Cf. Lenel, *das* edictum § 178.

13) § 13 Inst. IV 6.

14) IV 155.

15) c. 21 cit. (C. 7. 16).

16) Wlassak, *Ztschr. der Sav.-St.* XXVI (1905) p. 395¹: „*Nachteil*".

probare oporteat. Esset enim perquam absurdum, si quis exigere vellet ab actore plenam probationem („*vollständigen Nachweis*") omnium eorum, quibus omissis petitio stare non possit („*jener bestimmten Voraussetzungen.... unter (denen) jemand.... ein klagbares Recht.... hat*"), quod naturali rationi („*einem geradezu unausweichlichen und unbeugsamen Vernunftgesetz*") unice convenire, verbis veteris alicuius (Briegleb) credi iubet Schlossmann [1]). Futurum enim hoc modo, ut nemo de iure suo quidquam probare possit, iamdudum intellectum est [2]). Est igitur omnino actori pars quaedam eorum, quibus iuris eius probatio continetur, largienda, etsi absurdum („*vernünftigerweise undenkba(r)*") consequenter sibi id appellat Schlossmann [3]), rectiusque multo dicetur a parte actoris probationem inchoandam [4]), quam actori probationem incumbere, ut Romanorum exemplo definiri solet. Manet quaestio, quid quemque probare oporteat. In qua quaestione salvis legitimis, si quae sint [5]), praeceptis placet quibusdam *eius, quod neg(etur) factum*, rationem reddendam non esse [6]), aliis placet eius probationem remitti, *quod probatione non egeat* [7]), quandoquidem aut semper fiat aut *plerumque* [8]). Sunt denique [9]), qui statuunt actori probanda esse facta constituentia, reo impedientia vel perimentia. Ex quibus primum

---

1) *Altrömisches Schuldrecht* (1904) p. 12/3. Mira sententia est clarissimi Bar, *Recht und Beweis* (1867) p. 22: „*gegen die Richtigkeit (des) Satzes lässt sich gewiss Nichts einwenden*".

2) Cf. e. g. Bar, op. cit. p. 23/4.

3) L. l.

4) Endemann, *Civilprozessrecht* (1868) § 180 (p. 677/8): „*mit der Darlegung der Wahrheit oder Unwahrheit streitiger Thatsachen voranzugehen habe(n)*"; „*Initiative*", Hamaker, *Tdschr. v. Privaatrecht* VI (1906) p. 86: „*in de eerste plaats met bewijs bezwaard (zijn)*".

5) Errare eos, qui ex ordine vel genere orationis praecepta eliciant (e. g. Thalel. sch. 30 ad Bas. 17. 2), observat Fitting, *Grundlagen der Beweislast* (1888) p. 9, p. 50: „*die Fassung der Rechtssätze gibt hierüber für sich allein nicht stets einen zuverlässigen Aufschluss*".

6) Cic., Partit. orat. 30 § 104; cf. l. 2 D. 22. 3; c. 23 C. 4. 19. Audacter docet Endemann, *Civilprozessr.* (1868) § 180 II (p. 682/3) idem esse atque actori probationem incumbere.

7) Quinctil. V 10 § 11.

8) L. 9 (i. f.) D. 22. 3. Dernburg, *Pandekten* II (1892) § 21 (p. 60 ima): „*das Normale ist zu unterstellen*".

9) E. g. Windscheid (1891) § 133. 1 (ante notam 7).

utique — eius, quod negetur factum, rationem non esse reddendam — verum non est[1]); secundum verum quidem, sed, ut sunt innumerabilia, quae plerumque fiunt, infinitum; tertium, etsi numquam fallat [2]), totum est arbitrarium [3]). Quocirca placet quarta eorum sententia [4]), quibus videtur totum hoc pendere ex prudentia et benivolentia iudicis, totum ex bono et aequo descendere, generalis utique regula de hoc genere nulla dari posse [5]). Eo quippe rem deducunt, quos honoris causa nominabo, Bar [6]), inter nostrates, dum haec corrigo, magnae spei iuvenis M. L. Kan [7]), priores acutissimi vir ingenii Post [8]) atque ὁ καθ' ἡμᾶς [9]) ἐπὶ τὸ πρῶτον [10]) ἔργον χειροτονηθεὶς Tichelaar [11]), quibus imprudens, ut videtur, praeiverat Unger [12]). Ergo multum vidit, ut solet, Cuiacius, quum de quaestione, uter probare debeat, *nil pos(se)* doceat [13]) *absolute definir(i). Nam*, pergit, *pro actionis et exceptionis genere et condicione*

---

1) Windscheid (1891) § 133⁴: „*böses Missverstandniss*".

2) Nonnumquam fallere docet Endemann, *Civilprozessr.* (1868) § 180²⁶ (p. 683).

3) Cf. e. g. Bar, *Recht und Beweis* (1867) p. 22/3.

4) Non Hermanni Fitting, *Grundlagen der Beweislast* (1888), qui pro omnibus tribus contendit: (p. 20—39) negativa non esse probanda; (p. 39—60) facta constituentia probanda esse actori, impedientia vel perimentia reo; (p. 65—74) probanda non esse, quae plerumque fiant, ita scilicet ut prima regula cedat secundae (p. 60/1), utraque tertiae (p. 24 summa, 65 summa, 74 media).

5) Parum discrepat posterior Bernhardi sententia (l. l. ante notam 8): „*wie aber in Gemässheit der hier aufgestellten Regeln im einzelnen Fall das zu .... beweisende Material unter die Parteien zu verteilen sei,... das .... (kann) nur aus der besonderen Natur der (in) Frage stehenden Rechtsverhältnisse beantwortet werden*". Ergo regula proposita potest negligi tuto. Eodem redit doctrina Wilhelmi Endemann, *Civilprozessr.* (1868) § 180 III (p. 683): „*vernünftigerweise kann daher nur logisch-konkret, nimmermehr abstrakt-formell untersucht werden, ob eine (zu beweisende) Behauptung .... vorliegt*".

6) *Recht und Beweis* (1867) p. 21—29, p. 106/7. Postulat hic simul liberam instrumentorum causae aestimationem (p. 21: „*frei(e) Beweiswürdigung*").

7) *Bewijslast en bewijswaardeering*, Diss. Amst. 1921, maxime p. 97—100.

8) *De leer van den bewijslast.* Diss. Amst. 1893. Liberam instrumentorum causae aestimationem hic abominatur (p. 90).

9) Non etiam *καθ' ἡμῶν*. Etsi id quoque concoquendum nobis fuit, sed ab alio. Quem nunc cum ipso historico iuris studio bella gerere audio nullos habitura triumphos. 10) Ratione loci, ille alter ratione materiae.

11) *Rechtsgel. Magazijn* X (1891) p. 21—23; cf. id., *de beteekenis v. h. Rom. recht* (1894) p. 26: „*de verdeeling van den bewijslast.... is.... des rechters*".

12) Cf. Bar, op. cit. p. 24; Faure, *Procesrecht* IV 1 (1893) p. 23.

13) Paris. IX 275 B/C.

rei, de qua quaeritur, modo reus probat modo actor modo uterque. Ne illud quidem nunquam fallit, quod decantatum est: iuris probationem nullam exigi, sed facti. Nam iuris eatenus non exigitur probatio, quatenus id iudici cognitum est [1]), aut, quale sit, inquirit [2]); eadem factorum causa est, quae vel omnibus nota sunt [3]) vel iudici [4]), saltem ut iudici [5]), vel in quae, qualia sint, inquirit [6]) aut *oculis suis* [7]) aut artifice adhibito [8]) aut testibus evocatis [9]). Potest quoque citra probationem condemnari, si vir melior est qui petit [10]), aut si propter quamlibet rationem iureiurando stari, id est, iuranti vel non iurantem [11]) condemnari placuerit [12]). Aliud enim est iurare

---

1) Fatetur ipse Windscheid (1891) § 133².

2) Cf. Stein, *das private Wissen des Richters* (1893) p. 178/9.

3) Aesch. I § 44: *περὶ.... τῶν ὁμολογουμένων.... ἀναμνῆσαι.... μόνον προσήκει.* Hoc quoque verum esse fatetur ipse Windscheid (1891) § 133³. Cf. Stein, op. cit. p. 138—156.

4) Andoc. I § 37; Lys. XII § 61 (*ταῦτα δ' ἐπίστασθε μὲν καὶ αὐτοὶ καὶ οἶδ' ὅτι οὐ δεῖ μάρτυρας παρασχέσθαι*), § 84; Aesch. I § 78; Gl. ad l. 6 § 1 (v. *veritas*) D. 1. 18; ad l. 2 (v. *aspectu*) D. 2. 12; ad l. 8 § 1 (v. *subiectis*) D. 10. 1 (ubique *secundum Martinum*); Heusler, *Archiv f. d. civ. Praxis* 62 (1879) p. 270/1. Cf. Gell. XIV 2 § 14 (*quaeritur*).

5) Hactenus concedunt Ioannes et Accursius in glossis, quas laudavimus. Alioquin negant, negat Durantis, tit. *de Sententia* § 5 (qualiter) vs. 1, quique secuti sunt, plerique (Endemann, *Civilprozessr.* (1868) § 184 II). Cf. Stein, op. cit. p. 157—162 (*Gerichtskundigkeit*) et p. 1 (= Rich. Schmidt, *die aussergerichtl. Wahrnehmungen des Prozessrichters* (1892), quem non vidi).

6) Hoc quia hodie semper fit in iudiciis publicis, ideo in istis iudiciis accusatori probatio incumbere negatur: Lilienthal in *Birkmeyer's Encyclop.* (1904) p. 1271; Beling in *Holtzendorff's Encyclop.* II (1904) p. 371. Diversum futurum in iudicio vere accusatorio, docebat John in *Holtzendorffs Encyclop.* I (1873) p. 753/4.

7) L. 8 § 1 D. 10. 1, quam damnat Biondi, Iud. bon. fid. I (1920) p. 232³.

8) L. 3 § 4 D. 11. 6.

9) Symmach., Rel. 28 § 2, § 5. Heusler, *Archiv* cit. 62 p. 249: *„dann ist eben von keinem Beweise.... zu reden".* Per me tamen licet, quum praesertim multa sint communia (ibid. p. 250). Sed ne ipse quidem valde refragatur, quin esse fatetur (p. 300) *„eine reine.... Schulfrage,.... so lange nicht.... gefolgert wird".*

10) Cato ap. Gell. XIV 2 § 26 (*si ambo pares essent, sive boni sive mali essent,.... unde petitur, ei potius credendum esse*) ex interpretatione Favorini (ibid. § 21—23).

11) Potest enim iudex iusiurandum deferre reo (Pothier, *Oblig.* n° 924 (831). 1). Quin consentit Bethmann-Hollweg, *Civilproz.* § 109 (II p. 620), huic potius deferri solere.

12) L. 31 D. 12. 2.

aliud probare [1]): iusiurandum nudam solemnitatem continet, probatio per argumenta efficit, ut vera videatur intentio. Ergo *sacramentum non est probatio* [2]) *sed locum probationis obtinet* [3]), quin *probatio vocatur* [4]) velut a Triboniani domino [5]) et ab ipso Triboniano [6]), etiam, quod mireris, ab Andrea Heusler [7]).

CXVI.

De formularum origine [8]).

Fides haberi solet [9]) Gaio docenti [10]) *per lege(s).... sublata(s)* esse *legis actiones*, eo vel magis, quia concurrit Gellii testimonium [11]): *omn(em) illa(m) duodecim tabularum antiquita(tem) nisi in legis actionibus centumviralium causarum* [12]) *lege Aebutia lata* [13]) *consopita(m)*. Ex diverso secundariae eius sen-

---

1) L. 11 § 3, l. 12 D. 12. 2; Pap. Specim. Wesselyi (1900) 6 lin. 9; (13) 29 lin. 16 (*Archiv f. Papyrusf.* II p. 145 not. 2); *B G U* 1002, 15: ὅρκος ἢ ἐπίδειξις; *G U* (Hübner) 1002: *postquam probare non potestis nec iurare non audes* (similiter habet *G U* 1193); Obertus II Feud. 2 § 1, quem laudat Schroeder, *Rechtsgesch.* (1907) § 37[29] (p. 374).

2) Petrus, Except. IV 41.

3) Summa Cod. Trec. IV 1 § 1.

4) Quaest. de iuris subtil. 20 § 1 (i. f.).

5) c. 12 pr. C. 4. 1.

6) L. 35 pr. D. 12. 2: *omnibus probationibus aliis deficientibus* (Steph. sch. 1 ad Bas. 22. 5. 35: τοῦτο σήμερον προσετέθη). Dictum Mnemos. 42 (1914) p. 184[5] (fasciculus prodiit eius anni quarto mense), ne quis putet me furtim Teutonica scrinia compilare.

7) *Archiv f. d. civ. Praxis* 62 (1879) p. 225. Ipse tamen fatetur meram esse solemnitatem nec efficere posse, ut vera videatur intentio („*er.... giebt nur der.... Behauptung.... eine die Ueberzeugung des Richters formell* (i. e., fictionis quodam genere) *erzwingende Kraft*"). Excipit praeterea (p. 299/300) id iusiurandum, de quo hic agimus („*den Notheid*").

8) Semel prodiit in: *Tijdschrift voor rechtsgeschiedenis* I.

9) Cf. inprimis Wlassak, *Prozessgesetze* I (1888) p. 65/6: „*meines Wissens liegt keinerlei Grund vor, die Richtigkeit dieser Angabe zu bezweifeln*". Scribebat quidem eodem tempore Sohm, *Institutionen* (1888) p. 150: „*kein Zweifel, dass der alte Legisactionenprozess nicht aufgehoben wurde*".

10) IV § 30.

11) XVI 10 § 8.

12) Addit Gaius (IV § 31) *damni infecti* causam.

13) Iungit Gaius (IV § 30) *duas Iulias*.

tentiae: eisdem legibus *effectum* [1]), ... *ut* .... *per formulas litig(e)mus* nemo fere hodie vult obtemperare [2]) aut ideo, quod non videatur sine formula apud iudicem constare posse, quid proprie in iudicium venire oporteat [3]), aut, quae sententia plures habet sectatores, propterea, quod peregrinos diu ante legem Aebutiam petere potuisse constat [4]), quorum videtur [5]) sacramentum iustum pronuntiari non potuisse [6]). Nam hoc disertis verbis docet orator in causa Caecinae [7]) et remota peregrinitate iam posse lege agi [8]); constat praeterea in iure cessionem, quae legis actionem imitatur [9]), propriam fuisse

---

1) Prudenter observat Bethmann-Hollweg, *Civilprozess* § 55[7] (II p. 6), non hoc dicere Gaium: formulas esse lege *introductas*, verba eius hanc quoque admittere interpretationem: abrogatis legis actionibus formulas *in vacuum venisse*. Etsi disputat contra Wlassak, *Prozessgesetze* I p. 159 sqq., cui praeivit Eisele, *mater. Grundlage der* exceptio (1871) p. 32, p. 166/7. Rursus verum invenit Jörs, *röm. Rechtswissenschaft* I (1888) p. 176.

2) Sohm, *Institutionen* (1888) p. 150[5]: „*dass die* formula *durch die* lex Aebutia *nicht erst eingeführt, sondern bereits zur Zeit der Legisaktionen aufgekommen ist, kann gegenwärtig als allgemein angenommen gelten*".

3) Hoc argumento pugnat Huvelin, *Mélanges Girardin* (1907) p. 334: „*il est .... évident qu'on ne peut se reposer sur les seules parties du soin de faire connaître au juge sa mission* etc." Quorsum igitur prisca litis contestatio (Keller, *Litiscontestation und Urtheil* § 1)?

4) Tab. III 7. Cf. Mommsen, ad legem de scribis (1843) p, 19/20 (*Ges. Schr.* III p. 464).

5) Etiam Ludovico Mitteis, *Privatrecht* I (1908) p. 124[45].

6) Excipit Schmidt, *Ztschr. der Sav.-St.* IX (1888) p. 142/3, Latinos et item Eisele, *Abhandl.* (1889) p. 69/70, foederatos. Neutri sententiae valde se repugnaturum edixerat Karlowa, *Legisactionen* (1872) p. 345[1]. Plane, quam pro se laudat Schmidt, legem Lucerinam (Bruns, font. (1909) n⁰ 104*a*) nullius in hanc rem esse momenti ipse demonstrat (p. 142: „*es handelt sich nicht um einen Process... mit* cives Romani") et Wlassak, *Ztschr.* cit. XXVIII p. 121/2.

7) 33 § 97 (Wlassak, *Prozessgesetze* II (1891) p. 186/7). Refragatur verbo tenus Desserteaux (*Mél. Gérardin* (1907) p. 185/7), adimit certe peregrinis ipse quoque omnem legis actionem, quae habeat verba „*ex iure Quiritium*" (p. 187 ima: „*pérégrine elle ne pourra pas prouver qu'elle est* libera ex iure Q."; cf. Schmidt, *Ztschr.* cit. IX (1888) p. 138 lin. 18/9).

8) Adnotat Girard, *Hist. de l'organ. judic.* I (1901) p. 216[1]: „*cela ne prouve pas que les pérégrins n'aient jamais la* legis actio, *mais cela prouve qu'ils ne l'ont pas toujours*", quod pergit exsequi *Ztschr.* cit. XXIX (1908) p. 120 not. (*Mélanges* I (1912) p. 119/20).

9) Negare coepit quidem Wlassak, *Ztschr.* cit. XXVI (1905) p. 403[1]; XXVIII (1907) p. 76 sqq., 83 sqq., sed repugnat hactenus Mitteis, *Privatrecht* I (1908) p. 276[24].

civium Romanorum [1]. Ne illud quidem obstat, quod legi videtur apud Gaium [2]: apud *praetorem... peregrinum* lege agi posse; etenim quis dubitat, quin sit apud magistratum populi Romani legis actio [3]? Sed non est nisi inter solos cives Romanos: apud Gaium [4] utique eius condicionis litigatorem intelligendum satis hic demonstrat, quum doceat post sacramentum eundum *ad Centumviros* [5]. Excipienda quidem est repetundarum actionis causa ex legibus Calpurnia et Iunia [6], quibus licet quis dixerit [7] *actorem* esse datum civem Romanum, qui pro peregrinis lege ageret [8], ipsam difficultatem non tollet. Manebit enim vel sic pro peregrino lege actum [9]. Praeterea videtur nulla esse causa, quidni peregrini lege agere potuerint, de quibus speciebus postea formula in ius concepta sine fictione civitatis in eorum persona tenuit, veluti *si a re in personam fiat nomen transscriptitium* [10], si verbis fiat obligatio praeterquam *dari spondes? spondeo* [11], consensuve [12]; etenim, si recte habet formula: *si paret Dioni Hermaei filio dari oportere*, cur minus recte intendat Dio: *aio mihi dari oportere* [13]? Restant ea, de quibus a peregrino lege agi non potest veluti de libertate vel de proprietate, agi

1) Hoc argumento pugnant Karlowa, *Legisactionen* (1872) p. 345[1]; Wach apud Kellerum, *Civilproz.* (1883) not. 192 (pag. 56/7); Schmidt, *Ztschr.* cit. IX (1888) p. 138/9.
2) IV § 31.
3) Gai. II § 24.
4) IV § 31.
5) Cf. Wlassak, *Prozessges.* I (1888) p. 204/5. Quo praeterea pugnat argumento Bachofen, de Rom. iudiciis (1840) p. 43, id quia refellit ipse Gaius I § 193, nos eo abstinemns.
6) L. repet. inscr. lin. 23. Cf. Pernice, Lab. III p. 233: *„es ist kaum möglich die Lücke anders... auszufüllen"*.
7) Dixit Klenze, fragm. legis Serv. p. XII. Cf. quoque Schmidt, *Ztschr. der Sav.-St.* IX (1888) p. 139; Wlassak, *Prozessges.* II (1891) p. 186; Girard, *Ztschr.* cit. XIV (1893) p. 44[3] (= *Mélanges* I (1912), p. 104 not 2).
8) Cf. Cic., Accus. I 4 § 11, § 12; 20 § 65 (*legis iudiciique actorem*).
9) Mitteis, *Privatrecht* I (1908) p. 52[30]: *„ausnahmsweise"*. Ita nos quoque definivimus.
10) Gai. III § 133.
11) Gai III § 93.
12) Hic non est vetus testimonium sed longe pretiosius Mauritii Wlassak, *Prozessges.* II (1891) p. 148 not. 18 (i. f.). Superest quaestio, utrum ex eiusmodi contractu lege agi potuerit.
13) Causam vidit Arangio-Ruiz, *le formule con* demonstratio (1912) p. 49, sed non expressit.

tentiae: eisdem [illegible] *effectum* 1), ... *ut* .... *per formulas litig(e)mus* nemo [illegible] vult obte[illegible] 2) aut ideo, quod non videatur si[illegible] apud iu[illegible] stare posse, quid proprie in iud[illegible] oporte[illegible] quae sententia plures habet se[illegible] pterea, [illegible] grinos diu ante legem Aebutiam [illegible] uisse co[illegible] orum videtur 5) [illegible] ramentum ius[illegible] ntiari n[illegible] 6). Nam hoc [illegible] tis verbis d[illegible] in caus[illegible] 7) et rem[illegible] rinitate iam [illegible] agi 8); [illegible] eterea in [illegible] em, quae [illegible] m imi[illegible] priam [illegible]

[illegible] ter observa[illegible] eg, *Ci*[illegible] (II p. 6[illegible] [illegible] nium: form[illegible] *troduc*[illegible] anc quoq[illegible] [illegible] tationem: [illegible] tion[illegible] *vacuum* [illegible] tra Wla[illegible] I [illegible] praeivit [illegible] *der* ex[illegible] verum [illegible] *ssenscha*[illegible] [illegible] *nen* ([illegible] *h die* [illegible] tia[illegible] *so*[illegible] *a*[illegible] *ist*, [illegible]

3) [illegible] *est* ... [illegible] *connait*[illegible] *iscont*[illegible] Tab. [illegible]

[illegible] q[illegible] 18[illegible] cf. [illegible]

8) [illegible] *pas qu*[illegible] *pas touj*[illegible] *langes* I (1[illegible]

9) Negare [illegible] (1907) p. 76 sq[illegible] p. 276[24].

civium Romanorum [1]). Ne illud quidem obstat, quod legi videtur apud Gaium [2]): apud *praetorem... peregrinum* lege agi posse; etenim quis dubitat, quin sit apud magistratum populi Romani legis actio [3])? Sed non est nisi inter solos cives Romanos: apud Gaium [4]) utique eius condicionis litigatorem intelligendum satis hic demonstrat, quum doceat post sacramentum eundum *ad Centumviros* [5]). Excipienda quidem est repetundarum actionis causa ex legibus Calpurnia et Iunia [6]), quibus licet quis dixerit [7]) *actorem* esse datum civem Romanum, qui pro peregrinis lege ageret [8]), ipsam difficultatem non llet. Manebit enim vel sic pro peregrino lege actum [9]). Praeea videtur nulla esse causa, quidni peregrini lege agere uerint, de quibus speciebus postea formula in ius concepta fictione civitatis in eorum persona tenuit, veluti *si a re in onam fiat nomen transscriptitium* [10]), si verbis fiat obligatio terquam *dari spondes? spondeo* [11]), consensuve [12]); m, si recte habet formula: *si paret Dioni Hermaei o dari oportere*, cur minus recte intendat Dio: *aio i dari oportere* [13])? Restant ea, de quibus a peregrino agi non potest veluti de libertate vel de proprietate, agi

---

Hoc argumento pugnant Karlowa, *Legisactionen* (1872) p. 345¹; Wach apud rum, *Civilproz.* (1883) not. 192 (pag. 56/7); Schmidt, *Ztschr.* cit. IX (1888) 8/9. 2) IV § 31.
Gai. II § 24. 4) IV § 31.
Cf. Wlassak, *Prozessges.* I (1888) p. 204/5. Quo praeterea pugnat argu- Bachofen, de Rom. iudiciis (1840) p. 43, id quia refellit ipse Gaius I § os eo abstinemns.
repet. inscr. lin. 23. Cf. Pernicc, Lab. III p. 233: *„es ist kaum mö- Lücke anders... auszufüllen"*.
it Klenze, fragm. legis Serv. p. XII. Cf. quoque Schmidt, *Ztschr. der* (1888) p. 139; Wlassak, *Prozessges.* II (1891) p. 186; Girard, XIV (1893) p. 44³ (= *Mélanges* I (1912), p. 104 not 2).
c., Accus. I 4 § 11, § 12; 20 § 65 (*legis iudiciique actorem*).
Privatrecht I (1908) p. 52³⁰: *„ausnahmsweise"*. Ita nos quoque

§ 133. 11) Gai III § 93.
est vetus testimonium sed longe pretiosius Mauritii Wlassak, *Pro-*) p. 148 not. 18 (i. f.). Superest quaestio, utrum ex eiusmodi potuerit.
Arangio-Ruiz, *le formule con* demonstratio (1912) p. 49,

tamen potest, veluti de proprietate [1]. Quamobrem plerique coniciunt [2] peregrinorum in usum formulas introductas esse diu ante legem Aebutiam et eas in factum conceptas [3]; quo concesso requirunt [4], ecqua causa praetorem cohibere potuerit, quominus inter cives perinde formulam daret sive consentientes sive novis exorientibus negotiis, de quibus nullae essent legis actiones proditae velut incerti stipulationibus, emptionibus venditionibus, locationibus conductionibus, societatibus, mandatis [5]. Qui quum contendunt peregrinos ante legem Aebutiam non per legis actiones nisi in causis exceptis sed per formulas litigavisse, aut non satis animadvertunt tertium dari: nullis conceptis verbis [6] horum iudicia obstricta fuisse [7], aut inique flagitant indicium aliquod [8], ipsi quum ad libidinem iuris Romani memoriam a fundamentis renovent docendo non formulas sed iudicia legitima legis actionibus successisse. Quibus tunc corpus suum obiecit Mommsen [9], mihi vero nunc necessitas de formularum origine cum istis consistendi nulla [10],

---

1) Tab. III 7. De libertate idem esse („*wie... Eigenthum, so... Freiheit*") probabiliter docet sine teste Mommsen, *Ges. Schr.* III p. 10.

2) Nomina dabit Girard, *Hist. de l'organis. judic.* I (1901) p. 216². Add. Bachofen, de Rom. iudiciis (1840) p. 117 (ia. p. 49).

3) Wlassak, *Prozessges.* II p. 302 ima: „*wenn nicht durchaus doch überwiegend*"; I p. 76: „*durch die Ausdehnung des Formularverfahrens vor dem Stadtpraetor durften dann neben den honorarischen die civilen* iudicia *entstanden sein*". Adstipulatur Mitteis, *Privatr.* I (1908) p. 50/1. Ex diverso Arangio-Ruiz, *le form. con* demonstr. (1912) p. 69—72, fuisse putat formulas cum demonstratione.

4) Veluti Jörs, *röm. Rechtswiss.* I (1888) p. 179/80; Wlassak, *Prozessges.* II (1891) p. 303 sqq.; Cuq, *Instit. jurid.* I (1904) p. 286⁶; Mitteis, *Privatr.* I (1908) p. 46 sqq. Ex diverso docet Lenel, *Ztschr.* cit. XXX (1909) p. 339—354, novas legis actiones permittendo praetorem subvenisse.

5) Nullas fuisse in eo genere legis actiones proditas, suspicatur Wlassak, *Prozessges.* II (1891) p. 303 not. 10 (i. f.), valde certus est Mitteis, *Privatrecht* I (1908) p. 50. Quippe quibus *incertum* petendum fuisset. Rebellat Arangio-Ruiz, *le form. con* demonst. (1912) p. 55¹: „*non so vederne la ragione*".

6) *Concepta verba* ět legis actionum sunt ět formularum.

7) Permiscet haec Schmidt, *Ztschr.* etc. IX (1888) p. 137/8.

8) Wlassak, *Prozessges.* II p. 302: „*keine Spur einer dritten Prozessart (ist) erhalten*", postquam docuerat ipse (II p. 216 summa) inter peregrinos „*zunächst ohne Schriftformel*" certari solitum. Forte fortuna exstat vestigium: pro Mur. 11 § 25.

9) *Ztschr. der Sav.-St.* XII p. 278. Cf. praeterea nostra Obs. LXIV.

10) Constitit Girard, *Ztschr.* cit. XIV p. 15² (= *Mélanges* I p. 71 not. 2).

quia non secundariam tueri, sed principalem Gai sententiam convellere propositum est, quod mihi praestat ipse Gaius, quum doceat [1]) formulas dari solitas *ad legis action(is fictio)nem expr(essas)* [2]), hoc, opinor, exemplo: „si A. Agerius cum N. Negidio sacramento egisset hominem Stichum suum esse ex iure Quiritium [3]), tum si eius sacramentum iustum iudicari oporteret neque is homo arbitratu tuo a N. Negidio A. Agerio restituetur, quanti is homo erit, tanti condemna etc." Quid enim interest, talem praetor formulam det an legis actionem abroget? Consequens est non legibus sed iurisdictione legis actiones concidisse [4]). Ergo non dignus fide Gaius? Certe nec dignior nec minus dignus, quam Eusebius Laurière. Atqui ne hunc quidem sequimur, ubi docet [5]) lege Salica ab hereditate regni exclusas feminas et earum prolem. Quando igitur sequendi non sunt? Quum adversus consentientem famam [6]) hiscere non audent. Et illum quidem refellit textus legis, hunc ipsius tractatus de formulis ad legis actionis fictionem expressis. Nam, quod excogitavit Dernburg [7]): in quibusdam speciebus [8])

---

1) Gai. IV § 10 (quam emendavit Batavus, d'Ablaing).

2) Non legis actionem („*die Prozessform*"), sed intentionem („*die Klagbehauptung*") in fictionem deduci, doctrina est Adolphi Wach apud Kellerum, *Civilproz.* (1883) not. 247*a* (p. 96), quae sententia non convenit cum unico certo exemplo, quod habemus (Gai. IV § 32: *si pignus captum esset*).

3) Ad sententiam Adolphi Wach requiritur fictio talis: „si A. Agerius hominem Stichum ex iure Q. suum esse in iure a N. Negidio vindicasset". Interest quod ea non remittitur ipsum sacramentum.

4) Post legis actiones sublatas fictione opus non fuisse, quum fingi soleant abroganda, non abrogata, vidit quum Bethmann-Hollweg, *Civilproz.* § 96 ante notam 3 (II p. 305) tum Baron, *Abhandl.* I (1881) p. 213 („*erhielt der Magistrat (durch Gesetze) das Recht der Formelconception*", quod factum putat („*der Formularprozess (ist) durch Gesetze eingeführt worden*"), „*so bedurfte es nicht der Fiction*"). Sed hic nihil, ille ulterius nihil inde deducit, nisi, „*dass diese also die aeltesten* fictitiae actiones [des praetorischen Rechtes] *sind*".

5) Loysel, *Instit. coutum.* (ed. 1846) n⁰ 325 (pag. 329 lin. 15/6).

6) De consentiente fama, qua deceptus Laurière, cf. Hallam, *State of Europe* I (Paris. 1840) p. 32/3; qua deceptus Gaius: Gell. XVI 10 § 8.

7) *Krit. Ztschr.* I (1853) p. 471.

8) „*Wenn dem Kläger durch eine* lex *kein abstrakter Anspruch sondern nur das Recht zur Vornahme einer* legis actio *zugetheilt war. So hatte der* sponsor *zunächst nur die* manus iniectio *wegen des depensums, der* publicanus... *die* pignoris capio *gegen den Steuerpflichtigen*". De pignoris capione valde contendit Wlassak, *Prozessges.* I (1888) p. 250 sqq.; de manus iniectione dubitat (ibid. p. 251 not. 22).

difficile visum esse, legis actionis materiem et substantiam nulla fictione adhibita transfundere, id propterea non tenet, quia non tantum, quod ipsius doctrina postulat, legis actiones per manus iniectionem vel per pignoris capionem sed ceterae quoque praeter condictionem [1]) fictione adhibita transfusae sunt. Consequens est praeterea has formulas ad legis actionis fictionem expressas inter antiquissimas esse referendas [2]), vincentibus quidem, quibus pecunia vel certa res debita petatur, quas eo tempore introductas, quo ceterae adhuc lites per legis actionem ordinarentur, sane est verisimile. *De eo* enim, *quod nobis dari oportet*, quum aut poterat *sacramento* agi aut *per iudicis* nudam *postulationem*, tertius quidam agendi modus introductus est [3]), qui aut fuerit oportet formula, „*si paret dari oportere*", aut omnino libera nec ullis conceptis verbis constricta intentio. Nam, quum agitur de eo quod dari oportet, res nullo modo ordinari potest, nisi aut actor dicat „*aio mihi dari oportere*" aut magistratus dicat „*si paret dari oportere*" aut omnino libera peragatur intentio. Porro, si dixisset actor [4]): „*aio mihi dari oportere*" cetera aut sacramento expedienda fuerunt aut sine sacramento, id est, per iudicis arbitrive nudam postulationem; itaque restat aut formula aut omnino libera intentio, si quidem fuit tertius agendi modus, qua de re dubitari non potest. Formulam fuisse arbitratus est Keller [5]) de certa utique re, nam de certa pecunia actum putat per sponsionem et restipulationem tertiae partis. Quem hactenus refutavit Eisele [6]) hoc argumento, quod

---

1) Gai. IV § 33. Cf. Keller, *Civilproz.* not. 298 (p. 122).

2) Referendas vidit Keller, *Civilproz.* § 25 (post notam 298): „*(die) Figur (muss) doch gerade zu den Anfängen der Formelbildung mit gehören*".

3) Gai. IV § 20.

4) Dixisse putat Karlowa, *Legisactionen* (1872) p. 232.

5) *Civilproz.* § 18 (post notam 243). Quidquid in contrarium disputavit Krüger, *process. Consumption* (1864) § 3 (p. 12/3), id feliciter refutavit Eisele, *mater. Grundlage der* exceptio (1871) p. 165/7. Sed, quo pugnat ipse (op. cit. p. 154—160): quod legis actio per condictionem tollat obligationem (Gai. IV § 108) et quod idem contingat legitimo iudicio per condictionis formulam (Gai. IV § 107), ideo fieri, quia legitimum iudicium per condictionis formulam substantiam intuentibus („*im Wesentlichen*") sit legis actio per condictionem versaque vice, id Sextus Aelius ut fuerit probaturus metuo.

6) *Die mater. Grundl. der* exeeptio (1871) p. 167—170. Ex diverso Kellerum per omnia sequitur Bethmann-Hollweg, *Civilprozess* § 44 post notam 17 (I p. 153/5).

sponsione facta superest sponsionis summae, id est, certae pecuniae petitio et quaeritur agendi modus [1]). Quocirca sumit ipse èt de certa pecunia èt de certa re debita ante legem Aebutiam per formulam agi coepisse. Quod mihi quoque probabilius videtur quam per omnino liberam intentionem, etsi dubitari posse concedo. Ergo *per legem Siliam et Calpurniam* [2]) introducta proprie videtur formula [3]), quod potuit ignorare Gaius, si liber Aelianus non continebat nisi verba solemnia litigatorum. Potuit, inquam, pro legis actione habere ipsam *condictionem*, id est, denuntiationem, quae fiebat adversario [4]), *ut ad iudicem capiendum die trigesimo adesset* [5]). Quod ideo sanciendum fuit, ne scilicet occasione formulae periret reo legis Pinariae beneficium, qua cautum, ut post dies triginta daretur iudex quam postulatus esset [6]), quod erat etiam in lege Siculorum Rupilia [7]). Sic intelligitur, cur *ad condictionis fictionem (nulla formula) exprim(a)tur* [8]); sufficiebat scilicet *condictionem* aut lege abrogari [9]) aut desuetudine obliterari, ut superesset formula [10]). Intelligitur praeterea, quae res sollicitum habebat Gaium [11]), *(quare) haec actio desiderata sit*, id est, propter eandem causam, quapropter *omnes* legis actiones in odium venerant. Erat autem causa non ea, quam putat Gaius [12]): quod *nimia subtilitate veterum, qui tunc iura con-*

---

1) Cf. praeterea Krüger, *process. Consumption* (1864) § 3 (p. 12/3).

2) Gai. IV § 19.

3) Res valde displicet Mauritio Wlassak, *Processges.* 1 (1888) p. 164[11].

4) In iure, arbitror, etsi res controversa est. Cf. Wach apud Kellerum not. 242 (p. 91); Bethmann-Hollweg, *Civilproz.* § 44 post notam 9 (I p. 151/2); Karlowa, *Legisactionen* (1872) p. 231/2.

5) Gai. IV § 18.

6) Gai. IV § 15. Formulae dationem et iudicis non utique coniunctam esse, vidit Lenel, *Ztschr. der Sav.-St.* XXIV (1903) p. 337/8. Cf. Wenger, ibid. XXVI p. 529.

7) Accus. IV 15 § 37. 8) Gai. IV § 33.

9) Putant quidam (cf. Wlassak, *Prozessges.* I p. 129) legis actionem per condictionem et eam solam per legem Aebutiam esse sublatam. Propius verum hanc legis actionem solam perduravisse totam. Plane nihil obstat, quominus *condictio*, id est, denuntiatio lege Aebutia sublata sit, quum cetera legis actionum adminicula cum ipsis legis actionibus sublata sint, necesse sit, iurisdictione, ut praediximus.

10) Hoc magis sensit quam expressit Keller, *Civilproz.* § 18 post notam 247. Res mira („*schwer erklärbar*") videtur Adolpho Wach not. 247*a*.

11) IV § 20. 12) IV § 30.

diderunt, eo res perducta est, ut vel qui minimum errasset litem perderet, nam, quia iidem gratis praeibant, non poterat quisquam errando litem perdere, nisi stulte eorum consilia qui sprevisset. Venerunt quidem legis actiones *in odium*, non tamen plebis sed praetorum, qui crescentibus in dies negotiis detenti bonas horas istis naeniis consumere gravabantur, proinde omnia moliti esse taedii finiendi causa credendi sunt. Qui initio ad populum tulerunt leges vel ferendas curaverunt, deinde suo marte fictionibus se expediverunt, quam eandem ob causam *institutum est contra duodecim tabulas tacito consensu, ut litigantes non in iure apud praetorem manum consererent, sed ex iure manum consertum vocarent* [1]). Summa haec est: condictionum formulas fortasse lege, reliquas omnes [2]) a praetore ultro introductas esse [3]), non ut is consequeretur novam [4]) supplendi vel etiam corrigendi iuris civilis potestatem [5]), sed negotia celerius commodiusque dumtaxat conficiendi causa, proinde hanc fuisse formularum originem et inter cives Romanos [6]). Potestas secuta est inventis *(non) ex lege* [7]) in factum actionibus [8]) et *alterius*

1) Gell. XX 10 § 9.

2) Quod scribit Gaius IV § 11: *complures* actiones a praetore introductas esse, id non pertinet ad verborum conceptiones, quas formulas appellamus, sed ad iura persequendi sive exigendi (cf. IV § 112).

3) Itaque non est „*irrig*" (Eisele, *mater. Grundl. der* exceptio p. 32 not. 25*a*) sed potius *richtig* „*zu sagen die* formulae *entstammen dem praetorischen Recht* (*z. B.* Mayer, Comment. ad Gaium p. 47)".

4) Novam fuisse concedunt Puchta, *Cursus der Institutionen* § 80. 3; Sohm, *Institutionen* (1888) § 37. 7—9. Disputant contra Jörs, *röm. Rechtswiss.* I (1888) p. 168/9; Wlassak, *Prozessges.* II (1891) p. 351/3, qui quidem ipse se refellit (II p. 124, 126) sed fert auxilium ei Lenel, *Ztschr. der Sav.-St.* XXX (1909) p. 329 sqq.

5) Hoc observavit recte Demelius, *Grünhut's Ztschr.* XI p. 734.

6) Putat quidem Pernice, Lab. III p. 233/4, lege Silia datam esse condictionis actionem peregrino, multo vero magis lege Calpurnia, quam esse putat Calpurniam repetundarum.

7) Gai. IV § 109. Rebellat Eisele, *mater. Grundl. der* exceptio (1871) p. 32: „*die hieraus sich ergebende Macht des Praetors muss auf einem Gesetze beruht haben*". Quem refellit exemplum cancellarii apud Anglos.

8) In factum actiones aliquanto post in ius conceptas inventas esse, sententia Demelii, *Grünhut's Ztschr.* XI p. 733, est et vera. Contrarium docere coguntur, quibus videatur a iurisdictione inter peregrinos res descendere nec peregrino formula in ius concepta convenire. Quorum sunt Wlassak, *Prozessges.* II p. 310 ima; I p. 76; Mitteis, *Privatr.* I p. 50/1.

generis fictitiis et exceptionibus [1]), quibus cogi posset iudex, ut res postulabat, timidus et verecundus [2]), contra ius civile absolvere vel condemnare. Qui praetoribus dicto audiens esse in castris manipularis vel centurio mature didicerat, ibidem praetor legatus legionis vel tribunus iudicem despicere [3]) et calcare; accedebat, quod vitio legis iudiciariae iudicibus plerumque solis vel paucis, cum praetura, quae dedisset, confligendum erat, quocirca mirari non debemus, cur Decemviri [4]) Centumvirique [5]) dumtaxat numquam iugo colla submiserint fiduciam faciente quum numero tum quod non essent a praetore dati. Addit Jörs [6]) populum [7]) passurum non fuisse; equidem reor, ne conaturum quidem fuisse praetorem ad hos iudices formulam dare, a quibus repulsam timere deberet, quum praesertim sine ullo periculo causam pertinentem lege [8]) ad Centumviros posset ad privatum iudicem et obnoxium sibi transferre. Sequitur, quando formulae pro legis actionibus in usum venerint, qui tractatus nobis non est coniunctus cum disputatione de tempore legis Aebutiae, quandoquidem constare videtur lege neque abrogatas legis actiones neque introductas formulas. Est novissimum de ea re testimonium Ciceronis anno 70 *ius praetorium* iam diu *constitutum* [9]), quod sine formulis ne cogitari quidem potest. Apertius etiam anno 76: *sunt for-*

---

1) Exceptiones post formulas inventas docet Gaius IV § 108. Ex diverso interdicta omnibus formulis antiquiora esse, communis est persuasio (Mitteis, *Privatr.* I (1908) p. 49: „*unbestritten*") et mea.

2) De timiditate iudicis est classicus testis Gaius III § 224 (i. f.). Pauci fuerint oportet Galli Aquilii, quibus ad resistendum (pro P. Quinctio 9 § 33) quum doctrina tum ingenium tum divitiae animum facerent. Sed erant senatores *κριταὶ τῶν πλείστων*. Scilicet *ὅσα μέγεθος ἔχ(ο)ι* (Polyb. VI 17 § 7).

3) Arrogantiae certum indicium, quod in interdicto *unde vi* nobilis magistratus nobili cum praedone precative loquitur („*restituas*"), idem cum iudice numquam.

4) Pro Caec. 33 § 97.

5) Gai. IV § 31.

6) *Röm. Rechtwiss.* (1888) p. 183.

7) „*(Die) öffentlich(e) Meinung*".

8) Cic. de lege agr. II 17 § 44: *vos volu(istis) de privatis hereditatibus Centumviros iudicare.* Hoc postea coarctatum ad inofficiosi querelam fortasse lege Iulia, dictum est cap. harum observ. LXXVII.

9) Accus. III 44 § 114.

mulae de omnibus [1]) *rebus constitutae, ne quis aut in genere iniuriae aut in ratione actionis errare possit. Expressae sunt enim ex uniuscuiusque damno dolore incommodo calamitate iniuria publicae a praetore formulae, ad quas privata lis accommodatur* [2]). Decennio ante (anno 86) scripserat: *in iure... et exceptiones postulantur.... et omnis conceptio privatorum iudiciorum constituitur* [3]), quorum neutrum convenit legis actionibus, utrumque formulis. Itaque, sicut Gaius, ita Cicero vidit quidem legis actiones, sed praeterquam *in hereditatem* [4]) et *in libertatem* [5]) nisi in libris fortasse numquam [6]), quia in reliquis causis ipso adolescente loco iam cesserant formulis [7]). Quocirca fide dignus videtur, ubi inducit [8]) Crassum oratorem anno 91 de *vet(ere) atque usitata exceptio(ne) cuius pecuniae dies fuisset* disputantem, cui quidem exceptioni locus nusquam est, nisi in formulis quibus *incertum petimus* [9]). Quibus vetustior certae pecuniae formula, quod vidit Bruns [10]), com-

1) Quae quidem frequenter accidere soleant. De iis enim rebus, quae raro accidunt, non semper sunt *iudici(a) prodit(a)* (l. 1 pr. D. 19. 5). Quod observat recte Schott, *das Gewähren des Rechtsschutzes* (1903) p. 47.

2) Pro Q. Roscio 8 § 24.

3) De invent. II 19 § 58.

4) Accus. III 45 § 115; de Orat. I 38 § 175.

5) De domo 29 § 78. Cf. pro Caec. 33 § 97.

6) Veluti debet ex libris hausisse totam materiem atque substantiam orationis pro Murena; indidem potest cognovisse actionem *ope consilioque tuo furtum aio factum esse* (de Nat. deor. III 30 § 74). Praeterea *lege* agendi vocabulum saepe usurpat de quolibet agendi genere (Accus. I 5 § 19; IV 16 § 39; pro Mur. 11 § 25), quod fecisse videtur (Kübler, *Ztsch. der Sav.-St.* XXX p. 427: potest) etiam de Orat. I 36 § 167. Sed, etsi non fecit, nihil ad rem, quia res acta fingitur ante Hypsaeum consulem (§ 166), id est, viginti minimum annis ante Tullium natum. (Rem valde amplificat Wlassak, *Prozessgesetze* I (1888) § 9).

7) Nonne igitur legis actio per manus iniectionem perseverat lege Ursonensi (c. 61)? Primum nescio, quia interest inter manus iniectionem et legis actionem per manus iniectionem sicut inter pignoris capionem et legis actionem per pignoris capionem (Wlassak, *Prozessges.* I p. 255, qui convertit: „*wie bei der* manus iniectio, *so auch bei der* pignoris capio") et inter sacramentum et legis actionem per sacramentum (Wlassak, op. cit. II p. 188 summa). Deinde videtur lex ad publicam dumtaxat coloniae causam pertinere (Wlassak, op. I p. 92).

8) De Orat. I 37 § 168.

9) Gai. IV § 131 (i. f.).

10) *Kl. Schr.* I p. 336. Cf. Girard, *Ztschr. der Sav.-St.* XXIX (1908) p. 153 (= *Mélanges* I (1912) p. 152).

paret in lege Latina tabulae Bantinae [1] (lin. 9/10: *praetor recuperatores... dato iubetoque eum, sei ita pariat, condemnari*), quam legem adscribunt harum rerum periti [2] propter scripturae genus temporibus fere Gracchorum; ulterius demonstrare conatus sum [3] esse Aciliae legis repetundarum particulam, proinde latam ante Chr. anno 123 vel 122. Fuit hoc diu litis formulariae monumentum antiquissimum; esse desiit, postquam aliquanto vetustius [4] testimonium [5] inter senatusconsulta demonstravit Partsch [6], sed quod non pertineat ad cives Romanos. Quamobrem nondum iacet [7] Girard, cuius est opinio [8] post annum ante Chr. 149 legis actiones abrogari coepisse, hoc argumento, quod legis actiones profecto non ante abrogari coeperunt quam introduci desierunt. Esse autem introductam de pecuniis repetundis legis actionem sacramento lege Calpurnia ante Chr. 149 vel certe lege Iunia inter 149 et 123 constat [9]. Sed hoc argumentum obtinebit, si fuit lege Calpurnia iudicium privatum; alioquin, si publicum fuit [10], eandem ob causam hic legis actionem introductam esse dicemus [11],

---

1) Bruus, font. (1909) n⁰ 9.

2) Mommsen et Ritschl, quorum sententias exscripsit Maschke, *zur Theorie und Gesch. der röm. Agrarges.* (1906) p. 84.

3) *Verslagen en mededeelingen (Amsterdam)* 4 X (1909) p. 104 sqq.

4) Inter annos 190—160, si verum vidit Partsch, *die Schriftformel* etc. (1905) p. 51. Cf. Girard, *Mél. Gérardin* (1907) p. 256 not. 2 (p. 257).

5) Dittenb., Syll. (1901) 928, 47—64. = *Inschr. von* Magnesia 93.

6) Op. cit. p. 28 sqq. Erravit quidem, quum verteret (p. 30 ima) *εἰς τούτους τοὺς λόγους*: *in ea verba* (= in eam formulam). Quod observavit Hitzig, *Ztschr. der Sav.-St.* XXVIII (1907) p. 252/3. Sed manet iniuriarum formulae velut simulacrum: *περὶ ἀδικημάτων — ὅσον ἂν καλὸν καὶ δίκαιον φαίνηται διατιμησάσθω.* Quocirca putat Arangio-Ruiz, *le formule con* demonstr. (1912) p. 62, iniuriarum actionem id temporis fuisse talem „quantum bonum et aequum tibi videbitur, iudex aestimato". Multo magis ita censet (p. 63/4) de formula depositi ceterisque, ubi postea fuit „eius iudex condemnato, si non paret absolvito".

7) Cf. ipsius defensio, *Ztschr.* cit. XXIX p. 119—121 (*Mélanges* I (1912) p. 119—121).

8) *Ztschr.* cit. XIV p. 42—47 (*Mélanges* I (1912) p. 101—107) alibique. Argumento it obviam Puchta, *Cursus* § 80. 9.

9) L. repet. inscr. lin. 23.

10) Ita sentit Mommsen, *Strafrecht* p. 190[4]

11) Dixit post Mauritium Wlassak, *Prozessges.* I p. 135 („*der Praetor (kann) nur solchen Richtern Weisungen geben* (= geben wollen),... *die er ernannt... hat*"), Mitteis, *Privatr.* I (1908) p. 124[45]: „*Geschworene,... die er nicht ernennt,*

quam propter conservata videtur litibus decemviralibus atque centumviralibus: quod cautus praetor, ubi periculum est repulsae, id est, ad non a se datum et multorum capitum iudicem, formulam non est daturus [1]). Et contendit quidem Girard [2]) lege Calpurnia privatum fuisse iudicium, sed contendit sine teste. Quod praeterea vir clarissimus docet [3]): legem Aebutiam necessario post Cinciam rogatam esse, id est, post annum ante Chr. 204, ideo, quod abrogationem legis actionum praeverterit lex Vallia [4]), Valliam Furia, Furiam Cincia, quod argumentum acceptum refert Carolo Georgio Bruns [5]), id quam sit fragile, intelliget, quisquis inventorem inspexerit [6]). Remanet, ut abrogationem necessario praeverterit ius Aelianum, quasi non potuerit Tripertitorum auctor post coeptas abrogari legis actiones, reliquas, quae in usu mansissent [7]), ita tractare, ut formulas praeteriret, aut rursus Pomponius, si ille formulas in partem operis recepisset, in Tripertitorum descriptione receptas non commemorare [8]). Quid, quod addidit *quaedam genera agendi*, quae *deerant* [9])? Potest idem auctor omisisse, quae exoleverant. Ergo revera nihil obstat, quominus aliquanto ante annum ante Chr. 200 legis actiones abrogari coeperint et quominus, quod factum esse dicebamus [10]), formula Serviana auctorem habeat

---

kann der Praetor auch nicht durch formula *instruieren* (= instruieren wollen)". Recalcitrabunt enim undique tuti. Quocirca iure pergit p. 523⁰: „*vor einem* (= an einen) *ständigen Gerichtshof hat es nie Formeln gegeben*". It obviam Girard, *Ztschr.* cit. XXIX (1908) p. 126 (= *Mélanges* I (1912) p. 125/6) sed pedissequae dumtaxat sententiae.

1) Dictum est supra.

2) *Ztschr.* cit. XIV p. 45 lin. penult. (*Mélanges* I (1912) p. 105).

3) Ibid. (*Ztschr.* cit. XIV) p. 41/2 (= *Mélanges* I (1912) p. 100/1).

4) Valliam latam, quum *legis actiones in usu erant*, constat Gai testimonio (IV § 25).

5) *Kl. Schr.* II p. 309/10.

6) Tota res nititur eo, quod lex Furia excipit *sex gradus* cognatorum (Vat. fr. 301), Cincia *quinque* (ibid. § 298, 299).

7) Pars manebat temporibus Gai (IV § 31).

8) Ea ratiocinatio est Pauli Friderici, *Ztschr.* cit. XIV p. 40/1 (*Mélanges* I (1912) p. 99/100): „*il reste en tout cas malaisé d'admettre que la section... relative à la procédure eût pu être désignée comme relative aux* legis actiones, *s'il eût existé à côté d'elles une autre procédure que l'auteur eût nécessairement expliquée là*".

9) L. 2 § 7 D. 1. 2.

10) Capite harum observ. LXXXIX.

urbanum praetorem ante Chr. 187. Similiter nulla causa est, quidni ante annum 200 formulae empti venditi locati conducti pro socio ceteraeque similes extiterint [1]), quum praesertim satis constet venditi *arbitrium* Sexto Aelio fuisse notum [2]). Superest quaestio, utrum praetor formulas ipse invenerit, an aliunde sumpserit. Et quidem apud solum populum Romanum et post Normannorum adventum apud Anglos formulis litigatum esse, esse videtur persuasio paene omnium communis. Etsi Normannorum brevibus exemplo fuisse videntur [3]) Francorum regum *indiculi* [4]); de Graeco, quod Romani secuti sint, exemplo iam cogitare coepit Wlassak [5]); quin sibi videri significavit Girard [6]) formulas Romanas descendere a *dicis* Siculis, dicas Siculas ab instituto quodam Graecorum [7]). Cuius sententiae secunda pars nulli dubitationi subiecta est; fit enim dicarum scriptio obviam apud omnes Graeciae populos, quorum ius quod ad actiones pertinet, ex aliqua parte novimus, velut Athenienses [8]), Delphos [9]), Lesbios [10]), Ilienses [11]), Teios [12]), Milesios [13]), Macedones Aegypti dominos [14]) atque, unde disputatio profecta est, Siculos [15]). Et solet ferme dica adversario

---

1) Ea cura angit Ludovicum Mitteis, *Privatrecht* I p. 44/5.

2) L. 38 § 1 D. 19. 1. Cf. Mitteis, op. cit. p. 48[22].

3) Henrico utique Brunner, *Entst. der Schwurger.* p. 77 sqq.

4) Form. Marc. I 27; 28; carta Senon. 18. Cf. Brunner, *Schwurger.* p. 81/2; Seelmann, *Rechtszug* (*Gierke's Unters.* 107) p. 19/23 (cum notis).

5) *Prozessges.* II (1891) p. 301.

6) *Manuel* (1911) p. 997[1]. Adstipulatur Fliniaux, *Nouv. rev. histor.* 33 (1909) p. 545[2].

7) „*Une pratique hellénique*".

8) Isocr. XVIII § 12 (*δίκην ἐγράψατο*); Aristoph. Nub. 770 (*ὁπότε γράφοιτο τὴν δίκην ὁ γραμματεύς*), 758 (*εἴ σοι γράφοιτο... δίκη*).

9) Inscr. *BCH* VII p. 424 (*γραψάμενοι δίκην ἱεράν*).

10) *Inscr. jur.* XXXV lin. 11 (*αἴ κέ τις δίκαν γράφηται*).

11) *Inscr. jur.* XXII col. IV lin. 37 (*ᾧ ἂν... γραφῇ δίκη*).

12) Michel 34 lin. 38/9 (*γράψασθαι δίκας*).

13) Inscr. Mileti III (Delphin.) 33 (c) lin. 11; 33 (c), 10/1; 147, 30/1; 147, 34/5; 150, 36/8 (*εἰ δίκαι ὑπάρχουσι γεγραμμέναι*).

14) Veluti Pap. Lille 29 I 2 (*δίκην γραψάμενος*); Petrie III 21 (a) — (f); 21 (g) lin. 12, lin. 32; Hibeh 30, 24/5; Hal. 1 passim (pag. 231).

15) Accus. IV 14 § 37 *(scribitur Heraclio dica)*; 17 § 42 *(iubet... citari Heraclium et eos qui dicam scripserunt)*; 24 § 59 *(postulant, ut... ex lege Rupilia dicam scribi iubeat)*.

scribi ab actore, scripta porrigi magistratui eiusve scribae et ab hoc in volumina publica transscribi, quod utrumque apud Athenienses medio genere dicitur *γράφεσθαι* [1]), sed Mileti magistratus factum *γράφειν* [2]), actoris *γράφεσθαι* [3]). Papyraceae quoque dicae scribebantur [4]) adversario ab actore [5]), aliquando *ἐν τῷ δικαστηρίῳ ἐνώπιον* [6]) *κατὰ τὸ ἔγκλημα* [7]), quod superest geminum [8]) hac fere forma: *ὁ δεῖνα τῷ δεῖνι.* Narratio facti. *Διὸ δικάζομαί σοι. Τίμημα τῆς δίκης δραχμαὶ τοσαῦται* [9]). *Κλήτορες ὁ δεῖνα καὶ ὁ δεῖνα. Ἡ δίκη σοι γραφήσεται* [10]) *ἐν τῷ δεῖνι δικαστηρίῳ ἐνώπιον.* Inter *τὸ ἔγκλημα* et ipsam dicam hic interesse manifestum est, siquidem *κατὰ τὸ ἔγκλημα γραφήσεται ἡ δίκη*; sed videtur sic distingui posse ibi tantum, ubi in iure scribenda dica est, postquam iisdem fere [11]) verbis domum denuntiatum sit; alioquin, quod porrigatur adversario *ἔγκλημα* et *ἡ γραφεῖσα δίκη* idem futurum [12]). Ergo iam constat dicas Siculas a communi Graecorum instituto descendere; restat altera pars

---

1) Aristoph. Nub. 770 (*ὁπότε γράφοιτο τὴν δίκην ὁ γραμματεύς*). Similiter *φόνου δίκην* quum accusator *ἀπογράφεται* (Antiph. VI § 35) tum *ὁ βασιλεύς* (ibid. § 41, § 42).

2) Inscr. III (Delphin.) 33 (c), 11: *ἐὰν δέ τις (παρὰ τὸ ψήφισμα τόδε δικάζητ)αι, μὴ γραφέτωσαν αὐτῷ τὴν δίκην οἱ ἄρ(χοντες).* Difficile fuerit magistratibus simul huic praecepto obtemperare et pedissequo (lin. 12): (*μηδὲ βοηθείτωσαν τῷ ἀδ)ικουμένῳ.* Suppletum (pro *μηδὲ*) oportuit: *ἀλλά.*

3) Inscr. III (Delphin.) 147, 34/5: *τὸ δὲ ἐκ τῆς καταδίκης εἶναι τοῦ τὴν δίκην γραψαμένου.*

4) Cf. Druffel, *kr. VjS.* 50 (1912) p. 527/8 (adv. Fredericum Zucker, cui (*ἀνα*)*γράφειν* est = *προτιθέναι*).

5) Pap. Petrie III 21 (a) — (f). His, ut videtur, non inspectis scribi docet Fliniaux, *Nouv. rev. histor.* XXXIII (1909) p. 543 (ia. p. 541), „*par le greffier*".

6) P. Petrie III 21 (g) (Chrestom. II 21) lin. 32/4; Hibeh 30, 24/5.

7) P. Petrie III 21 (g), 12; II 21 (c) (Chrestom. II 28) lin. 9/10.

8) P. Petrie III 21 (g), 12—36; Hibeh 30 (cf. *Archiv* VI p. 351).

9) *Τίμημα* adscribitur etiam in lite certa (P. Hibeh 30), qua re confirmatur sententia Meieri et Schoemanni, *Att. Prozess* p. 608[26], adversus Lipsium p. 804[134], *Att. Recht* p. 822[66].

10) Alterum exemplar (P. Hibeh 30) habet *ἀναγραφήσεται.*

11) Quia necessario omittenda est, quum dica scribitur, clausula *ἡ δὲ δίκη σοι γραφήσεται κτέ.*

12) P. Hal. 1, 29—36 (29/30: *γραφέσθω δίκην,* 36: *διδότω τὸ ἔγκλημα*). Etsi aliter sentiunt editores propter vocab. *ἐμφανιζέτω* (lin. 33). — Ne Siculas quidem dicas in iure scribi solitas verisimile est (Fliniaux, *Nouv. rev. histor.* 33 (1909) p. 535/49).

Girardi sententiae: a dicis Siculis vel Graecis formulas descendere Romanas. Sed antequam ad propositam venio quaestionem, e re esse videtur sub uno conspectu ponere, quae sint communia dicarum et formularum, quae intersint, ut omni errore sublato rem plane, quae in disceptationem veniat, videre possimus. Ergo par causa est hactenus, quatenus et dica et formula scribitur et quatenus utraque continet causae coniectionem [1]) et eam principalem [2]). Sed causa in eo dispar, quod formula est, dica non est, epistula praetoris ad iudicem, qua ista causae coniectio includitur et quasi cohibetur [3]). Quamobrem dica non est formula, sed potest facillime in formulam mutari exemplar magistratui porrectum subscriptione eius, qualem habent aliquot papyri tertii ante Chr. saeculi [4]): τῷ δεῖνι· φρόντισον, ὅπως τῶν δικαίων τύχῃ, quam post adiectionem ad plenissimam formulae speciem nihil desit [5]). Nam plane ad rem non facit [6]), quod P. Petrie cit. [7]) is, cui scriptum erat φρόντισον κτέ., causam remittit ad maiorem potestatem; hoc enim ideo fit, quia ὁ τῆς κώμης ἐπιστάτης, ad quem subscriptione strategi causa mittebatur, non poterat iustam ferre sententiam, sed tantummodo reum hortari, ne pergeret actoris postulationi inique resistere, quocirca frequentior est subscriptio: μάλιστα διάλυσον αὐτούς· εἰ δὲ μή, ἀπόστειλον αὐτούς, ὅπως ἐπὶ τοῦ καθήκοντος κριτηρίου [8]) διακριθῶσιν [9]). Ne strategus

---

1) Eisele, *mater. Grundl. der* exceptio (1871) p. 172: „*die* formula *(enthielt schon) einen wesentlichen Theil der* causae coniectio".

2) Girard, *Manuel* (1911) p. 996, p. 997²: „*(le) programme*". Non recte dicit (p. 996) formulam, quae iudici detur, concipiendam a praetore („*qui* ..., *rédige*"). Nam hoc actorem spectat, non praetorem (cf. e. g. Collat. II 6 § 1, § 3; Gai. III § 224; IV § 68 (i. f.); Lenel, *Ztschr. der Sav.-St.* XV (1894) p. 388/9, quem refutare conatur Schott, *das Gewähren des Rechtsschutzes* (1903) p. 49/50). 3) Cf. Cuq, *Instit. jurid.* I (1904) p. 285³.

4) Pap. Magd. 4; 25; 34. Respicitur par species: P. Petrie II 2 (2) lin. 2 (*Gött. gel. Anz.* 1895 p. 146).

5) Putat quidem Koschaker, *GGA* 169 (1907) p. 818 (ad *BGU* 136, 24—27), contra naturam esse formulae („*ganz gegen den Geist der Formel*"), ut libellum respiciat („arg. κατὰ ταύτην τὴν αἰτίαν"). Quod acceptum refert Partschio (p. 74).

6) Quia non ut Boulard, *les instructions écrites* etc. (1906) p. 96/7 (adnot.), de vi ac potestate τῆς ὑπογραφῆς quaerimus, sed tantummodo de verborum tenore.

7) II 2 (2). 8) Vel ἐπὶ τοῦ κοινοδικ(ίου) vel ἐπὶ τῶν λα(οκριτῶν).

9) Pap. Magd. passim. Cf. P. Hamb. 25; Francof. 6 (lin. 3 excidisse videtur loci designatio).

quidem iudicare solet [1]), sed ab epistata remissam sibi causam ipse tradere τῷ κριτηρίῳ, quo non efficitur τὰ κριτήρια esse in potestate strategi [2]). Nam ne Centumviri quidem in potestate praetoris, etiamsi maxime, *quum ad Centumviros i(bi)tur ante lege agitur sacramento apud praetorem* [3]), deinde ab hoc causa Centumviris traditur. In potestate strategi ita iudicia forent, si constaret iudicare ea ex formula a stratego data („*gemäss der ih(nen) vom* στρατηγός *ertheilten Vollmacht*"), quod ponit pro comperto Paulus Meyer [4]) laudatque in eam rem Pap. Petrie III 21 (g) (Chrestom. II 21) lin. 7/8: (τῆς δίκη)ς οὔσης [5]) κατὰ τὸ παρ' Ἀριστομάχου τοῦ πρὸς τῇ στρατηγίᾳ τοῦ Ἀρσινοΐτου τεταγμένου [6]) γραφὲν αὐτῷ [7]) πρόσταγμα. Atqui rebellant Halenses [8]) negantque τὴν δίκην εἶναι [9]) κατὰ στρατηγικὸν πρόσταγμα, optimo utique iure, inprimis, quia, si ἐπὶ προέδρου disceptandum esset κατὰ πρόσταγμα ne ceteris quidem id genus instrumentis [10]) clausula deesset [11]), deinde, quia ipsum πρόσταγμα [12]) non disceptationis materiem definit, sed tantummodo, qui iudicium futuri sint, ostendit. Quocirca post octo iudicum nomina, sit septimus Διοτρέφης (e. g. Λέων)τος [13]), octavus Δημέας, continuandum sic: Παυσίου (ἀπραξία)ς vel (ἀτελεία)ς vel (ἀχρηστία)ς οὔσης κατὰ τὸ παρ' Ἀριστομάχου κτέ. γραφὲν αὐτῷ (i. e. Παυσίᾳ) πρόσταγμα. Consequens est: posse πρόσταγμα (προσφώνησιν potius) intervenire, quum uter reus unum iudicem ἐξανιστῇ κατὰ τὸ διάγραμμα [14]), darique

---

1) Tertio ante Chr. saeculo.

2) Putat Druffel, *kr. VjS.* 50 (1912) p. 529/30, eatenus in potestate strategi esse iudicia, quatenus a stratego causae iis tradantur.

3) Gai. IV § 31.

4) Klio VI p. 461/2.

5) Sub proedro.

6) I. e., ab ipso stratego. Cf. Dikaiomata p. 206².

7) Interpretantur Halenses (Dikaiom. p. 206): ὑπ' αὐτοῦ, Meyer, Mitteis alii: πρὸς αὐτὸν, quod statim videbimus verum esse. Cf. Pap. Taur. 1 IV 24/5, quo remittit Druffel, *kr. VjS.* 50 (1912) p. 525.

8) Dikaiom. pag. 209.

9) „*Darum wird nun Smylys* (τῆς δίκη)ς οὔσης *kaum richtig sein*".

10) P. Petrie III 21 (a) — (f).

11) Argumentum meum.

12) P. Petrie III 21 (g), 9—11.

13) Anno 21 patris nomen non additur (P. Petrie III 21 (b), 9), sed potest anno 25 homonymum collegam habuisse.

14) Eo pertinet non tantum P. Petrie III 21 (g), 9—11, sed etiam P. Hal. 9.

τῷ ἐξαναστα θέντι (Παυσίᾳ); quamquam cur in ea re πρόσταγμα interveniat, quod reliquos iudices [1]) iudicare iubeat, non τὸν ἐξαναστα θέντα vetet, facile dictu non fuerit, dicere denique Halenses conati non sunt, sed tantummodo rem quaestiones permiscendo [2]) complicare. Iam ad Siculas dicas quod attinet, potest coniectura capi datis lege Rupilia iudicibus cum subscriptione praetoris (τοῖς δεῖνα· φροντίσατε κτέ.) vice formulae tradi solitas; apud Athenienses autem hoc modo litigatum esse, tantum non demonstrari posse confido. Notum est Athenis τοὺς τετταράκοντα eas res, quae essent ὑπὲρ δέκα δραχμῶν, παραδοῦναι solitos τοῖς διαιτηταῖς [3]), sicut praetorem Romanum iudici. Erant autem οἱ τετταράκοντα, ad quos in ius adeundum erat omnibus de rebus, quibus proprius iudex constitutus non esset [4]). Et scribunt Meier et Schoemann [5]), nec quidquam ibi mutat Lipsius: nihil ultra quam [6]) παραδοῦναι Atheniensem magistratum arbitro. Quod inprimis mirificum est; dicendum enim potius erat, quo modo παραδοῦναι magistratus consueverit, quam παραδοῦναι solitum nec ultra. Atqui veram quaestionem ne Hudtwalcker quidem attigisse videtur [7]), attigit Hubert [8]) itaque definivit: consuesse magistratum *libellum acussatorium*, *quem ab accusatore accep(isset)* — intelligit exemplar dicae sive λήξεως quod magistratui porrexisset actor — eum igitur libellum magistratum consuesse *arbitro trad(ere)*, quamquam testem laudat nullum. Potest autem rei cognosci veritas ex oratione adversus Callippum [9]), ubi hic legitur ab arbitro

---

1) Πάντας δικαστὰς πλὴν οὗ ἂν ἑκάτερος (= ὁπότερος) αὐτῶν ἐξαναστήσῃ.

2) *„Nur, wenn eine der Parteien einen der Richter ablehnen wollte, musste sie sich ... an den Strategen wenden, der dann in seinem* πρόσταγμα *sich ausschliesslich auf d i e s e Frage der Besetzung der* (= der übrigen) *Richterstühle beschränkte"*. Evanescet artificium, si quis pro *diese* reposuerit *die*, quod sensus postulat. Nam non est eadem quaestio *(Frage)*, sed pedissequa.

3) Aristot., resp. Athen. 53 § 1. Ibid. 58 § 2 habet ἀποδοῦναι.

4) πρὸς οὓς τὰς ἄλλας δίκας λαγχάνουσιν (Aristot., op. cit. 53 § 1).

5) *Attischer Prozess* p. 623/4 (Lipsius p. 825).

6) *Nihil ultra quam* nunc delet (*Att. Recht* p. 835).

7) Frustra praeterea a me inspectus est H. M. E. Meyer, *die Privatschiedsrichter und die oeffentl. Diaeteten Athens* (1846).

8) De arbitris atticis (1885) p. 42.

9) Demosth. 52 § 14.

abiisse *ἀν(ε)λ(όμενος) τὸ γραμματεῖον* [1]). Apparet enim hoc sermone potestatem arbitri, ut is de aliqua certa re disceptare posset, contineri solitam *γραμματείῳ*, ubi, quia dabatur arbiter a magistratu certae finiendae controversiae, perscriptum fuisse consentaneum est, de ea re ut iudicaret, mandatum, quod a formula iuris Romani nihil differt. Ergo recte, ambigue licet, vertebat Wolf *actionem*, nam formula quoque hac appellatione saepe censetur, non recte in adnotatione Reiske *libellum accusationis*, quia *δίκη* sive *λῆξις* a litigatore porrigitur, requiritur autem, quod praetorem auctorem habeat. Nisi facit negotium Pollux, quum doceat [2]) *τὸ ἔγκλημα καὶ τὸ τίμημα* [3]) — ea infuerint necesse est — *ἐν τῷ γραμματείῳ ἐγγράψ(αι)* non magistratum, sed *τ(ὸν) κρίνοντ(α)*, id est, agentem. Quae sententia, si habet recte, iam nihil interfuit inter *τὴν λῆξιν*, quam magistratui porrigebat actor et, quo de disputamus, *γραμματεῖον* [4]); ergo reliquum esse videtur, quod supra placere diximus Huberto: ut illam actor magistratui, hic deinde arbitro porrexerit, atque ita non tantum libelli ea, sed etiam, quod alibi [5]) suadere cupit Pollux, formulae vice functa sit. Nisi non est verisimile in civitate literatissima a magistratu libellum ad alium iuris usum translatum esse neque id compendiosa licet subscriptione declaratum, qua cum adiectione libellus iam nihil distat a formula. Ergo, si quid aliud, videntur formulas e iure Graeco, Attico praesertim, Romani mutuati esse. Licet autem èt Athenis quarto ante Chr. saeculo èt aliquanto post Romae per formulas litigatum sit, hoc tamen interest, quod Attici magistratus formulis numquam usi sunt tamquam instrumento quodam, quo iudices datos cogerent ius

---

1) Similiter, apud magistratum qui desistere velit, ei necesse est inde (Demosth. 59 § 53: *παρὰ τῶν θεσμοθετῶν*) *τὴν δίκην* .... *ἀν(ελέσθαι)* sive *τὴν γραφήν* (Demosth. 59 § 53, § 69; 58 § 32; Dinarch. 1 § 94). Esse idem et non idem, declarabitur statim.

2) VIII 127: *ἐλάμβανον δὲ οἱ διαιτηταὶ δραχμὴν παρά τοῦ κρίνοντος, ἐγγράψαντος αὐτοῦ ἐν γραμματείῳ τὸ ἔγκλημα καὶ τὸ τίμημα.*

3) Latine vertam: *intentionem et condemnationem*. Est interdum *ἔγκλημα* idem atque dica (Demosth. 34 § 16; 38 § 15) sed non semper (Demosth. 25 § 55: *ὥς φησι τὸ ἔγκλημα τῆς δίκης, ἣν .... ἔλαχ' αὐτῷ ὁ .... ἀδελφός*).

4) Ita sentit Lipsius, *Att. Recht* p. 842[48].

5) VIII 29: *λῆξις εἴη ἂν ὁ νῦν καλούμενος τύπος.*

civile deserere eaque instituta amplecti, quae signassent ipsi. Quocirca Athenis nullum extitit ius honorarium uno, ni fallor, capite excepto, quod indicavimus olim [1]), nec iterabimus.

(Continuabuntur).

1) Observ. cap. CVI.

AD SENECAE EPL. XXII, 7 (O. HENSE).

„Non est vir fortis ac strenuus, qui laborem fugit, nisi crescit illi animus ipsa rerum difficultate".

Absurda haec: qui enim potest homini laborem fugienti ipso labore animus crescere? Sed post *fugit* pro virgula semicolon pone et *nisi* dele, habebis sententiam egregiam et egregie enuntiatam: „non est vir fortis ac strenuus, qui laborem fugit: crescit illi animus ipsa rerum difficultate". *Illi*: viro forti ac strenuo. Etiamsi tradita lectio aptum praeberet sensum, tamen pronomen illud ferri non posset, quod nunc toti loco decori fit atque ornamento.

I. I. H.

DE HYGINI AETATE.

SCRIPSIT

F. MULLÈR JAC. FIL.

Mirum in modum per hos ipsos dies, ut Hygino quid deberet Vergilius in Georgicon libro quarto statuerem, quaestiuncula me movit ab huius Academiae alumno proposita. Vergilium enim, ubi de apibus acturus esset, non Varronis de Re Rustica libellum consuluisse permulti autumant sed Hygini librum aliunde prorsus ignotum, „quem de apibus scripsit", ut Columellae verbis utar (IX, 13, 8). Ita rem se habere, non modo ex nostratibus unus, v. d. G. Piepers (in Mnemosynae vol. 46, p. 320 sqq.) sibi persuasit, verum alii quoque crediderunt multi, inter quos honoris causa nomino iudicem illum in tali re gravissimum Reitzenstein. Eius de scriptorum rei rusticae libris deperditis commentationem (1884, p. 18) in usum suum convertit Tolkiehn, cum in Pauly-Encyclopaediae vol. X (p. 628) Hygini vitam atque scripta enarrare conatus est. Qua tandem ratione ad istam sententiam adducti sunt? Quasi uno ore respondent ipsum Columellam eius rei testem esse locupletissimum, qui dixerit (I, 1, 13): *Nec postremo quasi paedagogi eius meminisse dedignemur Iuli Hygini;* voce *eius* Vergilium designari, quem proximis verbis tetigerit Columella. Temere assentiuntur alii: Schanzio si credis (Lit. Gesch. [3]II, 1, 59), „scheint sich der Dichter am meisten an Hygin angeschlossen zu haben, den Columella geradezu Vergils Lehrmeister (!) für die Georgica nennt"; etiam Kroll in Teuffeli Historia litteraria latina (II, 147, ann. 4) denuo vocem *eius* „des Vergil in den Georgica" interpretatur.

Ecce tot habes viros doctissimos uno eodemque laborantes vitio et certatim quasi „idem in me" vociferantes, si quando iis praeierit, cuius in verba iurarent! Omnes eidem tamquam morbo obnoxii sumus propterea quod verba ex contextu soluta cernimus, rem totam plenius inspicere neglegimus, ad alia semper, saepius aliena properantes.

Fabula doceat et nos moniti discamus! Quid enim habet Columella? Iam tenebis, simul ac locum perlegeris integrum (I, 12): „et ut agricolationem Romana tandem civitate donemus...., iam nunc M. Catonem Censorium illum memoremus, qui eam latine loqui (1) primus instituit, post hunc duos Sasernas, patrem et filium, qui eam diligentius erudiverunt (2), ac deinde Scrofam Tremelium, qui etiam eloquentem reddidit (3), et M. Terentium, qui expolivit (4), mox Vergilium, qui carminum quoque potentem fecit (5), nec postremo(!) quasi paedagogi eius (6) meminisse dedignemur Iuli Hygini, verum tamen ut Carthaginiensem Magonem rusticationis parentem (7) maxime veneremur". Ecquis adeo lippus est, ut Hyginum rusticationis sive agricolationis paedagogi nomine et laudasse et auxisse Columellam deneget? „Quandoque bonus... indignemur"? „Immo vero", respondeant nobis, „bonus Ancus et ille, qui melior multis quam tu fuit, improbe, rebus!"

DE CRATYLO HERACLITEO ET DE PLATONIS CRATYLO.

Disputatio critica qua viro clarissimo J. J. Hartman septuagesimum diem natalem gratulatur

J. VAN IJZEREN.

Septuagesimum aetatis annum prospere peractum non possum non ex animi sententia tibi, clarissime Hartman, gratulari. Nam quamquam non sum inter eos qui domum tuam frequentare soliti perpetua tua consuetudine atque amicitia gaudeant, vix tamen unus, crede mihi, praeterit dies, quin tui mihi veniat in mentem. Quid enim? Imaginem tuam cum adspicio quae ornat *φροντιστήριόν* meum, in memoriam redit laetissimum adulescentiae tempus quo in Academia Lugduno-Batava tuus discipulus te admirari coepi et singularem tuam utriusque linguae scientiam; redit et grata recordatio benevolentiae tuae et comitatis quibus in perpetuum nos devinciebas. Quae omnia effecerunt ut etiamsi sint quibus a te dissentiam numquam tamen te diligere desierim; neque unquam maior mihi movetur tristitia et indignatio quam cum de tuis laudibus meritisque quicquam detrahi audio.

Circumspicienti autem quo fortasse munusculo gratum animum tibi testificari possem mihi videbatur nihil tibi gratius fore quam ut disputationem tibi offerrem Mnemosynae tuae inserendam. Qua miro quodam casu factum est ut agerem de Platonis erga Cratylum cuius olim fuerat discipulus animo; gratissimum autem mihi feceris si quidquid de hoc argumento scripsero in contrariam acceperis partem de meo erga te animo iudicaturus, ita ut discipulum me agnoscas post tot quoque annos te non minus suspicientem et colentem quam Plato

priorem suum praeceptorem despexisse mihi videtur atque derisisse.

I.

Praeceptorem haud pauca ex optimis animi sui atque ingenii dotibus discipulo tradere posse praeceptores ipsi optime novimus; non minus tamen verum est imaginem praeceptoris sui quam animo sibi fingit discipulus adulescentiae annos aliquamdiu egressus, frequenter iis praesertim lineamentis adumbrari solere quae duxit memoria eorum quae propria erant illius et in habitu corporis et in oratione, eorum denique omnium quibus praeceptor discipulo inter alios homines insignis esse olim videbatur. Imaginem autem sic conceptam compositamque περιπλομένων ἐνιαυτῶν magis a vera forma aberrare facillimum est ad intellegendum; id quod tum praecipue fieri solet cum unius et eiusdem praeceptoris qui olim fuerant discipuli otiose inter se confabulantes in memoriam revocant ea quae pueri et adulescentes viderunt et audiverunt pulchra atque turpia, ingrata atque laeta. E talibus autem sermonibus saepius oriuntur fabellae ut non illepidae ita a veritate quam maxime abhorrentes. Quam multa huiusmodi narrantur iam de Cobeto quem longe maior pars eorum qui nunc vivunt philologi neque adspexerunt neque audiverunt. Ac longius etiam a nostra aetate recedere licet; sic, ut hoc utar, ante hos viginti annos Lugduni nondum plane evanuerat memoria Ruhnkenii illius, viri cum doctissimi tum elegantissimi ac facetissimi.

Consuetudinem autem praeceptorem inter atque discipulos apud populos antiquos diversam fuisse ab ea quae nostris temporibus esse solet quamquam nemo unquam negabit, tamen non sine aliqua veri specie statuere licet fabellas quales modo indicabam apud Graecos et Romanos non ignotas fuisse; cuius rei unum certe testem producere possumus Suetonium, in cuius *De illustribus Grammaticis et Rhetoribus* libello haud scio an etiam cognomina quaedam servata sint a discipulis praeceptoribus imposita [1]).

---

1) Vid. quae narrantur in capite tertio (ed. Reifferscheid): „pretia vero grammaticorum tanta mercedesque tam magnae, ut constet Lutatium Daphnidem, quem † Levius Melissus per cavillationem nominis Πανὸς ἀγάπημα dicit, septingentis

Quam multa vero atque ea vix credibilia sermones hominum Socrati imposuerint ex Diogene Laertio videmus: ne a coniugali quidem philosophi vita maligni rumores abstinuerunt. Eiusdem autem rei levissimum vestigium odorari mihi videor in iis quae tradita sunt de Cratylo Heracliteo, cuius disciplina Platonem usum esse narrant Aristoteles atque Diogenes.

Perpauca tantum de eo nobis nota sunt; una pagina ei sufficit in Philosophorum Praesocraticorum fragmentis a Dielsio collectis [1]). Videmus ibi eum Platonem inter discipulos habuisse — haud dubie antequam ille Socrati se applicuit, id quod Aristoteles tradit, non post Socratis mortem, ut apud Diogenem narratur [2]) — operam eum dedisse τῇ τῶν ὀνομάτων ὀρθότητι, Heracliti fuisse admiratorem. Quod ultimum attuli nisi et e Platonis Cratylo luculenter appareret minime pro certo constaret; nam quasi adversarium παρῳδοῦντα audire mihi videor ubi Aristoteles narrat Cratylum Heraclito oblocutum esse contendenti *bis in idem flumen descendere non licere*, nam ne semel quidem id fieri posse; neque magis probabilem rem reddit fabula quam subiungit Aristoteles Cratylum tandem eo pervenisse *ut cum nihil omnino dicere praestare arbitraretur digiti tantum motu indicaret id quod vellet* [3]). Mirum profecto hac ratione usum esse philosophum, qui tantam fidem tribueret τῇ τῶν ὀνομάτων ὀρθότητι ut autumaret omnino ἀδύνατον εἶναι τὸ ψευδῆ λέγειν — Platonem me hic citare nemo non audit.

Aliquid tamen veri narratiunculae illi subesse credo, sed Cratylum praeceptorem ea potius designari quam Cratylum philosophum. Nisi enim Plato imaginem eius nobis ostendit

---

milibus nummum a Q. Catulo emptum ac brevi manumissum" et cpt. XXII „(M. Pomponium Marcellum) pugilem olim fuisse Asinius Gallus hoc in eum epigrammate ostendit:

qui caput ad laevam didicit, glossemata nobis
praecipit: os nullum, vel potius pugilis.

Conferatur quoque quod v. cl. Hartman observavit (Mnemosyne XXIX p. 147) de Bibaculi versu in capite IX citato:

Orbilius ubinam est, litterarum oblivio?

1) Die Fragmente der Vorsokratiker I³ p. 432 sq.

2) Cf. Zeller, Die Philosophie der Griechen II, 1³ p. 345; von Wilamowitz, Platon II p. 2.

3) Cratyl. fr. 4.

prorsus falsam et simulatam, fieri non potest ut Cratylus adeo omnem fidem denegaverit linguae humanae, ut ea diutius uti gravaretur; at contra Cratylum in disputationibus cum discipulis habitis saepius sermone usum esse obscuro, infracto, arroganti e dialogo Platonico pro certo effici posse mihi videtur, ita ut facile adducar ut credam eum apud discipulos verbis abstinuisse ubi gestum sufficere putaret. Quo loco neglegendum non est alacritate corporum et animorum qua Graeci insignes fuerunt saepissime factum esse ut nutu signisque loqui satis haberent. Neque nostra aetate alia res est in Europae parte meridionali: hodie quoque Italici tacite abnuere et negare solent *κινοῦντες τὸν δάκτυλον*. Magis etiam quin auditorum animos offenderit Cratylus non dubito cum quid sentiret significabat *διασίζων καὶ τοῖν χεροῖν διχασείων*, quae sunt verba Aeschinis Socratici [1]; ultima autem verba eundum gestum spectare videntur quem Aristoteles verbis *τὸν δάκτυλον ἐκίνει μόνον* indicavit.

Quae interpretatio fabellae ab Aristotele traditae egregie convenit cum Cratyli imagine, qualis oculis nostris oboritur accurate perlecto dialogo illo quo Plato priorem suum praeceptorem *immortalitate donavit*, ut verbo utar in Lexici Lübkeriani recentissima etiam editione adhibito (*verewigt*). Quod qui arbitratur eum Cratylum nunquam legisse videri dicerem, nisi cognovissem Wilamowitzium quoque in priore *Platonis* sui volumine contendisse Cratylum a Platone cum reverentia (*rücksichtsvoll*) tractatum esse [2]. Id autem ut concedam non magis me adduci patiar quam ut credam — ex alio enim genere aliquid adferre libet — id quod ante hoc biennium perquam copiose demonstrare conatus est Gerckius, in Protagora dialogo Socratem ab ipso sophista victum et profligatum esse [3]. Quanto rectius de Cratylo a Platone depicto iam olim iudicavit Groen van Prinsterer nostras in egregia illa *Prosopographia Platonica* p. 85: „Huic Cratylo τῷ Ἡρακλειτείῳ Plato narratur mortuo Socrate sese applicuisse: Diog. Laërt.

1) Cratyl. fr. 2.
2) Von Wilamowitz, Platon 1 p. 287, cf. p. 91.
3) *Eine Niederlage des Sokrates*, Neue Jahrbücher XLI p. 145—191.

III. 9. Quod si credatur, non tamen Plato magni fecerit institutionem magistri, quem sermo Socratem inter et ipsum adolescentem, Crat. p. 440. D, habitus, *pertinacia magis et vanitate excellentem*, quam doctrinae copiis aut ingenii subtilitate ostendit".

Neque profecto est quod miremur, ubi Socratem in dialogo colloquentem faciat Plato cum altero philosopho qui et ipse ingenio eius excolendo operam dedisse fertur, alterum illum satis male mulcatum discedere. Et revera iam primae dialogi paginae nobis ostendunt Cratylum hominem asperum et immitem. Procedit ibi cum Cratylo Hermogenes; qui ubi Socratem adspexit eum statim sermoni immiscere conatur comitem suum rogans „*num forte quid obstat quominus cum Socrate disputationem nostram communicemus?*"; neque Cratylus quicquam habet quo placetur amici animus concitatus nisi tria verba Εἴ *σοι δοκεῖ*, quae superbe et contumaciter eum proloquentem audire mihi videor. Tum quid rei sit trepide exponit Hermogenes, querens quod Cratylus cum proferret quid sentiret *περὶ τῆς τῶν ὀνομάτων ὀρθότητος* suum ipsius nomen rectissime habere contenderit nec minus Socratis nomen pro exemplo esse posse, sed Hermogeni non esse nomen Hermogenem, *οὐδ' ἂν πάντες καλῶσιν ἄνθρωποι*. Explicationem abnuere Cratylum — *οὔτε ἀποσαφεῖ οὐδὲν εἰρωνεύεταί τε πρός με* — dicentem se ipsum rem bene tenere et responsum in promptu habere quod si proferret ipsum quoque Hermogenem statim sibi adsensurum esse." Vix minus comiter agere poterat Cratylus, ita ut ipsius Socratis ira moveri videatur, qui animum alio deducere conatur per dictum acerbum in Prodicum, grammaticum et ipsum: melius profecto se rem intellecturum fuisse, si illius declamationi interfuisset quae quinquaginta drachmis constaret singulis auditoribus; sed cum unam modo Prodico solverit drachmam se conicere tantum posse, Hermogenem nomine suo indignum esse *quod pecuniarum cupidus identidem negotiationem infeliciter expertus sit* [1]). — Hoc si re vera voluit Cratylus magna profecto inclementia usus est in comitem suum, in

---

1) Cratyl. p. 384 C: *οἴεται γὰρ ἴσως σε χρημάτων ἐφιέμενον κτήσεως ἀποτυγχάνειν ἑκαστότε.*

Hermogenem illum, quem ex Xenophonte novimus virum fidei quidem spectatae, sed cogitationis nimis excelsae et elatae, propter paupertatem a Socrate amicorum beneficentiae commendatum — qui idem iam anno 425, si lepidae Müller-Strübingii coniecturae credimus, ab Aristophane sub ficta Amphithei persona ludibrio habitus est quasi qui divina origine se ortum confidenter crederet et a mundi huius humilitate alienus rei familiaris inopia semper et ubique laboraret [1]).

Interea vero dum haec inter se loquuntur Hermogenes atque Socrates, tacitus adest Cratylus; perseverat deinde in silentio *per plus quam tres dialogi partes.* Hic non possum non observare ipsum Platonem hac ratione nobis significantem quantam indignationem sibi moverit arrogantia praeceptoris [2]) ad quem adulescens adiisset sperans se ab eo scientiam et intellegentiam accepturum esse, praeceptoris cui a poesi iuvenem ad philosophiam perducere pro provincia erat. Ficta me hic quadamtenus pro veris dare haud negaverim; at credentibus Platonem ἐκ νέου Cratylo se applicuisse hoc quoque statuendum est eum id fecisse iuvenili quodam ardore animi inter poesin et philosophiam vacillantis; vix enim mihi Platonem fingere possum tanto obsequio praeditum quanto eum finxisse videtur Wilamowitzius, qui statuit parentes vel propinquos eius postquam adulescenti accurato studio praeceptorem quaesivissent tandem optione data Cratylum inter et Prodicum illum elegisse [3]). Nimis profecto adulescentem Atheniensem similem cogitat Wilamowitzius adulescenti nostris temporibus nobili loco nato cui quaerendus est praeceptor domesticus — gubernatorem hodie vocant —; nec minus accurate novit Wilamowitzius quid apud Cratylum egerit Plato atque didicerit: legisse eum varia scripta de rerum natura, legisse carmina Empedoclis. Valde

1) Locos qui huc faciunt collegit van Leeuwen ad Ar. Acharn. 46.

2) Prorsus reicienda mihi videntur quae scripsit Kiock, *De Cratyli Platonici indole ac fide* (Dissert. Vratisl. 1913) p. 43 „Haud pauca Cratylo in Platonis dialogo tribuuntur, quibus dialogus unicus est fons; nullus contra locus eam Cratyli doctrinam reddit, quae in aliis paucissimis fragmentis statui potest. Immo quod Aristot. Met. Γ 5 (1010 a, 12 sq.) de Cratylo digitum tantum moventi narrat, omnino a Cratylo Platonico alienum est". Prorsus cum Platonico dialogo convenire equidem potius dixerim.

3) L. c. I p. 89.

mehercle incerta res atque periculosa hac ratione vitam antiquam repraesentare quasi fuerit simillima vitae nobilitatis hodiernae. Hinc factum esse videtur quod Wilamowitzius quamquam Cratylum praeceptorem minime Platoni convenisse intellexit [1]) in Cratylo dialogo paene dixi noluit observare id quod tamen facile est ad observandum: priorem praeceptorem ludibrio haberi a Platone discipulo, quem deceperat spes nimis fortasse excelsa. — Omittendum tamen hic non est ipsum Wilamowitzium post editum prius volumen libri sui ceteroquin omnium admiratione digni sensisse videri se de Cratylo parum diligenter atque accurate scripsisse; legimus enim haec in alterius voluminis additamento (p. 432): „Vielleicht hat Platon den Kratylos doch individueller charakterisieren wollen als ich annahm" —, neque negat Platonem Cratyli pertinaciam et arrogantiam (*Hartnäckigkeit und starkes Selbstgefühl*) perstrinxisse.

Statuendum igitur esse videtur Platonem Cratylum una cum Socrate ὀρχματίζοντα consulto illum tamdiu tacentem finxisse, memoria motum eorum quae adulescenti sibi tantam indignationem movissent. Numquam profecto taciturnitas Graecis placuit; minime autem placuit Atheniensibus exeunte saeculo quinto a. C. n., qui ubi facundiam Euripideam comparabant cum solemni Aeschyli silentio Aristophanis iudicium haud probasse videntur. Neque quisquam patiebatur eum sapientiae praeceptorem superbo silentio uti per cuius colloquia et disputationes sperabat se in ipsa cogitandi, meditandi, disputandi arte aliquantum profecturum esse. Hinc mihi explicandum esse videtur quod in eo Platonis dialogo de quo agere mihi proposui, is cui primae quasi fabulae partes sunt commissae, is a quo libellus nomen accepit, in ultima tantum parte colloquio immiscetur.

Sed ne tum quidem propositam rationem omittit Cratylus in mimo Platonico: multis gravibusque verbis ubi Socrates iam aliquamdiu cum eo disputat, acerbiore illa rogandi et respondendi ratione usus qua auditoribus et indignationem et admirationem movere solet, adversario respondere cunctanti

1) „Der Phantasie des dichterisch begabten Jünglings bot dieser Lehrer nichts", ibid. p. 91.

satis aspere obicit illud „qui tacet consentire videtur": τὴν γὰρ σιγήν σου συγχώρησιν θήσω. Atque alibi etiam Cratylum videmus hominem perquam durum et inhumanum, ibi quoque ubi minime id necessarium reddit totus dialogi tenor. Iam primis eius verbis audimus ludimagistrum sibi ipsi quam maxime placentem (p. 428 B): „Est ut dicis, Socrates, non parvam operam dedi τῇ τῶν ὀνομάτων ὀρθότητι, et fortasse te in disciplinam meam perducam" — leni cavillatione Socratem usum esse, cum sumeret fieri posse ut Cratylo viro aetate sibi inferiori discipulum se applicaret, id ne senserat quidem. Non intellexisse eum Socratem in ea quae praecessit cum Hermogene disputatione ut non parodiam dedisse ita tamen ad parodiam proxime accessisse, id vix ei vitio dandum est: idem recentiores quoque viros doctos haud paucos latuit; sed quod provocavit Cratylus ad divinum illum furorem quem Euthyphroni se debere Socrates contenderat, id vix credibile est auditu. Nusquam enim magis perspicua erat Socratis irrisio quam iis locis ubi Euthyphronem citabat: tantum non ipse ibi dicebat Socrates se ludibrio uti. In primis hic afferendus est locus p. 396 D, ubi Socrates narrat se praesentem animi concitationem Euthyphroni debere cum quo mane collocutus sit: „qua concitatione cum hodie usi erimus, cras piaculo Iovi dato eam lustrabimus (ἀποδιοπομπησόμεθά τε αὐτὴν καὶ καθαρούμεθα) postquam hominem invenerimus huius rei peritum, sive sacerdotem, sive *sophistam*. In cauda venenum, ut aiunt.

Mox autem scite atque lepide ipsius Cratyli primis verbis utitur Socrates haec dicens: „Et ipse, Cratyle, iam diu demiror meam sapientiam atque ei diffido; itaque denuo res nobis perpendenda est; nam hominem sua ipsius fraude decipi id vel ingratissimum est." Integratur deinde disputatio, sed ea ratione qua semper fere solet disputare Socrates Platonicus: iam dialogi incipit ea pars (p. 428 D) quae omnino serio accipienda est: iam Socrates ipsam rem de qua agitur cogitatione et mente complecti studet et cum aliis disputans et secum, ac mox ad certum et stabilem finem perventurus: distinguendum esse inter verba et ipsam rerum notionem; hanc prae ceteris dignam esse quam investigemus, huius γνῶσιν quoque immutabilem esse. Tum Cratylus domum dimittitur mandato accepto a

bus agebant et nugabantur homines. Hinc, ut hoc utar, explicandum esse videtur quod Heraclitus qualem Lucianus nobis venditat in Vitarum Auctione § 14 haud paucis in rebus convenit cum notissimo Theaeteti loco (p. 180 B) — melius dixeris locum illum sordido quodam colore adspergere — quo vehementissime invehitur Plato in Heracliti admiratores. Quam ob rem non sine quadam probabilitate ante oculos videre mihi videor Heraclitum qualem exeunte saeculo ante Christum natum sibi fingebant Athenienses; neque hominibus a putida quadam simulatione non alienis difficile fuisse suspicor apud cives suos Heraclitum agere, qui et ipse hominum animos ineptiis et nugis interdum in se convertisse ferebatur [1]). Reconditam Ephesii doctrinam se omnino non intellegere sic egregie occultabant; ex eo genere hominum Cratylus pauca quaedam legerat ex Heracliti libris, pauca quaedam — prae ceteris eam sententiam quam verbis πάντα ῥεῖ expresserat ὁ σκοτεινός — ab eo sumpserat atque in usum suum converterat, sic se alterum Heraclitum speciose ostentans. Quo nomine pellectus postquam Plato ad eum venit, insigni quadam exspectatione excidit. Pauca ex his breviter explicare mihi liceat.

Ac primum quidem dixerit quispiam sibi magis videri probabile Cratylo Heraclitum imitanti pro exemplo fuisse alios philosophi Ephesii imitatores quam hausisse eum nonnisi ex iis quae scripta reliquisset Heraclitus. Quod fieri posse ut verum sit quamquam haud negaverim veri tamen mihi videtur dissimillimum. Vix enim credibile est sub finem quinti saeculi ante Christum natum tales viros Heracliteos etiam vixisse inter Graecos [2]). Iam satis diu erat ex quo mortem obierat Heraclitus; suam eum scholam condidisse qualem e. g. condi-

1) Sic Diogene Laertio IX 12 auctore roganti cur taceret Heraclitus respondit: ἵν' ὑμεῖς λαλῆτε; apud Plutarchum autem De garrul. 17, p. 511 8 C (Diels I³ p. 71) narratur Heraclitum a civibus suis rogatum ut diceret quid sentiret de concordia in suggestum adscendisse, poculum sumpsisse frigida aqua impletum, hordeo respersisse, puleio miscuisse; tum poculo exhausto abiisse, sic demonstrantem ὅτι τὸ τοῖς τυχοῦσιν ἀρκεῖσθαι καὶ μὴ δεῖσθαι τῶν πολυτελῶν ἐν εἰρήνῃ καὶ ὁμονοίᾳ διατηρεῖ τὰς πόλεις.

2) Cf. Howald l. c. p. 84 „Freilich lag es gerade in der Art Heraklits, dass er keine Schule bilden konnte. Dazu war sein Forschen zu wenig wissenschaftlich interessiert, zu fremd der Einzelheiten".

II.

Sic Plato plus quam viginti annis [1]) ut videtur postquam Cratylo relicto Socrati se applicuit, prioris praeceptoris imaginem nobis pinxit satis tristem atque asperam. Quae imago quatenus ad veritatem sit delineata quamquam propter indiciorum inopiam effici nequit, id unum tamen pro certo statuere licet: Platonem hic eadem via progressum esse qua Socratis pinxerit effigiem, sed progressum esse in contrariam partem: hunc nobis repraesentari excelsiorem et perfectiorem quam revera fuerit, Cratylum contra aliquanto magis inhumanum quam conveniret cum veritate. Consulto tamen Platonem iniquiorem in eum fuisse contendere non ausim; neque efficere licet quid in maius ab eo auctum sit quid non. Hoc unum contendere nullus dubito Cratylum insignem fuisse obscuritate verborum et truculentia: quasi ipsum Platonem audire mihi videor ubi Hermogenes quantum Cratylus sibi displiceat sic declarat: Nihil eum dicere solere quod sit clarum atque perspicuum, ὥστε με μὴ δύνασθαι εἰδέναι πότερον ἑκὼν ἢ ἄκων οὕτως ἀσαφῶς ἑκάστοτε περὶ αὐτῶν λέγει (p. 427 D). Apparet autem Cratylum Heracliti sectatorem reconditam magistri doctrinam vix potuisse intellegere, imitari vero potuisse externam eius speciem atque cultum.

Benefactum est quod de Heraclito multo plura novimus quam de Cratylo; quoniam autem tam multa de eo tradita sunt difficile est efficere, quid ex iis sit verum quid fictum. Neque id hoc loco efficere necessarium est; nullam enim video esse causam propter quam statuamus post eam aetatem qua Cratylum dialogum scripserit Plato ea quae de Heraclito litteris atque memoria hominum tradita essent, valde aucta esse atque immutata, quamquam fieri potest ut paucae quaedam iis additae sint fabellae [2]): novi iam prodierant philosophi de qui-

1) Iure enim Duemmlerus statuisse mihi videtur Cratylum a Platone conscriptum esse primis post pacem Antalcideam annis; quamquam minime necessarium esse arbitror ex iis quae Cratyl. p. 433 A dicta sunt efficere Platonem sumere iam pacem esse compositam inter Athenienses et Aeginetas; cf. Raeder, Platons philosophische Entwicklung p. 153.

2) Post Aristotelem demum Heracliti personam qualem novimus confictam esse censet Ernst Howald in disputatione *Heraklit und seine antike Beurteiler* (Neue Jahrbücher XLI p. 81—92); addit tamen: „schon bei Aristoteles liegen Spüren davon vor" (p. 89).

bus agebant et nugabantur homines. Hinc, ut hoc utar, explicandum esse videtur quod Heraclitus qualem Lucianus nobis venditat in Vitarum Auctione § 14 haud paucis in rebus convenit cum notissimo Theaeteti loco (p. 180 B) — melius dixeris locum illum sordido quodam colore adspergere — quo vehementissime invehitur Plato in Heracliti admiratores. Quam ob rem non sine quadam probabilitate ante oculos videre mihi videor Heraclitum qualem exeunte saeculo ante Christum natum sibi fingebant Athenienses; neque hominibus a putida quadam simulatione non alienis difficile fuisse suspicor apud cives suos Heraclitum agere, qui et ipse hominum animos ineptiis et nugis interdum in se convertisse ferebatur [1]). Reconditam Ephesii doctrinam se omnino non intellegere sic egregie occultabant; ex eo genere hominum Cratylus pauca quaedam legerat ex Heracliti libris, pauca quaedam — prae ceteris eam sententiam quam verbis *πάντα ῥεῖ* expresserat *ὁ σκοτεινός* — ab eo sumpserat atque in usum suum converterat, sic se alterum Heraclitum speciose ostentans. Quo nomine pellectus postquam Plato ad eum venit, insigni quadam exspectatione excidit. Pauca ex his breviter explicare mihi liceat.

Ac primum quidem dixerit quispiam sibi magis videri probabile Cratylo Heraclitum imitanti pro exemplo fuisse alios philosophi Ephesii imitatores quam hausisse eum nonnisi ex iis quae scripta reliquisset Heraclitus. Quod fieri posse ut verum sit quamquam haud negaverim veri tamen mihi videtur dissimillimum. Vix enim credibile est sub finem quinti saeculi ante Christum natum tales viros Heracliteos etiam vixisse inter Graecos [2]). Iam satis diu erat ex quo mortem obierat Heraclitus; suam eum scholam condidisse qualem e. g. condi-

---

1) Sic Diogene Laertio IX 12 auctore roganti cur taceret Heraclitus respondit: *ἵν' ὑμεῖς λαλῆτε*; apud Plutarchum autem De garrul. 17, p. 511 8 Ç (Diels I³ p. 71) narratur Heraclitum a civibus suis rogatum ut diceret quid sentiret de concordia in suggestum adscendisse, poculum sumpsisse frigida aqua impletum, hordeo respersisse, puleio miscuisse; tum poculo exhausto abiisse, sic demonstrantem *ὅτι τὸ τοῖς τυχοῦσιν ἀρκεῖσθαι καὶ μὴ δεῖσθαι τῶν πολυτελῶν ἐν εἰρήνῃ καὶ ὁμονοίᾳ διατηρεῖ τὰς πόλεις.*

2) Cf. Howald l. c. p. 84 „Freilich lag es gerade in der Art Heraklits, dass er keine Schule bilden konnte. Dazu war sein Forschen zu wenig wissenschaftlich interessiert, zu fremd der Einzelheiten".

derat Pythagoras, nusquam apparet. Doctrina eius augebatur, colebatur, impugnabatur; sed admiratores neque in unum se congregasse neque magno numero fuisse videntur. Scio equidem Diogenem Laertium IX 6 contendere Heraclitum tantam gloriam accepisse ὥστε καὶ αἱρετιστὰς ἀπ' αὐτοῦ γεγονέναι τοὺς κληθέντας Ἡρακλειτείους, sed notatu dignissimum est rarissime tantum de istis Heracliteis mentionem fieri apud scriptores antiquos. Pythagoreos contra *ducentos duodeviginti* nominat Iamblichus; eidem praesertim in quarti saeculi comoediis frequentissime ludibrio habentur; etiam Theocritus Πυθαγοριστὰν dicit erronem incultum et pallidum [1]). Nihil eiusmodi invenimus de Heracliteis; unum Epicharmum, Heracliti aequalem, eum illusisse traditum est [2]). Quin etiam certum quoddam Heracliteorum exstitisse genus apertis verbis negat Theodorus in eo quem modo citavi Theaeteti loco: „Quid? Heracliti discipulos narras? Inter eiusmodi homines alter non prodit ex alterius disciplina, sed sponte sua nascuntur, ubi singuli divino flatu se contingi credunt, semperque alteri eorum persuasum est alterum nihil omnino scire" [3]).

Hinc quoque explicandum videtur quod apud Dielsium Cratylo Heracliteo unus tantum eiusdem scholae philosophus additur Antisthenes quidam, cuius non nisi nomen nobis notum est; quod autem apud Aristotelem citantur τινὲς τῶν Ἡρακλειτιζόντων qui contendebant ἐκ μὲν τοῦ ποτίμου ξηραινομένου καὶ πηγνυμένου λίθους γίνεσθαι καὶ γῆν, ἐκ δὲ τῆς θαλάττης τὸν ἥλιον ἀναθυμιᾶσθαι — vix quicquam isti docuerunt quod non ipsum Heraclitum docuisse traditum est, cf. fr. 36 ψυχῇσιν θάνατος ὕδωρ γενέσθαι, ὕδατι δὲ θάνατος γῆν γενέσθαι· ἐκ γῆς δὲ ὕδωρ γίνεται, ἐξ ὕδατος δὲ ψυχή, et fr. 126 τὰ ψυχρὰ θέρεται, θερμὰ ψύχεται, ὑγρὸν αὐαίνεται, καρφαλέον νοτίζεται. Con-

---

1) Theocrit. XIV 5, de quo loco cf. Volgraff, Mnemos. XLVII p. 346.

3) Apud Dielsium I³ p. 118, cf. Howald l. c. p. 84.

1) Ποίοις μαθηταῖς, ὦ δαιμόνιε; οὐδὲ γίγνεται τῶν τοιούτων ἕτερος ἑτέρου μαθητής, ἀλλ' αὐτόματοι ἀναφύονται ὁπόθεν ἂν τύχῃ ἕκαστος αὐτῶν ἐνθουσιάσας, καὶ τὸν ἕτερον ὁ ἕτερος οὐδὲν ἡγεῖται εἰδέναι. — Ultima verba insigni cum acerbitate prolata esse videntur: Heracliti sectatores ab ipso Heraclito aberrant de quo haec Diog. Laert. IX 5: γέγονε δὲ θαυμάσιος ἐκ παίδων ὅτε καὶ νέος ὢν ἔφασκε μηδὲν εἰδέναι, τέλειος μέντοι γενόμενος πάντα ἐγνωκέναι: Heraclitei non, ut Heraclitus, se ipsos nihil scire adfirmant, sed amicos suos.

ferenda praeterea sunt quae ex Aetio descripsit Diels I³ 74: Ἡράκλειτος ταὐτὸν πεπονθέναι τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην. σκαφοειδεῖς γὰρ ὄντας τοῖς σχήμασι τοὺς ἀστέρας δεχομένους τὰς ἀπὸ τῆς ὑγρᾶς ἀναθυμιάσεως αὐγάς, φωτίζεσθαι πρὸς τὴν φαντασίαν; qui locus quadamtenus illustrari potest narratiuncula quam tradit Diogenes Laertius IX 3 Heraclitum, cum odio generis humani ductus in montes se recepisset, carne animalium abstinentem aqua intercute laborare coepisse; tum in urbem reversum αἰνιγματωδῶς medicos rogasse possentne ἐξ ἐπομβρίας αὐχμὸν facere; quos quid vellet non intellexisse. Quae fabella ut multae aliae orta esse videtur ex ioco alicuius Heracliti adversarii.

Suspicor igitur Cratylum Heracliti partes egisse subnixum iis tantum quae in Ephesii illius opere legisset; neque multum operae eum illi libro dedisse mihi persuadeo. Etenim nisi sumamus eum a Platone in scenam philosophicam productum iniquissime habitum esse — qua in re nihil pro certo statui posse iam supra dixi — notatu profecto est dignum Cratylum ex ingenti sapientiae copia quam Heraclitum praebuisse fragmenta etiam quae servata sunt demonstrant paucissima tantum in usum suum convertisse. Dabo exemplum. Permagni momenti in origine totius mundi investiganda ignem Heraclito visum esse abunde novimus; cuius tamen rei nulla fit mentio ubi Socrates Hermogeni roganti unde sit ortum vocabulum πῦρ nihil se quod respondeat habere profitetur dicens id vocabulum βαρβαρικόν τι esse sicut ὕδωρ et κύων. Similiter ubi agitur de vocabulo ψυχή citatur Anaxagoras [1]) quamquam parum feliciter, sed siletur de Heraclito cui tamen ἡ ψυχὴ fuerat αἰσθητικὴ ἀναθυμίασις (fr. 12), unde facile aliqua etymologia deduci poterat; conferantur ea quoque quae in eodem fragmento sequuntur apud Dielsium: ποταμοῖσι τοῖσιν αὐτοῖσιν ἐμβαίνουσιν ἕτερα καὶ ἕτερα ὕδατα ἐπιρρεῖ· καὶ ψυχαὶ δὲ ἀπὸ τῶν ὑγρῶν ἀναθυμιῶνται aut haec (fr. 77) ψυχῇσι τέρψιν ἢ θάνατον ὑγρῇσι γενέσθαι.

1) p. 400 A: Τί δέ; καὶ τὴν τῶν ἄλλων ἁπάντων φύσιν οὐ πιστεύεις Ἀναξαγόρᾳ νοῦν καὶ ψυχὴν εἶναι τὴν διακοσμοῦσαν καὶ ἔχουσαν; — eadem fere significatione hic adhibentur νοῦς et ψυχή, id quod ab Anaxagorae genere dicendi non prorsus alienum est, cf. locos Aristotelicos collectos a Dielsio I³ p. 396 (Anaxagoras A. 100).

Dixeris me hic provocare ad priorem Cratyli dialogi partem, in qua parte Cratylus nondum verba facit. At in fine dialogi ipse Cratylus testatur Socratem egregie doctrinam Heracliteam in linguae origine investiganda adhibuisse; id autem ipsum sibi proposuisse mihi videtur Plato cum dialogum ea qua prodit induit veste ut quasi Cratylum Cratylo ostenderet: per iocum et cavillationem Socrates exponit eam doctrinam quam pro Heraclitea olim Platoni venditaverat Cratylus. Unde quo magis ipsam referebat naturam Plato eo magis valebat ad movendos lectorum auditorumque animos; qua in re quanta fuerit Platonis ingeniosa peritia ostendit comparatio eorum quae ex eodem genere alibi protulit: parodias dico quales praebent cum Agathonis oratio in Convivio, Lysiae in Phaedro, tum totus fere Menexenus. Etenim quamquam rem pro certo demonstrari posse minime contenderim, facere tamen non possum quin credam Platonem eo ipso quod adulescens Cratylum audiverit, qui Heracliteus esse et sibi et aliis videretur, ab Heraclito quadamtenus abalienatum esse, quamvis multa ex eodem philosopho sive prudens sive imprudens sumpserit in excolenda sua doctrina [1]). Praecipue Plato impugnat illud *πάντα ῥεῖ* quod pro ipsa veritate a Cratylo ei traditum ipse Cratylus adhibere conabatur in linguae humanae studio, cuius primam originem saeculum quintum ante Christum natum adspexerat.

III.

Ipse Cratylus. Quod cum dico non ignoro me obloqui compluribus viris doctis, qui arbitrentur iam ipsum Heraclitum linguae humanae studio operam dedisse; inter quos honoris

1) Cf. Howald, l. c. p. 86 sq. „Aber noch viel sterker fühlen wir die Verwandtschaft der beiden auf psychologischem Gebiet. Wer könnte in den Heraklitischen Anspielungen nicht die Wurzel zu jenen verzweifelt furchtbaren Bildern sehen von der armen Seele, die im irdischen Leibe eingeschlossen ist, von ihm beschmutzt und heruntergerissen und die vergeblich einen Blick in den Logos zu tun wünscht, die Anteil an der Göttlichkeit hat und ihn zu verscherzen nicht müde wird, die stirbt wenn sie lebt und lebt wenn sie stirbt. Auch Platons Weltperiode mag eine Weiterbildung Heraklitischen Ideeen sein. Beide reden die Sprache der orphischen Mystik, Heraklit freilich kräftiger, ursprünglicher, Platon weicher, künstlicher: es ist, namentlich in späteren Werken, bei ihm nicht selten ein sehr gewolltes Ekstasieren. Unterdessen war Platon allerdings ein anderer geworden.

causa nomino Hermannum Diels, qui ante hos decem fere annos egregiam edidit disputationem *Die Anfänge der Philologie bei den Griechen* [1]). Quamquam autem hoc loco qui a Dielsio dissentit gravissimum profecto adit periculum, tamen fieri non potest ut adstipuler his eius verbis: „die von Platon verspottete etymologische Richtung der späteren Herakliteer ist aus Heraklit selbst folgericht abgeleitet worden, wie man aus einigen erhaltenen Andeutungen seiner Fragmente ersieht". Primum eos quos Dielsius dicit *spätere Herakliteer* ne exstitisse quidem supra ostendere conabar; deinde ex paucissimis quae supersint indiciis effici posse iam Heraclitum cum arti grammaticae tum etymologiae incubuisse, id confidenter nego. Ipse potius eo perveneram, quo postea cognovi iam pervenisse virum clarissimum F. Muller J.f. nostratem; apud quem haec legimus in libro *De veterum imprimis Romanorum studiis etymologicis* p. 13: „Itaque nos quoque fateri debemus, de ipsius Heracliti in hac re sententia nos nihil fere scire; quin etiam, ni omnino fallor, ipsa res fert, ut posteriores, non ipse Heraclitus, huius philosophiam in linguae originem transtulerint". Quoniam autem singula Heracliti fragmenta, quae huc faciunt, a Dielsio allata neque citavit Mullerus neque tractavit, rem paulo accuratius considerare mihi liceat. Sex tantum nisi fallor hic sub censum vocari possunt fragmenta; in quibus citandis me Dielsii numeris uti vix est quod moneam. Primum est fragmentum 48: *τῷ οὖν τόξῳ ὄνομα βίος, ἔργον δὲ θάνατος*: „Des Bogens Name ist also Leben, sein Werk Tod", ut reddit Dielsius, verborum lusum pervertens. Nihil enim hic habemus nisi verborum lusum, quo demonstratur Heraclito in pronuntiandis vocabulis *βίος* et *βιός* accentuum discrepantiam non magni fuisse momenti. Sed quomodo hinc appareat Heraclitum hac ratione ipsorum vocabulorum *βίος* et *βιός* originem vel adfinitatem explicare voluisse id vix ac ne vix quidem intellego. Verisimile est — id quod et Dielsius observavit — Heraclitum id sibi proposuisse ut his quoque vocabulis unitatem illam rerum inter se contrariarum illustraret: vitam et mortem in ipsa lingua uno et eodem vocabulo indicari. Sed ne sic qui-

---

1) Neue Jahrbücher XXV p. 1—25.

dem neglegendum est nos prorsus ignorare qui fuerit disputationis contextus qua Heraclitus sententiam illam protulit: vix autem redargui possit, si quis ex eadem sententia efficiat eum autumasse vocabula non *φύσει* cohaerere cum rebus quas indicent, nomen enim *βιός* adversus naturam inditum esse arcui, qui tantum absit ut vitam procreet ut mortem afferat. Priorem tamen explicationem veram esse mihi persuasum est [1]).

Alibi Heraclitus dialectica forma *ξυνὸς* usus esse videtur ea praesertim de causa ut in vocabulis ludere posset. Legimus enim haec in initio fragmenti 114: *ξὺν νόῳ λέγοντας ἰσχυρίζεσθαι χρὴ τῷ ξυνῷ πάντων*: „prudenter disputantibus praesidium quaerendum est in eo quod omnibus rebus commune est, eodem modo" — sic pergit Heraclitus — „quo civitas Legis praesidio nititur". Lusus autem hic verborum prorsus est ex eodem genere atque is quo Antisthenem aliquando usum esse Diogenes Laertius VI 3 tradit: eum adulescenti cuidam disciplinae suae interfuturo cum rogaret quarum rerum indigeret respondisse „*βιβλιαρίου καινοῦ καὶ γραφείου καινοῦ καὶ πινακιδίου καινοῦ, τὸν νοῦν παρεμφαίνων*" [2]), ita ut parva vocis inclinatione identidem pronuntiaret *καὶ νοῦ*. Hinc haud dubie explicandum est quod forma *ξυνὸς* pro *κοινὸς* usus est Heraclitus; nam quamquam utrumque vocabulum et alibi apud eum invenitur, tamen in fragmento 2 certissima emendatione a Bekkero restituto quasi esset scholiasta formam *ξυνός* sic explicavit: *ξυνὸς γὰρ ὁ κοινός*.

Eadem ratione verborum lusum audio in fr. 25: *μόροι γὰρ μέζονες μέζονας μοίρας λαγχάνουσι* „Grösserer Tod empfängt grössere Belohnung", ut Dielsii versionem Germanicam citem. — Sed hic quoque adduci non possum ut credam vocabula *μόρος* et *μοίρα* Heraclitum *ἐτυμολογικῶς* inter se iunxisse.

Dubitari fortasse potest de fragmento 32: *ἓν τὸ σοφὸν μοῦνον λέγεσθαι οὐκ ἐθέλει καὶ ἐθέλει Ζηνὸς ὄνομα* „unum id quod solum sapiens est et non vult et vult Iovis nomine indicari". Hic ubi in memoriam revocaverimus veriloquium ex Cratylo

---

1) Cf. et Gomperz, Griechische Denker I p. 318.

2) locum recepit Cobetus in libellum quem tironum in usum composuit adiutore J. J. de Gelder (Grieksch Leesboek N⁰ 322).

dialogo (p. 396 A) quo accusativi Δία et Ζῆν ita explicantur ut ex infinitivo διαζῆν in duas partes dissecto orti esse dicantur, proni erimus ad suspicandum Platonem adlusisse ad fragmentum quod modo citavi; sed etiamsi haec suspicio vera est — quamquam veram esse accurate re perpensa non credo — tamen minime inde sequitur Platonem hic tetigisse id quod ipse dicere voluisset Heraclitus.

Multo minus dubito de fragmentis 10 et 15, quamquam Zellerus [1]) quoque ea adfert pro exemplis etymologiarum Heraclitearum. Egregie profecto ex fragmento 10 apparet quam arguto et obscuro genere dicendi interdum usus sit Heraclitus: συνάψιες ὅλα καὶ οὐχ ὅλα, συμφερόμενον διαφερόμενον, συνᾷδον διᾷδον, καὶ ἐκ πάντων ἓν καὶ ἐξ ἑνὸς πάντα: „Cohaerent inter se *totum et non totum*, *concordia et discordia*, *consonum et dissonum*, atque *ex omnibus unum et ex uno omnia*". Quomodo autem hic in coniunctione rerum inter se pugnantium quales sunt συμφερόμενον et διαφερόμενον, de qua coniunctione alibi quoque Plato egit [2]) Heraclito adversatus, quicquam inveniri possit quod ad etymologiam spectet, id me quidem prorsus latet. Idem valet de fr. 15 εἰ μὴ γὰρ Διονύσῳ πομπὴν ἐποιοῦντο καὶ ὕμνεον ᾆσμα αἰδοίοισιν, ἀναιδέστατα εἴργαστ' ἄν: „Nisi Dionysi in honorem pompam ducerent et carmen canerent lascivum, turpissime se gererent". Hic quoque vocabula αἰδοίοισιν et ἀναιδέστατα ita inter se composita sunt ut emineat sonorum inter se similitudo; sed de etymologia me iudice οὐδεὶς λόγος.

At sumamus de veriloquio proferendo cogitasse Heraclitum: ne sic quidem constat eum linguae humanae studio deditum fuisse. Nam et vix interdum distingui potest inter veriloquium et lusum verborum, et ibi quoque ubi ex lusu prodit etymologia facetus animus inde elucere potest aut etiam acumen philosophicum [3]); sed a linguae humanae disciplina atque studio perlongo intervallo haec omnia distant. An forte etymologiae operam dedit Homerus verbo ὀδύσασθαι bis usus, et ad explicandum Ulixis nomen et ad ludendum? Nihil haec omnia

---

1) Die Philosophie der Griechen I⁴, 675.

2) Convivium p. 187 A, Sophist. p. 242 D.

3) Dignus est qui hic conferatur Norden, Die antike Kunstprosa I p. 24.

ostendunt nisi id quod optime ipse Dielsius (l. c. p. 3) indicavit nomine *Freude am etymologischen Spiel.* Mirum autem — ut hoc obiter tangam — videri potest Platonem in Cratylo utrumque illum ex Odyssea locum silentio praeteriisse, quamquam ab ipso Homero orsus incipit ab explicatione nominis Ἕκτωρ, quod cum nomine Ἀστυάναξ coniungitur. Hectoris autem illo veriloquio — hoc quoque addere mihi concedatur — iniuria uti mihi videtur Wilamowitzius [1]) ut ostendat, Platonem intellexisse et nomen Hectoris et virum ipsum a poeta fictum esse (von dem Dichter erfundene Person). Idem cum de Astyanacte contendit Wilamowitzius omnino ei adsentior; sed Hectorei nominis explicatio longius a Graecorum sermonis intellegentia recedit quam ut cogitare possimus de persona ab Iliadis poeta ficta; qui nonnisi ea nomina fingere solet quae omnium auribus statim sint perspicua atque aperta [2]). Plato si hoc Wilamowitzii iudicium legisset eodem modo eum ludibrio habuisset quo Cratylum.

IV.

Rursus Cratylum dixi; nam postquam probare conatus sum Platonem etiamsi Heraclitum ludendo petere studuerit, contingere tamen eum non potuisse, vereor ne impetus mihi sustinendus sit aliorum, qui Cratylum Platonis praeceptorem ideo tantum in dialogum receptum arbitrantur a discipulo, ut alium quendam impugnaret ex aequalibus suis multo magis quam Cratylum notum. Nomen quod nondum profero hac in re vir doctissimus H. D. Verdam mihi pro exemplo est, qui loquitur de *philosopho illo quem Cratylo dialogo petebat Plato* [3]). Nihilo accuratius quid hac de re sentiret exposuit Adelbert Stein, qui etymologias ex Cratylo dialogo collectas ad calculorum fere rationem revocare conatus est [4]); arbitratur hic Platonem plures spectare grammaticos „die in der Aufstellung von Wort-

1) Platon I p. 288.

2) Qualia nomina sunt (Σ 39 sqq.):

Γλαύκη τε Θάλειά τε Κυμοδόκη τε
Νησαίη, Σπειώ τε Θόη θ' Ἁλίη τε βοῶπις.

3) Mnemosyne XLIV p. 287.

4) Die Etymologien in Platons Kratylos, *Archiv für Geschichte der Philosophie* XXII p. 109—132.

Socrate ut accurate rursus inquirat in veritatem eorum quae modo in medium protulerit.

Estne mandato perfuncturus? Vix adducimur ut credamus cum legimus ea Platonis verba quibus se perfuncturum esse spondet. „Equidem faciam quod rogasti. Noli tamen neglegere, o Socrates, me iam multum et diu in inquisitione versatum ad Heracliti sententiam magis magisque inclinari coepisse" [1]). Hic quoque in fine dialogi rursus agnoscimus singularem illam Cratyli pervicaciam. Omnibus qui adsunt Socratem persuadentem fecit Plato uno excepto Cratylo qui per totum sermonem nonnisi ad incitas redactus pauca quaedam adversario concessit; ubicumque metuebat ne quid detrimenti acciperet dilectissima illa *ὀρθότης τῶν ὀνομάτων* quam absurdissime rem negare non infra se habuit: pictorem pictori, architecto architectum praestare in operibus componendis et perficiendis haud negabat; sed idem valere ubi agatur de auctore legis de lingua humana qui *νομοθέτης* dicitur vel *ὀνοματοθέτης* vel *δημιουργὸς τῶν ὀνομάτων*, id concedere noluit (p. 429 B), argumentis usus adeo infirmis, ut ipse Socrates ei subveniret adferens sententiam illam a multis iam prolatam *ὅτι ψευδῆ λέγειν τὸ παράπαν οὐκ ἔστιν*. Quin etiam ubi aliquid adversario dederat gravissimis eius verbis coactus (p. 431 A), statim ad priorem suam argumentationem redibat ubi primum in Socratis disputatione aliquam infirmitatem observare sibi visus erat (p. 432 A). Atque id plus quam semel fieri videmus: invictis Socratis argumentis tantum non profligatus (p. 433 B) mox certamen detrectat cum dicit: „Minime disceptatione mihi opus esse videtur: etenim *οὐκ ἀρέσκει με*, haud mihi placet, contendere *ὄνομα μὲν εἶναι, μὴ μέντοι καλῶς γε κεῖσθαι*" (p. 433 C). Sic progreditur colloquium: quo magis Cratylus sentit se non habere quod respondeat, eo magis effugium circumspicit turpe atque indignum, donec tandem evadit verbis usus modo allatis, quae egregie illustrari possunt Aristophaneo illo *οὐ γὰρ πείσεις οὐδ᾽ ἢν πείσῃς*.

---

1) P. 440 D. *Ἀλλὰ ποιήσω ταῦτα. εὖ μέντοι ἴσθι, ὦ Σώκρατες, ὅτι οὐδὲ νυνὶ ἀσκέπτως ἔχω, ἀλλά μοι σκοπουμένῳ καὶ πράγματα ἔχοντι πολὺ μᾶλλον ἐκείνως φαίνεται ὡς Ἡράκλειτος λέγει.*

II.

Sic Plato plus quam viginti annis [1]) ut videtur postquam Cratylo relicto Socrati se applicuit, prioris praeceptoris imaginem nobis pinxit satis tristem atque asperam. Quae imago quatenus ad veritatem sit delineata quamquam propter indiciorum inopiam effici nequit, id unum tamen pro certo statuere licet: Platonem hic eadem via progressum esse qua Socratis pinxerit effigiem, sed progressum esse in contrariam partem: hunc nobis repraesentari excelsiorem et perfectiorem quam revera fuerit, Cratylum contra aliquanto magis inhumanum quam conveniret cum veritate. Consulto tamen Platonem iniquiorem in eum fuisse contendere non ausim; neque efficere licet quid in maius ab eo auctum sit quid non. Hoc unum contendere nullus dubito Cratylum insignem fuisse obscuritate verborum et truculentia: quasi ipsum Platonem audire mihi videor ubi Hermogenes quantum Cratylus sibi displiceat sic declarat: Nihil eum dicere solere quod sit clarum atque perspicuum, *ὥστε με μὴ δύνασθαι εἰδέναι πότερον ἑκὼν ἢ ἄκων οὕτως ἀσαφῶς ἑκάστοτε περὶ αὐτῶν λέγει* (p. 427 D). Apparet autem Cratylum Heracliti sectatorem reconditam magistri doctrinam vix potuisse intellegere, imitari vero potuisse externam eius speciem atque cultum.

Benefactum est quod de Heraclito multo plura novimus quam de Cratylo; quoniam autem tam multa de eo tradita sunt difficile est efficere, quid ex iis sit verum quid fictum. Neque id hoc loco efficere necessarium est; nullam enim video esse causam propter quam statuamus post eam aetatem qua Cratylum dialogum scripserit Plato ea quae de Heraclito litteris atque memoria hominum tradita essent, valde aucta esse atque immutata, quamquam fieri potest ut paucae quaedam iis additae sint fabellae [2]): novi iam prodierant philosophi de qui-

1) Iure enim Duemmlerus statuisse mihi videtur Cratylum a Platone conscriptum esse primis post pacem Antalcideam annis; quamquam minime necessarium esse arbitror ex iis quae Cratyl. p. 433 A dicta sunt efficere Platonem sumere iam pacem esse compositam inter Athenienses et Aeginetas; cf. Raeder, Platons philosophische Entwicklung p. 153.

2) Post Aristotelem demum Heracliti personam qualem novimus confictam esse censet Ernst Howald in disputatione *Heraklit und seine antike Beurteiler* (Neue Jahrbücher XLI p. 81—92); addit tamen: „schon bei Aristoteles liegen Spüren davon vor" (p. 89).

bus agebant et nugabantur homines. Hinc, ut hoc utar, explicandum esse videtur quod Heraclitus qualem Lucianus nobis venditat in Vitarum Auctione § 14 haud paucis in rebus convenit cum notissimo Theaeteti loco (p. 180 B) — melius dixeris locum illum sordido quodam colore adspergere — quo vehementissime invehitur Plato in Heracliti admiratores. Quam ob rem non sine quadam probabilitate ante oculos videre mihi videor Heraclitum qualem exeunte saeculo ante Christum natum sibi fingebant Athenienses; neque hominibus a putida quadam simulatione non alienis difficile fuisse suspicor apud cives suos Heraclitum agere, qui et ipse hominum animos ineptiis et nugis interdum in se convertisse ferebatur [1]). Reconditam Ephesii doctrinam se omnino non intellegere sic egregie occultabant; ex eo genere hominum Cratylus pauca quaedam legerat ex Heracliti libris, pauca quaedam — prae ceteris eam sententiam quam verbis *πάντα ῥεῖ* expresserat ὁ σκοτεινός — ab eo sumpserat atque in usum suum converterat, sic se alterum Heraclitum speciose ostentans. Quo nomine pellectus postquam Plato ad eum venit, insigni quadam exspectatione excidit. Pauca ex his breviter explicare mihi liceat.

Ac primum quidem dixerit quispiam sibi magis videri probabile Cratylo Heraclitum imitanti pro exemplo fuisse alios philosophi Ephesii imitatores quam hausisse eum nonnisi ex iis quae scripta reliquisset Heraclitus. Quod fieri posse ut verum sit quamquam haud negaverim veri tamen mihi videtur dissimillimum. Vix enim credibile est sub finem quinti saeculi ante Christum natum tales viros Heracliteos etiam vixisse inter Graecos [2]). Iam satis diu erat ex quo mortem obierat Heraclitus; suam eum scholam condidisse qualem e. g. condi-

1) Sic Diogene Laertio IX 12 auctore roganti cur taceret Heraclitus respondit: *ἵν' ὑμεῖς λαλῆτε*; apud Plutarchum autem De garrul. 17, p. 511 8 Ç (Diels I³ p. 71) narratur Heraclitum a civibus suis rogatum ut diceret quid sentiret de concordia in suggestum adscendisse, poculum sumpsisse frigida aqua impletum, hordeo respersisse, puleio miscuisse; tum poculo exhausto abiisse, sic demonstrantem *ὅτι τὸ τοῖς τυχοῦσιν ἀρκεῖσθαι καὶ μὴ δεῖσθαι τῶν πολυτελῶν ἐν εἰρήνῃ καὶ ὁμονοίᾳ διατηρεῖ τὰς πόλεις.*

2) Cf. Howald l. c. p. 84 „Freilich lag es gerade in der Art Heraklits, dass er keine Schule bilden konnte. Dazu war sein Forschen zu wenig wissenschaftlich interessiert, zu fremd der Einzelheiten".

derat Pythagoras, nusquam apparet. Doctrina eius augebatur, colebatur, impugnabatur; sed admiratores neque in unum se congregasse neque magno numero fuisse videntur. Scio equidem Diogenem Laertium IX 6 contendere Heraclitum tantam gloriam accepisse *ὥστε καὶ αἱρετιστὰς ἀπ' αὐτοῦ γεγονέναι τοὺς κληθέντας Ἡρακλειτείους*, sed notatu dignissimum est rarissime tantum de istis Heracliteis mentionem fieri apud scriptores antiquos. Pythagoreos contra *ducentos duodeviginti* nominat Iamblichus; eidem praesertim in quarti saeculi comoediis frequentissime ludibrio habentur; etiam Theocritus *Πυθαγορικτὰν* dicit erronem incultum et pallidum [1]). Nihil eiusmodi invenimus de Heracliteis; unum Epicharmum, Heracliti aequalem, eum illusisse traditum est [2]). Quin etiam certum quoddam Heracliteorum exstitisse genus apertis verbis negat Theodorus in eo quem modo citavi Theaeteti loco: „Quid? Heracliti discipulos narras? Inter eiusmodi homines alter non prodit ex alterius disciplina, sed sponte sua nascuntur, ubi singuli divino flatu se contingi credunt, semperque alteri eorum persuasum est alterum nihil omnino scire" [3]).

Hinc quoque explicandum videtur quod apud Dielsium Cratylo Heracliteo unus tantum eiusdem scholae philosophus additur Antisthenes quidam, cuius non nisi nomen nobis notum est; quod autem apud Aristotelem citantur *τινὲς τῶν Ἡρακλειτιζόντων* qui contendebant *ἐκ μὲν τοῦ ποτίμου ξηραινομένου καὶ πηγνυμένου λίθους γίνεσθαι καὶ γῆν, ἐκ δὲ τῆς θαλάττης τὸν ἥλιον ἀναθυμιᾶσθαι* — vix quicquam isti docuerunt quod non ipsum Heraclitum docuisse traditum est, cf. fr. 36 *ψυχῇσιν θάνατος ὕδωρ γενέσθαι, ὕδατι δὲ θάνατος γῆν γενέσθαι· ἐκ γῆς δὲ ὕδωρ γίνεται, ἐξ ὕδατος δὲ ψυχή*, et fr. 126 *τὰ ψυχρὰ θέρεται, θερμὰ ψύχεται, ὑγρὸν αὐαίνεται, καρφαλέον νοτίζεται*. Con-

1) Theocrit. XIV 5, de quo loco cf. Volgraff, Mnemos. XLVII p. 346.

3) Apud Dielsium I³ p. 118, cf. Howald l. c. p. 84.

1) *Ποίοις μαθηταῖς, ὦ δαιμόνιε; οὐδὲ γίγνεται τῶν τοιούτων ἕτερος ἑτέρου μαθητής, ἀλλ' αὐτόματοι ἀναφύονται ὁπόθεν ἂν τύχῃ ἕκαστος αὐτῶν ἐνθουσιάσας, καὶ τὸν ἕτερον ὁ ἕτερος οὐδὲν ἡγεῖται εἰδέναι.* — Ultima verba insigni cum acerbitate prolata esse videntur: Heracliti sectatores ab ipso Heraclito aberrant de quo haec Diog. Laert. IX 5: *γέγονε δὲ θαυμάσιος ἐκ παιδων ὅτε καὶ νέος ὢν ἔφασκε μηδὲν εἰδέναι, τέλειος μέντοι γενόμενος πάντα ἐγνωκέναι*: Heraclitei non, ut Heraclitus, se ipsos nihil scire adfirmant, sed amicos suos.

[illegible] praeterea sunt quae ex [illegible] 74: [illegible] [illegible] quadr[illegible] [illegible] argumentula [illegible] Diogenes [illegible] cum odio [illegible] anima[illegible] [illegible] tum in [illegible] vestimente [illegible] [illegible] reversa [illegible] intellexisse. [illegible] nec aliena [illegible]

Quae tale [illegible]

Heracl[illegible]

[illegible]

Dixeris me hic provocare ad priorem Cratyli dialogi partem, in qua parte Cratylus nondum verba facit. At in fine dialogi ipse Cratylus testatur Socratem egregie doctrinam Heracliteam in linguae origine investiganda adhibuisse; id autem ipsum sibi proposuisse mihi videtur Plato cum dialogum ea qua prodit induit veste ut quasi Cratylum Cratylo ostenderet: per iocum et cavillationem Socrates exponit eam doctrinam quam pro Heraclitea olim Platoni venditaverat Cratylus. Unde quo magis ipsam referebat naturam Plato eo magis valebat ad movendos lectorum auditorumque animos; qua in re quanta fuerit Platonis ingeniosa peritia ostendit comparatio eorum quae ex eodem genere alibi protulit: parodias dico quales praebent cum Agathonis oratio in Convivio, Lysiae in Phaedro, tum totus fere Menexenus. Etenim quamquam rem pro certo demonstrari posse minime contenderim, facere tamen non possum quin credam Platonem eo ipso quod adulescens Cratylum audiverit, qui Heracliteus esse et sibi et aliis videretur, ab Heraclito quadamtenus abalienatum esse, quamvis multa ex eodem philosopho sive prudens sive imprudens sumpserit in excolenda sua doctrina [1]). Praecipue Plato impugnat illud πάντα ῥεῖ quod pro ipsa veritate a Cratylo ei traditum ipse Cratylus adhibere conabatur in linguae humanae studio, cuius primam originem saeculum quintum ante Christum natum adspexerat.

III.

Ipse Cratylus. Quod cum dico non ignoro me obloqui compluribus viris doctis, qui arbitrentur iam ipsum Heraclitum linguae humanae studio operam dedisse; inter quos honoris

---

1) Cf. Howald, l. c. p. 86 sq. „Aber noch viel sterker fühlen wir die Verwandtschaft der beiden auf psychologischem Gebiet. Wer könnte in den Heraklitischen Anspielungen nicht die Wurzel zu jenen verzweifelt furchtbaren Bildern sehen von der armen Seele, die im irdischen Leibe eingeschlossen ist, von ihm beschmutzt und heruntergerissen und die vergeblich einen Blick in den Logos zu tun wünscht, die Anteil an der Göttlichkeit hat und ihn zu verscherzen nicht müde wird, die stirbt wenn sie lebt und lebt wenn sie stirbt. Auch Platons Weltperiode mag eine Weiterbildung Heraklitischen Ideeen sein. Beide reden die Sprache der orphischen Mystik, Heraklit freilich kräftiger, ursprünglicher, Platon weicher, künstlicher: es ist, namentlich in späteren Werken, bei ihm nicht selten ein sehr gewolltes Ekstasieren. Unterdessen war Platon allerdings ein anderer geworden.

causa nomino Hermannum Diels, qui ante hos decem fere annos egregiam edidit disputationem *Die Anfänge der Philologie bei den Griechen* [1]). Quamquam autem hoc loco qui a Dielsio dissentit gravissimum profecto adit periculum, tamen fieri non potest ut adstipuler his eius verbis: „die von Platon verspottete etymologische Richtung der späteren Herakliteer ist aus Heraklit selbst folgericht abgeleitet worden, wie man aus einigen erhaltenen Andeutungen seiner Fragmente ersieht". Primum eos quos Dielsius dicit *spätere Herakliteer* ne exstitisse quidem supra ostendere conabar; deinde ex paucissimis quae supersint indiciis effici posse iam Heraclitum cum arti grammaticae tum etymologiae incubuisse, id confidenter nego. Ipse potius eo perveneram, quo postea cognovi iam pervenisse virum clarissimum F. Muller J.f. nostratem; apud quem haec legimus in libro *De veterum imprimis Romanorum studiis etymologicis* p. 13: „Itaque nos quoque fateri debemus, de ipsius Heracliti in hac re sententia nos nihil fere scire; quin etiam, ni omnino fallor, ipsa res fert, ut posteriores, non ipse Heraclitus, huius philosophiam in linguae originem transtulerint". Quoniam autem singula Heracliti fragmenta, quae huc faciunt, a Dielsio allata neque citavit Mullerus neque tractavit, rem paulo accuratius considerare mihi liceat. Sex tantum nisi fallor hic sub censum vocari possunt fragmenta; in quibus citandis me Dielsii numeris uti vix est quod moneam. Primum est fragmentum 48: *τῷ οὖν τόξῳ ὄνομα βίος, ἔργον δὲ θάνατος*: „Des Bogens Name ist also Leben, sein Werk Tod", ut reddit Dielsius, verborum lusum pervertens. Nihil enim hic habemus nisi verborum lusum, quo demonstratur Heraclito in pronuntiandis vocabulis *βίος* et *βιός* accentuum discrepantiam non magni fuisse momenti. Sed quomodo hinc appareat Heraclitum hac ratione ipsorum vocabulorum *βίος* et *βιός* originem vel adfinitatem explicare voluisse id vix ac ne vix quidem intellego. Verisimile est — id quod et Dielsius observavit — Heraclitum id sibi proposuisse ut his quoque vocabulis unitatem illam rerum inter se contrariarum illustraret: vitam et mortem in ipsa lingua uno et eodem vocabulo indicari. Sed ne sic qui-

1) Neue Jahrbücher XXV p. 1—25.

dem neglegendum est nos prorsus ignorare qui fuerit disputationis contextus qua Heraclitus sententiam illam protulit: vix autem redargui possit, si quis ex eadem sententia efficiat eum autumasse vocabula non φύσει cohaerere cum rebus quas indicent, nomen enim βιός adversus naturam inditum esse arcui, qui tantum absit ut vitam procreet ut mortem afferat. Priorem tamen explicationem veram esse mihi persuasum est [1]).

Alibi Heraclitus dialectica forma ξυνός usus esse videtur ea praesertim de causa ut in vocabulis ludere posset. Legimus enim haec in initio fragmenti 114: ξὺν νόῳ λέγοντας ἰσχυρίζεσθαι χρὴ τῷ ξυνῷ πάντων: „prudenter disputantibus praesidium quaerendum est in eo quod omnibus rebus commune est, eodem modo" — sic pergit Heraclitus — „quo civitas Legis praesidio nititur". Lusus autem hic verborum prorsus est ex eodem genere atque is quo Antisthenem aliquando usum esse Diogenes Laertius VI 3 tradit: eum adulescenti cuidam disciplinae suae interfuturo cum rogaret quarum rerum indigeret respondisse „βιβλιαρίου καινοῦ καὶ γραφείου καινοῦ καὶ πινακιδίου καινοῦ, τὸν νοῦν παρεμφαίνων" [2]), ita ut parva vocis inclinatione identidem pronuntiaret καὶ νοῦ. Hinc haud dubie explicandum est quod forma ξυνός pro κοινός usus est Heraclitus; nam quamquam utrumque vocabulum et alibi apud eum invenitur, tamen in fragmento 2 certissima emendatione a Bekkero restituto quasi esset scholiasta formam ξυνός sic explicavit: ξυνὸς γὰρ ὁ κοινός.

Eadem ratione verborum lusum audio in fr. 25: μόροι γὰρ μέζονες μέζονας μοίρας λαγχάνουσι „Grösserer Tod empfängt grössere Belohnung", ut Dielsii versionem Germanicam citem. — Sed hic quoque adduci non possum ut credam vocabula μόρος et μοῖρα Heraclitum ἐτυμολογικῶς inter se iunxisse.

Dubitari fortasse potest de fragmento 32: ἓν τὸ σοφὸν μοῦνον λέγεσθαι οὐκ ἐθέλει καὶ ἐθέλει Ζηνὸς ὄνομα „unum id quod solum sapiens est et non vult et vult Iovis nomine indicari". Hic ubi in memoriam revocaverimus veriloquium ex Cratylo

---

1) Cf. et Gomperz, Griechische Denker I p. 318.

2) locum recepit Cobetus in libellum quem tironum in usum composuit adiutore J. J. de Gelder (Grieksch Leesboek N⁰ 322).

dialogo (p. 396 A) quo accusativi Δία et Ζῆν ita explicantur ut ex infinitivo διαζῆν in duas partes dissecto orti esse dicantur, proni erimus ad suspicandum Platonem adlusisse ad fragmentum quod modo citavi; sed etiamsi haec suspicio vera est — quamquam veram esse accurate re perpensa non credo — tamen minime inde sequitur Platonem hic tetigisse id quod ipse dicere voluisset Heraclitus.

Multo minus dubito de fragmentis 10 et 15, quamquam Zellerus [1]) quoque ea adfert pro exemplis etymologiarum Heraclitearum. Egregie profecto ex fragmento 10 apparet quam arguto et obscuro genere dicendi interdum usus sit Heraclitus: συνάψιες ὅλα καὶ οὐχ ὅλα, συμφερόμενον διαφερόμενον, συνᾷδον διᾷδον, καὶ ἐκ πάντων ἓν καὶ ἐξ ἑνὸς πάντα: „Cohaerent inter se *totum et non totum*, *concordia et discordia*, *consonum et dissonum*, atque *ex omnibus unum et ex uno omnia*". Quomodo autem hic in coniunctione rerum inter se pugnantium quales sunt συμφερόμενον et διαφερόμενον, de qua coniunctione alibi quoque Plato egit [2]) Heraclito adversatus, quicquam inveniri possit quod ad etymologiam spectet, id me quidem prorsus latet. Idem valet de fr. 15 εἰ μὴ γὰρ Διονύσῳ πομπὴν ἐποιοῦντο καὶ ὕμνεον ᾆσμα αἰδοίοισιν, ἀναιδέστατα εἴργαστ' ἄν: „Nisi Dionysi in honorem pompam ducerent et carmen canerent lascivum, turpissime se gererent". Hic quoque vocabula αἰδοίοισιν et ἀναιδέστατα ita inter se composita sunt ut emineat sonorum inter se similitudo; sed de etymologia me iudice οὐδεὶς λόγος.

At sumamus de veriloquio proferendo cogitasse Heraclitum: ne sic quidem constat eum linguae humanae studio deditum fuisse. Nam et vix interdum distingui potest inter veriloquium et lusum verborum, et ibi quoque ubi ex lusu prodit etymologia facetus animus inde elucere potest aut etiam acumen philosophicum [3]); sed a linguae humanae disciplina atque studio perlongo intervallo haec omnia distant. An forte etymologiae operam dedit Homerus verbo ὀδύσασθαι bis usus, et ad explicandum Ulixis nomen et ad ludendum? Nihil haec omnia

1) Die Philosophie der Griechen I⁴, 675.
2) Convivium p. 187 A, Sophist. p. 242 D.
3) Dignus est qui hic conferatur Norden, Die antike Kunstprosa I p. 24.

ostendunt nisi id quod optime ipse Dielsius (l. c. p. 3) indicavit nomine *Freude am etymologischen Spiel.* Mirum autem — ut hoc obiter tangam — videri potest Platonem in Cratylo utrumque illum ex Odyssea locum silentio praeteriisse, quamquam ab ipso Homero orsus incipit ab explicatione nominis Ἕκτωρ, quod cum nomine Ἀστυάναξ coniungitur. Hectoris autem illo veriloquio — hoc quoque addere mihi concedatur — iniuria uti mihi videtur Wilamowitzius [1]) ut ostendat, Platonem intellexisse et nomen Hectoris et virum ipsum a poeta fictum esse (von dem Dichter erfundene Person). Idem cum de Astyanacte contendit Wilamowitzius omnino ei adsentior; sed Hectorei nominis explicatio longius a Graecorum sermonis intellegentia recedit quam ut cogitare possimus de persona ab Iliadis poeta ficta; qui nonnisi ea nomina fingere solet quae omnium auribus statim sint perspicua atque aperta [2]). Plato si hoc Wilamowitzii iudicium legisset eodem modo eum ludibrio habuisset quo Cratylum.

IV.

Rursus Cratylum dixi; nam postquam probare conatus sum Platonem etiamsi Heraclitum ludendo petere studuerit, contingere tamen eum non potuisse, vereor ne impetus mihi sustinendus sit aliorum, qui Cratylum Platonis praeceptorem ideo tantum in dialogum receptum arbitrantur a discipulo, ut alium quendam impugnaret ex aequalibus suis multo magis quam Cratylum notum. Nomen quod nondum profero hac in re vir doctissimus H. D. Verdam mihi pro exemplo est, qui loquitur de *philosopho illo quem Cratylo dialogo petebat Plato* [3]). Nihilo accuratius quid hac de re sentiret exposuit Adelbert Stein, qui etymologias ex Cratylo dialogo collectas ad calculorum fere rationem revocare conatus est [4]); arbitratur hic Platonem plures spectare grammaticos „die in der Aufstellung von Wort-

---

1) Platon I p. 288.

2) Qualia nomina sunt (Σ 39 sqq.):

Γλαύκη τε Θάλειά τε Κυμοδόκη τε
Νησαίη, Σπειώ τε Θόη θ' Ἁλίη τε βοῶπις.

3) Mnemosyne XLIV p. 287.

4) Die Etymologien in Platons Kratylos, *Archiv für Geschichte der Philosophie* XXII p. 109—132.

erklärungen von einander verschiedene Standpunkte einnahmen, so dass sie für ihn gewissermassen ein jeder als Vertreter eines besondern Systems in der Spracherklärung galten". Quod quadamtenus verum esse equidem non negaverim: Cratyli doctrinam cum derideret dubitari non potest quin et alios sui temporis grammaticos tetigerit Plato; qua de re quid sentiam infra paucis expositurus sum. Sed quod ad Cratylum dialogum attinet iam diu est ex quo multo firmiore fundamento se niti posse putaverunt viri docti: post Schleiermacherum alii identidem demonstrare conati sunt, alii negaverunt Platonem et alibi et in Cratylo imprimis Antisthenem Cynicum petiisse. Novi aliquid me hic adferre posse vix quisquam exspectaverit; hoc unum dico eum qui nulla praeiudicata opinione ductus investigetur quibus tandem argumentis tota illa de Antisthene doctrina nitatur mox exspectatione deiectum iri, frustra hic quicquam firmi soli quaerentem. Praesertim hoc valet de Cratylo dialogo; Platonem alibi saepe in recessu scenae dramaticae qua dialogos suas agebat Antisthenem conspexisse cum quo adulescente ipse adulescens Socratem audiverat, facile id est profecto intellectu. Sed Antisthenem ei ante oculos versatum esse sicubi humanae linguae studio se operam dare fingeret, id nulla ratione probari posse mihi persuasum est. Quod non minus valet de Cratylo quam de aliis dialogis Platonicis: nam delectabatur Plato praesertim lusibus etymologicis, ut ex multis locis iisque admodum inter se diversis apparet [1]).

Duo autem sunt quae viris doctis pro argumentis esse sint visa, quibus freti ad Antisthenem provocari posse putarent. Primum enim in catalogo librorum ab Antisthene compositorum quem servavit Diogenes Laertius VI 17 cum alii enumerantur tituli tum τόμος ἕβδομος ἐν ᾧ περὶ παιδείας ἢ ὀνομάτων α′ β′ γ′ δ′ ε′, et libellus περὶ ὀνομάτων χρήσεως; deinde servata est haec eius sententia: ἀρχὴ παιδεύσεως ἡ τῶν ὀνομάτων ἐπίσκεψις. Quae sententia, ut Wilamowitzius quoque ob-

1) Cf. e. g. Phaedrus p. 244 C, p. 252 C, Sophist. p. 228 C (Ritter, Philologus LXXV p. 56), p. 221 C, Charmid. p. 175 B, Legg. II p. 654 A, Protagoras p. 312 C, Theaetet. p. 194 C. Vide praeterea quae attulit Otto Apelt in Cratyli interpretationis Germanicae Praefatione (Platons Dialog Kratylos übersetzt und erläutert, Leipzig 1918), p. 13 sq.

servavit [1]), nemini mirum esset si pro Platonica circumferretur; saepissime enim Plato in rem aliquam accurate inquisiturus a nominis definitione investiganda proficiscitur. Verisimile autem est Antisthenem in libris quos attuli scribendis id egisse ut sententiam illam exemplis argumentisque abunde illustraret; sed quoniam nihil certi hic novimus periculosum hercle est divinando quicquam efficere conari. Quidquid id est, Antisthenem etymologiae operam dedisse nusquam apparet; Stoicorum autem de linguae origine doctrinam nonnisi per Antisthenem cum Platonis Cratylo coniungi posse, id ut demonstraret ne Duemmlero quidem contigisse mihi videtur [2]) quem — pace dictum sit memoriae tanti viri, quo nemo unquam melius novit philosophiae post Socratis mortem historiam — morbo quodam Antisthenico laborasse fere dixeris. An forte prudenter et caute rem egisse censendus est is cuius haec sint verba: „*omnia haec ad Antisthenem refero quod alium non invenio a quo Stoici ea potuerunt accipere*" [3])? Quasi vero tota antiquitas nobis sit nota, ita ut quidquid disiectarum reliquiarum sit servatum suo loco reponere possimus.

Nec tamen is sum qui obloquar si quis contendat Platonem in Cratylo quoque hic illic Antisthenem sive ioco sive serio petere voluisse; sic lepide observavit Duemmlerus, quem sequitur Adalbert Stein l. c. p. 127, Socratis verbis Cratyl. p. 411 A *ὁμῶς δὲ ἐπειδήπερ τὴν λεοντῆν ἐνδέδυκα οὐκ ἀποδειλιατέον ἀλλ' ἐπισκεπτέον* Antisthenem quadamtenus ludibrio haberi, qui Cynicorum et Stoicorum hac in re dux atque exemplum, Herculem patronum sibi sumpserit atque dialogum scripserit cui

1) Platon I p. 285.

2) Duemmler, De Anthisthenis Logica, Kl. Schr. I p. 5 „Atque cum constet multa Stoicos e Cynicorum philosophia assumpsisse, ubicumque Stoicorum placita cum Platone singillatim concinunt, et Platonem et Stoicos Antisthenem referre iure statuemus", et p. 6 „Neque solum rationes Stoicorum cum Cratyleis concinunt, sed etiam singula etyma permulta". — Citantur deinde etymologiae nominum Δία et Ζῆν, Ῥέα, Ἥρα, Ἅιδης („etymon repudiatum a Cratylo, acceptum erat e Stoicis"), Ἀπόλλων, Σελήνη. „Permulta" profecto hic deesse videntur; nam nonnisi pauca deorum et dearum nomina attulit vir clarissimus. Quamquam enim addit: „Facili opera haec specimina augeri potuerunt", augere tamen supersedit. Tota autem ratio eo redit, ut Stoici etymologicam suam doctrinam a Cynicis sumpserint, imprimis ab Antisthene, hic ab Heraclito.

3) Antisthenica, Kl. Schr. I p. 43.

bus agebant et nugabantur homines. Hinc, ut hoc utar, explicandum esse videtur quod Heraclitus qualem Lucianus nobis venditat in Vitarum Auctione § 14 haud paucis in rebus convenit cum notissimo Theaeteti loco (p. 180 B) — melius dixeris locum illum sordido quodam colore adspergere — quo vehementissime invehitur Plato in Heracliti admiratores. Quam ob rem non sine quadam probabilitate ante oculos videre mihi videor Heraclitum qualem exeunte saeculo ante Christum natum sibi fingebant Athenienses; neque hominibus a putida quadam simulatione non alienis difficile fuisse suspicor apud cives suos Heraclitum agere, qui et ipse hominum animos ineptiis et nugis interdum in se convertisse ferebatur [1]). Reconditam Ephesii doctrinam se omnino non intellegere sic egregie occultabant; ex eo genere hominum Cratylus pauca quaedam legerat ex Heracliti libris, pauca quaedam — prae ceteris eam sententiam quam verbis *πάντα ῥεῖ* expresserat *ὁ σκοτεινός* — ab eo sumpserat atque in usum suum converterat, sic se alterum Heraclitum speciose ostentans. Quo nomine pellectus postquam Plato ad eum venit, insigni quadam exspectatione excidit. Pauca ex his breviter explicare mihi liceat.

Ac primum quidem dixerit quispiam sibi magis videri probabile Cratylo Heraclitum imitanti pro exemplo fuisse alios philosophi Ephesii imitatores quam hausisse eum nonnisi ex iis quae scripta reliquisset Heraclitus. Quod fieri posse ut verum sit quamquam haud negaverim veri tamen mihi videtur dissimillimum. Vix enim credibile est sub finem quinti saeculi ante Christum natum tales viros Heracliteos etiam vixisse inter Graecos [2]). Iam satis diu erat ex quo mortem obierat Heraclitus; suam eum scholam condidisse qualem e. g. condi-

1) Sic Diogene Laertio IX 12 auctore roganti cur taceret Heraclitus respondit: *ἵν' ὑμεῖς λαλῆτε*; apud Plutarchum autem De garrul. 17, p. 511 8 Ç (Diels I³ p. 71) narratur Heraclitum a civibus suis rogatum ut diceret quid sentiret de concordia in suggestum adscendisse, poculum sumpsisse frigida aqua impletum, hordeo respersisse, puleio miscuisse; tum poculo exhausto abiisse, sic demonstrantem *ὅτι τὸ τοῖς τυχοῦσιν ἀρκεῖσθαι καὶ μὴ δεῖσθαι τῶν πολυτελῶν ἐν εἰρήνῃ καὶ ὁμονοίᾳ διατηρεῖ τὰς πόλεις.*

2) Cf. Howald l. c. p. 84 „Freilich lag es gerade in der Art Heraklits, dass er keine Schule bilden konnte. Dazu war sein Forschen zu wenig wissenschaftlich interessiert, zu fremd der Einzelheiten".

derat Pythagoras, nusquam apparet. Doctrina eius augebatur, colebatur, impugnabatur; sed admiratores neque in unum se congregasse neque magno numero fuisse videntur. Scio equidem Diogenem Laertium IX 6 contendere Heraclitum tantam gloriam accepisse ὥστε καὶ αἱρετιστὰς ἀπ' αὐτοῦ γεγονέναι τοὺς κληθέντας Ἡρακλειτείους, sed notatu dignissimum est rarissime tantum de istis Heracliteis mentionem fieri apud scriptores antiquos. Pythagoreos contra *ducentos duodeviginti* nominat Iamblichus; eidem praesertim in quarti saeculi comoediis frequentissime ludibrio habentur; etiam Theocritus Πυθαγορικτὰν dicit erronem incultum et pallidum [1]). Nihil eiusmodi invenimus de Heracliteis; unum Epicharmum, Heracliti aequalem, eum illusisse traditum est [2]). Quin etiam certum quoddam Heracliteorum exstitisse genus apertis verbis negat Theodorus in eo quem modo citavi Theaeteti loco: „Quid? Heracliti discipulos narras? Inter eiusmodi homines alter non prodit ex alterius disciplina, sed sponte sua nascuntur, ubi singuli divino flatu se contingi credunt, semperque alteri eorum persuasum est alterum nihil omnino scire" [3]).

Hinc quoque explicandum videtur quod apud Dielsium Cratylo Heracliteo unus tantum eiusdem scholae philosophus additur Antisthenes quidam, cuius non nisi nomen nobis notum est; quod autem apud Aristotelem citantur τινὲς τῶν Ἡρακλειτιζόντων qui contendebant ἐκ μὲν τοῦ ποτίμου ξηραινομένου καὶ πηγνυμένου λίθους γίνεσθαι καὶ γῆν, ἐκ δὲ τῆς θαλάττης τὸν ἥλιον ἀναθυμιᾶσθαι — vix quicquam isti docuerunt quod non ipsum Heraclitum docuisse traditum est, cf. fr. 36 ψυχῇσιν θάνατος ὕδωρ γενέσθαι, ὕδατι δὲ θάνατος γῆν γενέσθαι· ἐκ γῆς δὲ ὕδωρ γίνεται, ἐξ ὕδατος δὲ ψυχή, et fr. 126 τὰ ψυχρὰ θέρεται, θερμὰ ψύχεται, ὑγρὸν αὐαίνεται, καρφαλέον νοτίζεται. Con-

---

1) Theocrit. XIV 5, de quo loco cf. Volgraff, Mnemos. XLVII p. 346.

3) Apud Dielsium I[3] p. 118, cf. Howald l. c. p. 84.

1) Ποίοις μαθηταῖς, ὦ δαιμόνιε; οὐδὲ γίγνεται τῶν τοιούτων ἕτερος ἑτέρου μαθητής, ἀλλ' αὐτόματοι ἀναφύονται ὁπόθεν ἂν τύχῃ ἕκαστος αὐτῶν ἐνθουσιάσας, καὶ τὸν ἕτερον ὁ ἕτερος οὐδὲν ἡγεῖται εἰδέναι. — Ultima verba insigni cum acerbitate prolata esse videntur: Heracliti sectatores ab ipso Heraclito aberrant de quo haec Diog. Laert. IX 5: γέγονε δὲ θαυμάσιος ἐκ παίδων ὅτε καὶ νέος ὢν ἔφασκε μηδὲν εἰδέναι, τέλειος μέντοι γενόμενος πάντα ἐγνωκέναι: Heraclitei non, ut Heraclitus, se ipsos nihil scire adfirmant, sed amicos suos.

ferenda praeterea sunt quae ex Aetio descripsit Diels I[3] 74: Ἡράκλειτος ταὐτὸν πεπονθέναι τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην. σκαφοειδεῖς γὰρ ὄντας τοῖς σχήμασι τοὺς ἀστέρας δεχομένους τὰς ἀπὸ τῆς ὑγρᾶς ἀναθυμιάσεως αὐγάς, φωτίζεσθαι πρὸς τὴν φαντασίαν; qui locus quadamtenus illustrari potest narratiuncula quam tradit Diogenes Laertius IX 3 Heraclitum, cum odio generis humani ductus in montes se recepisset, carne animalium abstinentem aqua intercute laborare coepisse; tum in urbem reversum αἰνιγματωδῶς medicos rogasse possentne ἐξ ἐπομβρίας αὐχμὸν facere; quos quid vellet non intellexisse. Quae fabella ut multae aliae orta esse videtur ex ioco alicuius Heracliti adversarii.

Suspicor igitur Cratylum Heracliti partes egisse subnixum iis tantum quae in Ephesii illius opere legisset; neque multum operae eum illi libro dedisse mihi persuadeo. Etenim nisi sumamus eum a Platone in scenam philosophicam productum iniquissime habitum esse — qua in re nihil pro certo statui posse iam supra dixi — notatu profecto est dignum Cratylum ex ingenti sapientiae copia quam Heraclitum praebuisse fragmenta etiam quae servata sunt demonstrant paucissima tantum in usum suum convertisse. Dabo exemplum. Permagni momenti in origine totius mundi investiganda ignem Heraclito visum esse abunde novimus; cuius tamen rei nulla fit mentio ubi Socrates Hermogeni roganti unde sit ortum vocabulum πῦρ nihil se quod respondeat habere profitetur dicens id vocabulum βαρβαρικόν τι esse sicut ὕδωρ et κύων. Similiter ubi agitur de vocabulo ψυχή citatur Anaxagoras [1]) quamquam parum feliciter, sed siletur de Heraclito cui tamen ἡ ψυχὴ fuerat αἰσθητικὴ ἀναθυμίασις (fr. 12), unde facile aliqua etymologia deduci poterat; conferantur ea quoque quae in eodem fragmento sequuntur apud Dielsium: ποταμοῖσι τοῖσιν αὐτοῖσιν ἐμβαίνουσιν ἕτερα καὶ ἕτερα ὕδατα ἐπιρρεῖ· καὶ ψυχαὶ δὲ ἀπὸ τῶν ὑγρῶν ἀναθυμιῶνται aut haec (fr. 77) ψυχῇσι τέρψιν ἢ θάνατον ὑγρῇσι γενέσθαι.

---

1) p. 400 A: Τί δέ; καὶ τὴν τῶν ἄλλων ἁπάντων φύσιν οὐ πιστεύεις Ἀναξαγόρᾳ νοῦν καὶ ψυχὴν εἶναι τὴν διακοσμοῦσαν καὶ ἔχουσαν; — eadem fere significatione hic adhibentur νοῦς et ψυχή, id quod ab Anaxagorae genere dicendi non prorsus alienum est, cf. locos Aristotelicos collectos a Dielsio I[3] p. 396 (Anaxagoras A. 100).

Dixeris me hic provocare ad priorem Cratyli dialogi partem, in qua parte Cratylus nondum verba facit. At in fine dialogi ipse Cratylus testatur Socratem egregie doctrinam Heracliteam in linguae origine investiganda adhibuisse; id autem ipsum sibi proposuisse mihi videtur Plato cum dialogum ea qua prodit induit veste ut quasi Cratylum Cratylo ostenderet: per iocum et cavillationem Socrates exponit eam doctrinam quam pro Heraclitea olim Platoni venditaverat Cratylus. Unde quo magis ipsam referebat naturam Plato eo magis valebat ad movendos lectorum auditorumque animos; qua in re quanta fuerit Platonis ingeniosa peritia ostendit comparatio eorum quae ex eodem genere alibi protulit: parodias dico quales praebent cum Agathonis oratio in Convivio, Lysiae in Phaedro, tum totus fere Menexenus. Etenim quamquam rem pro certo demonstrari posse minime contenderim, facere tamen non possum quin credam Platonem eo ipso quod adulescens Cratylum audiverit, qui Heracliteus esse et sibi et aliis videretur, ab Heraclito quadamtenus abalienatum esse, quamvis multa ex eodem philosopho sive prudens sive imprudens sumpserit in excolenda sua doctrina [1]). Praecipue Plato impugnat illud πάντα ῥεῖ quod pro ipsa veritate a Cratylo ei traditum ipse Cratylus adhibere conabatur in linguae humanae studio, cuius primam originem saeculum quintum ante Christum natum adspexerat.

III.

Ipse Cratylus. Quod cum dico non ignoro me obloqui compluribus viris doctis, qui arbitrentur iam ipsum Heraclitum linguae humanae studio operam dedisse; inter quos honoris

---

1) Cf. Howald, l. c. p. 86 sq. „Aber noch viel sterker fühlen wir die Verwandtschaft der beiden auf psychologischem Gebiet. Wer könnte in den Heraklitischen Anspielungen nicht die Wurzel zu jenen verzweifelt furchtbaren Bildern sehen von der armen Seele, die im irdischen Leibe eingeschlossen ist, von ihm beschmutzt und heruntergerissen und die vergeblich einen Blick in den Logos zu tun wünscht, die Anteil an der Göttlichkeit hat und ihn zu verscherzen nicht müde wird, die stirbt wenn sie lebt und lebt wenn sie stirbt. Auch Platons Weltperiode mag eine Weiterbildung Heraklitischen Ideeen sein. Beide reden die Sprache der orphischen Mystik, Heraklit freilich kräftiger, ursprünglicher, Platon weicher, künstlicher: es ist, namentlich in späteren Werken, bei ihm nicht selten ein sehr gewolltes Ekstasieren. Unterdessen war Platon allerdings ein anderer geworden.

causa nomino Hermannum Diels, qui ante hos decem fere annos egregiam edidit disputationem *Die Anfänge der Philologie bei den Griechen* [1]. Quamquam autem hoc loco qui a Dielsio dissentit gravissimum profecto adit periculum, tamen fieri non potest ut adstipuler his eius verbis: „die von Platon verspottete etymologische Richtung der späteren Herakliteer ist aus Heraklit selbst folgericht abgeleitet worden, wie man aus einigen erhaltenen Andeutungen seiner Fragmente ersieht". Primum eos quos Dielsius dicit *spätere Herakliteer* ne exstitisse quidem supra ostendere conabar; deinde ex paucissimis quae supersint indiciis effici posse iam Heraclitum cum arti grammaticae tum etymologiae incubuisse, id confidenter nego. Ipse potius eo perveneram, quo postea cognovi iam pervenisse virum clarissimum F. Muller J.f. nostratem; apud quem haec legimus in libro *De veterum imprimis Romanorum studiis etymologicis* p. 13: „Itaque nos quoque fateri debemus, de ipsius Heracliti in hac re sententia nos nihil fere scire; quin etiam, ni omnino fallor, ipsa res fert, ut posteriores, non ipse Heraclitus, huius philosophiam in linguae originem transtulerint". Quoniam autem singula Heracliti fragmenta, quae huc faciunt, a Dielsio allata neque citavit Mullerus neque tractavit, rem paulo accuratius considerare mihi liceat. Sex tantum nisi fallor hic sub censum vocari possunt fragmenta; in quibus citandis me Dielsii numeris uti vix est quod moneam. Primum est fragmentum 48: τῷ οὖν τόξῳ ὄνομα βιός, ἔργον δὲ θάνατος: „Des Bogens Name ist also Leben, sein Werk Tod", ut reddit Dielsius, verborum lusum pervertens. Nihil enim hic habemus nisi verborum lusum, quo demonstratur Heraclito in pronuntiandis vocabulis βίος et βιός accentuum discrepantiam non magni fuisse momenti. Sed quomodo hinc appareat Heraclitum hac ratione ipsorum vocabulorum βίος et βιός originem vel adfinitatem explicare voluisse id vix ac ne vix quidem intellego. Verisimile est — id quod et Dielsius observavit — Heraclitum id sibi proposuisse ut his quoque vocabulis unitatem illam rerum inter se contrariarum illustraret: vitam et mortem in ipsa lingua uno et eodem vocabulo indicari. Sed ne sic qui-

1) Neue Jahrbücher XXV p. 1—25.

dem neglegendum est nos prorsus ignorare qui fuerit disputationis contextus qua Heraclitus sententiam illam protulit: vix autem redargui possit, si quis ex eadem sententia efficiat eum autumasse vocabula non φύσει cohaerere cum rebus quas indicent, nomen enim βιὸς adversus naturam inditum esse arcui, qui tantum absit ut vitam procreet ut mortem afferat. Priorem tamen explicationem veram esse mihi persuasum est [1]).

Alibi Heraclitus dialectica forma ξυνὸς usus esse videtur ea praesertim de causa ut in vocabulis ludere posset. Legimus enim haec in initio fragmenti 114: ξὺν νόῳ λέγοντας ἰσχυρίζεσθαι χρὴ τῷ ξυνῷ πάντων: „prudenter disputantibus praesidium quaerendum est in eo quod omnibus rebus commune est, eodem modo" — sic pergit Heraclitus — „quo civitas Legis praesidio nititur". Lusus autem hic verborum prorsus est ex eodem genere atque is quo Antisthenem aliquando usum esse Diogenes Laertius VI 3 tradit: eum adulescenti cuidam disciplinae suae interfuturo cum rogaret quarum rerum indigeret respondisse „βιβλιαρίου καινοῦ καὶ γραφείου καινοῦ καὶ πινακιδίου καινοῦ, τὸν νοῦν παρεμφαίνων" [2]), ita ut parva vocis inclinatione identidem pronuntiaret καὶ νοῦ. Hinc haud dubie explicandum est quod forma ξυνὸς pro κοινὸς usus est Heraclitus; nam quamquam utrumque vocabulum et alibi apud eum invenitur, tamen in fragmento 2 certissima emendatione a Bekkero restituto quasi esset scholiasta formam ξυνός sic explicavit: ξυνὸς γὰρ ὁ κοινός.

Eadem ratione verborum lusum audio in fr. 25: μόροι γὰρ μέζονες μέζονας μοίρας λαγχάνουσι „Grösserer Tod empfängt grössere Belohnung", ut Dielsii versionem Germanicam citem. — Sed hic quoque adduci non possum ut credam vocabula μόρος et μοίρα Heraclitum ἐτυμολογικῶς inter se iunxisse.

Dubitari fortasse potest de fragmento 32: ἓν τὸ σοφὸν μοῦνον λέγεσθαι οὐκ ἐθέλει καὶ ἐθέλει Ζηνὸς ὄνομα „unum id quod solum sapiens est et non vult et vult Iovis nomine indicari". Hic ubi in memoriam revocaverimus veriloquium ex Cratylo

---

1) Cf. et Gomperz, Griechische Denker I p. 318.

2) Iocum recepit Cobetus in libellum quem tironum in usum composuit adiutore J. J. de Gelder (Grieksch Leesboek N⁰ 322).

dialogo (p. 396 A) quo accusativi Δία et Ζῆν ita explicantur ut ex infinitivo διαζῆν in duas partes dissecto orti esse dicantur, proni erimus ad suspicandum Platonem adlusisse ad fragmentum quod modo citavi; sed etiamsi haec suspicio vera est — quamquam veram esse accurate re perpensa non credo — tamen minime inde sequitur Platonem hic tetigisse id quod ipse dicere voluisset Heraclitus.

Multo minus dubito de fragmentis 10 et 15, quamquam Zellerus [1]) quoque ea adfert pro exemplis etymologiarum Heraclitearum. Egregie profecto ex fragmento 10 apparet quam arguto et obscuro genere dicendi interdum usus sit Heraclitus: συνάψιες ὅλα καὶ οὐχ ὅλα, συμφερόμενον διαφερόμενον, συνᾷδον διᾷδον, καὶ ἐκ πάντων ἓν καὶ ἐξ ἑνὸς πάντα: „Cohaerent inter se *totum et non totum*, *concordia et discordia*, *consonum et dissonum*, atque *ex omnibus unum et ex uno omnia*". Quomodo autem hic in coniunctione rerum inter se pugnantium quales sunt συμφερόμενον et διαφερόμενον, de qua coniunctione alibi quoque Plato egit [2]) Heraclito adversatus, quicquam inveniri possit quod ad etymologiam spectet, id me quidem prorsus latet. Idem valet de fr. 15 εἰ μὴ γὰρ Διονύσῳ πομπὴν ἐποιοῦντο καὶ ὕμνεον ᾆσμα αἰδοίοισιν, ἀναιδέστατα εἴργαστ' ἄν: „Nisi Dionysi in honorem pompam ducerent et carmen canerent lascivum, turpissime se gererent". Hic quoque vocabula αἰδοίοισιν et ἀναιδέστατα ita inter se composita sunt ut emineat sonorum inter se similitudo; sed de etymologia me iudice οὐδεὶς λόγος.

At sumamus de veriloquio proferendo cogitasse Heraclitum: ne sic quidem constat eum linguae humanae studio deditum fuisse. Nam et vix interdum distingui potest inter veriloquium et lusum verborum, et ibi quoque ubi ex lusu prodit etymologia facetus animus inde elucere potest aut etiam acumen philosophicum [3]); sed a linguae humanae disciplina atque studio perlongo intervallo haec omnia distant. An forte etymologiae operam dedit Homerus verbo ὀδύσασθαι bis usus, et ad explicandum Ulixis nomen et ad ludendum? Nihil haec omnia

---

1) Die Philosophie der Griechen I⁴, 675.

2) Convivium p. 187 A, Sophist. p. 242 D.

3) Dignus est qui hic conferatur Norden, Die antike Kunstprosa I p. 24.

ostendunt nisi id quod optime ipse Dielsius (l. c. p. 3) indicavit nomine *Freude am etymologischen Spiel.* Mirum autem — ut hoc obiter tangam — videri potest Platonem in Cratylo utrumque illum ex Odyssea locum silentio praeteriisse, quamquam ab ipso Homero orsus incipit ab explicatione nominis Ἕκτωρ, quod cum nomine Ἀστυάναξ coniungitur. Hectoris autem illo veriloquio — hoc quoque addere mihi concedatur — iniuria uti mihi videtur Wilamowitzius [1]) ut ostendat, Platonem intellexisse et nomen Hectoris et virum ipsum a poeta fictum esse (von dem Dichter erfundene Person). Idem cum de Astyanacte contendit Wilamowitzius omnino ei adsentior; sed Hectorei nominis explicatio longius a Graecorum sermonis intellegentia recedit quam ut cogitare possimus de persona ab Iliadis poeta ficta; qui nonnisi ea nomina fingere solet quae omnium auribus statim sint perspicua atque aperta [2]). Plato si hoc Wilamowitzii iudicium legisset eodem modo eum ludibrio habuisset quo Cratylum.

IV.

Rursus Cratylum dixi; nam postquam probare conatus sum Platonem etiamsi Heraclitum ludendo petere studuerit, contingere tamen eum non potuisse, vereor ne impetus mihi sustinendus sit aliorum, qui Cratylum Platonis praeceptorem ideo tantum in dialogum receptum arbitrantur a discipulo, ut alium quendam impugnaret ex aequalibus suis multo magis quam Cratylum notum. Nomen quod nondum profero hac in re vir doctissimus H. D. Verdam mihi pro exemplo est, qui loquitur de *philosopho illo quem Cratylo dialogo petebat Plato* [3]). Nihilo accuratius quid hac de re sentiret exposuit Adelbert Stein, qui etymologias ex Cratylo dialogo collectas ad calculorum fere rationem revocare conatus est [4]); arbitratur hic Platonem plures spectare grammaticos „die in der Aufstellung von Wort-

---

1) Platon I p. 288.

2) Qualia nomina sunt (Σ 39 sqq.):

Γλαύκη τε Θάλειά τε Κυμοδόκη τε
Νησαίη, Σπειώ τε Θόη θ' Ἁλίη τε βοῶπις.

3) Mnemosyne XLIV p. 287.

4) Die Etymologien in Platons Kratylos, *Archiv für Geschichte der Philosophie* XXII p. 109—132.

erklärungen von einander verschiedene Standpunkte einnahmen, so dass sie für ihn gewissermassen ein jeder als Vertreter eines besondern Systems in der Spracherklärung galten". Quod quadamtenus verum esse equidem non negaverim: Cratyli doctrinam cum derideret dubitari non potest quin et alios sui temporis grammaticos tetigerit Plato; qua de re quid sentiam infra paucis expositurus sum. Sed quod ad Cratylum dialogum attinet iam diu est ex quo multo firmiore fundamento se niti posse putaverunt viri docti: post Schleiermacherum alii identidem demonstrare conati sunt, alii negaverunt Platonem et alibi et in Cratylo imprimis Antisthenem Cynicum petiisse. Novi aliquid me hic adferre posse vix quisquam exspectaverit; hoc unum dico eum qui nulla praeiudicata opinione ductus investigetur quibus tandem argumentis tota illa de Antisthene doctrina nitatur mox exspectatione deiectum iri, frustra hic quicquam firmi soli quaerentem. Praesertim hoc valet de Cratylo dialogo; Platonem alibi saepe in recessu scenae dramaticae qua dialogos suas agebat Antisthenem conspexisse cum quo adulescente ipse adulescens Socratem audiverat, facile id est profecto intellectu. Sed Antisthenem ei ante oculos versatum esse sicubi humanae linguae studio se operam dare fingeret, id nulla ratione probari posse mihi persuasum est. Quod non minus valet de Cratylo quam de aliis dialogis Platonicis: nam delectabatur Plato praesertim lusibus etymologicis, ut ex multis locis iisque admodum inter se diversis apparet [1]).

Duo autem sunt quae viris doctis pro argumentis esse sint visa, quibus freti ad Antisthenem provocari posse putarent. Primum enim in catalogo librorum ab Antisthene compositorum quem servavit Diogenes Laertius VI 17 cum alii enumerantur tituli tum *τόμος ἕβδομος ἐν ᾧ περὶ παιδείας ἢ ὀνομάτων α′ β′ γ′ δ′ ε′*, et libellus *περὶ ὀνομάτων χρήσεως*; deinde servata est haec eius sententia: *ἀρχὴ παιδεύσεως ἡ τῶν ὀνομάτων ἐπίσκεψις*. Quae sententia, ut Wilamowitzius quoque ob-

1) Cf. e. g. Phaedrus p. 244 C, p. 252 C, Sophist. p. 228 C (Ritter, Philologus LXXV p. 56), p. 221 C, Charmid. p. 175 B, Legg. II p. 654 A, Protagoras p. 312 C, Theaetet. p. 194 C. Vide praeterea quae attulit Otto Apelt in Cratyli interpretationis Germanicae Praefatione (Platons Dialog Kratylos übersetzt und erläutert, Leipzig 1918), p. 13 sq.

servavit [1]), nemini mirum esset si pro Platonica circumferretur; saepissime enim Plato in rem aliquam accurate inquisiturus a nominis definitione investiganda proficiscitur. Verisimile autem est Antisthenem in libris quos attuli scribendis id egisse ut sententiam illam exemplis argumentisque abunde illustraret; sed quoniam nihil certi hic novimus periculosum hercle est divinando quicquam efficere conari. Quidquid id est, Antisthenem etymologiae operam dedisse nusquam apparet; Stoicorum autem de linguae origine doctrinam nonnisi per Antisthenem cum Platonis Cratylo coniungi posse, id ut demonstraret ne Duemmlero quidem contigisse mihi videtur [2]) quem — pace dictum sit memoriae tanti viri, quo nemo unquam melius novit philosophiae post Socratis mortem historiam — morbo quodam Antisthenico laborasse fere dixeris. An forte prudenter et caute rem egisse censendus est is cuius haec sint verba: „*omnia haec ad Antisthenem refero quod alium non invenio a quo Stoici ea potuerunt accipere*" [3])? Quasi vero tota antiquitas nobis sit nota, ita ut quidquid disiectarum reliquiarum sit servatum suo loco reponere possimus.

Nec tamen is sum qui obloquar si quis contendat Platonem in Cratylo quoque hic illic Antisthenem sive ioco sive serio petere voluisse; sic lepide observavit Duemmlerus, quem sequitur Adalbert Stein l. c. p. 127, Socratis verbis Cratyl. p. 411 A ὅμως δὲ ἐπειδήπερ τὴν λεοντῆν ἐνδέδυκα οὐκ ἀποδειλιατέον ἀλλ' ἐπισκεπτέον Antisthenem quadamtenus ludibrio haberi, qui Cynicorum et Stoicorum hac in re dux atque exemplum, Herculem patronum sibi sumpserit atque dialogum scripserit cui

1) Platon I p. 285.

2) Duemmler, De Anthisthenis Logica, Kl. Schr. I p. 5 „Atque cum constet multa Stoicos e Cynicorum philosophia assumpsisse, ubicumque Stoicorum placita cum Platone singillatim concinunt, et Platonem et Stoicos Antisthenem referre iure statuemus", et p. 6 „Neque solum rationes Stoicorum cum Cratyleis concinunt, sed etiam singula etyma permulta". — Citantur deinde etymologiae nominum Δία et Ζῆν, Ῥέα, Ἥρα, Ἅιδης („etymon repudiatum a Cratylo, acceptum erat e Stoicis"), Ἀπόλλων, Σελήνη. „Permulta" profecto hic deesse videntur; nam nonnisi pauca deorum et dearum nomina attulit vir clarissimus. Quamquam enim addit: „Facili opera haec specimina augeri potuerunt", augere tamen supersedit. Tota autem ratio eo redit, ut Stoici etymologicam suam doctrinam a Cynicis sumpserint, imprimis ab Antisthene, hic ab Heraclito.

3) Antisthenica, Kl. Schr. I p. 43.

titulus erat Ἡρακλῆς. Quo loco ut Plato memor fuerit asini illius ὅς λεοντῆν περιβαλλόμενος ἠξίου λέων αὐτὸς εἶναι ut verbis utar Lucianeis (Piscator 32), fieri tamen potest ut propterea ea fabula usus sit quod verba quibus esset concepta aptissima essent ad Antisthenem illudendum. Totum vero dialogum a Platone compositum esse ob eam prae ceteris causam ut Antisthenem derideret et impugnaret, id pernegare non dubito. Qua in re gaudeo me iam ad Wilamowitzium quoque provocare posse, qui totam hanc quaestionem copiose atque acutissime tractavit [1]; multo minus auxilii adfert Raederus in notissimo libro quem supra citavi; qui quamquam p. 67 gravissimis verbis monet ne duplici fundamento dialogos Platonicos subnixos esse nobis persuadeamus (*einen doppelten Boden*) neve homines Platonicos personis indutos prodire credamus quae ipsorum vultus obtegant, in Cratylo tamen Antisthenem oppugnari arbitratur (p. 148).

Magis profecto constat cum Cratylo alios nonnullos in eius nominis dialogo a Platone petitos esse. Videtur autem Plato linguae humanae studium recens natum non magno gaudio excepisse; quod studium dixeris eum veritum esse ne altiori meditationi obstaret quae spretis nominibus ipsam rerum speciem sibi considerandam proposuisset. Iam supra dixi Prodicum non prorsus incolumem atque invulneratum discedere; hoc loco addere liceat Platonem iniquissime Prodicum quoque citasse videri cum eo modo ageret περὶ τῆς τῶν ὀνομάτων ὀρθότητος quo in Cratylo eum agentem audimus et adspicimus. Etenim cum apud alios scriptores tum alibi apud ipsum Platonem videmus Prodicum non etymologiae operam dedisse, neque in humanae linguae originem inquisivisse, sed animi mentisque acumen intendisse εἰς τὴν ἐπὶ τοῖς ὀνόμασιν ἀκριβολογίαν, quae sunt verba Marcellini in Vita Thucydidis § 36: sermonem hominum accuratiorem atque elegantiorem reddere ita sibi proposuerat, ut sincero atque incorrupto verborum usui consuleret. Ipsius Platonis iocosa atque faceta in Protagora derisio hic iustam viam nobis demonstrat; sed alibi quoque apparet quid censuerit Prodicus περὶ ὀνομάτων ὀρθότητος, ut adferam ipsa verba ex eo

---

1) Platon I p. 259, 284 sq.

Euthydemi loco (p. 277 E) ubi agitur de verbi μανθάνειν significatione, non de origine eius. Eodem modo Socrates in Charmida dicit (p. 163 D): καὶ γὰρ Προδίκου μυρία τινὰ ἀκήκοα περὶ ὀνομάτων διαιροῦντος, atque in Lachete (p. 197 D) ὁ δὲ Δάμων τῷ Προδίκῳ πολλὰ πλησιάζει, ὃς δὴ δοκεῖ τῶν σοφιστῶν κάλλιστα τὰ τοιαῦτα ὀνόματα διαιρεῖν.

Euthyphronem quoque iam nominavi; neque multa habeo quae de eo addam, homine tantum non prorsus nobis ignoto. Verisimile autem videtur eum revera ita divinationi operam dedisse ut inquireret in divinorum nominum originem; hinc eum non minus quinque locis in Cratylo [1]) leniter a Platone perstringi. Etenim quamquam haud multum proficimus comparato eo Platonis dialogo cui Euthyphro nomen est datum, dignum tamen est quod observetur ibi eum una certe in re congruere cum Cratylo, nimia enim eum sui admiratione valde laborare. Celerius tamen quam Cratylus sentit quanta sit infirmitate virium; ab arrogantia tum prorsus ut videtur deductum Socrates eum adloquitur ut magister puerum disciplinae suae traditum. Paulo post resumpta priore confidentia ira incenditur; sed mox quadamtenus sedatus aufugit, sive ira sive desperatione perculsus: „Εἰσαῦθις τοίνυν ὦ Σώκρατες· νῦν γὰρ σπεύδω ποι καί μοι ὥρα ἀπιέναι [2]).

Postremo hoc quoque dignum est notatu Euthyphronem ne tum quidem Heracliti mentionem facere cum orationis decursu necessario fere eo deductus Socrati respondet (p. 11 C): Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ σχεδόν τι τοῦ αὐτοῦ σκώμματος, ὦ Σώκρατες, δεῖσθαι τὰ λεγόμενα· τὸ γὰρ περιιέναι αὐτοῖς τοῦτο καὶ μὴ μένειν ἐν τῷ αὐτῷ οὐκ ἐγώ εἰμι ὁ ἐντιθείς, ἀλλὰ σύ μοι δοκεῖς ὁ Δαίδαλος, ἐπεὶ ἐμοῦ γε ἕνεκα ἔμενεν ἂν ταῦτα οὕτως. Totam autem ubi rem mecum considero, facere non possum quin dicam Adalbertum Stein in disputatione quam supra attuli satis inconsulte statuisse (p. 125): „dass die Persönlichkeit mit der sich Sokrates im zweiten Abschnitt seiner Etymologien auseinandersetzt niemand anderer als Euthyphron sei".

Neque Protagorae nomen in Cratylo dialogo deest; nec

1) p. 396 D, 399 A, E, 407 D, 409 D.
2) Cf. Euthyphro p. 4 E, p. 10 B. E, p. 11 B, p. 15 E.

dubitari potest quin verbis suis eum designet uno certe loco ubi non nominatur; cf. p. 429 D sqq., quo loco imprimis citandus erat inter illos *συχνούς τινας τοὺς λέγοντας καὶ νῦν καὶ πάλαι ὅτι ψευδῆ λέγειν τὸ παράπαν οὐκ ἔστιν*. Ipse autem Socrates in Cratylo (p. 385 D) proficiscitur a notissima illa Protagorae sententia *πάντων χρημάτων μέτρον ἄνθρωπος*, quam protulerat Protagoras in libello cui *Ἀληθεία* erat titulus, plus semel in Cratylo citato (p. 386 C, p. 391 C); praecipue id ibi agit Socrates ut redarguat placitum illud cui Cratylus quoque adstipulatur *οὐκ εἶναι ψευδῆ δοξάζειν οὐδὲ λέγειν*, saepius in aliis quoque dialogis a Platone refutatum [1]). Mirum tamen est vix id commemorari quod ipse Protagoras multam gravemque operam dederat linguae humanae studio; uno tantum loco (p. 391 C) observatur Hermogenem fortasse *τὴν τῶν ὀνομάτων ὀρθότητα* discere potuisse a Callia fratre opulentissimo quem Protagoras docuerit. Attamen Protagoras inter quinti saeculi grammaticos principem fere locum obtinuerat; incubuerat non solum *τῇ ὀρθοεπείᾳ*, sed etiam inquisiverat in *τὰ τῶν ὀνομάτων γένη, ἄρρενα καὶ θήλεα καὶ σκεύη*, egerat de verbi temporibus, tractaverat alia ex hoc genere, ita ut artis grammaticae pater fere dici posset. Quae omnia ita nota sunt, ut accuratius ea persequi supervacuum esse videatur; locos collectos habes apud Dielsium II p. 226 sq., cf. et van Leeuwen ad Ar. Nubb. 637.

Non minus constat Hippiam Platoni Cratylum scribenti animo esse observatum; quin etiam fieri potest ut pauca ex eius operibus sumpserit quamquam nusquam eum nominat. Veri simile enim mihi videtur de sophista Elea Platonem cogitasse cum (p. 424 B) vocabula tractaret qualia sunt *ῥοή, ἰέναι, σχέσις* exploraturus an is qui nomina rebus imposuit *τοῖς γράμμασι καὶ ταῖς συλλαβαῖς τοῦ ὄντος ἐπιλαμβάνεται αὐτῶν ὥστε ἀπομιμεῖσθαι τὴν οὐσίαν*. Saepius enim et apud Platonem et apud Xenophontem Hippias peritus esse dicitur *περί τε γραμμάτων δυνάμεως καὶ συλλαβῶν καὶ ῥυθμῶν καὶ ἁρμονιῶν* vel *περὶ ῥυθμῶν καὶ ἁρμονιῶν καὶ γραμμάτων ὀρθότητος* vel tantum *περὶ γραμμάτων* [2]).

---

1) Cf. Euthyd. p. 286 C, Sophist. p. 237 A, 260 C, Theaetet. p. 167 D, 187 A sqq.
2) Cf. Hippias Maior p. 286 C, Hippias Minor p. 368 D, Xenophon Memor. IV, 4, 7.

Denique hic Democritus praetereundus non est, de quo Mullerus quoque in libro quem supra attuli Steinthalium secutus pauca observavit (p. 13 sq.). Nomen eius nusquam apud Platonem obvium esse nemo nescit; frequenter tamen apparere Platonem eius opera bene novisse multi iam intellexerunt [1]). Ex Procli Diadochi in Cratylum commentariis [2]) scimus Democritum omnino cum iis stetisse qui linguam humanam *θέσει* ortam esse censerent; quam sententiam defendisse videtur in libris quales fuerunt ii quorum tituli servati sunt *περὶ εὐφώνων καὶ δυσφώνων γραμμάτων* atque *ὀνομαστικά*. Quos libros Platonem neglexisse quis credat cum Socratem suum faceret eorum rationem defendentem, qui omnibus viribus demonstrare conarentur linguam *φύσει* esse ortam. Notatu etiam perdignum est unam ex Cratyleis etymologiis a Democrito quoque excogitatam esse; quod enim apud Platonem legimus (p. 414 A) *γυνὴ δὲ γονή μοι φαίνεται βούλεσθαι εἶναι* idem fere Democritus dixerat de femina (fr. 122 A): *γονή τις οὖσα, ἡ γονῆς δεκτική*. Platonem tamen hoc ex Democrito sumpsisse minime mihi constat.

Primarias partes tamen in toto dialogo mihi persuasum est ipsum Cratylum agere quamvis tacentem, qui Platonem adulescentem incitare non potuerat ut ipse linguae humanae illud studium foveret, cui nonnulli ex aequalibus tantam impenderent operam. Quod studium quam parvi momenti Platoni visum sit demonstrare posse mihi videor fretus etiam argumento ut aiunt e silentio. Satis diu est ex quo ostendi [3]) iam in Cratylo dialogo factum esse, id quod nostris etiam temporibus saepe fieri videmus, ut inter se confunderentur ipsa humana lingua et formula scribendi quam *ὀρθογραφίαν* vulgo dicunt; idem iam observavit von Wilamowitz [4]). Quae

1) Cf. J. Stengel, Platon und Demokritos, Neue Jahrbücher XLV p. 88—100, qui tamen nihil praebet quod ad Cratyli dialogi interpretationem faciat; vid. etiam quae scripsit von Wilamowitz I p. 292: „Besonders unglücklich ist es, dass wir über Demokritos nichts wirkliches wissen können. Er hat den sprachlichen und grammatischen Studien umfassende Arbeit gewidmet; aber wir kennen nichts als die Titel.

2) Ed. Pasquali p. 5 sq.

3) Handelingen van het zesde Nederlandsche Philologencongres p. 62, Neue Jahrbücher XXVII p. 93.

4) Platon I p. 293.

res propterea imprimis notabilis est quod Plato usque ad vicesimum quartum aetatis annum audire potuit populi scitum Athenis promulgatum quod ad sonum verborum attineret nihil differre a cottidiano Atheniensium sermone, quamquam esset conscriptum ea ratione quam *τὴν Ἀττικὴν τὴν παλαιὰν φωνὴν* prave dicit Plato [1]). Num forte hinc quoque apparet quantopere Plato contempserit atque neglexerit vitam publicam *τοῦ τῶν Ἀθηναίων δήμου*? Melius enim intellegere possumus unde factum sit ut Plato orthographicam illam quaestionem minus recte perspiceret, cum alio oculos convertimus: literarum Graecarum monumenta antiquiore scribendi formula composita aut paucissima adspexit Plato aut nulla; quae iam medio fere saeculo quinto Ionica illa orthographia conscribebantur, quae publice anno demum 403 *ἐπ' Εὐκλείδου ἄρχοντος* accepta est. Neque Platonem puerum vetustam Atticam rationem didicisse credo; quod is solum credere potest qui putet Archini illud *ψήφισμα* re vera ut traditum est iussisse *τοὺς γραμματιστὰς παιδεύειν τὴν Ἰωνικὴν γραμματικήν*. Ludimagistros autem hic nimium sibi adrogasse mihi persuasum est; populi enim illud scitum id unum egisse ut nova scribendi ratio, quae iam per totam fere Graeciam divulgata erat, in tabulis publicis quoque adhiberetur, imprimis in Solonis legibus quas *ἀναγράψαι* eodem tempore Nicomachum iussum esse ex Lysiae oratione trigesima novimus. Quae omnia accuratius persequi non huius est loci; magna autem ex parte retracto quae iam ante hos decem fere annos tractavi [2]) — sed retractare mihi licet quoniam perversam illam quae mihi videtur interpretationem repetitam inveni in libro *Die Umschrift der älteren griechischen Literatur in das Ionische Alphabet*, quo totam hanc materiam fere exhausisse videtur Rudolf Herzog [3]). Quidquid id est, apparet ne

---

1) Cratyl. p. 398 D; cf. p. 398 B, p. 410 C, p. 418 B. C. — Contrariam confusionem habes apud Aeschylum Septem vss. 468 sq.:

βοᾷ δὲ χοὖτος γραμμάτων ἐν ξυλλαβαῖς
ὡς οὐδ' ἂν Ἄρης σφ' ἐκβάλοι πυργωμάτων,

atque in titulo operis Democritei quem supra attuli *περὶ εὐφώνων καὶ δυσφώνων γραμμάτων*.

2) Handelingen p. 63, N. J. l. c. p. 94.

3) Leipzig, Dieterich'sche Verlagsbuchhandlung Theodor Weicher 1912.

Platonem quidem ea relinquere potuisse quae puerulus didicisset; hinc quoque explicandum esse censeo quod ipsa nomina illa litterarum (τὰ τῶν στοιχείων ὀνόματα) quibus ediscendis memoriam exercere in ludo coepisset, tanti momenti aestimavit in linguae humanae sonis explicandis [1]).

V.

Disputationi finem iam impondituro spero fore ut pauca quaedam de Cratylo dialogo addere mihi per Mnemosynes lectores liceat quae ampliore disputatione tractare eo minus necessarium videtur quo minus discedunt ab iis quae alii observarunt et statuerunt: tam multa iam de Cratylo scripta sunt, ut haud facile sit aliquid proferre quod non sit dictum prius, neque me quidquid ex hoc genere in lucem prodiit perlegisse contendere ausim. Sex autem sunt ea quae prae ceteris protrahere libet. Sunt haec:

I. Dialogo conscribendo imprimis id egit Plato ut ostenderet quam parvi momenti esset studium illud τῆς τῶν ὀνομάτων ὀρθότητος prae inquisitione in ipsam rerum speciem et accuratam illarum definitionem [2]).

II. Ipse Cratylus hac in re a plerisque eiusdem aetatis grammaticis discrepabat quod ὀρθότητος illius fundamentum non positum esse censebat in investigatione iusti rectique verborum usus quem λόγον περὶ ὀνομάτων ἐφ' οἵῳ ἔργῳ ἕκαστον εἴη dixit Xenophon (Mem. III 14, 2), sed in veriloquii studio. Qua in re doctrinam Heracliteam, a qua se proficisci putabat, obiter tantum tetigit; quod praesertim hinc apparet quod parum perspexisse videtur quam puerilis esset tota ea ratio quae linguam ortam esse sumeret ex unius hominis praeceptis, qui ὀνοματοθέτης diceretur sive δημιουργὸς ὀνομάτων sive νομοθέτης.

III. Totam hanc rationem minime Platoni placuisse manifestum praesertim est ubi priorem dialogi partem opposueris parti alteri, quae longe maioris est momenti.

IV. In etymologiis proferendis non id praecipue sibi proposuit Plato ut Cratyli scholas quibus adulescens interfuerat derideret,

1) Cf. Cratyl. p. 433 A.

2) Cf. Apelt l. c. p. 14 sq.

sed ut demonstaret se quoque quamvis per iocum eadem via progredi posse; unde factum est ut iocis atque facetiis seria nonnulla admiscerentur. Comparandus cum Cratylo non magis est quem multi comparaverunt Euthydemus quam Menexenus, quo dialogo Platoni placuit „seinen vielen Gegnern zu zeigen, dass, wenn er nur wollte, er es ebenso gut oder besser könne als sie", ut Nordenii verbis utar [1]). Multo tamen maiore arte Cratylus dialogus compositus est quam Menexenus.

V. Linguae humanae studium ex etymologiis Cratyleis hunc praecipue fructum cepit quod alios ad altiorem investigationem excitaverunt. Nihil autem refert nonnullas etymologias hodie quoque viris doctis probari; mero enim casui hoc tribuendum est.

VI. Ad promovendum igitur linguae studium Cratylus dialogus non multum valuit; a quo iudicio minime deduxit me libellus quem ante hoc biennium edidit Max Leky [2]). Insunt tamen egregiae nonnullae observationes de adfinitate sonorum rerumque iis indicatorum, de formis dialecticis, de accentibus, de mulierum constantia in retinendis prisci sermonis vocabulis formisque.

A Platonis ingenio ibi etiam discimus, ubi a ioco et cavillatione ipse est profectus.

---

1) Die antike Kunstproza I p. 111.

2) Plato als Sprachphilosoph (Würdigung des platonischen Kratylos), Paderborn 1919. — Prae ceteris dialogi partibus ea viro doctissimo insignis esse videtur, quae est inter p. 421 C et 427 D, ubi Plato, ut ipsius verba adferam (p. 8) „seine eigenen positiven Richtlinien zur Lösung des Wort- (und somit auch des Sprach-) Ursprungproblem angibt: Richtlinien, die in sich als hochzuwertende Sprachphilosophie zu veranschlagen sind." Equidem facio potius cum iis de quibus parum honorifice haec dixit Lekyius (p. 11): „Man leugnet überhaupt das Sprachphilosophische als Hauptzweck des Dialoges, und unter Herausreiszen eines Einzelgedankes aus dem letzten Dialogteil verschiebt man den Schwerpunkt ins Erkenntnistheoretische". Cf. quae dixit v. cl. Hesseling in libelli censura (Museum XXVI, 9).

NOVAE INSCRIPTIONES ATTICAE.

SCRIPSIT

J. J. E. HONDIUS.

I.

Tabula marmoris Pentelici a tribus partibus mutila, integra a dextra; reperta in arce, nunc Athenis in museo epigraphico [1]) sub num. 2842. Altitudo 0ᵐ 16, latitudo 0ᵐ 16, crassitudo 0ᵐ 12; altitudo litterarum 0ᵐ 012.

στοιχηδόν. 22

[. . . . . καὶ εἶν]ạị πρόχσ̣-
[ενον καὶ εὐεργέ]ṭεν Ἀθεναί-
[ον αὐτόν· ἀναγρα]φσάτο δὲ ho
[γραμματεὺς ho τ]ε͂ς βουλε͂ς ἐ-
[στέλει λιθίνει] καὶ τὸ φσέφ- 5
[ισμα τόδε κατα]θ̣ε͂ναι ἐμ πόλ-
[ει· καλέσαι δὲ κα]ὶ ἐπὶ χσένι-
[α αὐτὸν ἐς τὸ πρυ]τανεῖον [ἐς]
[αὔριον κτέ.]

Fragmentum decreti proxeniae peregrino cuidam datae (vs. 7 *ἐπὶ ξένια*, non *ἐπὶ δεῖπνον*), quod propter litterarum formam post medium quintum a. Chr. n. saeculum latum esse existimandum est. Forma litterae sigma ea est, quae post a. 446 vulgaris est, N obliquum (vs. 6) usque ad a. 426/5, lambda (L, vs. 4) circa a. 429 ita invenitur [2]). Contra *ου* in vocabulo *βουλή* (vs. 4), quamquam quinto a. C. n. saeculo haud raro occurrit, finem potius saeculi arguere videatur [3]). Sed propter

1) Gratias ago viro humanissimo B. Leonardo, qui huic museo praeest.

2) Larfeld, Handbuch, II, p. 445.

3) I. G. I, 360 (circa a. 480), I, 5^{a} A (suppl. p. 134), 2, 5 (circa a. 450), I. 491^{8} (suppl. p. 113), 491^{35} (suppl. p. 117) (circa a. 430), I, 446, 9 (a. 420); I, 51, 5, 14 (a. 415), I, 61, 3 (a. 409: *βουλεῖ*), I suppl. p. 16, 17 (a. 405: *βουλή*). Cf. Meisterhans, Gramm. der att. Inschr.[3] p. 27, apud quem maior diligentia hisce in rebus optanda erat.

miram verborum consecutionem (praesertim formulas post-Euclidianas quas Kirchner I. G. ed. min. II, IV composuit cum conferas) ad aetatem supra indicatam (circ. a. 430), qua certas formulas usus nondum invenerat, rursus adducimur: inusitata est enim tam positio vocabuli *αὐτόν* vs. 5, cum *αὐτὸν καὶ ἐγγόνους* exspectetur, quam imperativi et infinitivi consecutio *ἀναγραψάτω* (vs. 3) *-καταθεῖναι* (vs. 6).

Ad aliud ex musei thesauro fragmentum nostrum adiungere litterarum formae ratione habita, frustra conati sumus.

II.

Tabula marmoris Pentelici ab omnibus partibus mutila; reperta in arce, nunc Athenis in museo epigr. sub num. 2651. Alt. 0m 21, lat. 0m 26, crass. 0m 14. Alt. litterarum, 0m 015. Litterae saeculum quintum arguunt; litterarum Π et Σ genuina forma hic oculis repraesentari non potest.

```
                    O
                  E Σ
            O Π E I
          O Θ E O Σ
        N O I
5     Δ E I N I A Σ
      N O E M O N
      Σ Υ P O -
```

```
              ο
              ες
      [ἐν Σιν]όπει
       [Δορ]όθεος
      [χσέ]νοι
5       Δεινίας
        Νοέμον
        Συρό[τιμος]
```

Pars tabulae militum pulcherrimis litteris *στοιχηδόν* scriptae, quae, si modo versum secundum recte supplevimus, nomina eorum prodere debuit, qui cum Pericle in Pontum expeditio-

nem obierunt. Qua de re solus adhuc testis exstat Plut. Per. XX: εἰς δὲ τὸν Πόντον εἰσπλεύσας (sc. ὁ Περικλῆς) στόλῳ μεγάλῳ καὶ κεκοσμημένῳ λαμπρῶς ταῖς μὲν Ἑλληνίσι πόλεσιν ὧν ἐδέοντο διεπράξατο καὶ προσηνέχθη φιλανθρώπως, τοῖς δὲ περιοικοῦσι βαρβάροις ἔθνεσι καὶ βασιλεῦσιν αὐτῶν καὶ δυνάσταις ἐπεδείξατο μὲν τῆς δυνάμεως τὸ μέγεθος... Σινωπεῦσι δὲ τρισκαίδεκα ναῦς ἀπέλιπε μετὰ Λαμάχου καὶ στρατιώτας ἐπὶ Τιμησίλεων τύραννον. Fortunam iniquam nobis maiorem partem huius tabulae non conservasse magnopere dolendum est, praesertim cum de expeditionis in Pontum tempore minime constet. Hanc enim alii cum Belochio [1]) circiter a. 437, alii cum Dunckero [2]) a. 444 factam esse opinantur, argumentis e Lamachi praetoris vita petitis utrique freti. Nostro in titulo frustra pro una alterave opinione argumenta quaesiveris.

Nomen Δωρέθεος, quod quarto saeculo frequens est, quinto quoque nonnullis locis invenimus [3]).

Ξένους pro civitatum sociarum militibus aestimandos esse recte ad I. G. I, 446, 47 adnotatur, ut ex nonnullis locis Thucydideis adparet, praesertim ex IV, 90, 1: ὁ δὲ Ἱπποκράτης ἀναστήσας Ἀθηναίους πανδημεί, αὐτοὺς καὶ τοὺς μετοίκους καὶ ξένων ὅσοι παρῆσαν... cum Demosthenes contra ἔχων ἐν ταῖς ναυσὶν Ἀκαρνᾶνας καὶ τῶν ἐκεῖ πολλοὺς ξυμμάχων (89, 1) Siphas vela dedisset [4]). Sed horum quoque nomina nullum temporis indicium nobis praebent: nomen Δεινίας multis locis commune est [5]); Νοήμων nomen perraro invenitur [6]), sed cum

---

1) Beloch, Griech. Gesch.² II, 2, p. 216; ita Busolt quoque Griech. Gesch. III, 1, p. 585 (idem tamen II, p. 538 annum 444 scripsit) nec non Kirchner ad P. A. 11811.

2) Berl. Sitz. Ber. 1885, p. 536; ita Robinson quoque Amer. Journ. of Philol. XXVII, 2, apud quem conspectus exstat scriptorum, quibus haec quaestio tractata est.

3) P. A. 4586 sq. 4589 sq. 4597 sq.

4) Ibid. 89, 1; cf. etiam I, 121, 3; I, 143, 2; VII, 13, 2, ubi non recte Hude vocabulum τῶν post ναυτῶν Poppone auctore eiecit; ναῦται enim habent in se ναύτας ἀστούς et ξένους et θεράποντας, ut ex nautarum tabulis efficitur (cf. I. G. II, 959; Clerc, Les métèques athéniens, p. 44).

5) Athenis (sparsim), in Arcadia (e. g. I. G. V, 2, 38), in Thessalia (I. G. IX, 2 sparsim), in insula Rhodo (I. G. XII, 1, 761, 23; 764, 6), in insula Teno (Inscr. Brit. Mus. CCCLVII, 23) etc.

6) Athenis (P. A. 11126 sq.). Athen. I, 20. Diog. Laert. V, 4, 9 sine originis indicio.

apud Homerum nonnusquam legatur [1]), alibi quoque crebrius exstitisse pro certo habemus; attamen loci et inde temporis indicium minime hoc modo cognovimus.

Postremo vs. 7 principium hastae horizontalis post ΣΤΡΟ non nisi litterarum Τ aut Ζ esse potest. Supplevimus Συρό[τιμος] ad exemplum nominum qualia sunt Καφισότιμος, Σκάμανδρότιμος, Κορινθότιμος, Λεσβοκλῆς, Σαμοκλῆς.

Frustulum perpauca docuisse confiteri nos decet; speramus fore ut solum atticum alias benignius sit.

III.

Columella striata marmoris Pentelici XII striarum, quarum quinque exstant a margine laesae; in superiore parte foramen coni formam habens conspicitur ad donarium infigendum. Reperta ἐν θέσει Μερένδα παρὰ τὸ Μαρκόπουλον, nunc Athenis in museo epigraphico sub num. 4. Lat. 0^m 26, diametros 0^m 24.

– – – [ε]ἰμὶ τõ Χα – – –

Cogita: [ε]ἰμὶ τοῦ Χα[ρίου] vel simile nomen [2]). Inscriptio votiva, quae propter litterarum formam medio sexto a. Chr. saeculo attribuenda est; idem tempus ordo versuum, qui βουστροφηδόν constitutus fuisse videtur, testatur. Nomen dedicatoris in superiore stria positum erat.

Pagum Merenda, ubi hodie tantum ecclesia Panagia exstat, situm Myrrhinuntis occupasse constat [3]). Donarium in templo Ἀρτέμιδος Κολαινίδος [4]) dedicatum fuisse veri simile est itaque hoc templum sexto a Chr. n. saeculo iam exstitisse ex titulo nostro efficitur.

---

1) Ε, 578, Ψ, 612, β, 386, δ, 630.

2) Inter ι et τ signum conspicitur, quod pro interpunctione habendum esse mihi videtur. Sin vero pro ο habeatur, legendum sit e. g. [Τ]ιμίου τοῦ Χα[ρίου].

3) Cf. Milchhoefer, Kart. v. Attika, III, 11; id. Athen. Mitth. XII (1887), p. 277 sq.; Frazer ad Paus. I, 31, 4 (vol. II p. 412 sq.).

4) Paus. I, 31, 4 sq. I. G. II, 575; III, 216 et 360.

LECTIONES SERENIANAE.

SCRIPSIT

J. RÉVAY.

1. Legitur v. 81

feruentes papulas † papiro curato liquenti,

ubi Serenus ad variolas fomentum quoddam commendat, hoc est unguentum, quod e calamo papyri decocto componitur. Papyrum ad fomenta praeparanda usitatum esse testatur Marcell. med. 10, 43; 10, 58; 34, 101; similiter Serenus nos admonet (v. 139—141) unguenta quaedam ex parte saltem admixto papyro confecta esse. Minime itaque intellego, quare *Vollmer* vocabulo ‚papiro' offendatur atque crucem ponat, praecipue cum omnes libri mss. hanc praebeant lectionem. Editiones antiquissimae haesitant inter ‚sapyro' atque ‚oleo', ipse autem *Vollmer* de ‚bŭtȳro' cogitat, quamvis manifestum sit lectionem librorum omnino retinendam esse.

2. V. 111 sq. loquitur Serenus de frigoribus corporis atque de rigore membrorum, ad quae curanda unguentum hocce commendat v. 113—115:

si ranam ex oleo decoxeris, abice carnem,
† membra fove. parili ratione rigorem
urticae semen perceptaque frigora vincit.

Ad v. 114 utpote mutilatum rectissime *Vollmer* crucem posuit. Editiones antiquae supplent post ‚parili': *pelles* vel *sanat*, *Baehrens* ante ‚parili': *suco*. Rectam iniit viam sola Aldina (1528) libro recenti Lipsiensi (bibl. univ. 1220 s. XV) haud dubie innixa, cum ante ‚membra': *unguine* suppleverit. Scribere velim:

quo unguine membra fove . . .

observans genus dicendi a Sereno usitatum: v. 717 unguine quo; v. 763 unguine quo gliscens deponet flamma furorem.

3. Legimus v. 615 sq.

615. atque ubi iam certum spondet praegnatio fetum,
ut facili vigeat servata puerpera partu,
dictamnum bibitur, cocleae manduntur edules.
aut qui † olim menses minus octo moratus in alvo est
inrumpit thalamos et nexus solvit inertes
619 A. . . . . repente
620. pulei <potus> quoque amico convenit imbre,
cuius opem veram casus mihi saepe probarunt.

Falso *Vollmer* versum post v. 619 excidisse opinatur, praecipue cum iam *Baur* (Quaest. Sammoniceae 1886, p. 32) verisimillimis probaverit argumentis vocabulum ‚repente' ex ‚tepenti' corruptum ad v. 620 pertinere. Comparatis itaque quibusdam locis Serenianis in hunc modum v. 320 restituit:

puleium ex acido bene convenit imbre tepenti.

Quod ad v. 618 attinet, corruptelae signum ante tria priora vocabula versus ponere velim, namque coniunctio ‚aut' inepte satis hoc loco positum nullo modo antithesim quae vocatur versuum 615—617 et 618—621 ut par est exprimit. *Baur* l. c. p. 22 vult emendare:

interdum menses minus octo moratus in alvo;

vocabulo tamen ab eo inserto ‚interdum' Serenus nonnisi sensu temporali utitur (vs. 292, 349, 374, 1092). Restituimus igitur antithesim una cum sensu vero versus, scribentes:

at cui clam menses minus octo moratus in alvo est.

Emendatio haec rationibus veteris quae dicitur scripturae optime respondere mihi videtur. Notandum tamen, quod vocabulum ‚at' iam in duabus editionibus antiquis legitur, ‚cui' autem in textum ed. Baehrensianae receptum est.

4. V. 650 Serenus de reliquiis partus edendis loquitur:

relliquias partus † laetatibi detrahet herba,

ubi ‚laetatibi' in libris mss. communi consensu (in quibusdam ‚leta tibi') scriptum sine dubio corruptum est. In ed. princ. legimus *eadem tibi*, in Aldina *dictamni*, *Vollmer* autem (certe in apparatu solum critico et signo interrogationis quod dicitur posito) cogitat de *centauri* vel *lactucae*. Emendationis viam

nota quaedam in margine libri optimi Turicensis (bibl. municip. W 78, olim Sangall. s. IX) posita certissime monstrat; in margine enim ad ,leta tibi' manus secunda adscripsit: *t letauia.* Haud dubium, quin *letauia* a *laetauia*, hoc vero a *lactauia* exstiterit; *lactauia* autem non potest esse nisi corruptela vocabuli *lactaria.* Scribendum igitur censeo:

relliquias partus *lactaria* detrahet herba.

Herba lactaria describitur apud Plinium n. h. XXVI 8, 39 (cf. App. herb. 108), qui etiam vim medendi huius herbae explicat. Legitur apud eum l. c.: „tithymallum nostri herbam lactariam vocant", qua explicatione ducti ulterius curas extendere cogimur. Dicit enim Serenus v. 1097—98:

aut herbae sucus quae lactea nomine fertur
est tithymallus item tali satis apta medelae,

ubi herba lactaria manifeste per tithymallum explicatur. Lectiones deinde variae, quae ad ,lactea' in libris mss. continentur (lecher *B*, decher *f*[1], lether *h*; edd. antiquissimae: lether, lecther, lichen) diserte indicant herbam lactariam tempore, quo libri atque editiones exstiterint, scriptoribus atque editoribus omnino ignotam fuisse. Hoc itaque modo, quo a ,lactea' hae lectiones ridendae exstare potuerint, potuit etiam *lactaria* in ,laetatibi' deformari. Saepius Serenus herbae lactariae vel tithymalli variis nominibus mentionem facit, ut v. 834: lactens caprifici sucus, v. 835 tithymallus atrox. Cf. Plin. n. h. XX 7, 24 lactucae primum genus est, quam caprinam vocant; XXIII 7, 64 caprificus... lactis minus habet etc.

5. V. 683 sq. legitur:

ramicis immensum fertur cohibere tumorem
far madidum lymphis † et feralis fronde cupressi,

ubi satis erat signum corruptelae ante solum vocabulum ,feralis' ponere, versus enim Verg. Aen. VI 216 a *Baehrens* comparatus nihil ad hunc locum habet, exemplum vero versus Sereniani Plin. n. h. XXIV 5, 10 ne mentionem quidem feralis cupressi facit. Namque duo hic medicamina commendantur: 1) far madidum lymphis, 2)... fronde cupressi. Primum pro ,lymphis' velim cum duabus editionibus antiquis scribere 'lympha', ubi facillime corruptela litterae a in if rationibus veteris quae dicitur scripturae explicari potest. Quod ad alterum

attinet medicamentum, virum doctum *Vollmer* secutus, qui ‚cum‘ desiderat, repono hoc vocabulum in textum atque innixus versui 975 (... Ceres cum fronde cupressi) scribere propono:

far madidum lymphā et *Ceres cum* fronde cupressi,

ubi facillime *Cerescum* in *feralis* a scriptoribus ineptis corrumpi potuit.

Ad Ciceronis pro rege Deiotaro § 8.

Sic Caesarem alloquitur orator:

„Per dexteram istam te oro non *tam* in bellis neque in proeliis quam in promissis et fide firmiorem".

Istud *tam* iam proscripsit Manutius, retinent huius aetatis editores, Prisciani, ut opinor, auctoritate moti. Sed non efficient omnes quotquos sunt vel fuerunt grammatici ut aptum ex hoc loco extundamus sensum illo remanente vocabulo. At eiecto et apertissima fit sententia et elegantissima structura. Hoc enim dicit Cicero: „dextera tua non solum in proeliis firma est sed etiam in promissis et fide" Paene ridiculum sit de re tam nota afferre testimonia. Lubet tamers unum hunc citare locum. Liv. IX, 2: haec non laeta magis quam vera vaticinatus.....

I. I. H.

HORATIANA.

SCRIPSIT

C. BRAKMAN.

I. Quae ratio intercedat inter Carmen Saeculare et Catulli Carmen XXXIV.

Disputationem sive de religione Romana sive de versibus aliquot Vergilianis Horatianisve si vulgavit Warde Fowler, semper cupio quam primum legere, quippe cum auctor pro ingenio suo et doctrina novam lucem afferre soleat rebus obscuris. Ille vir clarissimus a° 1910 commentariolum de Carmine Saeculari inserendum curavit Diario c. t. Classical Quarterly, quod scriptum nuper repetivit in libro, qui inscribitur Roman Essays and Interpretations (Oxoniis 1920 pag. 111—126). Neque illa commentatio caret observationibus quae sunt magni momenti, verum etiam inveniuntur quae probari non possint. Legimus enim pag. 115

„that Augustus wrote out in prose, what he wanted put into it and that his poet laureate did this with consummate skill".

Paulo infra Fowler pergit sic: „at any rate the inspiration came from Augustus and not from the poet's native genius". Idem mox statuit principem praecepisse, ut carmen celebraret „religion, morality and fertility of men and beast", ita tamen ut ipsum Augusti nomen omitteret. Denique poetae id agendum erat, ut omnibus dis invocatis Apollinem praesertim laudaret hymnusque haberet „colorem Apollineum" (pag. 116).

Meminimus Horatium a° 17 a. C. n., quo anno Carmen

Saeculare panxit, praeter Iambos iam edidisse duos libros Satirarum, tres Carminum, alterum utique Epistularum. Quis est qui nesciat auctorem in Sat. I 9, II 4, II 6, in Epist. I 1, I 7, in Carm. III 16 adversus Maecenatem demonstrasse se habere sensum recti? Erga ceteros quoque amicos, omnes fere viros primarios, et in rebus secundis et in adversis ostenderat se iucundum et fidum et honestum. Neque solum amicis, qua erat prudentia vitaeque usu, optima consilia dabat, sed tanquam sacerdos cives excitabat ad virtutem et priscos mores colendos. Quae cum ita sint, non magis credo Augustum Horatio, viro paene omnibus numeris absoluto, quicquam imperasse, quam poetam fuisse eum qui talia praecepta aequi bonique fecisset. Facile autem concedo vatem fortasse ultro cum quindecim viris aut cum Augusto, eius collegii praeside, de ritu ludorum tam rarorum in universum disseruisse, sed non est cur sumamus eum de singulis rebus in carmine commemorandis ullam legem accepisse.

Qui sibi persuasit non divino quodam spiritu inflatum, sed principis iussu Horatium Augusti nomen sic circumscripsisse C. S. vs. 50

clarus Anchisae Venerisque sanguis,

demit paene huius versus pulchritudinem neque perspicere videtur alludi ad Aeneidem, quod poema paulo ante editum Augustum canit Aeneae progeniem. Eodem spectant duae illae strophae 37—44

Roma si vestrum est opus, Iliaeque
Litus Etruscum tenuere turmae
Iussa pars mutare Lares et urbem
Sospite cursu,
Cui per ardentem sine fraude Troiam
Castus Aeneas patriae superstes
Liberum munivit iter daturus
Plura relictis.

Hi versus sua sponte in animo poetae nati sunt admirantis poema Maronis. An hic quoque quisquam imperatoris voluntatem suspicatur? Quicunque contendit Horatium vetitum esse adhibere nomen Augusti in Carmine Saeculari, eodem iure asseverare potest in Carm. I 2 poetam oboedisse imperio

cuiusdam non arti suae, cum in ipso fine demum nomen poneret

Te duce *Caesar*.

Ceterum opus non erat carminis conditorem moneri ut Apollinem imprimis laudibus efferret, quippe qui iam I 21 in honorem Latonae eiusque liberorum scripsisset. Neque ignorabat Horatius Apollinem, fautorem Troianorum eundemque auctorem victoriae Actiacae, praecipue ab Augusto coli. Accedit quod neminem deum poeta praedicare mavult quam numen Delphica lauro cinctum. Itaque hac in re quoque princeps Musarum sacerdoti confidere poterat. Ergo constat Horatio in componendo hymno non Augusti praecepta obversata esse, sed eum omnino Musam suam sequi potuisse.

Fuit autem cum hic poeta sic caneret III 22

Montium custos nemorumque virgo,
Quae laborantes utero puellas
Ter vocata audis adimisque leto,
Diva triformis.

Hac stropha Sapphica exprimi Catulli versus XXXIV 9—16

Montium domina ut fores
Silvarumque virentium
Saltuumque reconditorum
Amniumque sonantum.
Tu Lucina dolentibus
Iuno dicta puerperis,
Tu potens Trivia et notho es
Dicta lumine Luna

Orellius, Kiessling, alii viderunt. Quoniam Catulli quoque carmen cantatum est a choro puerorum puellarumque, nemo mirari potest id iterum Flacco exemplo fuisse. Similitudines autem hae sunt:

C. S. 1 . . . . . . silvarumque potens Diana

non iniuria vocaveris „echo" verborum Cat. XXXIV 9—10

Montium domina ut fores
Silvarumque virentium.

C. S. 2—3 o colendi
Semper et culti

respondent Cat. XXXIV 21—22.

Sis (quocunque tibi placet)
Sancta (nomine),

nam *sancta* h. l. participium est valens idem atque *culta*.

Quod Horatius Apollinem celebrat tanquam Solis deum C. S. 9—11

> Alme sol, curru nitido diem qui
> Promis et celas aliusque et idem
> Nasceris,

praeiit Catullus praedicans Dianam ut deam lunae XXXIV 17—18

> Tu cursu, dea, menstruo
> Metiens iter annuum [1]).

Invocat Horatius deam, quae partubus praeest eodem nomine quo Catullus; confer quaeso C. S. 13—16

> Rite maturos aperire partus
> Lenis, Ilithyia, tuere matres,
> Sive tu *Lucina* probas vocari
> Seu Genitalis

cum Cat. XXXIV 13—14

> Tu *Lucina* dolentibus
> Iuno dicta puerperis.

Consilium et vis strophae octavae C. S. (29—32)

> Fertilis frugum pecorisque tellus
> Spicea donet Cererem corona,
> Nutriant fetus et aquae salubres
> Et Iovis aurae

eodem respiciunt quo versus Catulli XXXIV 19—20

> Rustica agricolae bonis
> Tecta frugibus exples.

Uterque hymnus laudat Lunam, nempe Hor. C. S. 35—36

> Siderum regina bicornis, audi,
> Luna, puellas,

at Cat. XXXIV 15—16

> Tu potens Trivia et notho es
> Dicta lumine Luna.

Parcas, quae tam diu propitiae fuerunt Romae, Horatius precatur, ut pergant dare res prosperas C. S. 27—28

> bona iam peractis
> Iungite fata;

---

1) Ita scribere potuit Catullus ante temporum rationem a Ceesare emendatam.

Catullus in posterum eandem gratiam a Diana orat quam tempore praeterito dedit XXXIV 23—24

Antique ut solita es, bona
Sospites ope gentem.

Itaque pro Catulli verbis *bona ope* Horatius dicit *bona fata*.

Catulli verba XXXIV 22—24 *Romuli .... gentem* paulum mutata redeunt C. S. 47 *Romulae genti*.

At finis C. S. 75—76

Doctus et Phoebi chorus et Dianae
Dicere laudes

reddit fere initium Catulli carminis XXXIV 3—4

Dianam pueri integri
Puellaeque canamus.

Quae ab Horatio vocatur *potens* Diana (C. S. 1), appellatur a Catullo (XXXIV 15) *potens* Trivia. Denique *Sospite* cursu (C. S. 40) alludit ad vocem *Sospites* (Cat. XXXIV 24).

Quid est imitari nisi hoc est? In promptu est Horatium non modo totam fere rationem carminis Catulli, sed etiam multa verba in suum usum convertisse. Nihil refert Catullum in cantoribus Euphorionis esse habendum, verum Horatius intellexit auctorem hymni in Dianam in maximis [1]) poetis numerandum esse. Quatenus in Carmine Saeculari Horatius Catullum sibi imitandum proposuit, voluit ut discipulus magistrum colere et venerari.

Carmini Saeculari valedicere non possumus, nisi unam observationem adiecimus. Quantum scio, nemo animadvertit verba vs. 43 sq.

daturus
Plura relictis

hausta esse ex Isocratis Panegyr. 36 *τοῖς δὲ πλείω τῆς ὑπαρχούσης ἐπόρισαν*, ubi rhetor de viris coloniae deducendae praefectis eadem dicit, quae poeta Latinus de Aenea, qui cum Troianis in Italiam profecturus est [2]).

---

1) Ironice accipiendum est Cat. XLIX 6 pessimus omnium poeta.

2) Utile est hic paucas alias similitudines inter Catullum et Horatium afferre:
Cat. XLII 24 Pudica et proba, redde codicillos!
Horat. Epod. XVII 40 .... tu pudica, tu proba.
Cat. LII 1 .... quid moraris emori?

II. Quae ratio intercedat inter Horatium et Lucretium.

Omnium Horatii Satirarum nulla magis imbuta est nota Epicurea quam tertia prioris libri, quocirca nihil miramur id carmen multis in rebus verbisque consentire cum poemate, quod Lucretius, fidus ille interpres philosophi Gargettii apud Romanos, condidit de Rerum Natura. Nam Horatius ut impugnet dogma Stoicum: omnia peccata esse paria (vs. 96), breviter adumbrat originem culturae humanae secundum alteram partem libri quinti Lucretii (inde a vs. 783 usque ad finem). Scribit autem Sat. I 3, 99—112

cum prorepserunt primis animalia terris,
100 mutum et turpe pecus, glandem atque cubilia propter
unguibus et pugnis, dein fustibus, atque ita porro
pugnabant armis quae post fabricaverat usus;
donec verba, quibus voces sensusque notarent,
nominaque invenere; dehinc absistere bello,
105 oppida coeperunt munire, et ponere leges
ne quis fur esset, neu latro, neu quis adulter;
nam fuit ante Helenam cunnus taeterrima belli
causa, sed ignotis perierunt mortibus illi
quos Venerem incertam rapientes more ferarum
110 viribus editior caedebat ut in grege taurns.
iura inventa metu iniusti fateare necessest,
tempora si fastosque velis evolvere mundi.

Necesse videtur etiam quae singula sibi respondeant enumerare. Ut Horatius vs. 99 docet homines (nam *animalia* significat *homines*) e terris orta esse, sic Lucretius idem exponit V 790—791

Sic nova tum tellus
inde loci mortalia saecla creavit

Horat. Carm. III 27, 58 Quid mori cessas?

Cat. XI 2 Sive in extremos penetrabit Indos.

Horat. Epist. I 1, 45 . . . extremos curris mercator ad Indos. Dignius memoratu est verba Horatii A. P. 388

nonum prematuv in annum pertinere ad Cat. XCV 1—2

Zmyrna mei Cinnae nonam post denique messem
Quam coepta est nonamque edita post hiemem est.

atque V 821

> Quare etiam atque etiam maternum nomen adepta
> Terra tenet merito, quoniam genus ipsa creavit
> Humanum.

Voces Horatianae *primis* ... *terris* (99) respiciunt ad Lucret. V 790 *nova* ... *tellus*.

Verbum Satirae *glandem* (100) spectat ad Lucr. V 939

> *Glandiferas* inter curabant corpora quercus.

Locus Horatianus de *armis* (101—102) comparandus est cum Lucr. V 1283—1286

> *Arma* antiqua manus ungues dentesque fuerunt
> Et lapides et item silvarum fragmina rami,
> 1285 Et flamma atque ignes, postquam sunt cognita primum.
> Posterius ferri vis est aerisque reperta.

Secundum Horatium *usus* (vs. 102) hominem docuit *arma* excudere, verum Lucretius multo plures artes *usu* inventas explicat V 1448

> Navigia atque agri culturas moenia leges
> 1449 *Arma* vias vestis et cetera de genere horum
> 1452 *Usus* et impigrae simul experientia mentis
> Paulatim docuit pedetemptim progredientis.

Vix est quod moneam Horatius vs. 102—103 omnino designare locum Lucretianum de origine linguae (V 1028—1090); singillatim Satirae verba (103)

> ... verba, quibus *voces sensus*que *notarent*

pertinent ad Lucr. V 1056—1058

> quid in hac mirabile tantoperest re
> Si genus humanum
> Pro vario *sensu* varia res *voce notaret?*

Horatii verba (105)

> Oppida coeperunt munire

valent idem fere quod Lucr. V 1108

> Condere coeperunt urbis arcemque locare.

Altera pars Horatii versus 105

> et ponere *leges* (sc. coeperunt)

potest referri et ad Lucr. V 1144

> Iuraque constituere, ut vellent *legibus* [1]) uti

---

1) Cf. etiam Lucr. V 1448.

et ad Lucr. V 1147

Sponte sua cecidit sub *leges* (sc. genus humanum).

Horatius scribens vs. 109 rapientes *more ferarum* partim sequitur Lucr. V 932

Vulgivago vitam tractabant *more ferarum.*

Satirae verba 111 *iura inventa metu iniusti* praestat comparare cum Lucr. V 1145

Nam genus humanum, defessum vi colere aevum
Ex inimicitiis languebat; quo magis ipsum
Sponte sua cecidit sub leges artaque *iura*

quam cum Lucr. V 1144.

Denique Horatius scribens (vs. 111) *fateare necessest,* utitur locutione, quam Lucretius in deliciis habet, cf. I 399, 624, 825, 974 cet.

Quis non miretur in 14 versibus Horatianis tot res et verba Lucretiana reperiri? Similiter fere Vergilius Theocritum imitans Bucolica sua composuit. Sed pergamus alias similitudines afferre. Luce clarius est eiusdem Satirae verba (vs. 14—15)

(modo sit mihi).... toga quae *defendere frigus*
Quamvis *crassa* queat

reddere Lucr. V 1429

Dum *plebeia* tamen sit quae *defendere* possit,

ubi explendum est: plebeia sc. *vestis* et defendere sc. *frigus.*

In eadem Satira Horatius hac utique in re verus sectator Epicuri monet, ut de amicorum vitiis clementer iudicemus, atque adeo optat ut simus quasi caeci sicut amatores. Hic laudo

38 Illuc praevertamur, amatorem quod amicae
Turpia decipiunt caecum, vitia aut etiam ipsa e. q. s.
41 Vellem in amicitia sic erraremus . . . . .
44 strabonem
Adpellat paetum pater, et pullum, male parvus
Si cui filius est cet.

Idem fere genus ratiocinandi invenimus Lucr. IV 1153 sq.

Nam faciunt homines plerumque cupidine caeci
Et tribuunt ea quae non sunt his commoda vere

et 1160 Nigra melichrus est, immunda et fetida acosmos,
Caesia Palladium, nervosa et lignea dorcas
Parvula, pumilio, chariton mia cet.

Vetustissima Horatii Satira videtur esse secunda eiusdem libri, quae in re quadam auctoritatem agnoscit Philodemi, philosophi Epicurei Pisonis familiaris (vs. 121). Verum ibi quoque imitationem vel potius parodiam [1]) quandam Lucretii versuum invenimus. Nam satiricus vellicans matronas insignes corrumpentem sic

68 Huic si muttonis verbis mala tanta videnti
Diceret haec animus „quid vis tibi" e. q. s.

manifesto irridet locum Lucretianum, ubi poeta Naturam inducit alloquentem senem, qui diutius vivere semper cupit III 931

Denique si vocem rerum natura repente
Mittat et hoc alicui nostrum sic increpet ipsa e. q. s.

Horatius, ut unusquisque suos versus pro parodia haberet, ad interrogantis verba addidit sua (vs. 72) *quid responderet*, sicut Lucretius Naturae interrogationi adiecit: *quid respondemus?* Haec parodia parum urbana est, multo elegantior lepidiorque est illa, quam continent verba, quibus Horatius Catium appellat. Nam ab hoc, qui tam luculenta auctoris egregii praecepta, ut cena sit lautissima, exposuit, petit ut se ducat ad talem doctorem sic finem faciens Satirae II 4, 94

fontis ut adire remotos
Atque *haurire* queam vitae praecepta beatae.

Hic quis non videt leniter carpi Lucr. IV 1—3

Avia Pieridum peragro loca nullius ante
Trita solo; iuvat integros *accedere fontis*
Atque *haurire*?

Lucretium iam non perstrinxit Horatius, sed eo saepius est imitatus, cuius rei pleraque exempla proferemus. Quae similitudines declarant, quantopere Satirici animus poemate didactico Lucretii commotus sit, simul adiuvant, ut recte cogitatione nobis fingamus poetam nascentem et crescentem et adultum.

Initium facimus a prima Satira, quae docet non inveniri nisi perraro qui (vs. 118)

exacto contentus tempore vita
Cedat uti conviva satur

Hic variari perspicuum est Lucretianum illud (III 938)

---

1) Habemus in eiusdem Satirae vs. 37 parodiam Ennii Annal. 454.

Cur non ut plenus vitae conviva recedis?

Ultiuia verba Satirae quintae, quae vulgo dicitur iter Brundisinum (I 5, 101)

namque deos didici *securum agere aevum*

fluxerunt e Lucr. V 82

nam bene qui didicere deos *securum agere aevum.*

Idem magister appellat deos VI 73

placida cum pace quietos.

Nemo negabit Sat. I 8, 46

Nam *displosa sonat* quantum *vesica*

haustum esse ex Lucr. VI 130

cum plena animae *vesicula* parva
Saepe ita *det* torvum *sonitum displosa* repente.

Horatius exclamans Sat. I 9, 70

nulla mihi, inquam,
Religio est

consentire videtur cum Lucr. I 82

quod contra saepius illa
Religio peperit scelerosa atque impia facta.

Quod dictnm paulo infra illustratur immolationis Iphigeniae historia, cum aliis tum hisce verbis

95 Nam sublata virum manibus tremibundaque ad aras
Deductast.... ut
99 Hostia concideret mactatu maesta parentis
101 Tantum religio potuit suadere malorum!

Quo aperte [1]) respiciunt Hor. Sat. II 3, 199—201

Tu cum pro vitulo statuis dulcem Aulide natam
200 Ante aras spargisque mola caput, improbe, salsa,
Rectum animi servas?

Denique quem latere potest similitudo inter Lucr. III 1068

---

1) Non tam hebes sum, ut contendam Horatium a Lucretio mutuatum esse locutiones et verba, quae infra attuli, verum expedit observare legi Sat. I 1, 61 *bona pars*; Lucr. V 1025 *bona magnaque pars* (cf. Epist. II 3, 297; Carm. IV 2, 46). Sat. I 2, 2 *balatrones*; Lucr. III 953. Sat, I 2, 133 *aut denique* (= aut certe); Lucr. V 858. Sat. I 4, 107 *parce... viverem* = Lucr. V 1118. Sat. II 4, 9 res *tenuis tenui* sermone; Lucr. IV 912 *tenuis* aures animumque sagacem. Sat. II 5, 92 capite *obstipo*; Lucr. IV 516 omnia... fieri... *obstipa.* Sat. II 6, 31 *memori mente* = Lucr. III 858; cf. etiam Sat. II 4, 90 *memori* pectore.

Hoc *se* quisque modo *fugitat*, qnem scilicet, ut fit,
Effugere haud potis est

et ea quae Saturnalibus Horatio Davus obicit Sat. II 7, 112

Non horam tecum esse potes, non otia recte
Ponere, *teque ipsum vitas fugitivus?*

Quamvis Horatii Iambi diversi sint a poemate de Rerum Natura, tamen non prorsus desunt ea quae apte conferri possint [1]). Fatetur enim Horat. Epod. XI 24—28

amor Lycisci me tenet
Unde expedire non amicorum queant
Libera consilia nec contumeliae graves,
Sed *alius ardor* aut puellae candidae
Aut teretis pueri.

Eandem igitur rationem sequitur atque Lucretius haec docens IV 1069

Inque dies gliscit furor atque aerumna gravescit
Si non
alio possis animi *traducere motus.*

Paulo supra ait (IV 1063)

Sed ... decet ... pabula amoris
Absterrere sibi atque *alio eonvertere mentem.*

Ad extremum possis componere verba, quanquam in alio contextu leguntur, Horatii Epod. XV 23 *translatos alio ... amores.*

Fuit cum satiricus penitus neglegens religionis Priapum fingeret fatentem I 8, 1—3

Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum,
Cum faber, incertus scamnum faceretne Priapum,
Maluit esse deum. Deus inde ego.

Omnino palinodiam canit poeta Carm. I 34

Parcus deorum cultor et infrequens

---

1) *Citus* semel iterumque in Iambis vim habet participii: Ep. XVII 7 *Citumque* retro solve, solve turbinem et IX 20 Puppes sinistrorsum *citae*; cf. Lucr. I 1001 Ex infinito *cita* corpora materiai et II 85 nam cum *cita* saepe Obvia con flixere (sc. primordia rerum). *Vapor* saepissime apud Lucretium idem est atque *calor*; cf. Epod. II 15

Nec tantus umquam siderum insedit *vapor*
Siticulosae Apuliae.

Denique forma per syncopam scriptam *repostum* invenitur Epod. IX 1; Lucr. I 35, III 346.

Cur non ut plenus vitae conviva recedis?

Ultima verba Satirae quintae, quae vulgo dicitur iter Brundisinum (I 5, 101)

namque deos didici *securum agere aevum*

fluxerunt e Lucr. V 82

nam bene qui didicere deos *securum agere aevum.*

Idem magister appellat deos VI 73

placida cum pace quietos.

Nemo negabit Sat. I 8, 46

Nam *displosa sonat* quantum *vesica*

haustum esse ex Lucr. VI 130

cum plena animae *vesicula* parva
Saepe ita *det* torvum *sonitum displosa* repente.

Horatius exclamans Sat. I 9, 70

nulla mihi, inquam,
Religio est

consentire videtur cum Lucr. I 82

quod contra saepius illa
Religio peperit scelerosa atque impia facta.

Quod dictnm paulo infra illustratur immolationis Iphigeniae historia, cum aliis tum hisce verbis

95 Nam sublata virum manibus tremibundaque ad aras
Deductast . . . . ut
99 Hostia concideret mactatu maesta parentis
101 Tantum religio potuit suadere malorum!

Quo aperte [1]) respiciunt Hor. Sat. II 3, 199—201

Tu cum pro vitulo statuis dulcem Aulide natam
200 Ante aras spargisque mola caput, improbe, salsa,
Rectum animi servas?

Denique quem latere potest similitudo inter Lucr. III 1068

---

1) Non tam hebes sum, ut contendam Horatium a Lucretio mutuatum esse locutiones et verba, quae infra attuli, verum expedit observare legi Sat. I 1, 61 *bona pars*; Lucr. V 1025 *bona magnaque pars* (cf. Epist. II 3, 297; Carm. IV 2, 46). Sat. I 2, 2 *balatrones*; Lucr. III 953. Sat, I 2, 133 *aut denique* (= aut certe); Lucr. V 858. Sat. I 4, 107 *parce . . . viverem* = Lucr. V 1118. Sat. II 4, 9 res *tenuis tenui* sermone; Lucr. IV 912 *teuuis* aures animumque sagacem. Sat. II 5, 92 capite *obstipo*; Lucr. IV 516 omnia . . . fieri . . . *obstipa.* Sat. II 6, 31 *memori mente* = Lucr. III 858; cf. etiam Sat. II 4, 90 *memori* pectore.

Hoc *se* quisque modo *fugitat,* qnem scilicet, ut fit,
Effugere haud potis est
et ea quae Saturnalibus Horatio Davus obicit Sat. II 7, 112
Non horam tecum esse potes, non otia recte
Ponere, *te*que *ipsum vitas fugitivus?*

Quamvis Horatii Iambi diversi sint a poemate de Rerum Natura, tamen non prorsus desunt ea quae apte conferri possint [1]). Fatetur enim Horat. Epod. XI 24—28

amor Lycisci me tenet
Unde expedire non amicorum queant
Libera consilia nec contumeliae graves,
Sed *alius ardor* aut puellae candidae
Aut teretis pueri.

Eandem igitur rationem sequitur atque Lucretius haec docens IV 1069

Inque dies gliscit furor atque aerumna gravescit
Si non
alio possis animi *traducere motus.*

Paulo supra ait (IV 1063)

Sed ... decet ... pabula amoris
Absterrere sibi atque *alio convertere mentem.*

Ad extremum possis componere verba, quanquam in alio contextu leguntur, Horatii Epod. XV 23 *translatos alio ... amores.*

Fuit cum satiricus penitus neglegens religionis Priapum fingeret fatentem I 8, 1—3

'Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum,
Cum faber, incertus scamnum faceretne Priapum,
Maluit esse deum. Deus inde ego.

Omnino palinodiam canit poeta Carm. I 34

Parcus deorum cultor et infrequens

---

1) *Citus* semel iterumque in Iambis vim habet participii: Ep. XVII 7 *Citumque* retro solve, solve turbinem et IX 20 Puppes sinistrorsum *citae*; cf. Lucr. I 1001 Ex infinito *cita* corpora materiai et II 85 nam cum *cita* saepe Obvia conflixere (sc. primordia rerum). *Vapor* saepissime apud Lucretium idem est atque *calor*; cf. Epod. II 15

Nec tantus umquam siderum insedit *vapor*
Siticulosae Apuliae.

[illegible] forma per syncopam scriptam *repostum* invenitur Epod. IX 1; Lucr.

Insanientis dum sapientiae
Consultus erro, nunc retrorsum
Vela dare atque iterare cursus
Cogor relictos e. q. s.

Sic Horatius nos certiores facit se non iam purum putum Epicurenm esse atque rursns deos maiorum colere. Testatur etiam deos neglectos a Romanis causam esse omnium malorum. Iam Stoicos pluris facit quam antea, itaque evenit, ut Herculem heroem illum Porticus laudet (C. III 3, 9) et ut commendet paradoxon notissimum: *μόνος ὁ σοφὸς πλούσιος* (C. II 2).

At contra Carm. II 16 olet doctrinam Epicuream, quocirca locutiones Lucretianas hic exspectare [1]) possis: *laqueata tecta* (II 16, 11) desumpta est e Lucr. II 37; *vivitur parvo bene* (II 16, 13) monet ad frugalitatem sicut Lucr. II 31

Non magnis opibus iucunde corpora curant.

Hic quoque Horatius scribens (II 16, 20)

Patriae quis exul
Se quoque fugit

repetit Lucretianum illud (III 1068)

Hoc *se* quisque modo *fugitat*, quem scilicet, ut fit,
Effugere haud potis est.

Post tres libros Carminum a° 23° a. C. n. editos, Horatius se dedit studio philosophiae, cuius fuit fructus prior liber Epistularum a° 20 vulgatus. In prima Epistula profitetur se nulli scholae addixisse, quamobrem eclecticus est habendus. Re vera poeta verba facit tanquam Stoicus in Epistula 16, tanquam discipulus Aristippi, quem Epicuri praecursorem vocari licet, in Epist. 17, tanquam Peripateticus in Epist. 18. Verum in compluribus Epistulis dilucet vatis amor rationis Epicureae (cf. I 4, 16 ubi se appellat: Epicuri de grege porcum) et rursus sermonem Lucretianum auctor imitatur.

Nonne Epist. I 2, 47—48

---

1) *Gazae*, quod legitur C. II 16, 9, primus Lucretius (II 37) adhibuit. Animum attendamus ad C. I 17, 11 *cubantis* (= vergentis) = Lucr. IV 517. C. I 28, 19 *denseter*; Lucr. agnoscit tantummodo *densere*. C. II 16, 35 *apta* quadrigis equa; cf. Lucr. III 839 quibus (sc. corpore et animo) e sumus uniter *apti*. Lucretius crebro interrogationibus ubitur e. g. V 24—50, 165—185: VI 390—422; idem interdum in carminibus facit Horatius velut II 11, 11—22; III 19, 5—8; III 27, 37—44. Cf. etiam Epist I 10 vs. 10—21; Epist. I 11, vs. 1—7.

Non domus et fundus, non aeris acervus et auri
Aegroto domini deduxit corpore febris

apertissime exprimunt Lucr. II 34—38

Nec calidae citius decedunt corpore febres
Textilibus si in picturis ostroque rubenti
Iacteris, quam si in plebeia veste cubandum est
Quapropter quoniam nil nostro in corpore gazae
Proficiunt e. q. s.?

Versus Horatianus, qui in proverbium abiit Epist. I 2, 54

Sincerum est nisi vas, quodcunqne infundis acescit,

referendus est ad id quod Lucretius narrat de Epicuro, qui animum cum vase comparabat, VI 17—19

Intellegit ibi vitium vas efficere ipsum
Omniaque illius vitio corrumpier intus
Quae collata foris et commoda cunque venirent.

Aeger animi Horatius sic scribit Epist. I 8, 7

Sed quia mente minus validus quam *corpore toto*;

talem valetudinem iam Lucretius pari modo depinxerat III 108

Et retro fit uti contra sit saepe vicissim
Cum miser ex animo laetatur *corpore toto.*

Nondum plane recreatus est Venusinus poeta scribens Epist. I 11, 10

(Lebedi =) illic vivere vellem
Oblitusque meorum
Neptunum procul e terra spectare furentem.

Hic ei nimirum obversati sunt versus Lucr. II 1—2

Suave, mari magno turbantibus aequora ventis
E terra magnum alterius spectare laborem.

Denique versus qui legitur Epist. I 14, 13

In culpa est animus, qui *se* non *effugit* umquam

aliter rursus variavit (cf. Sat. II 7, 113) verba Lucr. III 1068

Hoc *se* quisque modo *fugitat*, quem scilicet, ut fit,
Effugere haud potis est.

Prima epistula et tertia alterius libri agunt de quaestionibus litterariis, quo fit ut ad nostram rem non pertineant [1]. At

---

1) Digna memoratu est forma *labier*, quae usurpatur Epist. II 1, 94 et Lucr. V 475; IV 445. Denique cf. A. P. 111

Post affert *animi* motus *interprete lingua*

cum Lucr. VI 1149

Atque *animi interpres* manabat *lingua* cruore.

Insanientis dum sapi
Consultus erro, nunc
Vela dare atque iter
Cogor relictos e. q. s.

Sic Horatius nos certio
Epicurenm esse atque ru
etiam deos neglectos a Ro
Iam Stoicos pluris facit
culem heroem illum Port
mendet paradoxon notiss

At contra Carm. II 1
locutiones Lucretianas
(II 16, 11) desumpta
(II 16, 13) monet ad f

Non magnis op

Hic quoque Horatius

Se quoque fu

repetit Lucretianum

Hoc *se* quis
Effugere ha

Post tres libros
se dedit studio
Epistularum a°
nulli scholae ad
Re vera poeta
tanquam discip
licet, in Epist.
in compluribus
(cf. I 4, 16
rursus sermo

Nonne Ep

1) *Gazae*, q
attendamus ad
sevtur; Lucr.
cf. Lucr. III 830
crebro interrogati
interdum in carmi
27, 37—44. Cf.

MNEMOSYNE.

BIBLIOTHECA PHILOLOGICA BATAVA.

COLLEGERUNT

P. H. DAMSTÉ, J. J. HARTMAN, C. W. VOLLGRAFF.

OPERAM SUAM POLLICITI SUNT

K. KUIPER, J. C. NABER, M. C. VALETON, I. VAN WAGENINGEN.

NOVA SERIES.

VOLUMEN QUADRAGESIMUM NONUM. PARS III.

LUGDUNI-BATAVORUM
E. J. BRILL.

LIPSIAE,
O. HARRASSOWITZ.
1921.

et ad Lucr. V 1147

Sponte sua cecidit sub *leges* (sc. genus humanum).

Horatius scribens vs. 109 rapientes *more ferarum* partim sequitur Lucr. V 932

Vulgivago vitam tractabant *more ferarum.*

Satirae verba 111 *iura inventa metu iniusti* praestat comparare cum Lucr. V 1145

Nam genus humanum, defessum vi colere aevum
Ex inimicitiis languebat; quo magis ipsum
Sponte sua cecidit sub leges artaque *iura*

quam cum Lucr. V 1144.

Denique Horatius scribens (vs. 111) *fateare necessest,* utitur locutione, quam Lucretius in deliciis habet, cf. I 399, 624, 825, 974 cet.

Quis non miretur in 14 versibus Horatianis tot res et verba Lucretiana reperiri? Similiter fere Vergilius Theocritum imitans Bucolica sua composuit. Sed pergamus alias similitudines afferre. Luce clarius est eiusdem Satirae verba (vs. 14—15)

(modo sit mihi).... toga quae *defendere frigus*
Quamvis *crassa* queat

reddere Lucr. V 1429

Dum *plebeia* tamen sit quae *defendere* possit,

ubi explendum est: plebeia sc. *vestis* et defendere sc. *frigus.*

In eadem Satira Horatius hac utique in re verus sectator Epicuri monet, ut de amicorum vitiis clementer iudicemus, atque adeo optat ut simus quasi caeci sicut amatores. Hic laudo

38 Illuc praevertamur, amatorem quod amicae
Turpia decipiunt caecum, vitia aut etiam ipsa e. q. s.
41 Vellem in amicitia sic erraremus . . . . .
44 strabonem
Adpellat paetum pater, et pullum, male parvus
Si cui filius est cet.

Idem fere genus ratiocinandi invenimus Lucr. IV 1153 sq.

Nam faciunt homines plerumque cupidine caeci
Et tribuunt ea quae non sunt his commoda vere
et 1160 Nigra melichrus est, immunda et fetida acosmos,
Caesia Palladium, nervosa et lignea dorcas
Parvula, pumilio, chariton mia cet.

Vetustissima Horatii Satira videtur esse secunda eiusdem libri, quae in re quadam auctoritatem agnoscit Philodemi, philosophi Epicurei Pisonis familiaris (vs. 121). Verum ibi quoque imitationem vel potius parodiam [1]) quandam Lucretii versuum invenimus. Nam satiricus vellicans matronas insignes corrumpentem sic

68 Huic si muttonis verbis mala tanta videnti
Diceret haec animus „quid vis tibi" e. q. s.

manifesto irridet locum Lucretianum, ubi poeta Naturam inducit alloquentem senem, qui diutius vivere semper cupit III 931

Denique si vocem rerum natura repente
Mittat et hoc alicui nostrum sic increpet ipsa e. q. s.

Horatius, ut unusquisque suos versus pro parodia haberet, ad interrogantis verba addidit sua (vs. 72) *quid responderet*, sicut Lucretius Naturae interrogationi adiecit: *quid respondemus?* Haec parodia parum urbana est, multo elegantior lepidiorque est illa, quam continent verba, quibus Horatius Catium appellat. Nam ab hoc, qui tam luculenta auctoris egregii praecepta, ut cena sit lautissima, exposuit, petit ut se ducat ad talem doctorem sic finem faciens Satirae II 4, 94

fontis ut adire remotos
Atque *haurire* queam vitae praecepta beatae.

Hic quis non videt leniter carpi Lucr. IV 1—3

Avia Pieridum peragro loca nullius ante
Trita solo; iuvat integros *accedere fontis*
Atque *haurire*?

Lucretium iam non perstrinxit Horatius, sed eo saepius est imitatus, cuius rei pleraque exempla proferemus. Quae similitudines declarant, quantopere Satirici animus poemate didactico Lucretii commotus sit, simul adiuvant, ut recte cogitatione nobis fingamus poetam nascentem et crescentem et adultum. Initium facimus a prima Satira, quae docet non inveniri nisi perraro qui (vs. 118)

exacto contentus tempore vita
Cedat uti conviva satur

Hic variari perspicuum est Lucretianum illud (III 938)

---

1) Habemus in eiusdem Satirae vs. 37 parodiam Ennii Annal. 454.

Cur non ut plenus vitae conviva recedis?

Ultiuia verba Satirae quintae, quae vulgo dicitur iter Brundisinum (I 5, 101)

namque deos didici *securum agere aevum*

fluxerunt e Lucr. V 82

nam bene qui didicere deos *securum agere aevum.*

Idem magister appellat deos VI 73

placida cum pace quietos.

Nemo negabit Sat. I 8, 46

Nam *displosa sonat* quantum *vesica*

haustum esse ex Lucr. VI 130

cum plena animae *vesicula* parva
Saepe ita *det* torvum *sonitum displosa* repente.

Horatius exclamans Sat. I 9, 70

nulla mihi, inquam,
Religio est

consentire videtur cum Lucr. I 82

quod contra saepius illa
Religio peperit scelerosa atque impia facta.

Quod dictnm paulo infra illustratur immolationis Iphigeniae historia, cum aliis tum hisce verbis

95 Nam sublata virum manibus tremibundaque ad aras
Deductast .... ut
99 Hostia conciderет mactatu maesta parentis
101 Tantum religio potuit suadere malorum!

Quo aperte [1]) respiciunt Hor. Sat. II 3, 199—201

Tu cum pro vitulo statuis dulcem Aulide natam
200 Ante aras spargisque mola caput, improbe, salsa,
Rectum animi servas?

Denique quem latere potest similitudo inter Lucr. III 1068

---

1) Non tam hebes sum, ut contendam Horatium a Lucretio mutuatum esse locutiones et verba, quae infra attuli, verum expedit observare legi Sat. I 1, 61 *bona pars*; Lucr. V 1025 *bona magnaque pars* (cf. Epist. II 3, 297; Carm. IV 2, 46). Sat. I 2, 2 *balatrones*; Lucr. III 953. Sat, I 2, 133 *aut denique* (= aut certe); Lucr. V 858. Sat. I 4, 107 *parce... viverem* = Lucr. V 1118. Sat. II 4, 9 res *tenuis tenui* sermone; Lucr. IV 912 *tenuis* aures animumque sagacem. Sat. II 5, 92 capite *obstipo*; Lucr. IV 516 omnia... fieri... *obstipa*. Sat. II 6, 31 *memori mente* = Lucr. III 858; cf. etiam Sat. II 4, 90 *memori* pectore.

Hoc *se* quisque modo *fugitat,* qnem scilicet, ut fit,
Effugere haud potis est

et ea quae Saturnalibus Horatio Davus obicit Sat. II 7, 112

Non horam tecum esse potes, non otia recte
Ponere, *teque ipsum vitas fugitivus?*

Quamvis Horatii Iambi diversi sint a poemate de Rerum Natura, tamen non prorsus desunt ea quae apte conferri possint [1]). Fatetur enim Horat. Epod. XI 24—28

amor Lycisci me tenet
Unde expedire non amicorum queant
Libera consilia nec contumeliae graves,
Sed *alius ardor* aut puellae candidae
Aut teretis pueri.

Eandem igitur rationem sequitur atque Lucretius haec docens IV 1069

Inque dies gliscit furor atque aerumna gravescit
Si non
alio possis animi *traducere motus.*

Paulo supra ait (IV 1063)

Sed ... decet ... pabula amoris
Absterrere sibi atque *alio eonvertere mentem.*

Ad extremum possis componere verba, quanquam in alio contextu leguntur, Horatii Epod. XV 23 *translatos alio ... amores.*

Fuit cum satiricus penitus neglegens religionis Priapum fingeret fatentem I 8, 1—3

Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum,
Cum faber, incertus scamnum faceretne Priapum,
Maluit esse deum. Deus inde ego.

Omnino palinodiam canit poeta Carm. I 34

Parcus deorum cultor et infrequens

---

1) *Citus* semel iterumque in Iambis vim habet participii: Ep. XVII 7 *Citumque* retro solve, solve turbinem et IX 20 Puppes sinistrorsum *citae*; cf. Lucr. I 1001 Ex infinito *cita* corpora materiai et II 85 nam cum *cita* saepe Obvia con flixere (sc. primordia rerum). *Vapor* saepissime apud Lucretium idem est atque *calor*; cf. Epod. II 15

Nec tantus umquam siderum insedit *vapor*
Siticulosae Apuliae.

Denique forma per syncopam scriptam *repostum* invenitur Epod. IX 1; Lucr. I 35, III 346.

Insanientis dum sapientiae
Consultus erro, nunc retrorsum
Vela dare atque iterare cursus
Cogor relictos e. q. s.

Sic Horatius nos certiores facit se non iam purum putum Epicurenm esse atque rursns deos maiorum colere. Testatur etiam deos neglectos a Romanis causam esse omnium malorum. Iam Stoicos pluris facit quam antea, itaque evenit, ut Herculem heroem illum Porticus laudet (C. III 3, 9) et ut commendet paradoxon notissimum: *μόνος ὁ σοφὸς πλούσιος* (C. II 2).

At contra Carm. II 16 olet doctrinam Epicuream, quocirca locutiones Lucretianas hic exspectare [1]) possis: *laqueata tecta* (II 16, 11) desumpta est e Lucr. II 37; *vivitur parvo bene* (II 16, 13) monet ad frugalitatem sicut Lucr. II 31

Non magnis opibus iucunde corpora curant.

Hic quoque Horatius scribens (II 16, 20)

Patriae quis exul
Se quoque fugit

repetit Lucretianum illud (III 1068)

Hoc *se* quisque modo *fugitat*, quem scilicet, ut fit,
Effugerc haud potis est.

Post tres libros Carminum a° 23° a. C. n. editos, Horatius se dedit studio philosophiae, cuius fuit fructus prior liber Epistularum a° 20 vulgatus. In prima Epistula profitetur se nulli scholae addixisse, quamobrem eclecticus est habendus. Re vera poeta verba facit tanquam Stoicus in Epistula 16, tanquam discipulus Aristippi, quem Epicuri praecursorem vocari licet, in Epist. 17, tanquam Peripateticus in Epist. 18. Verum in compluribus Epistulis dilucet vatis amor rationis Epicureae (cf. I 4, 16 ubi se appellat: Epicuri de grege porcum) et rursus sermonem Lucretianum auctor imitatur.

Nonne Epist. I 2, 47—48

1) *Gazae*, quod legitur C. II 16, 9, primus Lucretius (II 37) adhibuit. Animum attendamus ad C. I 17, 11 *cubantis* (= vergentis) = Lucr. IV 517. C. I 28, 19 *densentur*; Lucr. agnoscit tantummodo *densere*. C. II 16, 35 *apta* quadrigis equa; cf. Lucr. III 839 quibus (sc. corpore et animo) e sumus uniter *apti*. Lucretius crebro interrogationibus ubitur e. g. V 24—50, 165—185: VI 390—422; idem interdum in carminibus facit Horatius velut II 11, 11—22; III 19, 5—8; III 27, 37—44. Cf. etiam Epist I 10 vs. 10—21; Epist. I 11, vs. 1—7.

Non domus et fundus, non aeris acervus et auri
Aegroto domini deduxit corpore febris

apertissime exprimunt Lucr. II 34—38

Nec calidae citius decedunt corpore febres
Textilibus si in picturis ostroque rubenti
Iacteris, quam si in plebeia veste cubandum est
Quapropter quoniam nil nostro in corpore gazae
Proficiunt e. q. s.?

Versus Horatianus, qui in proverbium abiit Epist. I 2, 54

Sincerum est nisi vas, quodcunqne infundis acescit,

referendus est ad id quod Lucretius narrat de Epicuro, qui animum cum vase comparabat, VI 17—19

Intellegit ibi vitium vas efficere ipsum
Omniaque illius vitio corrumpier intus
Quae collata foris et commoda cunque venirent.

Aeger animi Horatius sic scribit Epist. I 8, 7

Sed quia mente minus validus quam *corpore toto*;

talem valetudinem iam Lucretius pari modo depinxerat III 108

Et retro fit uti contra sit saepe vicissim
Cum miser ex animo laetatur *corpore toto.*

Nondum plane recreatus est Venusinus poeta scribens Epist. I 11, 10

(Lebedi =) illic vivere vellem
Oblitusque meorum
Neptunum procul e terra spectare furentem.

Hic ei nimirum obversati sunt versus Lucr. II 1—2

Suave, mari magno turbantibus aequora ventis
E terra magnum alterius spectare laborem.

Denique versus qui legitur Epist. I 14, 13

In culpa est animus, qui *se* non *effugit* umquam

aliter rursus variavit (cf. Sat. II 7, 113) verba Lucr. III 1068

Hoc *se* quisque modo *fugitat*, quem scilicet, ut fit,
Effugere haud potis est.

Prima epistula et tertia alterius libri agunt de quaestionibus litterariis, quo fit ut ad nostram rem non pertineant [1]). At

1) Digna memoratu est forma *labier*, quae usurpatur Epist. II 1, 94 et Lucr. V 475; IV 445. Denique cf. A. P. 111

Post affert *animi* motus *interprete lingua*

cum Lucr. VI 1149

Atque *animi interpres* manabat *lingua* cruore.

secunda epistula eius libri plane colorem Lucretianum prae se fert. Nam Epist. II 2, 175—176 (cf. etiam Sat. II 2, 133)

> Sic quia perpetuus nulli datur usus et heres
> Heredem alterius velut unda supervenit undam

respondent versui notissimo Lucr. III 971

> Vitaque mancipio nulli datur omnibus usu.

Ex animo Lucretii Horatius videtur se ipsum interrogare Epist. II 2, 206

> caret tibi pectus inani
> Ambitione? caret mortis formidine et ira?
> Somnia terrores magicos, miracula, sagas,
> Nocturnos lemures, portentaque Thessala rides?

Nam apud Romanos nemo tam vehementer impugnat ambitionem, metum mortis, superstitionem quam Lucretius (imprimis in Lib. III et V). Memor denique Lucr. III 938

> Cur non ut plenus vitae conviva recedis

videtur Horatius se ipsum alloqui (Epist. II 2, 214)

> Lusisti satis, edisti satis atque bibisti
> Tempus abire tibi est.

Amplius investigandum non est, nam carmina libri quarti nisi perraro imitationem Lucretii non habent [1]).

Qui Horatii vitam poeticam perlustrabit e persona philosophi, facile reperiet auctorem Satirarum praecipue Epicureum fuisse, Carminum conditorem non pauca dogmata Stoicae sectae amplexum esse, Epistularum scriptorem eclecticum quidem fuisse, sed in eo studium Epicureum praevaluisse. Per totam fere aetatem Lucretium ab Horatio ut magistrum observatum et cultum esse dilucide apparet ex permultis illis similitudinibus, quas supra enumeravi. Ideo dubitari non potest quin Horatius tanquam satur conviva et grato animo novissima in luce oculos clauserit.

---

1) Ceterum aliqua utique similitudo monstrari potest inter C. IV 14, 21 Pleiadum choro *Scindente nubes* et Lucr. VI 293 *discidio nubis*.

Vehementer miror Laurandum in libro, c. t. Manuel des Etudes grecques et latines (fasc. V pag. 520) agentem de Lucretii poemate scripsisse: „Mais Horace, Tibulle et, très probablement, Properce n'en disent pas un mot".

MNEMOSYNE.

BIBLIOTHECA PHILOLOGICA BATAVA.

COLLEGERUNT

P. H. DAMSTÉ, J. J. HARTMAN, C. W. VOLLGRAFF.

OPERAM SUAM POLLICITI SUNT

K. Kuiper, J. C. Naber, M. C. Valeton, I. van Wageningen.

NOVA SERIES.
VOLUMEN QUADRAGESIMUM NONUM. PARS III.

LUGDUNI-BATAVORUM
E. J. BRILL.

LIPSIAE,
O. HARRASSOWITZ.
1921.

INDEX.

DE THEOCRITI CARMINE XVIII.

SCRIPSIT

K. KUIPER.

I.

Epithalamium Helenes, ut ab antiquis Theocriti sectatoribus fere neglegitur ita a philologis nostrae aeetatis erudite et accurate saepe tractatum est, nec abest periculum ne hodie de eo carmine dicturus tamquam nova proferas quae iam diu ab aliis prolata sint.

Tamen equidem cum nuper venustissimum carmen animi causa perlegerem, neglecto philologi officio quod iubet simul cum antiquorum libris ingentem consulere copiam disputationum qua aetas nostra artem antïquam illustravit, saepe autem obruit, non deterrebar quin quaedam, quae legenti mihi in mentem venerunt, cum Theocriti amicis communicarem. Quod cum facio hanc mihi veniam peto, ut quam minime potero disputatiunculam meam doctis adnotationibus exornem. Legi quae ad rem facere videbantur, testes non afferam nisi ubi necesse erit. Si forte dicta me dicere apparebit non pro meis vindicabo quae aliorum inventa sunt.

Theocriti carmen XVIII in eius poetae opusculis singularem occupat locum. Dubites fere num Artemidorus, cum bucolica colligeret, noverit illud carmen. Quid de poetis Romanis dicam, de Propertio, Catullo, Vergilio, artis Alexandrinae imitatoribus sedulis? Notum fuisse Vergilio epithalamium vulgo viri docti perhibent, vix autem sufficiunt argumenta. Scio comparari cum

Theocriti versibus XVIII. 29 *sqq* Vergilianos quosdam ex ecloga V (32 *sqq.*) Audiamus utrumque poetam.

Theocritus haec habet:

πιείρᾳ μέγα λᾷον ἀνέδραμε κόσμος ἀρούρᾳ
ἢ κάπῳ κυπάρισσος ἢ ἅρματι Θέσσαλὸς ἵππος,
ὧδε καὶ ἁ ῥοδόχρως Ἑλένα Λακεδαίμονι κόσμος.

Vergilius:

Vitis ut arboribus decori est, ut vitibus uvae,
Ut gregibus tauri, *segetes ut pinguibus arvis*,
Tu decus omne tuis.

Vix sufficere hoc testimonium mihi videtur, praesertim cum teneas quam accurate Vergilius in eclogis Theocriti versus exprimere soleat. Nam mitto quod in primo versu Theocriteo *λᾷον* coniecturae Eichstaedtii debetur, certissima enim et palmaria emendatio videtur. (Codd. *μεγάλα ἅτ' ἀνέδρ.* quod nihil est). Concedo quoque ea verba Vergiliaua „segetes ut pinguibus arvis, tu decus omne tuis'' mire conspirare cum Theocriteis. Sed cetera non conveniunt. Deest comparatio virginis cum equo Thessalo inde ab Alcmanis, Sapphois, Anacreontis aetate poetis Graecis tantopere amata. Deest „*ἢ κάπῳ κυπάρισσος*'', nam ceteram partem imaginis Vergilius ex carmine quod inter Theocritea iam eius temporibus immerito receptum erat — octavum dico — mutuatus est (VIII. 79)

τᾷ δρυῒ ταὶ βάλανοι κόσμος, τᾷ μαλίδι μᾶλα.

Nonne igitur incerta res est? Ipsa profecto imago nihil habet novi. Jam Ulixes Nausicaam *Φοίνικος νέῳ ἔρνει* comparat, iam Thetis filium mox moriturum, quem *ἔθρεψε Φυτὸν ὣς γουνῷ ἀλωιῆς* deplorat, ita conquesta: *ὃ δ' ἀνέδραμεν ἔρνεϊ ϝῖσος*''. Alibi igitur atque in Theocriti carminibus forsan invenerit Vergilius eam comparationem. Propter verborum ipsorum eximiam similitudinem concederem versum ex Epithalamio a Vergilio expressum esse, si usquam alibi, sive in eclogis sive in Aeneade, eius carminis memoria certa appareret. Ea autem epithalamii est indoles atque ars, quam Virgilius, si cognitum ei fuisset, ex animo amaturus fuerat, et imitatione laudasset.

Haud minus dubia res est si Propertium Catullumve pervolutes. Quam erudite admirator ille artis Alexandrinae iuxta Callimachum Theocritum aemulatus sit nemo ignorat, summa

vero cura Rothstein in commentario singulos locos indicavit. Carmen XVIII frustra quaeres. Nam vix metuo nequis versum Prop. I. 18. 22

scribitur et vestris Cynthia corticibus

cum eodem Rothsteinio referat ad Theocriti versum 47 „γράμματα δ'ἐν φλοιῷ γεγράψεται κ. τ. ἑ." Habebat enim ante oculos imitator Callimachi versus ex Cydippe (fr. 101 Schn.)

ἀλλ' ἐνὶ δὴ φλοιοῖσι κεκομμένα τόσσα φέροιτε
γράμματα, Κυδίππην ὅσσ' ἐρέουσι καλήν.

Ceterum universe Propertius, ut perfidam Helenam increpat (veluti II. 1, 49) venustatemque adulterae (II. 3. 32) amoresque Paridis (II. 8. 30), ita virginem iuvenili castitate florentem qualem depinxerat Theocritus, omnino ignorat. Quin, cum virginum Laconicarum palaestras longo carmine (III. 14) libidinose extollens, Helenam nomine nuncupat (vs. 19):

inter quos Helene nudis capere arma papillis
fertur nec fratres erubuisse deos,

nihil est, quod nos legentes admonere possit cognita ei fuisse Theocritea ista (XVIII. 23)

χρισαμέναις ἀνδριστὶ παρ' Εὐρώταο λοετροῖς.

Immo longissime a Theocriti simplicitate carminis Properatiani erudita lascivia recedit.

Itidem si in Catullo Ovidioque frustra quaerimus indicia, ex quibus efficiatur, epithalamium Theocriteum cognitum eis fuisse, cum tamen Graeca epithalamia tam eximie aemuletur Catullus, Ovidius autem tanta garrulitate Paridem Helenamque de rebus Laconicis per epistulam colloquentes fecerit, oritur nobis suspicio, in Theocriteorum carminum editione quam manibus tenuerint Propertius, Catullus, Vergilius, epithalamium lectum non fuisse. Quid ex ea re efficiamus? Non profecto epithalamii authentiam in suspicionem vocamus. Si quid aliud, verum atque sincerum Theocriti est opus. Sed eodem ducet nostra suspicio quo tendit studium eorum, qui de antiquis bucolicorum editionibus scripserunt: Additum est hoc carmen bucolicis post mimos, post encomia Hieronis Ptolemaeique, idque haud inepte factum est quoniam ad aliud genus pertinet ac cetera, aliique aetati poetae debetur. Alexandriae enim epitha-

lamium natum esse, ut mihi quidem videtur, necesse est, ea nempe poetae aetate cum, Callimachi modo sectator modo aemulus, copiis fruebatur bibliothecae Ptolemaeorum.

Temerarium fere dixeris si ulterius progredi conabor. Quandoquidem autem in Theocriti vita omnia fere dubia atque incerta sunt, quid vetat coniecturas proferre? Etiam nunc equidem ita censeo ut ante multos annos (cf. *Mnem.* XVIII, 377 *sqq*) poetam postquam frustra Χάρισιν suis Hieronis gratiam sibi conciliare conatus esset, ad Ptolemaeum se convertisse; subtectius — per carminis bucolici XIX formam — regis Aegyptii quaesivit favorem, aperte ac palam — tum quidem Alexandriae iam degens — carmine XVII.

Aratum Callimachumque simul aemulatus eo carmine haud minus Alexandrinae artis reddit indolem quam in Adoniazusis. Mimorum illud exemplum perfectissimum ante Arsinoes Philadelphi mortem (270 a. c.) in lucem prodiit. Praecessit autem hymnus in Ptolemaeum, qui carmen Callimachi Deliacum aemulatur, nuptias Ptolemaei atque sororis celebrat, nec diu post annum 273 compositus est.

Haec omnia tantum non certa. Sed longe minus certum est, quod tamen, cum saepius eius rei mihi suspicio sit oborta, nolo reticere, Helenes epithalamium quodammodo cum nuptiis Ptolemaei posse coniungi. Dicas artem esse miram, nec satis aptam aulico poetae, quae mulieri quadragenariae et διγάμῳ festivo nuptiarum die exemplum proponat Helenes. Dicas admodum multa inesse in epithalamio quae Arsinoë omnino ad se pertinere posse negaret. Sed nimis premi rem non licebit. Poeta si narrationis fabularis venustate nuptias regias celebrare voluit, non id egit ut nomine Helenae reginam ipsam indicare crederetur. Quis contendat, XVII. 130:

ὧδε καὶ ἀθανάτων ἱερὸς γάμος ἐξετελέσθη
οὓς τέκετο κρείουσα Ῥέα βασιλῆας Ὀλύμπου,

pro Iove Ptolemaeum, pro Iunone Arsinoen substitui debere. Lusit poeta et sane ita lusit ut par regium cum Menelao atque Helena comparari se intellegerent: ξανθοκόμας Πτολεμαῖος (XVII. 103) cum ξανθότριχι Μενελάῳ, Arsinoë cum Menelai uxore. Casu enim factum esse vix crediderim, quod tantopere inter se conveniant XVII. 128

αὐτός τ' Ἰφθίμη τ' ἄλοχος, τᾶς οὔτις ἀρείων
νύμφιον ἐν μεγάροισι γυνὰ περιβάλλετ' ἀγοστῷ
et XVIII. 19
Ζανός τοι θυγάτηρ ὑπὸ τὰν μίαν ἵκετο χλαῖναν,
οἵα Ἀχαιϊάδων γαῖαν πατεῖ οὐδεμί' ἄλλη.

Nonne enim XV. 120 ipse diserte Arsinoën cum Helena comparavit?

ἁ Βερενικεία θυγάτηρ, Ἑλένᾳ εἰκυῖα.

II.

Artis eruditionisque Alexandrinae multo plura vestigia in epithalamio inveniri quam in bucolicis, iam diu observatum est. Quamvis tam carmini XVI quam XVII longe antecellat dictionis gratia et poetica venustate, ad utrumque hymnum propius accedit quam ad pastoralia, quorum mihi maior pars ante quam Theocritus Alexandriam venisset, composita esse videtur. Epithalamium aetate antecessit hymnum ad Ptolemaeum. In illo carmine subtecte spem novae prolis regi proponit (vs. 21)

ἦ μέγα κεν τι τέκοιτ' εἰ ματέρι τίκτοι ὁμοῖον,

eandem spem attingere carmine XVII iam veretur. Sed ut in carmine XVII epicae dictionis memoria nusquam abest, ita poeseos lyricae antiquioris singulis fere versibus epithalamium reddit imaginem. Fuerunt qui unum Sapphois epithalamium a Theocrito imitatione expressum esse crederent: in quibus Kaibel (*Herm.* '92. p. 249) sic iudicat: „Der Dichter hielt sich inhaltlich an das Muster der Sapphischen Epithalamiën". Alii ad normam certam stropharum carmen Theocriti revocare conati sunt. Et hoc quidem frustra, nam licet in laudibus novae nuptae (vs. 26—31) bis tres versus, in eius operum laude sex ponantur, liberum est nec paret certis divisionis legibus totum carmen. Accedit quod deest carmini nostra solita illa mariti laudatio, quam Catullus merito servat, quamque invenimus apud Sapphonem (fr. 91)

γάμβρος ἔρχεται ἶσος Ἄρευϊ
ἄνδρος μεγάλω πόλυ μείζων.

Profecto cordi erat poetae, Sapphicae artis memoriam revocare, nec solum epithalamiorum. Modo Sapphonem solam

sequitur, modo cum Alcmanis aliusve poetae versibus Lesbiam poësin coniungit. Exempla in aperto sunt, quorum quaedam animi causa repetam. Sapphonis fr. 106:

οὐ γὰρ ἦν ἀτέρα πάϊς, ὦ γάμβρε, τοιαύτα,

ita imitatur Theocritus vs. 20:

οἵα Ἀχαιϊάδων γαῖαν πατεῖ οὐδεμί' ἄλλα,

ut tamen simul revocet Sapphonis fr. 69:

οὐδ' ἴαν δοκίμοιμι προσίδοισαν φάος ἀλίω
ἔσσεσθαι σοφίαν παρθένον εἰς οὐδένα πω χρόνον
τοιαύταν (cf. quoque Theocr. vs. 32. 37).

Sapphonis fr. 99

ὄλβιε γάμβρε, σοὶ μὲν γάμος ὡς ἄραο
ἐκτετέλεστ', ἔχῃς δὲ παρθένον ὡς ἄραο

non sine arte in suum usum convertit Theocritus vs. 16:

ὄλβιε γάμβρ', ἀγαθός τις ἐπέπταρεν ἐρχομένῳ τοι
ἐς Σπάρταν, ἅπερ ὦλλοι ἀριστέες ὡς ἀνύσαιο.

Mox Sapph. fr. 105:

χαῖρε νύμφα,
χαῖρε τίμιε γάμβρε πόλλα,

redit apud Theocritum vs. 49:

χαίροις ὦ νύμφα, χαίροις εὐπένθερε γαμβρέ,

quibuscum componi poterit quod ex Himerio Bergkius (III. p. 121) adduxit:

ὦ κάλα, ὦ χαρίεσσα,

quod sic reddit Theocritus (vs. 38):

ὦ καλά, ὦ χαρίεσσα κόρα, σὺ μὲν οἰκέτις ἤδη.

Tandem, in fine epithalamii (vs. 55)

ἐγρέσθαι δὲ πρὸς ἀῶ μὴ 'πιλάθησθε

uno verbo, quod in fragmentis Sapphonis Oxyrynchicis numero 1231. 17 servatur, exemplum Sapphicum prodit: „ἀλλ' ἐγέρθητ'."

Nonnumquam minus presse vestigia sequitur poetae Lesbiae, ubi tamen Sapphonis artem revocat in memoriam. Sappho (fr. 95) ita cecinerat:

Ϝέσπερε, πάντα φέρων, ὄσα φαίνολις ἐσκέδασ' αὔως,
φέρεις οἶν, φέρεις αἶγα, φέρεις ἄπυ ματέρι παῖδα.

Fidelius haec secutus est Catullus, multo liberius Theocritus (vs. 12):

παῖδα δ' ἐᾶν σὺν παισὶ φιλοστόργῳ παρὰ ματρὶ
παίσδειν ἐς βαθὺν ὄρθρον,

quorum verborum simplicitas cum indole epithalamii Laconici magis convenit. Nec tamen evanuit memoria Sapphus, quae identidem redit. Nonne enim, cum audis Theocriti versum 37

ὡς Ἑλένα, τᾶς πάντες ἐπ' ὄμμασιν ἵμεροι ἐντί,

redit in mentem tibi Sapphonis fragmentum illud (Oxyr. X. 1231):

τᾶς κε βολλοίμαν ἔρατόν τε βᾶμα
κἀμάρυγμα ἴδην προσώπω.

Paullo difficilius est brevitati consulere cum dicendum est de versibus 26—28, qui locus conclamatus est. Codices enim habent:

ἀὼς ἀντέλλοισα καλὸν διέφαινε πρόσωπον
πότνια νύξ, ἅτε λευκὸν ἔαρ χειμῶνος ἀνέντος,
ὧδε καὶ ἁ χρυσέα Ἑλένα διεφαίνετ' ἐν ἁμῖν.

Inutile videtur emendationum seriem ad versum 26 allatarum referre. Assentior autem viro clarissimo de Wilamowitz, hunc in modum scribenti (*Tekstgesch. d. Buk.* p. 64 *not*: „Es liegt auf der Hand dass die Nacht oder die Morgenröte fort muss". Sed minime mihi placet interpretatio ab eo oblata. Scribendum censet ἀῶς genetivo casu, quod ita explicat: „Die Nacht hat aufsteigend ein schönes Eosgesicht leuchten lassen", ipsam autem noctem lucidam in sequentibus cum veris splendore comparari putat. Longe equidem simplicem Buechleri coniecturam praetulerin pro molesta voce ἀώς legi iubentis ἀλλ' ὡς. Nam ut in sequentibus imaginum series ipsam Helenam, celebrat. Etenim ut nympha ille (XII 45) ἔαρ δ' ὁρόωσα Νύχεια veris instar est Helena cuius voltus splendet ut ver cum solvitur acris hiems, eadem autem inter comites elucet, omniumque venustatem obscurat (διεφαίνετο ἐν αὐταῖς) ut inter noctis sidera Luna resplendens. Haerebant in poetae memoria versus Sapphici, veluti fr. 3 Bgk:

ἄστερες μὲν ἀμφὶ κάλαν σελάνναν
αἶψ' ἀποκρύπτοισι φάεννον εἶδος,
ὅπποτα πλήθοισα μάλιστα λάμπῃ

vel *Berl. pap.* V. 2. p. 16:

νῦν δε Λύδαισιν ἐμπρέπεται γυναί-
κεσσιν ὡς ὅτ' ἀελίω

δύντος ἀβροδάκτυλος σέλαννα
πάντα περρέχοισ' ἄστρα.

Nemo negaverit satis insolite poetam lunam dixisse *νυκτὸς πρόσωπον*, et gratiorem nobis Theocritum ipsam imaginem redditurum fuisse si scripsisset *πότνα Σελάνα*. Habebat tamen opinor, exempla quibus se defenderet. Nonne iam Aeschylus lunam *νυκτὸς ὀφθαλμόν* dixerat?

Ceterum juxta Sapphonem non immerito Alcmanis *παρθένειον* affertur ad Theocritum illustrandum, primum versus 25 *sqq*:

ταὶ Πελειάδες γὰρ ἄμιν
Ὀρθρίᾳ φᾶρος Φεροίσαις
νύκτα δι' ἀμβροσίαν ἅτε σήριον
ἄστρον ἀειρόμεναι μάχονται.

deinde, ut „equum Thessalum" (Theocr. vs. 30) ad Sapphois fragmentum (*Suppl. Lyr.* 5 p. 33) referre potes:

τᾶς κε βολλοίμαν ἔρατόν τε βᾶμα
κἀμάρυγμα λάμπρον ἴδην προσώπω
ἢ τὰ Λύδων ἄρματα κὰν ὅπλοισι
ἱππομάχεντας,

ita aptius Alcmanem memoraveris (vs. 10):

δοκεῖ γὰρ ἦμιν αὕτα
ἐκπρεπὴς τῶς ὥς τις ἐν βοτοῖς στάσειεν ἵππον
τῶν ὑποπετριδίων ὀνείρων.

Ecce enim, quam penitus Alcmanem teneat memoria Theocritus, quamque docte varios antiquorum versus leni immutatione et sequi et miscere amet. Conferendi enim sunt cum epithalamii exordio (*ἔν ποκ' ἄρα Σπάρτᾳ*) Alcmanis venustissimi versus in primo Oxyrynchicorum volumine servati:

ἤνθομεν ἐκ μεγαλας δημητερος, ἐννὲ ἐασσαι,
παισαι παρθενικαι, παισαι καλα ἐμματ' ἐχοισαι,
καλα μεν ἐμματ' ἐχοισαι ἀριπρεπεας δε και ὁρμους,

et cum hisce coniungendus Bacchylidis dithyrambus undevicesimus:

Σπαρτᾳ ποτ' ἐν ε[ὐρυχορῳ
ξανθαι λακεδαιμον[ιῳν
τοιονδε μελος κοραι ὑμνευν

et habebis artis Theocriteae imaginem haud iniustam.

III.

Simplicitatis nativae speciem cum arte erudita poeta epithalamii coniunxit, quae non minima laus est. Quoniam vero istiusmodi ea ars est, ut vix credi possit, temere aemulatoren Callimachi ἀμάρτυρον ἀείδειν voluisse, haud abs re erit rogare quid induxerit Theocritum ut pro *novem* virginibus quas Alcman noverat *duodecim* substitueret, deinde quorsum spectet vs. 23

τετράκις ἑξήκοντα κόραι, θῆλυς νεολαία.

Tetigit hunc locum in transitu, multis annis abhinc, Dielsius, cum Alcmanis παρθένειον docte illustraret, (*Herm.* '96, p. 370). Sumit autem vir clarissimus virgines nobiles duodecim quae apud Theocritum versu 4 memorantur praefuisse toti illi νεολαίᾳ. Sed praestat ipsum Dielsium audire: „Also hatte jede Führerin zwanzig unter sich. Verbinden wir dies mit der Nachricht des Pausanias (III. 13. 7) über die Zahl der Leukippiden- und Dionysiadenchore, so würde die Elfzahl als die Hälfte des unter die Führung eines vornehmen Choregen stehenden Chores gefasst werden können. Eine Theilung in Hemichoriën 10 + 10 oder mit Zuzählung der überschüssigen Chorführerin würde also auch für den Chor der Agido nach jener Analogie erschlossen werden können".

Longius quam oportet a proposito aberrem si exponere coner quam parum ad Alcmanis carmen illustrandum haec disputatio valere mihi videatur, praesertim cum ex fragmento nobis servato minime appareat duorum hemichoriorum hanc fuisse cantilenam quo tempore integra esset. Ceterum ne hoc quidem constat nomina decem, vel undecim, a choreutis enumerata, puellas indicare quae ad chorum ipsum pertenebant. Quod autem ad Theocriti carmen attinet, non video unde effici possit τὰς δώδεκα (vs. 4) quippe quae chorum cantent, praefuisse virginibus ducentis quadraginta quae „χρισάμεναι ἀνδριστὶ" dromum intrare solebant. Nec vero Dionysiadum exemplum, si numerum spectas huc convenit. Scribit Pausanias „τὰς δὲ ἄλλας ἕνδεκα ἃς καὶ αὐτὰς Διονυσιάδας καλοῦσι ταύταις δρόμου προτιθέασιν ἀγῶνα. Sed apud Theocritum virginibus τετράκις ἑξήκοντα totus grex constat. Si igitur sumendum est totam

hanc turbam in ἀγελάς dividundam esse, non erunt illae agelae 10 + 1 virginum.

Nisi ergo neglegendus videtur numerus ille τῶν τετράκις ἑξήκοντα — quippe qui temere et sine iusta causa a Theocrito ad versum explendum excogitatus sit — aliam ingredi viam necesse est. Primum vero hoc omnino teneamus oportet, versu 24 non chorum spectari sed lusum exercitationesque palaestrae. Duodecim virgines quae versu 4 memorantur epithalamium cantant, ducentae quadraginta quas non sine certo consilio θῆλυν νεολαίαν vocat poeta — nomine quod fragmentum ex Babyloniis Aristophanis revocat (ὦ Ζεῦ, τὸ χρῆμα τῆς νεολαίας ὡς καλόν) — cursui vacant luctandoque se exercent. Adesse huic turbae ipsa Helena, nunc οἰκέτις ἤδη, quin praeesse solebat. Audias modo Lysistratae choreutas (1306):

ὦ εἶα, κοῦφα πάλλων, ὡς Σπάρταν ὑμνίωμες
τᾷ σιων χόροι μέλοντι καὶ ποδῶν κτύπος
ὅχ' ἅτε πῶλοι ταὶ κόραι πὰρ τὸν Εὐρώταν
ἀμπάλλοντι, πυκνὰ ποδοῖν ἐγκονίωαί,
συρᾶδδωᾶν καὶ παιδδωᾶν·
ἁγῆται δ' ἁ Λήδας παῖς
ἁγνὰ χοραγὸς εὐπρεπής.

Commiscet laetissimo carmine summus poeta lusum choreas luctas, et consulto commiscet, Euripides autem cum in Helena (1472) Spartiatarum choros nocturnos depingit, Leucippidarumque pompas, accuratius rem distinguit; is enim versibus quas indicavi non spectat τὸν δρόμον, id quod facit in Andromache (vs. 595). Sed rem notissimam amplius tractare nihil attinet. Hoc tantummodo notabo, Theocritum consulto nec neglegenter verbis uti quae Doricum morem depingant:

χρισαμέναις ἀνδριστὶ παρ' Εὐρώταο λοέτροις.

Vides poetam de rebus Laconicis edoctum fuisse non παρὰ τοῦ τυχόντος, sed ab homine erudito. Quidni suspicamur Sosibium, aequalem, ei lucem praebuisse? Certe spectant verba poetae mores viriles quas virginibus praescripsisse Lycurgus fertur, spectat castam nuditatem Spartiatae virginis quae solebet ἐκδῦσα χιτῶνα δωριάζειν ut dixerat Anacreo.

Ad numerum τῶν τετράκις ἑξήκοντα explicandum haec omnia

non multum proficiunt. Nec alo spem vanam, ex ipsius Theocriti versibus certi aliquid ac novi de vera historia Spertae eruendi. Nos quoque in plerisque quaestionibus quae antiquitates Laconicas spectant in obscuro versamur διὰ τὸ κρυπτὸν τῆς πολιτείας αὐτῶν. Sed tamen nihil impedit quominus coniecturis quaeramus, quid forte sive Sosibius sive alius quidam scriptor eruditus Theocritum de virginum Laconicarum institutione docuerit. Iam vidimus poetam virginum cohortem nomine militari dixisse νεολαίαν. Convenit in ea re cum Pindaro a quo (fr. 112) Λάκαινα παρθένων ἀγελὰ memoratur; ἀγελαὶ autem, quas βούας ipsi Spartiatae dicebant, epheborum sunt. Institutum a Lycurgo Cretensibus desumtum sed, ut novimus, nonnihil mutatum.

Verisimile videtur ἀγελὰς virginum — sicut pleraque cetera — simili ac pari ratione fuisse dispositas qua iuvenum βούας, nempe cum Spartiatarum institutione militari arcte haec cohaerere. Constat autem exercitus divisionem cum terrae Spartanae divisione coniunctam fuisse. Traditur, Lycurgum κώμας instituisse (quas Herodotus δήμους dixit). Quotnam instituit?

Unus Pausamas (III. 16. 9) ex antiquis de hac re testis est disertus. Scribit: οἱ Λιμνᾶται Σπαρτιατῶν καὶ Κυνοσουρεῖς καὶ οἱ ἐκ Μεσόας τε καὶ Πιτάνης. Ecce quatuor, quorum nomina in titulis recurrunt. Sed nostrae aetates scriptores plerique, Schoemann, Lipsius, Busolt quinque κώμας fuisse censent. Argumento eis est numerus quinque ephororum, et quinque virorum qui epheborum certaminibus praesunt, dicunturque Βίδεοι. Quod ad Bideos attinet parum validum iam eo hoc argumentum videtur quod sex quoque Bidei in titulo quodam memorantur (cf. P. W. i. v.) Quinque autem ephoros fuisse nemo negabit, sed secundum Aeistotclem (Poll. II. 6. 15) καθίστανται ἐξ ἁπάντων, itaque non ex singulis eliguntur tribubus. Restat, quod Hesychius in voce Δύμη scripsit: ἐν Σπάρτῃ φυλὴ καὶ τόπος. Dixeris aut Hesychium confudisse hanc φυλὴν cum Dymanis quae una erat ex tribus phylis doricis (Ὑλλεῖς sunt et Πάμφυλοι et Δυμᾶνες), aut eum hoc voluisse: „Dyme: Spartiatarum phyle ita vocatur et locus quidam (Nempe Elidis sive Achaiae.) Idcirco non absonum erit suspicari, aetate Theocriti eos qui de antiquitatibus Laco-

nicis scripserunt aequales suos docuisse quattuor numero olim fuisse φυλὰς τοπικὰς Spartae, et eadem ratione quadripartitam fuisse τὴν θῆλυν νεολαίαν.

Sed unde numerus τῶν ἑξήκοντα et quomodo explicandus? Frustra rogabis, num forte cohaereat cum agrorum divisione antiqua, cum sex milia agrorum Spartanorum extitisse fama quaedam tradat. Nec magis proderit inquirere in numerum atque rationem τῶν ὠβῶν. Prorsus enim incertum est quotnam ὠβὰς singulae tribus habuerint. Sed fortasse lucrabimur aliquid ex Herodoti verbis, qui I. 65 scribit de Lycurgo: ἐνωμοτίας καὶ τριηκάδας καὶ συσσίτια ἔστησε. Mitto τὰς ἐνωμοτίας, quae quot homines habuerint non magis constat, quam constansne fuerit τῶν ἐνωμοτῶν numerus. Sed quoniam traditur a scriptoribus τὰ συσσίτια constitisse ex quindecim convivis, fieri potuisse posse non negaveris, ut duo convivia unam formarent τριακάδα. Saltem historicos Alexandrinae aetates — Sosibium cogita — ita credidisse haud improbabile videtur. Itaque duplex τριακὰς gregem τῶν ἑξήκοντα efficiet: λόχον eam dicas si ut in militibus vocabulo militari uti velis, sic ut Herodotus memorat τὸν λόχον τῶν Πιτανητέων (IX. 53).

Duplices τριακάδας haud male dromo convenire, analogia quaedam homines doctos monere potuit: institutum dico τῶν ἑκκαίδεκα γυναικῶν de quo fuse, antiquiores testes secutus, Pausanias agit V. 16. Docet periegeta § 7, νενεμημένοι γὰρ εἰς ὀκτὼ φυλάς, ἀφ' ἑκάστης φυλῆς αἱροῦνται γυναῖκας δύο.

Sed antiquitus ex sedecim Elidis urbibus singulae ex singulis mulieres ad sanctum eligebantur ministerium. Tum vero, si Homeri catalogo fides habenda est (Il. 615)

> οἳ δ' ἄρα Βουπράσιόν τε καὶ Ἤλιδα δῖαν ἔναιον *e. q. s.*
> τῶν αὖ τέσσαρες ἀρχοὶ ἔσαν.

Tradebatur ergo ab antiquis, olim in Elide quattuor fuisse tribus et ad Iunonis cultum celebrandum quater quattuor matronas destinari esse solitas. Sedecim illae matronae (Paus. *l. l.* § 6) χόρους δύο ἵστασι καὶ τὸν μὲν Φυσκόας, τὸν δὲ Ἱπποδαμείας καλοῦσι. Itaque totus virginum coetus in duas partes discedit, inter se cursu certaturas. Ὁ δὲ ἀγών ἐστιν ἅμιλλα δρόμου παρθένοις· οὔ τί που πᾶσαι ἡλικίας τῆς αὐτῆς, ἀλλὰ πρῶται μὲν αἱ νεώταται, μετὰ ταύτας δὲ αἱ τῇ ἡλικίᾳ δεύτεραι,

τελευταῖαι δὲ θεοῦσιν ὅσαι πρεσβύταται τῶν παρθένων εἰσίν. Quid, si eadem ratione Theocritus Spartiatarum virginum coetum divisit? Quattuor sunt λόχοι, ex quattuor tribubus. Singuli λόχοι constant ex duplici triacade, singulae triacades ex tribus decadibus, secundum aetates divisis. In certamen autem simul prodibunt quaternae decades, αἱ νεώταται ταῖς νεωτάταις ἀγωνιούμεναι et sic deinceps.

IV.

Tractanda mihi restat quaestio quae a Theocriti epithalamio longius nos abducet. Traditur argumento eius carminis „τοῦτο τὸ εἰδύλλιον ἐπιγράφεται Ἑλένης ἐπιθαλάμιος καὶ ἐν αὐτῷ τινα εἴληπται ἐκ τοῦ πρώτου Στησιχόρου Ἑλένης". Dignus est Theocritorum carminum commentator — etiamsi in hac extrema sylloges parte fortasse non licebit manum agnoscere Theonis — dignus est inquam homo cui fidem habeamus. Habuisse eum ante oculos opus Stesichoreum, cognita ei fuisse carmine Sapphonis Alcmanisque libenter credimus. Quid autem Theocritus Stesichoro debuerit, ne verbo quidem indicavit. Frustra quaeras, quidnam antiquus poeta cantaverit ἐν τῷ πρώτῳ τῆς Ἑλένης. Helenesne imaginem dedit qualem depinxit poeta Alexandrinus, castae simplicisque puellae? At διγάμους tamen τριγάμους τε καὶ λιπεσάνορας Tyndaridas increpuit. Quin in Oresteia sua idem Stesichorus novit Helenam e Thesei complexu gravidam antequam Menelao nupsit (Paus. II. 22. 7.). Obscura et incerta tota τῆς παλινῳδίας historia, idque praecipue ea causa quod fabula de caecitate poetae inde ab initio imaginem poematis conturbavit. Ut solet narrari ea historia, sive Platonem consulis, sive Isocratem, fere fingitur, primo Stesichorum ψόγον Ἑλένης composuisse, deinde vero a dis monitum, ut caecitatis poenam redimeret adjecisse ἔπαινον. Sed ut ipsa poena originem debet fictae fabulae ita ne hoc quidem incredibile inde ab exordio Stesichorum virginem Helenam delineasse castam simplicemque, qualis ea est quae in Theocriti carmine animum nostrum delectat. Secus eum fecisse, ex uno fragmento notissimo de Tyndari filiabus numquam pro certo efficies, donec constitui potuerit quonam operis loco — nam parvum

carmen fuisse Helenam Stesichori noli credere — verba illa „οὐκ ἦν ἔτυμος λόγος" occurrerint.

Subit igitur rogare, num forte ἐν τῷ πρώτῳ τῆς Ἑλένης iam Stesichorus Helenae personam aequalibus proposuerit Helenae Theocriteae subsimilem. Quod fere ita fuisse suspiceris si partem epithalamii respicias, quam nondum attigi, versus volo 38—48 quos — qua sunt venustate — excribi quam enarrari praestat:

> ὦ καλά, ὦ χαρίεσσα κόρα, τὺ μὲν οἰκέτις ἤδη,
> ἄμμες δ' ἐς δρόμον ἦρι καὶ ἐς λειμώνια φύλλα
> ἐρψεῦμες, στεφάνως δρεψεύμεναι ἁδὺ πνέοντας,
> πολλὰ τεοῦς, Ἑλένα, μεμναμέναι ὡς γαλαθηναί
> ἄρνες γειναμένας ὄιος μαστὸν ποθέοισαι.
> πρᾶταί τοι στέφανον λωτῶ χαμαὶ αὐξομένοιο
> πλέξασαι σκιερὰν καταθήσομεν ἐς πλατάνιστον,
> πρᾶται δ' ἀργυρέας ἐξ ὄλπιδος ὑγρὸν ἔλαιον
> λαζύμεναι σταξεῦμες ὑπὸ σκιερὰν πλατάνιστον,
> γράμματα δ' ἐν φλοιῷ γεγράψεται, ὡς παριών τις
> ἀννείμῃ, Δωριστί· „σέβου μ', Ἑλένας φυτόν εἰμι".

Consummata in his versibus ars est, quae ipsius Theocriti est propria. Sed si aliunde non constaret, Helenes cultum divinam Spartae fuisse, memo merito ex virginum sermone id efficeret. Memoria virginis colitur, non invocatur numen divinum. Nonne hoc conveniat poesi antiquiori? Itane Stesichorus quoque in extrema hymenaei parte rem enarravit?

Talia roganti, frustraque responsa desideranti, non potest quin iterum subeat cupido Euripidem inspiciendi, de cuius Helena iam dudum sub iudice lis est. Utrum poeta tragicus vestigia Stesichori secutus sit necne, certare pergunt viri docti. Equidem cum etiam post sagacissimas Vuertheimii investigationes (in libro cui titulus est Stesichoros' Fragmente und Biographie, Leiden 1919) persuasum habeo Euripidi in manibus fuisse Stesichori Helenam, fabulam cognominem scribenti, non prorsus inutile puto rem saepe consideratam iterum tractare.

Fuitne Stesichorus is cui primo poesis Graeca argumentum τοῦ εἰδώλου debuit? Isne excogitavit Helenae in Aegypto degentis historiam? Strenue utrumque negant viri docti nonnulli.

Etenim: ita si fuisset, vix credibile iis videtur Herodotum, cum libro II (113—118) fuse enarraret Alexandri Helenesque adventum in Aegyptum, omissurum fuisse omnem Stesichori mentionem (cf. Vuerth. l. l. 65). Non enim ignarus erat historicus poeseos graecae neque neglegens in testimoniis graecorum poetarum referendis.

At mihi Herodotus nunc quidem solos sacerdotes Aegyptios testes adducere videtur fabellae de Helena, non ut indicet totam hanc fabulam ab iis esse excogitatam, sed ut eorum testimonio corroboret opinionem suam de deae cultu quam τὴν ξείνην Ἀφροδίτην nominat: eam enim non aliam esse atque Helenam sibi persuaserat. Nec tamen putabat, antiquioribus Graeciae poetis notum non fuisse id quod ipse a sacerdotibus Aegyptiis audiebat: Helenam numquam in Troja fuisse. Addit enim (c. 116) δοκέει δέ μοι καὶ Ὅμηρος τὸν λόγον τοῦτον πυθέσθαι, ἀλλ' οὐ γὰρ ὁμοίως ἐς τὴν ἐποποιΐην εὐπρεπὴς ἦν τῷ ἑτέρῳ τῷπερ ἐχρήσατο, ἑκὼν μετῆκε αὐτόν. Num recte de Homeri poesi ita iudicaverit Herodulus necne, parum ad rem facit, operae pretium ei videbatur hoc monere aequales suos, iam antiquitus Graecis cognita fuisse ea quae de Helena in Aegypto degente dum propter eam in Trojae ora pugnaretur, sacerdotes Aegyptii narassent.

Homerica memorat, Stesichori mentionem non fecit, sive quod sufficere videbatur unius poetae antiqui mentio, sive quod nihil in Stesichori poemate de itinere Helenae Aegyptiaco legebatur. Strenue hanc ultimam explicationem defendit Vuertheimius, mihi prior explicatio magis probabilis esse videtur. Non quod contendere ausim nullum poetam ante Stesichorum fabulam de Helenes simulacro potuisse excogitare. Sed certa eius rei testimonia desunt. Unice afferri solet paraphrastae nota ad Lycophronis Alexandram: „πρῶτος Ἡσίοδος τῆς Ἑλένης εἴδωλον παρήγαγεν", qua adnotatione illustratur Lycophronis versus 822 „ποθῶν δὲ φάσμα πτηνὸν εἰς αἴθραν φυγόν". Verum, quam sit sublesta fides paraphrastae, hominis modo decurtantis, modo interpolantis antiquiora scholia, Scheerius in prolegomenis ad Scholia Lycophronea exposuit ea docta cura quam omnes experti reveremur. Quoniam vero uberiora Tzetzae scholia, quae de Hesiodo tacent hoc tautum habent: ὁ γὰρ

Λυκόφρων ἀκολουθῶν Ἡροδότῳ τὴν Ἑλένην φησὶ μὴ ἐλθεῖν εἰς Ἴλιον κ. τ. ἑ. suspecta fiunt verba paraphrastae. Aut vitio scriptum est pro Herodoto Ἡσίοδος aut raptim commentator scripsit Ἡσίοδος cum scribendum erat Στησίχορος ὁ Ἡσιόδου. Noverat enim Tzetzes (ut apparet ex scholiis ad Alexandram, versu 113) Stesichorum Troes cum Graecis pugnantes fecisse περὶ Ἑλένης εἰδώλου. Genealogiam autem illam quae Stesichorum ad vetustissimam poeseos Graecae aetatem rettulit eidem Tzetzae haud ignota fuit. Scribit enim in prolegomenis ad Hesiodum (Gaisf. p. 18): Ἀριστοτέλης γὰρ ὁ φιλόσοφος, μᾶλλον δὲ ὁ τοὺς Πέπλους συντάξας, ἐν τῇ Ὀρχομενίων πολιτείᾳ Στησίχορον τὸν μελοποιὸν εἶναί φησιν υἱὸν Ἡσιόδου.

Et mihi quidem magis videtur verisimile omissum esse aliquid a paraphrasta, quam restituendum esse nomen Herodoti. Etenim vix potuit, opinor, apud Graecos nasci mira illa fabella de Stesichori caecitate visuque recuperato nisi revera ab illo poeta novum quid et antea inauditum in Helenes historiam invectum esse videbatur. Testis est in hac re idem Tzetzes ad Lyc. Al. 113 cum cuius scholio comparari solent scholia in Aristidis orationem tertiam. Verba Tzetzae sunt: λέγουσι γὰρ ὅτι διερχομένῳ Ἀλεξάνδρῳ δι' Αἰγύπτου ὁ Πρωτεὺς Ἑλένην ἀφελόμενος εἴδωλον Ἑλένης αὐτῷ δέδωκε καὶ οὕτως ἔπλευσεν ἐς Τροίαν, ὥς φησι Στησίχορος, Τρῶες γὰρ οἵ τότ' ἦσαν Ἑλένης εἴδωλον εἶχον. Licet non constet lateatne in extremis verbis memoria quaedam versus Stesichorei, hoc quidem apertum est, enuntiatum quod a verbo λέγουσι pendet ad Stesichori auctoritatem a Tzetza non referri. Eum enim demum testem adducit, verbis ὥς φησι Στησίχορος, cum agit de bello Troiano. In qua re accuratior est Tzetzae adnotatio quam scholium in Aristidem quod sic eadem refert: λέγει γὰρ (ὁ Στ.) ὅτι ἐλθὼν ὁ Ἀλέξανδρος εἰς ταύτην τὴν νῆσον (Pharum intellegit) ἀφῃρέθη παρὰ τοῦ Πρωτέως τὴν Ἑλένην καὶ εἴδωλον αὐτῆς ἐδέξατο. Nam hoc omnino certum mihi videtur: Stesichorus, si, ut ab Helena turpem famam removeret, ita cecinit: οὐδ' ἔβας ἐν νηυσὶ κορωνίσιν, non potuit ita rem disponere ut comitante Paride Helena in Aegyptum adveniret. Non profecto Stesichorus ita rem finxit ut postea Lycophro fecit, unius noctis delicias Paridi concedens (Alex. 110)

νήσῳ δ' ἐνὶ δράκοντος ἐκχέας πόθον
'Ακτῆς, διμόρφου γηγενοῦς σκηπτουχίας,
τὴν δευτέραν ἔωλον οὐκ ὄψει Κύπριν.

Casta et ab omni adulterio libera Helene Stesichorea fuerit necesse est.

Quid ergo de ea Stesichorus finxisse putandus est? Spartaene reginam reliquit, sive in Menelai aedibus, sive alibi in urbe patria? Miro artificio tunc opus fuerat ut tamen Menelaus uxorem aufugisse crederet. An in caelo eam collocavit? Novum profecto in mortali muliere tale fuisset inventum et eius modi, ut neque aequales neque posteri rem ita a Stesichoro narratam esse reticere possent.

In Aegyptum ergo Menelai uxorem detulit? Aliud iter non dispicio et eo cogor ut recurram ad pristinam opinionem a qua etiam nunc, post sagacem Vuertheimii investigationem, desistere non potui: Euripidem exemplo Stesichori in Helena sua usum esse, idque non neglegenter.

Utinam ne destituta scholiis Helena Euripidis ad nos pervenisset. Multa nobis perspicua essent quae nunc dubia sunt atque incerta. Sed hoc saltem constat, secundum commentatores Alexandrinos Stesichori poemata ab Euripide esse adhibita. Notissimum fragmentum de Tyndaridarum infamia scholiis in Euripidis Orestem debemus, Stesichori verbis enim commentator illustrat Orestis verba (vs. 249)

ἐπίσημον ἔτεκε Τυνδάρεως ἐς τὸν ψόγον
γένος θυγατέρων, δυσκλεές τ' ἀν' Ἑλλάδα

quo versu Euripidem imitari Stesichorea vix quisquam negabit. Iterum (vs. 268) Oresta exclamante δὸς τόξα μοι κερουλκά, apte monet scholiasta eo loco Euripidem sequi Stesichorum. Alia eius imitationis exempla non desunt. Juxta poemata cyclica ex Stesichoro saepius aliquid desumsisse Euripidem concedimus omnes. Sed dubitare, negare etiam pergunt nonnulli quorum auctoritas apud nos non levis habetur, simulac de Helena fabula quaestio oritur. Evolvenda ergo iterum Euripidis Helena est, quam fabulam pauci, opinor, magna cum voluptate legere solent; quaerenda sunt indicia memoriae Stesichoreae. Quod cum facimus ne levia quidem prorsus contemnenda sunt, quam pauca enim sunt et quam exilia quae nobis ex opere melici poetae restant!

Percurram tragoediam et ea tantum indicabo quae mihi aliquatenus ad rem facere videntur.

Respicere dixerim Theonoën, ad Menelaum loquentem, τὸν οὐκ ἔτυμον λόγον. vs. 888

> Ἥρα μέν, ἥ σοι δυσμενὴς πάροιθεν ἦν,
> νῦν ἐστιν εὔνους καὶ πάτραν σῶσαι θέλει
> ξὺν τῇδε, ἵν' Ἑλλὰς τοὺς Ἀλεξάνδρου γάμους,
> δώρημα Κυπρίδος, ψ ε υ δ ο ν υ μ φ ή τ ο υ ς μάθῃ.

Eundem Ἑλένης ψόγον (cf. Or. 249) indicat Menelaus cum ad Helenam (vs. 1291) haec dicit:

> ἢν δ' Ἑλλάδ' ἔλθω καὶ τύχω σωτηρίας
> παύσω ψόγου σε τοῦ πρίν.

Apertius Stesichori dictionem servat chorus (1148)

> καὶ ἰαχὴ σὴ καθ' Ἑλλανίαν
> ἄδικος προδότις ἄπιστος ἄθεος.

Redit duplex negatio Stesichorea (οὐκ ἔβας .. οὐδ' ἵκεο) vs. 720 (verba chori):

> ο ὐ κ ἄ ρ α γέροντα πατέρα καὶ Διοσκόρω
> ᾔσχυνας, ο ὐ δ' ἔδρασας οἷα κλῄζεται,

Nec minus perspicue vs. 666 ipsa Helene

> οὐκ ἐπὶ λέκτρα βαρβάρου νεανία
> π ε τ ο μ έ ν α ς κ ώ π α ς.

Denique vix potest neglegi chori cantus 1566. Adloquitur enim chorus Dioscuros qui, ut fama quaedam ferebat, Euripidi opinor, haud ignota, Stesichorum ad palinodiam adegerant. Meminimus Horatium cantasse (Epod. XVII. 47):

> *Infamis* Helenae Castor offensus vice
> fraterque magni Castoris, victi prece
> adempta vati reddidere lumina.

Quam apte cum hisce comparantur chori verba:

> δ ύ σ κ λ ε ι α ν δ' ἀπὸ συγγόνου
> βάλετε βαρβάρων λεχέων,
> ἃν Ἰδαίων ἐρίδων
> ποιναθεῖσ' ἐκτήσατο, γ ᾶ ν
> ο ὐ κ ἐ λ θ ο ῦ σ α Ἰ λ ί ο υ
> Φ ο ι β ε ί ο υ ς ἐ π ὶ π ύ ρ γ ο υ ς.

Nonne tecum repetis illa οὐδ' ἵκεο Πέργαμα Τροίας?

Oritur opinor ex hac comparatione haud levis suspicio Euri-

pidem non exscripsisse quidem Stesichori carmen, sed ante oculos eum poema illud lyricum habuisse. Argumentum τοῦ εἰδώλου apud eum invenit. Difficilius est, praesertim quia de ea re conturbata sunt scholiorum testimonia, certum quiddam de itinere Aegyptiaco affirmare. Ipsi mihi ne id quidem dubium est. Sed difficile est validis argumentis persuadere iis qui negant Stesichori Helenam unquam in Aegypto fuisse. Hoc tamen rogare licebit: ubinam dum simulacrum Helenae Trojae fuit, ipsa Helena Stesichorea degebat? Apud Euripidem cunctabundo et tristi quodam pudore de hac re Helena cum marito loquitur (vs. 601)

ἓ ἕ, πικρὰς ἐς ἀρχὰς βαίνεις,
ἓ ἕ, πικρὰν δ' ἐρευνᾷς φάτιν,

tum vero satis accurate totam rem coniugi suo exponit.

Nectamen prorsus accurate. Nam versu 1670 Dioscuri memorant, id quod tam in prologo quam in colloquio quod cum Menelao habet omisit ipsa Helena:

οὗ δ' ὥρισέν σε πρῶτα Μαιάδος τόκος
Σπάρτη ἀπάρας τῶν κατ' οὐρανὸν δόμων,
φρουρὸν παρ' Ἀκτὴν τεταμένην νῆσον λέγω,
Ἑλένη τὸ λοιπὸν ἐν βροτοῖς κεκλήσεται.

Haec certe Stesichoro non debentur, sed poetae Attico. Dixeris eum in prioribus Stesichoro obsecutum statim a patria Helenam in Aegyptum transtulisse (vs. 44.):

λαβὼν δέ μ' Ἑρμῆς ἐν πτυχαῖσιν αἰθέρος
νεφέλῃ καλύψας, οὐ γὰρ ἠμέλησέ μου
Ζεύς, τόνδ' ἐς οἶκον Πρωτέως ἱδρύσατο,

in extrema autem tragoedia, Athenarum honoris memorem verba de insula Helena inseruisse.

Ad quaestionem de ratione quae fuerit Stesichorum inter atque Euripidem deduxit nos Theocriti epithalamium, quamquam probe noveramus nihil inesse in unico hymenaei Stesichorei fragmento quo apparere posset quid Theocritus ab illo mutuatus esset. Hymenaei enim descriptio Stesichorea, quam Athenaeus servat (fr. lyr. 26 Bgk) haec est:

πολλὰ μὲν Κυδώνια μᾶλα ποτερρίπτεον ποτὶ δίφρον ἄνακτος,
πολλὰ δὲ μύρσινα φύλλα,
καὶ ῥοδίνους στεφάνους ἴων τε κορωνίδας οὔλας.

Theocriti igitur carmen huius fragmenti auxilio non poterimus illustrare, nisi quis fortasse monere velit Theocriti versus 39—41 quiddam cum Stesichoro simile habere. Sed quoniam demonstrare conati sumus Stesichori vestigia secutum Euripidem esse, haud inutile videtur extremo loco indicare, tragicum poetam plus quam semel ad Helenes hymenaeos ita recurrere, ut haud temere illic quoque memoriam Stesichori deprehendas. Menelaus vs. 636:

ὦ φιλτάτη πρόσοψις, οὐκ ἐμέμφθην·
ἔχω τὰ τοῦ Διός τε λέκτρα Λήδας θ'
ἃ ὑπὸ λαμπάδων κόροι λεύκιπποι
ξυναίμονες ὤλβισαν, ὤλβισαν.

Minister autem (vs. 722):

νῦν ἀνανεοῦμαι τὸν σὸν ὑμέναιον πάλιν
καὶ λαμπάδων μεμνήμεθ' ἃς τετραόροις
ἵπποις τροχάζων παρέφερον· σὺ δ' ἐν δίφροις
ξὺν τῇδε νύμφῃ δῶμ' ἔλειπες ὄλβιον.

Si Euripides his quoque locis Stesichori coluit memoriam, eam tamen partem hymenaei respexit, quam non secutus est Theocritus. At, ubinam sedes Tyndari domumque Menelai collocavit? Utrum Therapnis an Spartae? Procul omni dubio *ἐν Λακεδαίμονι δίῃ*. — Et ita fecit Theocritus. Aedes enim Menelai in ipsa urbe cognitae erant usque ad tempora Pausaniae qui scribit III. 14. 6: *τοῦ δρόμου δὲ ἐκτὸς κατὰ τὸ Ἡρακλέους ἄγαλμα ἔστιν οἰκία, τὸ ἐφ' ἡμῶν ἰδιωτοῦ, Μενελάου τὸ ἀρχαῖον*. Dixeris igitur non magis Euripidem Stesichorumve quam Theocritum cultum divinum Helenes, qui Therapnis erat, respexisse.

AD MORETUM.

SCRIPSIT

I. S. PHILLIMORE.

In versu Moreti Vergiliani valde haeserunt interpretes, qui sic in mss. fertur

<table>
<tr><td rowspan="3">et reserat</td><td>clausę quę</td><td rowspan="3">pervidet ostia</td><td>clauis</td></tr>
<tr><td>clausa qua</td><td>claui</td></tr>
<tr><td>claue</td><td>clausis</td></tr>
</table>

Iam primum non est negandum quin extiterit nomen fem. clausa: de quo vocabulo nonnulla in actis quae vocantur *Classical Review* disputavimus: ne quis illud Scaligeranum *casulae* temere arripiat. Tum autem apud neminem bonum auctorem *clauis* nomen cum *reserandi* verbo coniungitur. Quid enim claui cum sera? Primus Ennodius (si modo lexicographis habenda est fides) pro eo q. e. clavi aperire posuit *reserare*; apud aurei vero scriptorem aevi pro soloecismo damnandum. Sed nequis reserandi ius clavibus ab Ennodio datum miretur, Vollmerius etiam omnia pervidendi illis concedit: qui poetam sic loquentem inducit

et reserat clausae quae pervidet omnia clauis.

Libet clamare 'Unde mihi clauem tam oculatam!' Certe apud nos extremos hominum nihil pervident claves. Esse tamen credo ubi ipsae vel coniecturas faciant.

Sed de hoc aporemate saepius recogitanti succurrit mihi alium alibi poetas ea scripsisse quae velut imagines huius versus, ut olim cum nondum depravatus erat, legi potuit, adhuc referre videantur. Qualia sunt apud Ovidium

per quem videt omnia tellus, Met. IV 227
qui pervidet omnia Caesar, Ex P. I VII 43.

Accedit Manilius qui 'pervidimus' inquit 'omnia' de animo humano universarum rerum scrutatore. Sed illud praesertim e carmine incerti de Mensibus (ap. Baehrens P. L. M. 1. p. 210)

primus, Iane, tibi sacratur, eponyme, mensis,
undique cui semper *cuncta videre* licet.

Nec in quemquam deorum hominumve melius cadit ut *omnia pervideat* quam in Ianum. Ipsa autem pervidendi vox u. q. e. omnia desiderat.

Clausum autem *reserare* habes apud Ser. Sammonicum (Lib. Med. 95.5) hominem satis Vergilianum ut multis locis testatur,

hoc reserat clausum.

Et Lucretius (1. 354) ut saepta pro parietibus, ita clausa domorum pro ianuis posuit.

Quorum omnium ratione habita huiusmodi redditur versus

et reserat clausam qui pervidet omnia Iani.

Interpretationem quaeris? 'Iani omnia pervidentis clausa' (seu quis malit, clausum) magnifice per ludum dicitur ianua. Multus enim ille poeta in hoc genere figurae, siquidem pro frumento Cererem ter (27, 43, 55), pro igni et foculo Volcanum Vestamque (52), pro libidine Venerem (86) dixit, facetiarum scilicet causa; ludicrum enim quoddam sonant illa deorum nomina in hac tam tenui materia.

Ergo si *clausa* (sive *clausum*) *Iani* pro ianua figuratum est, sequitur de ea re quaestio, unde loci sibi Simylus frumentum promat. Utrum forinsecus alicunde an e cellula nescioqua penaria intus? Hoc quidem vult Curcio non segnis poetarum minorum interpres (Catanae 1905).

Sed vide ne poeta fuisse extra casam ubi Simylus Cererem custodiret, his ipsis verbis satis indicaverit

oppositaque manu lumen defendit ab aura.

Nempe non intus sed ianua iam reserata foras processuro metus fuit ne ex adverso flante aura extingueretur lucerna. Ergo sub vinea quadam vel pluteo iuxta adficto fusus erat humi pauper ille frumenti acervus; quod ut sibi pararet, prodeundum fuit; ut autem prodiret, reserandae (sed non claui) fores. Sera enim obducta dormit etiam pauperculus: sicut ille

Amyclas apud Lucanum, magnum paupertatis exemplar, qui tamen pulsanti Caesari *postem recludit* (Phars. V 531) hoc est r e s e r a t.

At certe, inquit, ut alia concedamus, si istaec poetae fuisset sententia, in hunc potius modum verba componere debuit

et reserat Iani qui pervidet omnia clausam;

sin aliter, ad ipsum Simylum non ad Ianum τὸ *qui p. omnia* referri oportere. Fateor iure hoc obici, et eo vel magis cedo quod ita facilius ratio totius reddetur corruptelae, quae altius latiusque serpsisse deprehenditur. Sic profecto olim se habuit versus

et reserat Iani qui p. o. clausam.

Unde enim promptius fuit antiquario ineptum illud *claui*, degenerem Latinitatem sapiens, sibi fingere quam e litteris t l a n i? Sed ut omnia perturbarentur glossae effecerunt in textum, ut solet, ingestae. Huiuscemodi enim gradibus, puto, in tantum mali processum est:

et reserat [claui] Iani, qui pervidet omnia, [ostia] claus....
et reseraclaui quę pervidet ostia claus....
et reserat clauis quę pervidet ostia claus....

Et cum glossae septimo ferme saeculo additae essent, iam nono, cum cod. Bembinus scriptus est, versus iam conclamatus erat.

Ad Ciceronis in Vatinium int. § 21.

„Ac ne diutius loquar de auguratu tuo, quod invitus facio ut recorder ruinas reipublicae — neque enim tu unquam stante nom modo maiestate *horum* sed etiam urbe te augurem fore putasti — verum tamen ut somnia tua relinquam e. q. s.

Nimis exile atque adeo obscurum istud *horum*. Legendum arbitror *comitiorum*. E lege enim Labieni, vel potius Iulii Caesaris (a. 63) ad sacerdotem creandum minor pars populi in suffragium vocabatur.

I. I. H.

ΕΝ ΜΥΡΤΟΥ ΚΛΑΔΙ.

SCRIPSIT

GUILIELMUS VOLLGRAFF.

Iam dudum dubitare coepi, num recte intellegantur prima verba clarissimae cantilenae Atticae:

> ἐν μύρτου κλαδὶ τὸ ξίφος φορήσω
> ὥσπερ Ἁρμόδιος κἀριστογείτων,
> ὅτε τὸν τύραννον κτανέτην
> ἰσονόμους τ' Ἀθήνας ἐποιησάτην.

Quae qua ratione hodie vulgo enodentur, declarat e. g. conversio poetae, cui nomen fuit Geibel:

> Tragen will ich das Schwert im Myrtenkranze,

et illi Alexandri Sutzi versiculi:

> εἰς τοὺς κόλπους σου τὸ πάλαι,
> ὦ πατρίς μου, αἱ ἰδέαι ἀνεβλάστουν αἱ μεγάλαι,
> καὶ τυραννοκτόνον ξίφος κρύπτοντες εἰς τὰς μυρσίνας
> οἱ Ἁρμόδιοι ἀνώρθουν ἰσονόμους τὰς Ἀθήνας.

Harmodius igitur et Aristogiton in pompa Panathenaeorum gladios suos in ramis myrteis, quos manu tenuerint, abscondisse creduntur. Iam quod Thucydides et Aristoteles, qui de illorum facinore copiosius egerunt, huius rei non meminerunt, omittendum duco idemque concedam in pompis Graecorum nonnullos interdum ramos manu tenuisse. Sed veri dissimile videtur coniuratos in id consilium incidisse, ut gladios in ramis celarent. Gladius enim in ramo re vera abscondi et adstantium oculis subtrahi vix et ne vix quidem possit, cum contra ὑπὸ μάλης, pallio superiniecto, apte celetur. Narrat

Athenaeus (XV, p. 678 a) στέφανον ἐκ μυρρίνης πλεκόμενον in pompa Hellotiorum circumferri, qui ossa Europae continere diceretur. Sed illa corona erat ingentis magnitudinis (ὄντα τὴν περίμετρον πηχῶν εἴκοσι), cum ramus, quem quis in pompa manu teneat, necessario brevissimus sit.

Nonne vero verba ἐν μύρτου κλαδί etiam aliter intellegi posse in promptu est? Conferri iubeo

1. Aesch. Sept. 461:

ἵππους δ' ἐν ἀμπυκτῆρσιν ἐμβριμωμένας.

2. Eur. Herc. Fur. vs. 677:

αἰεὶ δ' ἐν στεφάνοισιν εἴην.[1]

3. Eur. Ion. 1310:

τίς ἡδονή σοι θεοῦ θανεῖν ἐν στέμμασιν;

Musgravius adnotavit θεοῦ ἐν στέμμασιν significare: super aram; aras enim sertis redimiri morem fuisse. Idem Herwerdenus in editione sua Ionis repetivit. Ne Paley quidem sententiam loci assecutus est; cuius haec sunt verba: „Probably she had grasped the sacred wreaths which decked the altar, as if they had been suppliant boughs". Item fere Verrall: „What pleasure is 't to die on Phoebus' hearth"? Imo manifestum est ἐν στέμμασιν hoc loco idem esse quod ἐστεμμένη: victimae enim arae destinatae vittis redimiri solebant. Cf. Eur. Iphig. Aul. 1080 sq.:

σὲ δ' ἐπὶ κάρα στέψουσι καλλικόμαν
πλόκαμον Ἀργεῖοι...

1477 στέφεα περίβολα δότε.

Heracl. 528 sq.:

ἡγεῖσθ' ὅπου δεῖ σῶμα κατθανεῖν τόδε
καὶ στεμματοῦτε καὶ κατάρχεσθ'...

Herod. VII, 197: θύεται στέμμασι πᾶς πυκασθείς. Verg. Aen. II, 129:

me destinat arae...

132 sq. mihi sacra parari
et salsae fruges et circum tempora vittae...

156 vittaeque deum, quas hostia gessi.

---

1) Alia est vis praepositionis ἐν Aristoph. Vesp. vs. 709 sq.:
δύο μυριάδ' ἂν τῶν δημοτικῶν ἔζων ἐν πᾶσι λαγῴοις
καὶ στεφάνοισιν παντοδαποῖσιν.

Ov. Ib. 103:

tu quoque quid dubitas ferales sumere vittas?
106 da iugulum cultris, hostia dira, meis.

Sed inprimis conferri iubeo locos Valerii Flacci infra (16 sq.) exscriptos.

4. Eur. Ion. 1338:

ὁρῶ παλαιὰν ἀντίπηγ' ἐν στέμμασιν.

Cf. vs. 1389.

5. Pherecr. frg. 2 (Kock, I, p. 145):

λουσάμενοι δὲ πρὸ λαμπρᾶς
ἡμέρας ἐν τοῖς στεφανώμασιν, οἱ δ' ἐν τῷ μύρῳ
λαλεῖτε περὶ σισυμβρίων κοσμοσανδάλων τε.

Sunt qui verbis ἐν τοῖς στεφανώμασιν, ἐν τῷ μύρῳ hic eam fori partem designari putant, ubi corollae et unguenta veneant. Sed cui tandem ante solis ortum in foro deserto deambulare placeret? Ceterum hanc interpretationem non esse probandam luculenter ostendit Apollodori Carystii frg. 5 (Kock, III, p. 282) vs. 22:

στεφάνους ἔχοντας καὶ μύρον πρὸ ἡμέρας.[1])

6. Aristoph. Eccles. 303:

καθῆντο λαλοῦντες ἐν τοῖς στεφανώμασιν.

Cf. Pherecrat. frg. supra exscriptum: ἐν τοῖς στεφανώμασιν... λαλεῖτε.

7. Antiphan. frg. 83 (Kock, II, p. 45):

οἰνογευστεῖ, περιπατεῖ
ἐν τοῖς στεφάνοις.

Cum ex Aristoph. Thesm. 448: στεφανηπλοκοῦσα... ἐν ταῖς μυρρίναις sciamus partem fori fuisse, ubi myrti et coronae venibant, forsitan dubium sit, utrum verba περιπατεῖ ἐν τοῖς στεφάνοις hic significent, quod mihi placet: „coronatus obambulat" an: „obambulat in foro coronario". Articulus certe interpretationi cui palmam dederim non obstat, cum etiam apud Pherecratem legatur: ἐν τοῖς στεφανώμασιν. Cf. Plaut. Pseudol. 1299: interdius cum corolla ebrium incedere. Cas. 767:

vilicus is autem cum corona candide
vestitus lautus exornatusque ambulat.

---

1) Verbis ἐν τῷ μύρῳ etiam Aristoph. Eq. 1375, Polyzeli frg. 11 (Kock, I, p. 792) designari homines unguentis delibutos persuasum habeo.

8. Luc. de saltat. 5: *ἔτι γὰρ τοῦτό μοι λοιπὸν ἦν ἐν βαθεῖ τούτῳ τῷ πώγωνι καὶ πολιᾷ τῇ κόμῃ καθῆσθαι μέσον ἐν τοῖς γυναίοις.*

9. Synes. epist. 32, b: *σοβοῦντα διὰ τῆς ἀγορᾶς ἐν στεφάνῳ καὶ μύροις μεθύοντα καὶ κωμάζοντα.*

10. Lucret. IV, 1131 sq.:

> eximia veste et victu convivia, ludi,
> pocula crebra, unguenta coronae serta parantur,
> nequiquam, quoniam medio de fonte leporum
> surgit amari aliquid, quod *in ipsis floribus* angat.

Lambinus: „in ipsis floribus, *ἐν ταῖς τῶν ἡδονῶν ἀκμαῖς*, id est tum maxime cum amor suas delicias suamque ambrosiam amantibus propinat." Alii aliter. Mihi poeta dicere videtur: quod in ipsa compotatione convivas floribus coronatos angat. Sed fateor hoc non plane certum esse.

11. Cic. de fin. II, 65: potantem in rosa.

12. Cic. Tusc. V, 73: an tu me in viola putabas aut in rosa dicere? [1])

13. Hor. Carm. I, 5, 1:

> quis multa gracilis te puer in rosa ... [2])

14. Prop. (ed. Haupt), IV, 5, 22:

> et caput in verna semper habere rosa.

Cum hoc versu statim conferes illum Martialis

15. Mart. VIII, 77, 2:

> Liber, in aeterna vivere digne rosa.

Sed hoc etiam aliter interpretari possis collato Aristoph. Vesp. vs. 709 sq.

16. Val. Flacc. I, 840:

> seu venit in vittis castaque in veste sacerdos,

i. e. vittata, *μετὰ στεμμάτων* (Polyb. XVI, 33, 5).

17. Val. Flacc. V, 348 sq.:

> talis et in vittis geminae cum lumine taedae
> Colchis erat.

---

1) Non intellego locum in Ciceronis de oratore l. III, § 81: Pamphilumque nescio quem sinamus *in infulis* tantam rem tamquam pueriles delicias aliquas depingere.

2) Non de corona sermo est Senec. epist. 36: nemo discit, ut, si necesse fuerit, in rosa iaceat.

18. carmen hodiernum:

Heil Dir im Siegeskranz.

His collatis apparet exordio cantilenae Atticae hoc dici:

„myrto coronatus gladium meum arripiam".

Cur autem myrto? Myrto scilicet convivae, cum scolia cantabantur, invicem caput cingebant [1]), nec minus par amantium Harmodium et Aristogitonem myrto coronatos fingi consentaneum erat: amantes enim qui voto suo potiti erant capillos corona redimire solebant [2]), myrtus autem inprimis Veneri sacra erat [3]).

---

1) Hesych. s. v. *τὴν ἐπιδεξιάν· περιέφερον ἐν τοῖς συμποσίοις ἐπὶ δεξιὰ τὸ πάλαι κιθάραν, εἶτα μυρρίνην, πρὸς ἣν ᾖδον.*

2) Cf. Athen. XV, p. 670, a: *τοὺς ἐρῶντας μὴ στεφανοῦσθαι, πρὶν κρατήσωσι τοῦ ἔρωτος.* 670, c: *καταδέδενται γὰρ οἱ ἐρῶντες.*

3) Cf. Verg. Ecl. VII, 61:

Populus Alcidae gratissima, vitis Iaccho,
Formosae myrtus Veneri....

Ov. Fast. IV, 869; Am. I, 1, 29; Anthol. Pal. IV, 1, 21; Plut. Marcell. 22: *τὸ μύρτον Ἀφροδίτης φυτόν.*

AD C. VALERII FLACCI ARGONAUTICA.

SCRIPSIT

P. H. DAMSTE.

(*Continuantur e pag. 135.*)

Liber Quartus.

Hylas, deus fluvii iam factus, Herculi dormienti apparet atque haec verba edere incipit:

25 Quid, pater, in vanos absumis tempora questus?
hoc nemus, haec fatis mihi iam domus, improba quo me
Nympha rapit saevae monitu Iunonis, i n a m n e s
nunc Iovis accessus et iam mihi lumina caeli
conciliat iungitque *toros* et fontis honores.

Quot criticorum capita, tot sunt in hoc loco recensendo et interpretando sententiae, nam versu primo excepto nullus non uni et alteri aliquem iniecit scrupulum.

Vs. 26 pro *haec fatis* Heinsius *hi fontes* legendum censuit, Dorville et Dilthey *heu fatis* excogitarunt, quod Langen recepit, Sudhaus *ac fatis* protulit, quod probavit Kramero, nec non Koestlin pro *quo me* scribi iussit *quae me* idemque virgulam post *domus* omisit, in quo eum Kramer secutus est.

Vs. 27 lectio *in amnes* vera crux editorum est. Libri deteriores *inanes* exhibent, quod in Burmanni editione legitur; Jacobs *in arces* coniecit; Bury recensuit de suo *in amne*, editores non vidisse monens versum sequentem ad caelum in amne repercussum referendum esse cl. III 557 sq., id quod propter verba *Iovis accessus* mihi quidem haud probabile videtur. Langen lectionem traditam servavit, quam vult defendere cl. I 692: *et adhuc in fontibus amnes*, in quibus verbis quid

loco nostro sit subsidii non video. Item Kramer verba *in amnes* tuetur explicans: „hoc nemus ac quo me Nympha rapit sc. amnes, domus sunt" et post voc. *amnes* plene distinguens. At quis non videt quam contortus confususque verborum ordo oriatur, si *nemus* et *amnes* tamquam subiecta — *domus* tamquam praedicatum accipimus?

Vs. 28 lectio *lumina* Germanis editoribus displicuit, e quibus Langen coniecturam Baehrensii *numina* recepit — Kramer codicis Bon. scripturam *limina*. Cognitis vero locis, quos in editione Burmanni, qui ipse *limina* dedit, Zinzerlinus et Vossius attulerunt, Vaticani lectionem non sollicitandam esse arbitror.

Vs. 29 denique scriba codicis Vaticani vocabulum unum omisit, quam lacunam librarii codicum posteriorum explerunt vocibus *suos* et *preces*, sed editoribus omnibus placuit Burmanni additamentum *toros*, quod vulgo recipitur; Meyncke postea frustra temptavit *iungit socios*. Tandem Baehrens pro *fontis* substituit *frontis*.

Equidem Summersio assentior, versum 26 nullo laborare vitio, qui recte eum interpretatur: „This is now my grove, this my home, — so fate ordains", addens: „*Haec domus* is parallel to *hoc nemus*. Cp. *has epulas, haec templa visit* II 96, 656". De scriptura vero *in amnes* nihil adiecit, quae una mihi emendatione egere videtur; atque sic quidem locum constituendum esse opinor:

> hoc nemus, haec fatis mihi iam domus, improba quo me
> Nympha rapit saevae monitu Iunonis, e t a m n i s
> nunc Iovis accessus et iam mihi lumina caeli
> conciliat iungitque toros et fontis honores.

Etiam fieri posse moneo ut poeta scripserit: *hic amnis*. De forma correpta pronominis apud dactylicos poetas vid. L. Mueller De R. M. p. 343.

148 iam veniet diros Amycus qui tollere caestus
imperet et vasto qui vertice nubila pulset.
150 talis in advectos Neptuni credita proles
aeternum furit atque aequae virtutis egentes
ceu superum segnes ad iniqua altaria tauros
constituit, tandem ut misero lavet arma cerebro.

Hunc locum utpote non bene intellectum atque iniuria suspectum explicatione egere reor, quoniam Langen etiam Burmanni coniecturam *tantum* pro *tandem* vs. 153 in textum recepit, Summers inter *constituit* et *tandem* nonnulla excidisse arbitratur, Loehbach pro *tandem* corrigendum esse iudicat *cruda.*

Satis iam videtur argumentationem Summersii considerare, quam si refutare potuero, eadem opera me demonstraturum confido locum sanum esse integrumque. Contendit autem, poetam quamquam vs. 109 sqq. affirmavit Amycum plerosque captivos in rupe sacrificali trucidare, nobiliores vero ad certamen secum cogere, loco nostro significare regem ad altaria ducere *aequae virtutis egentes* „in order eventually to box with them". Rem tamen non ita se habere aio. Ut enim illic poeta regis captivos in duo genera divisit, sc. eorum, quos Neptuno patri suo illico sacrificat, atque praestantiorum, quos qui secum certamen ineant dignos habet, ita hic quoque fugitivus ille profecto easdem victimarum species indicat sed ordine inverso. Nempe cum dicit: *iam veniet diros Amycus qui tollere caestus imperet,* honorificis verbis Argonautas prosequitur, nam tecte indicat eos esse in virorum praestantiorum numero, quos Amycus proelio dignari soleat, atque addit: *talis in advectos* (sc. quales vos estis) *Neptuni credita proles aeternum furit.*

Quae deinde sequuntur, ad humiliorem captivorum multitudinem pertinent; sunt autem: *aequae virtutis egentes* (h. e. quicumque vestra virtute non sunt praediti) *ceu segnes tauros ad iniqua superum altaria constituit, ut tandem* (h. e. postquam variis mortis imaginibus eos terruit omnisque generis cruciatibus affecit) *arma lavet misero cerebro* (h. e. caestibus indutis caput iis comminuat).

Verba postrema quae sunt *tandem ut misero lavet arma cerebro* multos in errorem induxisse credo, cum proelium iis designari putarent (cf. Summers: in order eventually to box with them), verum poeta dicere voluit, Amycum, crudelem victimarium, pro cultro usum esse caestibus suis ut plagam extremam miseris hostiis inferret. Quae cum ita sint, nulla iam difficultas in hoc loco relinquitur.

Idem fugitivus Dymas nomine porro Argonautas docet, se cum Otreo, amico suo fidelissimo, in Bebryciam venisse.

161 'nomen' ait 'praedulce mihi n o m e n que secutus
Otreos unanimi.

Pro *nomenque*, quod Kramer crucibus cinxit, Bury *numenque* e Bononiensi recepit, Langen de suo *famamque*; praeterea Heinsius *ductumque*, Baehrens *navemque*, Kramer *nutumque* proposuerunt.

Mihi coniectura mea *v o t u m que*, quam in Adversariis meis olim obtuli, etiamnunc praestare videtur, quia mox discimus, Otreo causam itineris in Phrygiam suscepti fuisse ut Hesionam uxorem duceret. Sic Medea exclamat VIII 47: *sceptrisque relictis vota sequor* atque Apuleium in Flor. et Metam. cum posterioribus vocabulo *votum* omnino pro nuptiis vel matrimonio usos esse nota res est et lexica docent.

Dymas ubi vidit se Argonautas deterrere non posse, viam ad regis antrum eis monstrare decernit.

174 Haec ubi non ulla iuvenes formidine moti
accipiunt, d o l e t et dura sic pergere mente
terga sequi properosque iubet coniungere gressus.

Quod Schenkl, cum locum prave intellegeret, pro *dolet* scribi iussit: *videt*, editores Germani immerito receperunt. Id enim non est scribarum errores corrigere, verum ipsum poetam emendare, nam quis umquam credat, verbum *videt* in *dolet* depravatum esse, cum praesertim sententia evaderet multo minus perspicua? Iure igitur Bury traditam lectionem retinuit, quamquam minus bene post *mente* virgulam collocavit. Est scilicet interpretatio loci: Dymas dolet et cum mens dura eis esset sic pergere, iubet eos e. q. s., id quod Summers ante me monuit, qui sic vertit: „bids them follow since their minds are sternly bent on going on".

Nil igitur mutandum.

In antri Amyci descriptione haec sunt:

181 ut varii pro rupe metus! hinc trunca rotatis
bracchia rapta viris strictoque immortua caestu,
o s s a q u e taetra situ et capitum maestissimus ordo.

Langen pro *ossaque* scripsit *corpora* atque in commentario sic disputat: „*ossaque* Vat., quod si servamus, *immortua* v. 182 non habet quo referatur, nam nec bracchia immortua dici possunt caestu, nec omnino caestu ei interfecti sunt, quorum bracchia commemorantur, quare scripsi *corpora* pro eo quod est *ossaque*".

Istam ratiocinationem non assequor atque vereor ne vir doctus loci sententiam non perspexerit, cum eum fugerit verbi *immortua* notio. Valerius autem rursus duo caesorum genera designat, eorum scilicet, quos Amycus de rupe in mare coniecerat (vs. 110, 152 sq.) evulsis bracchiis, atque eorum, quos in certamine victos necaverat (vs. 111 sq., 148 sqq.); horum quoque bracchia ibi iacebant i m m o r t u a s t r i c t o c a e s t u h. e. mortua ac putrescentia cum etiamtunc caestibus involuta essent. Verba igitur quae sunt *stricto caestu* non intellegenda sunt de Amyci armis, ut Langenio visum est, sed de caestibus, quibus captivi illi nobiliores certamen iniquum cum rege inire coacti erant.

Itaque nulla opus est mutatione.

Argonautae perturbati sunt cum reliquias aspiciunt hominum ab Amyco interfectorum, sed Pollux interritus:

191 te tamen hac, quicumque es, ait, formidine faxo
iam tua silva ferat, modo sint tibi sanguis et artus.

Qualem formidinem poeta atque adeo Pollux dicat editoribus non constat. Langen annotavit: *hac — formidine* obscure dictum; videtur significare 'quamquam circumdatus tot rebus formidolosis'. Bury virgulis post *tamen* et post *formidine* positis verba *hac formidine* cum *quicumque es* coniungenda censuit, quem Kramer secutus est. Neutram tamen interpretationem veram esse credo.

Pollux cum, contemplatus varias formidines, quas Amycus ante antrum spectandas proposuit (cf. vs. 181: ut varii pro rupe metus!), exclamat: at tamen mox te caedam h a c f o r m i d i n e! quid his verbis significare putandus est? Nimirum dextram suam. Cf. vs. 289: emicat hic dextramque parat dextramque minatur Tyndarides.

Iure Samuelsson Langenii interpretationem vocabuli *ausum* vs. 234 reiecit (p. 117 infra) idemque eius lectionem *lustrant tum* vs. 248 frigidam et non necessariam esse demonstravit (p. 118 supra), sed miror eum non animadvertisse, quod vs. 251 perperam constituit. Ibi enim his verbis Amycus Polluci optionem dat caestuum:

250 aspice et haec crudis durata volumina tauris;
nec peto sortis opem, sed quos potes indue caestus.

Et Burmanno et editoribus recentioribus invitis cum Thilone edidit *crudi-tauri* et, quod omnino improbandum, pro Vaticani scriptura corrupta *petae* posuit *pete*, quamquam Burman iam scribendum esse monuit *peto*, quod unice verum esse nemini non persuasit locus apud Apoll. Rhod. II 55

τῶνδέ τοι ὅν κ᾽ ἐθέλῃσθα, πάλου ἄτερ ἐγγυαλίξω
αὐτὸς ἑκών, ἵνα μή μοι ἀτέμβηαι μετόπισθεν.
ἀλλὰ βάλευ περι χειρί.

In ipso proelio enarrando poeta nonnulla obscure adumbravit, quae viri docti adhuc frustra extricare conati sunt. Postquam obiter monui, Langenium immerito sprevisse Friesemanni certissimam emendationem *rabidum* vs. 270, quam ceteri editores bene receperunt, ad locum transeo, ubi Pollux cum adhuc ab ictibus Amyci se defendit, in adversarium iam defessum invadere dicitur.

273 ut deinde urgentes effudit nubibus iras
ardoremque viri, paulatim insurgere fesso
integer et summos manibus deducere caestus.

Longum est, explicationes ac coniecturas omnes hic referre, quas verba *summos-caestus* provocarunt; schema aliquod pugnae ambigue indicari suspicor, quod nos latet. Ceterum Langen pro *summos* non *summis* substituisset, si prima pugilandi artis elementa calluisset aut ea legisset quae quondam in Mnemos. Vol. XXVI (1898) p. 180 sq. exposui.

Sequitur locus haud minus conclamatus, cui aliquantulum lucis me afferre posse existimo.

303 sentit enim Pollux rationis egentem,
dat g e n i b u s i u n c t i s latus effusumque secutus
haud revocare gradum patitur, turbatque premitque

ancipitem, crebros et liber congerit ictus
desuper averso.

Offendit nonnullos asyndeton versuum 303 et 304, unde Thilo pro *enim* maluit *ubi*, Schenkl *uti*, Baehrens *at ut*, Kramer etiam versum excidisse putat. At Burium iure nihil mutasse censeo, quandoquidem prompta ac propera sentiendi agendique successio ita optime exprimitur.

Quod attinet ad Langenii animadversionem, praeter consuetudinem *ancipitem* dici ipsum hominem qui in periculo versetur, prava est, nam notio adiectivi illustratur vs. 302 et est eadem atque vs. 576 et V 309, sc. nescius quid agat quove se vertat, rationis egens.

Denique ad verba *genibus iunctis* venio. Alterum hic schema certaminis significatur, quod interpretes adhuc non intellexerunt et perperam interpretati sunt. Langen his verbis locum illustrat: „non pectus latum offert Amyco, sed celeri corporis conversione et iunctis pedibus ei latus, quod angustius est, obvertit, praeter quod Amycus ictum in vanum aera effudit simulque ipse praeceps ruit", neque aliter Kramer sentire videtur in Praef. p. XXI, ubi ut versum excidisse comprobaret affirmavit id, quod caput narrationis totius est, nullo modo nunc indicari, ut multos viros doctissimos illos quidem, sed pugilandi parum peritos dolum esse illud *latus dare* prorsus effugeret. Ex loco autem Statiano (Theb. VI 802 sqq.), quem conferri iubet, patet eum de dolo isto idem quod Langenium iudicare. At rem prorsus aliter se habere autumo.

Primum arguere opus est, quam sit perversa, ne inepta dicam, ista de Pollucis actu prolata opinio.

Nullus umquam pugil pectus latum adversario offert, verum pes alter directo post alterum semper est et laevum bracchium cum pugno ad feriendum parato extentum, dum dextrum ad partes molliores tegendas ad pectora tenetur atque data occasione ad plagam inferendam porrigitur. Verba igitur quae sunt *dat latus* ita intellegere ut sit *praebet*, *obvertit latus* absurdum est, quia numquam non is legitimus est pugilis habitus. Deinde cur Pollux pedes s u o s iunxerit resciscere vehementer cupio. Id enim a sana ratione vel maxime abhorret, cum ita corporis status minime firmus oriatur et pugil facillime loco moveri, quin etiam deici possit.

Ista igitur ridicula rei explicatione repulsa iam videamus, quid tandem factum esse poeta indicet. Quod ut perspiciamus, hoc probe tenendum est, leges ac condiciones, quae in pugilandi arte nunc ratae sunt, in pugna inter Amycum Pollucemque commissa non valuisse: vita pretium erat victoriae neque ullus dolus vetitus erat. Quid autem Pollux fecit? Usus est artificio, quod luctatores commoliri solent: supplantavit Amycum et cadentem aversumque desuper perculit. Verba enim *genibus iunctis* non de unius Pollucis genibus dicta sunt, sed ad analogiam locutionum *manus conserere*, *dextras iungere* ita posita ut velit: Pollux postquam genu adversarii suo iunxit itaque eum labefactavit, *dat latus* h. e. latere suo eum impulit ut maiore prorueret impetu. Locus apud Apoll. Rhod., quem noster imitatur, II 94:

ὁ δ' ἄγχ' αὐτοῖο παρεκ γόνυ γουνὸς ἀμείβων
κόψε μεταΐγδην ὕπερ οὔατος, ὀστέα δ' εἴσω
ῥῆξεν

hanc sententiam omnibus numeris corroborare videtur. Quis iam credit, verba γόνυ γουνὸς ἀμείβων significare id quod lexica docent: lente progrediens? Immo, haud dubie declarant: genu (adversarii) genu (suo) iungens vel conserens atque apte illustratur haec actio additis illis indiciis ἄγχ' αὐτοῖο et παρεκ.

Argonautae Polluci de victoria reportata gratulantur
326 armaque ferre iuvat fessasque attollere palmas.

Sine iusta causa Langen hunc locum vituperat, quod verba *armaque ferre iuvat* vix sanum esse posse contendit, cum ex vs. 332 appareat, ne tum quidem Pollucem caestus exuisse. Quod deinde dubitans addit, an indicare voluerit Valerius ferri 'palmas fessas' simulque arma eis iuncta, haud dubie verum est: *arma ferre* idem valet quod *fessas attollere palmas*, quod ad verba priora illustranda poeta adiecit, ut saepius rem, quam prius modo significavit, deinde disertius atque accuratius definire amat; e multis exemplis unum affero vs. 333 sq.:

illius excelsum r a m i s caput armaque Castor
implicat et v i r i d i conectit tempora l a u r o,

ubi id quod vocabulo *ramis* summatim adumbravit, deinde

verbis *viridi lauro* fusius perscripsit, atque etiam magis explanavit vs. 336:

diva, refer frondes cumque h a c freta curre c o r o n a.

In descriptione solemnis convivii, quod continuo sequitur, una vox tenuissimum mihi iniecit scrupulum.

339 tunc l i b a dapesque
frondibus adcumulant; exsortia terga Laconi
praecipiunt pecudum. toto mox tempore mensae
laetus ovat nunc laude virum nunc vatis honoro
carmine, victori geminans cratera parenti.

Pro *liba* hoc loco exspectaverim: *v i n a.* Cf. vs. 530: tum vina toris epulasque reponunt, Tibull. IV 6, 14: ter tibi fit libo, ter, dea casta, mero! Quodsi sincera est lectio, Valerius vocabulum pro libatione s. libamine posuit, quae notio demum in Vulg. reperitur.

Ubi de Harpyiis Phineum infestantibus sermo est, haec leguntur:

497 tum sola conluvie atque i n l u s i s stramina mensis
foeda rigant.

Pro *inlusis* editores Germani Maserii coniecturam *illisis* receperunt, quamquam Summers scripturam traditam optime explicavit his verbis: „Why may not the meaning be that the banquet was rendered fruitless, 'fooled' as it were?" Iure igitur Bury eam retinuit.

Harpyiae, quibus instant Calais et Zetes, turbine rapido terras atque aequora transvolant.

507 s i c u b i, prorupti tonuit cum forte Vesevi
Hesperiae letalis apex, vixdum ignea montem
torsit hiemps iamque Eoas cinis induit urbes:
turbine sic rapido e. q. s.

Langenium et Burium iniuria Schenklium secutos esse in eo, quod pro *sic ubi* scribi iussit *sicut*, persuasit mihi quidem locus Silianus, quem in Burmanni editione ad vs. 509 ab Heinsio conlatum video XVII 592 sqq.:

s i c u b i, vi caeca tandem devictus, ad astra
evomuit pastos per saecula Vesbius ignes
et pelago et terris fusa est Vulcania pestis,

videre Eoi (monstrum admirabile!) Seres
lanigeros cinere Ausonio canescere lucos.

De voc. *forte* Renkema (p. 45) meliora Langenium docuit.

Paulo inferius haec sequuntur:

529 interea Minyae pulsa lue prima Tonanti
sacra novant; tum vina toris epulasque reponunt.

Langen annotavit, toros a nonnullis intellegi mensas, quod careat exemplo; dativum *toris* potius esse habendum: toris eisque, qui in toris accumbunt, epulas reponi. Equidem nescio an vera sit lectio *toros*, cum eos quoque Harpyiae inquinaverint atque inutiles fecerint, cf. vs. 497:

tum sola conluvie atque inlusis stramina mensis
foeda rigant.

Cf. etiam vs. 487: instituere toros mediisque tapetibus ipsum | accipiunt.

Argo cum cautibus horrendis iam appropinquavit,

680 super adsunt
Cyaneae: premit umbra ratem scopulique feruntur
comminus.

Hic omnino respuenda est lectio *unda*, quam Langen et Bury receperunt et Schenklio se debere affirmant, quamquam in Coki codice iam invenitur. Cf. V 108: magnae pelago tremit umbra Sinopes, nec non Langen ad II 519, III 579, V 121.

In Cyaneis rupibus percurrendis extremi corymbi increpuere et

694 fugit ipse novissimus ictus
Tiphys et e mediis sequitur freta rapta ruinis.

Etiamnunc verum esse reor id quod olim emendandum esse credidi: *aperta*. Cf. vs. 677:

coeperat hinc cedens abductis montibus unda
ferre ratem pelagoque dies occurrere aperto,

et vs. 710: siqua per hos undis umquam ratis isset apertis.

Vs. 698, ubi Langen ascripsit, non liquere cur Rhebam Valerius longinquum dixerit, hanc quaestionem Samuelsson ei iam solvit (p. 119) idemque vs. 712 verba *Ponti iacentis,* quae Langen male intellexit, recte interpretatus est.

Ultimus huius libri locus, de quo pauca observanda videntur, est in Ponti Euxini descriptione:

714 non alibi effusis cesserunt longius undis
litora, nec tantas q u a m v i s Tyrrhenus et Aegon
volvat aquas, geminis e t desint Syrtibus undae.

Est locus a doctis viris multis modis temptatus. Koestlin postquam coniecit *sed tantas quam vix*, Langen eius coniecturam recepit tantum non totam, cum de suo *tantas* in *tantae* mutaverit. Bury traditam scripturam servavit, sed in versu sequenti pro *et* cum Baehrensio dedit *tot*: iam Heinsius pro *et* proposuit *ut*, I. Columbus *nec*. Kramer pro *quamvis* recensuit *quavis*: alii *quantus*, *gurges, amnis*, *iunctus* protulerunt.

Cum etiamnunc emendatio loci valde dubia esset, id quod mihi in mentem venit reticere nolui. Sic autem locum reficere velim:

nec tantas u m q u a m Tyrrhenus et Aegon
volvat aquas, geminis u t desint Syrtibus undae.

Heinsii nempe correctionem *ut* utique probandam esse puto, cui vocabulum *quamvis* forsitan a nescio quo ad illustrandam vim coniunctionis concessivam supra scriptum sit, quod deinde in versum superiorem receptum sit.

Liber Quintus.

Est ipsum libri initium mors Idmonis, quam ipse praesenserat.

2 Argolicus morbis fatisque rapacibus Idmon
labitur, extremi sibi tum non inscius aevi.

Notabilis est Langenii annotatio: „*sibi tum non inscius* Vat.; at t u m non inscium fuisse Idmonem mortis propinquae Valerius dicere non poterat nisi prorsus oblitus eorum, quae narravit I 238 sq., neque magis aptum quod Schenkl proposuit *iam non*. Accedit quod dativus *sibi* praeter consuetudinem et rationem additus est ad adiectivum *inscius*; recepi Baehrentis coniecturam".

Ad ista tacere melius duco. Cum tamen aliorum quoque hic animadvertenda sit caecitas, moneo *tum* ad *extremi* referendum esse atque arte copulanda vocabula *sibi extremi*: labitur non

inscius (h. e. probe conscius) aevi tum sibi extremi (h. e. horam vitae ultimam tum sibi adesse).

In aperto est, nullum mendum loco inesse.

Amisso Tiphy, gubernatore perito, Iason et alia lamentatur et haec:

47 cui Minyas caramque ratem, cui sidera tradis?

Corrigendum esse suspicor: *sacramque ratem*, quoniam epitheton quod est *carus* minus aptum videtur et VI 10 poeta scripsit:

hos insuper ingens
fama movet, rate quae sacra vulgabat Achivos
advenisse sui repetentes vellera Phrixi.

Mortuo defleto Argonautae regimen navis tradunt Ergino, qui

69 primo laetus sic tempore rector
ingreditur cursus; etenim dat candida certam
nox Helicen. iam prora fretum commoverat et iam
puppe sedens... dimiserat ancora terras.

Post *sedens* vox una periit, quam lacunam ut explerent varia admodum excogitarunt viri docti: *tristes, saevas, maestas, diras, miseras, placitas, placidas;* Langen praeter unum pedem duo hemistichia excidisse putat. At adiectivum quod ad *terras* pertineat neutiquam excidisse credo propterea quod *puppe sedens* ad voc. *ancora* referri tunc necesse esset, quod est contra veterum consuetudinem, cum semper de prora ancorae iacerentur. Cf. Verg. Aen. III 277, VI 3, 901. Ideo coniectura, quam Leo dedit, *summa* etiam probari nequit. Locus fortasse sic reponendus est:

iam prora fretum commoverat et iam
puppe sedet *celsa*: dimiserat ancora terras.

Cf. I 719: celsis-puppibus, V 214: celsa-puppe.

Id quod olim proposui: *puppe sedet rector* Samuelssonio placuisse video, qui ad hanc coniecturam confirmandam attulit Ovid. Fast. VI 471: navita puppe sedens, nunc vero, quamquam de lectione *sedens* vix dubito, illud *rector* ad lacunam explendam minus placet propter idem vocabulum in fine vs. 69 positum.

Umbra Stheneli visa Argonautae terrore obstupescunt.

98 carmina quin etiam visos placantia manes
Odrysius dux rite movet mixtoque sonantem
p e r c u t i t ore lyram nomenque relinquit harenis.

Ut nunc locus legitur, verba postrema omnino intellegere non possemus, si Apollonii carmen periisset: hic enim narrat II 930 lyram Orpheum in ara Apollini eo loco dedicata posuisse indeque ei regioni nomen Lyrae inditum. Haec Langen recte observavit, nam Apollonii verba sunt:

ἄνδιχα δ' αὖ χύτλων νηοσσόῳ Ἀπόλλωνι
βωμὸν δειμάμενοι μῆλ' ἔφλεγον· ἂν δὲ καὶ Ὀρφεὺς
θῆκε λύρην· ἐκ τοῦ δὲ Λύρη πέλει οὔνομα χώρῳ.

Si ita sese res haberet, Valerius non poeta esset disertissimus atque ingenii ad inveniendum maxime habilis, qualem novimus eum, sed profecto inscitus quidam rusticus, qui balbutiendo vix sensus suos explicare posset. Quis vero, qui semel modo Argonautica perlegerit, umquam credet, poetam, si nobis impertire voluisset, Orpheum nomen l y r a e isti regioni indidisse, rem ita elocuturum fuisse ut quivis lector intellegeret, eum s u u m nomen reliquisse harenis?

Iam vero accedit quod non *percutit ore* codex Vat. praebet, sed *perclytore!*

Nonne igitur prompta itemque iusta est suspicio, aliud quid sub scriptura mutilata latere, cum praesertim ineptiae inexplicabilis, quae Valerio nunc imputatur, origo haec sit, quod temere persuasum fuit editoribus omnibus, verbum *percutit* e vitiosa lectione utique eruendum esse?

Pars enim versus, quae incorrupta ad nos pervenit: *lyram nomenque relinquit harenis* h. e. lyram nomenque eius r. h., ipsa per se rem factam satis luculenter significat.

Quid iam sequitur? Hoc dico, vocabulum vel vocabula, quae in scriptura *perclytore* continentur, ad verba praecedentia pertinere. Propter id *mixto* autem, quod antecedit, e litteris postremis *ore* recte legi censeo: quaerere restat, quid sibi velit illud *perclyt.*

Orta mihi est suspicio, reponendum fortasse esse:

mixtoque sonantem
p r o t i n u s ore lyram nomenque relinquit harenis,

h. e. lyram, ad vocis suae cantum sonare pergentem, nomenque eius harenis relinquit.

Similiter poeta adverbio et alibi usus est et vs. 399:

ille autem inceptum famula duce protinus urget
aere saeptus iter.

Haec si recte a me disputata sunt, Valerii existimatio rursus est integra, de qua hic unus locus corruptus iniuria detraxisse videtur.

Continuo haec sequuntur:

101 altius hinc ventos recipit ratis, ac fugit omne
Crobiali latus e. q. s.

Langen Baehrensii coniecturam *acrius* recepit, quae omnino improbanda est, Bury ingeniose scripsit: *altius it ventosque rapit ratis*, Herelius *in v. rediit* — Baehrens *acrius in remos rediit* — Burman *altius intentos* (sc. Minyas in litus oculos et aures intendentes) *recipit ratis* dubitans proposuit.

At vide an non locutionem satis tueatur vs. 126:

hinc magis alta
Haemonidae petere et monitus non temnere Phinei.

Argo pervenisse narratur ad Chalybum regionem, qui

141 arma fatigant
ruricolae, Gradive, tui; sonat illa creatrix
prima manus belli terras crudelis in omnes.

De voc. *ruricolae* Langen multa disseruit, cum difficile dictu esse censeat, cur Valerius Chalybes *ruricolas* Martis dixerit.

Wagner interpretatus est incolas terrae Marti sacrae, id quod Langen iure refellit respondens ruricolam non eum significare qui certam aliquam regionem colat, sed aut eum qui non in urbe, verum ruri habitet, aut eum qui agrum colat subigendo vel arando.

Hactenus non habeo quod obloquar, sed deinde sic pergit: „Sed hoc ipso labore abstinuisse Chalybes aperte dicuntur itaque ruricolas interpretor ruri, non in urbibus habitantes et Martis vocantur tamquam eius progenies''. Ain tu? An Chalybes labore agrum colendi abstinuerunt? Immo, agrum revera colere solebant, non tamen ut fruges meterent verum ut ferrum. Cf. vs. 144:

nam prius ignoti quam dura cubilia ferri
eruerent e. q. s.

sed praecipue VI 611:

gens Chalybum, duris patiens cui cultus in arvis
et tonat adflicta semper domus ignea massa,

et Apoll. Rhod. II 1007:

ἀλλὰ σιδηροφόρον στυφελὴν χθόνα γατομέοντες
ὦνον ἀμείβονται βιοτήσιον.

Ergo *ruricolae tui* sunt qui colunt terram tua causa et in honorem tuum, ut est certa ac manifesta loci interpretatio.

Aeetes Solem primum precatus deinde Martem orat ut vellus, sibi a Phrixo traditum, servet et custodiat.

250 tu quoque, sacrata rutilant cui vellera quercu,
excubias, Gradive, tene; praesentia l u c o
arma tubaeque sonent, vox et tua noctibus exstet.

In hisce voc. *noctibus* nonnullis editoribus suspectum fuit, e quibus Baehrens etiam *vocibus* scripsit. Non tamen hoc vocabulum corruptum esse, sed vim suam atque colorem eo perdidisse puto quod in versu superiore vocabulum, quod noctibus oppositum erat, corruptum est: legendum enim pro *luco* credo: *l u c e*. Cf. Ov. Her. XIII 104: Tu mihi l u c e dolor, tu mihi n o c t e venis.

Argonautae cum in Colchidem pervenissent eo tempore quo inter Aeeten Persenque bellum ortum erat, his verbis Minerva Iunonem compellat:

282 'magna pariter quos mole petamus,
cernis' ait 'Colchos habeant quae proelia, quique
nunc status. hinc Perses, illinc non viribus aequis
apparat Aeetes aciem. quibus addimur armis?'

Ita alii verba distinguunt, alii signo interrogandi post *petamus* posito coniunctivum dubitativum interpretantur, Langen vero verba sana sententia utique carere contendit atque Valerium *petīmus* scripsisse suspicatur. Mihi in mentem venit, fortasse pro *Colchos* emendandum esse *Colchos q u e*.

Iason cum Sirio comparatur.

368 non secus autumno quam cum magis asperat ignes
Sirius et saevo cum nox accenditur auro
luciferas crinita faces, hebet Arcas et ingens
Iuppiter; ast illum tanto non gliscere caelo
vellet ager, vellent calidis iam fontibus amnes.

Pro *tanto* Langen scripsit *tantum* probante Burio, Baehrens *tardo*. Praetulerim *tacito* cl. vs. 369, unde patet de caelo nocturno sermonem esse.

In Solis templo, quod apud Colchos erat, simulacrum stabat Atlantis caelum portantis, in quo effictus erat Sol, tum Luna et Pleiades.

414 pone rota breviore soror densaeque sequuntur
Pliades et madidis rorantes crinibus ignes.

Apud Langenium legitur *densaque*, quod unde petierit non dicit; mendum typographicum esse primum cogitabam, sed obstat eius annotatio quae est: „*rota-densa*, cfr. ad III 228"; ibi autem de locis agit ubi singularem pro plurali Valerius posuit. Vix opus est monere, istud *densaque* nullo modo ferri posse.

Ceterum ad *rota breviore* cf. Senec. Phaedr. 313 et 767.

Imagines deinde describuntur, quas Vulcanus in utraque valva forium expresserat, in quibus etiam navis aedificatio est:

435 texitur Argoa pinus Pagasaea securi,
iamque eadem remos, eadem dea flectit habenas;
ipsa subit nudaque vocat dux agmina dextra.

Langen versus 436 et 437 transposuit, tenorem narrationis ordine tradito interrumpi perhibens, prius enim navigationem describi quam conventum heroum. At locum non bene intellexit, cum ad verba *eadem dea* ascripserit: „iuvat Argonautas et in remigando et in velis pandendis".

Immo, in remis et rudentibus faciendis, nam *flectit* per zeugma ad *remos* dictum est. Cf. I 125:

remisque paratis
Pallada velifero quaerentem bracchia malo.

Inter imagines non desunt Medeae casus, de qua et alia poeta scripsit et haec:

446 deficit in thalamis turbataque paelice coniunx
pallam et gemmiferae donum exitiale coronae
apparat ante omnes secum dequesta labores.

Langen docet *ante* pro adverbio esse: „priusquam appararet dona, omnes labores, quos pertulit, dequeritur". Potius credo, *ante* positum esse ut Verg. Aen. I 198: neque enim ignari sumus ante malorum, ita ut *ante mala* = τὰ πρὶν κακά; ergo: secum dequesta labores omnes quos ante pertulerat.

Iasonis in oratione, qua ab Aeeta vellus aureum postulat, haec sunt:

502 nec tamen aut Phrygios reges aut arva furentis
Bebryciae spernendus adi: seu fraude petivit
seu quis honore meos, sua reddita dona deumque
nos genus atque ratem magnae sensere Minervae.

Langen verbum *adi* interpretatur: „i. e. precibus adii", sed eo quod voc. *precibus* addidit mentem Iasonis non perspexit.

Ad vs. 585: multa spirat coma flexilis aura cf. VI 129: hic et odorato spirantes crine Mycaei | Cossaeaeque manus; ad vs. 607: illa ducum cras regna videbis | dissona cf. VI 120: discolor hastatas effudit Hiberia turmas.

Ceteros locos huius libri, de quibus constituendis aut explicandis a Langenio dissentio, ab aliis ante me vindicatos vel recte explicatos esse vidi; hos igitur singillatim tractare supersedeo: verbo eos hic indicare satis est.

Reukema vs. 211 Langenii coniecturam *puppim* respuens Vaticani lectionem *proram* sollicitandam non esse certissimis argumentis demonstravit, vs. 246 emendationem illam probabilem, quam nondum repertam esse Langen ascripsit, minime desiderari ostendit, dummodo verba recte distinguantur, vs. 313 codicis lectionem *primum* iure optimo defendit, vs. 324, verba *quaque via* recte interpretatus, scripturam ed. Ald. *stet procul et* unice veram esse monuit, vs. 395 *adeo* vexandum non esse arguit, de vs. 507 sqq. probabiliter disseruit, quamquam vs. 509 pro *atque ea Phrixo* etiamnunc maluerim: *at sua Phr.*, cl. VI 11: sui repetentes vellera Phrixi. Denique vs. 655 verba *primis bellis* haud dubie recte interpretatus est.

Deinde Samuelsson et Summers vs. 239 *quaecumque*, quae scriptura cod. Carrionis eademque fere Vaticani est, iure tuentur reiecta Burmanni mutatione, quam Langen recepit, idemque Samuelsson optime defendit vs. 273 *regum cum milibus*, etsi de attributi *magnis* integritate dubito, nam vereor ut exempla quae attulit (Claud. C. M. XXVII 79 tantis e milibus, Prop. I 5, 10 milia quanta) eam satis confirment; nempe poetas Latinos adiectiva *tantus* et *quantus* plurali numero saepissime pro *tot* et *quot* posuisse nota res est. Nescio an Valerius scripserit: *iamque aderat magnus regum cum milibus*, cl. vs. 300. Tandem Kramerum vs. 303 Reussii emendationem *moventem*, vs. 308 Columbi *alios* merito recepisse, vs. 529 lectionem Vaticani *cur* iure vindicasse moneo.

DE LOCORUM SIMILIUM CONSIDERANDORUM RATIONE.

SCRIPSIT

I. I. HARTMAN.

Quicunque hac aetate scriptores poetasque antiquos explorant, non tam operam dare videntur ut quod ante oculos habeant et ipsi probe intellegant et lecturis explicent atque illustrent, quam ut unde et quomodo nata sint quaeque investigent. Atque hoc primarium esse veri philologi officium nemo disertius declaravit quam impense doctus ille vir qui nuper amplissimo Aeneidos librum sextum exornavit commentario. Is enim in libri sui proöemio, tamquam si in ea re vel maxima laus inesset, ne minima quidem se neglexisse orationis ornamenta affirmat. Quem ego librum harum rerum studiosis *commendans* (sic enim appellare malo, nam illud „censuram agere" vel, ut nunc loquimur, „recensere" nimiae mihi semper visum est arrogantiae), observavi tamen (sed timide verecundeque) ét alio nomine laudabilem esse rationem illam ét quod tam certum haberet eventum, utpote quae ad Cadmum Phoenicem totam rem referret: si quis enim dissecandi finem facere nollet, semper apparere locum, de quo ageretur, e literis constare nonnullis, easdemque literas et aliis locis comparere innumeris. Certe vir doctus ille in diligentia modum excessit, qui cum demonstrare studeret ab Ennio totum illum librum Virgilianum pendere, tamquam praecipua Ennianae imitationis indicia omnes collegit versus, qui in quarto pede caesuram trochaicam haberent, immemor illius quo *proximus* liber *clauderetur*:

nudus in ignota, Palinure, iacebis arena.

En, hoc est diligentia negligentem fieri!

Sed omnino istud originis indagandae studium *saeculum* videtur. Quod si ita est, viri equidem esse existimo fortiter ei obstare et obniti: periculum enim est ne tandem aliquando illo *saeculi* ornetur nomine quidquid novarum ineptiarum proferatur in lucem.

Exoriatur aliquis multarum literarum, vir tenacissima memoria et sano praeditus sobrioque iudicio, qui ingenti locorum parallelorum congesto digestoque numero ostendat quam saepe factum sit ut forte et casu talis nasceretur consensus, quamque sit difficile pro certo demonstrare consulto recentiorem scriptorem antiquioris verba in suum librum transtulisse vel in usum suum convertisse, ne quis postea (ut tamquam disertissimo hoc utar exemplo) apud Iuvenalem (VIII, 83) legens:

summun crede nefas animam praeferre pudori [1])

intempestive sibi in mentem revocans Lucani verba (II, 286):

summum, Brute, nefas

„ergo et alios et Lucanum compilavit et ex alienis frustulis suas scilicet satiras consarcinavit Iuvenalis" laetus exclamet.

Nam quod modo difficile esse dicebam id revera eiusmodi est ut iis sit adnumerandum rebus quae nullo modo a quoquam mortalium perfici atque ad exitum perduci possint. Et ne opus quidem eo est. Nam, ut ingenue fatear, tota ista locorum similium indagatio tanti mihi non esse videtur ut in ea quisquam magno opere desudet. Satis est si identidem admonemur ne specie hic nos decipi patiamur, quemadmodum Valerium Flaccum lecturos admonuit Aemilius Baehrensius in utilissima ad illum poetam praefatione.

„Ain vero?" sic roget acerbior quispiam „satisne tibi est scriptorem vel poetam admirari et identidem pulchre, lepide, venuste exclamare? Nonne, ut cetera omittam, nosti suo pretio

1) Nondum intellectum a viris doctis suspicor quam mire atque adeo absurde dicta haec essent. Friedlaenderus certe nihil hic annotat. Quid enim, obsecro, est „animam praeferre pudori"? Sed qua ratione arcana ista locutio in mente Iuvenalis nata sit id mihi quasi per transennam perspicere videor. Viri boni est mori malle quam turpe in se admittere facinus. Est ergo nefas *non* mori malle quam turpe committere scelns, sive *non* mortem praeferre pudori. Sed logice magis quam poetice satiricus pro negativo *non mortem* positivum *animam* posuit, atque sic factum est ut τῷ „mortem praeferre pudori" opponeretur „animam praeferre pudori".

aestimari librum nullum posse nisi multo ante pro certo constet unde et quomodo natus ille sit?" At id ipsum ego pertinaciter nego. Saepe enim opus aliquod literarium probe esse intellectum etiam ab iis qui de eius origine in densis versabantur tenebris vel, quod maius est, opinionem sibi informarant falsissimam scio quia expertus sum. Nam quae sit libri alicuius origo is demum affirmare potest qui ipse scripsit. Faciendum rogo hic mihi est quod omnino quivis homo paulo verecundior anxie vitat reformidatque, ut de uno alteroque libello meo paulo fusius disputem. Pauca hic repetam quae iam dicta sunt alibi. Nolo enim haec legentibus negotia facessere alios inspicere libros iubendo.

Poematium meum, cui titulus „Sancti Nicolai Feriae" (legitur in „Decennio poetico" quod in hac urbe apud Sythoffium in lucem prodiit), hoc habet argumentum. Civis Academicus cum essem, sodales quosdam visebam, iuvenes robustos, strenuos, hilares, plane viros denique. Inveniebam autem eos in re minime gravi occupatos: fasciculos enim faciebant munusculorum filiolae cuidam infirmae sed eidem lepidissimae facetissimaeque, cuius parentibus multum debebant, Sancti Nicolai tempore mittendorum et versiculos alios aliis magis ridiculos singulis fasciculis addebant. Lepidissima mihi illa imago gigantum istorum de virgunculae miserae sorte adeo sollicitorum semper stetit ante oculos, donec tandem inventum esset quo modo eam in iusti possem convertere formam poematii. Fingebam enim sororculam meam fuisse filiolam illam meque testem fuisse laetitiae quam attulisset illi ingens fasciculorum illa copia ab amicis meis missa. Hoc autem carmen Amstelodamum missum adeo placuit iudicibus Hoeufftianis ut eo anno de sua palma incertus fuerit ipse Pascolus. At praestantissimi illi de quovis negotio literario iudices (Leeuwenius erant, Karstenus, Naberus pater) cetera omnia a me de nihilo ficta sed ex ipsa vita sumptam sororculam, verasque illas describi ferias a me cum illa, parentibus, aliis sororibus fratribusque domi in pagulo meo natali peractas sibi habebant persuasissimum. Ego vero sororem nunquam habueram et Leidae habitabam cum matre vidua et fratre unico.

In eodem libro („Decennio Poetico") carmen legitur cui

titulus ,Metus inanis'. Res ibi narratur iocosissima, quae me studente Leidae evenerat. Ipsa narratio verissima est omniaque eius momenta fideliter a me sunt relata. Quid quod ipse magna eorum pars fueram. Hoc quoque carmen, magna laude ornatum, in volumen Hoeufftianum est receptum. Unus vero ex iisdem iudicibus postea mihi confessus est se in deliberatione de carminibus allatis censuisse huic esse praemium adsignandum aureum. Sed omnes sibi persuasissimum habebant nihil ex iis quae narrarentur revera factum esse, verum ét personas ét res me solum esse commentum.

Sed quaecunque ad librum aliquem probe intelligendum sit utilitas investigationis in eius originem — quam aut nullam aut minimam ego declaro esse -- certe ipsa illa investigatio res est una omnium difficillima et multis variisque obnoxia erroribus. Duo tantum sunt „similitudinum" (ut eo vocabulo tamquam „termino" ut aiunt utar „technico") genera e quibus certi aliquid efficere nobis liceat.

1. Tum demum deprehenditur imitator cum male ei cessit imitatio. Ab Horatio Nestor dicitur „ter aevo functus". Hic nisi Homerus adesset, ne intelligeremus quidem quid sibi voluisset poeta Latinus. Nam salvo sermone Latino is demum recte „ter aevo functus" dici potest qui bis ab Orco ad superos sit revocatus et post tertiam demum vitam nunquam rediturus ad Orcum descenderit. Nunc vero memores loci notissimi illius:

> τῷ δ' ἤδη δύο μὲν γενεαὶ μερόπων ἀνθρώπων
> ἐφθίαθ' οἵ οἱ πρόσθεν ἅμα τράφεν ἠδ' ἐγένοντο
> ἐν Πύλῳ ἠγαθέῃ μετὰ δὲ τριτάτοισιν ἄνασσε

intelligimus interdum et bonum dormitasse . . . Horatium et suo flosculorum horreo male esse usum. Contra cum Homericum

> ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων
> . . . μέγαν δ' ἐλέλιξεν Ὄλυμπον

sic in suum usum convertit ut scribat:

> regum timendorum in proprios greges,
> reges in ipsos imperium est Iovis
> clari giganteo triumpho
> cuncta supercilio moventis

egregium admiramur artificem, suo sibi ingenio libere sine ulla ope aliena utentem. Iure, ut equidem opinor. An pictori

materiem suam e naturae spectaculo vel ex hominum sumere vita licebit, poetam si poetae prioris vel unum vocabulum in suum usum converterit, statim ad imitatorum servum pecus relegabimus?

2. Alterum genus locorum consulto et de industria alio translatorum in *parodiis* cernitur sed hic quoque cautos et circumspectos nos esse oportet ne specie decipiamur vel, ut rectius dicam, ne specie contenti ad pravum de poeta delabamur iudicium. Dabo duo exempla non nimis decantata.

Hermione in Euripidis Andromache ad incitas redacta est. Crudele inierat consilium Andromachen cum Molosso filiolo necandi, sed interveniente Peleo non solum miseris illis salus affertur, sed etiam Menelaus, pessimae filiae adiutor atque adeo instigator, Pelei minis cessit et re infecta in patriam rediit. Nunc sola Hermione relicta sortem suam deplorat et rogata quomodo ad illam morum pravitatem pervenerit, cum gemitu respondet:

κακῶν γυναικῶν εἴσοδοί μ' ἀπώλεσαν.

Hic scholiasta adscribit comici parodiam:

πολλῶν ἰατρῶν εἴσοδοί μ' ἀπώλεσαν.

Sitne Menander comicus ille an alius quispiam incertum est neque multum refert. Sed dubium non est quin versu citato illum ex Euripidis Andromache respexerit... et quin homo fuerit facetissimus. Lepidum enim paradoxon est aliquem non inopia verum nimia abundantia medentium interiisse. Et tamen, ut semper, sic hic quoque fragmentum esse servatum doleo. Mallem nunquam quidquam e terrarum tenebris latine vel graece scriptum in lucem esset protractum quam ingens illa frustorum et frustulorum copia in philologorum inde pervenisset manus. Quidquid enim non est integrum sed lacerum et mutilatum parum nobis prodest sed saepe in novas nos iniicit molestias, ignaros quid fragmenti illius contextus sibi voluerit. Ita hic frustra quaerimus improbaveritne comicus ille totam Euripidis Andromachen et quare improbaverit, aut, si hic praesertim ei displicuerit versus, quid in eo ridiculum ei sit visum. Unum hoc illa parodia docet: Euripidis Andromachen in omnium spectatorum ore esse versatum.... id qnod vel sic lubenter credimus et credidimus semper.

Quis in Graecis literis paulo versatior hosce versiculos

> *ὧσθ' ἵμερός μ' ὑπῆλθε γῇ τε κοὐρανῷ*
> *λέξαι μολόντι τοὔψον ὡς ἐσκεύασα*

non habet in promptu? Quis non novit quis eos in scena pronuntiaverit et unde eos sumpserit? Nempe coci sunt, qui arte sua glorians sic spectatores alloquitur atque in risum iocumque convertit nutricis verba paedagogo narrantis cur Medea hera intus relicta ante fores stet secum sola de tristi aliqua re colloquens:

> *τέκνων ὀπαδὲ πρέσβυ τῶν Ἰάσονος,*
> *χρηστοῖσι δούλοις ξυμφορὰ τὰ δεσποτῶν*
> *κακῶς πίτνοντα καὶ φρενῶν ἀνθάπτεται.*
> *ἐγὼ γὰρ εἰς τοῦτ' ἐμβέβηκ' ἀλγηδόνος,*
> *ὥσθ' ἵμερός μ' ὑπῆλθε γῇ τε κοὐρανῷ*
> *λέξαι μολούσῃ δεῦρο Μηδείας τύχας.*

Quid tamen scurra iste nos docet? Ridiculumne poetae comico istud nutricis responsum visum esse? Num ergo ullum responsum aptius huic loco vel fingi cogitarive potest? Neque ullum in eo verbum inest quod non egregie et personam et locum et ipsam rem deceat. Tum nullam Euripidis tragoediam Medea vulgo notiorem et nunc etiam esse et olim fuisse tantum non pro certo constat, res enim ipsa clamat. At nisi sciremus, ne hoc quidem fragmentum istud nos doceret vel veri simile nobis redderet. Quis enim scit an hoc poetae comici fuerit consilium ut hominem induceret fatuum, ineptum in modum sapientiam suam doctrinamque ostentantem atque semper et ubique orationi suae literarum antiquarum inserentem aliquid? Immo sponte quivis in illam pauculis illis inducitur opinionem versiculis. Satis ergo poetae comico fuit quodvis pervolvere volumen ut aliquot corraderet locos ad hoc quam maxime accommodatos propositum. An odio Luciano Demosthenem fuisse censeamus, ideoque *Iovem Tragoedum* cum alia aliorum multa tum longum Demosthenis recitare locum?

Age iam ad hanc lucem unum et alterum consideremus parallelon de quo ne quis falsam sibi informet opinionem periculum est et multi iam informarunt.

„Lucretium sedulo lectitavit Horatius"; hoc schola summa ab ima prodocet. Infitias ibit nemo, sed qui loci prae ceteris

tamquam certissima citantur testimonia in iis vix quidquam esse praesidii mihi quidem pro certo constat.

Horatius ergo semet ipsum alloquens haec habet (Epl. II, 2, 213—216):

> Vivere si recte nescis, decede peritis,
> lusisti satis, edisti satis atque bibisti;
> tempus abire tibi est, ne potum largius aequo
> rideat et pulset lasciva decentius aetas.

Lucretius vero haec habet (III, 938 sq.):

> Cur non ut plenus vitae conviva recedis
> aequo animoque capis securam, stulte, quietem?

„Ergo vitae cum convivio comparationem Horatius sumpsit a Lucretio" multi clamant. At ego, re saepe considerata atque perpensa tandem aliquando eo perveni ut pro certo mihi haberem.... Horatium vitam humanam cum epulis comparantem de Lucretio ne cogitasse quidem.

Quid enim? Floro et alia ab Horatio et nova carmina petenti hic ita fere respondet: „missum istud feci negotium et alias ob causas et quod meam aetatem minime decet. Instare mortem sentio, ad illam ergo me paro, sive sponte ventura est ac leniter me e vita eductura, sive nimiis victus doloribus ipse mihi manus inferre cogar. Ideo nunc quod mihi temporis restat id omne gravioribus impendo studiis et mori meditor". Hoc est cur in hac epistola tanto cum contemptu de arte loquatur poetica et alibi et vss. 51 sqq.:

> et laris et fundi paupertas impulit audax
> ut versus facerem, sed quod non desit habentem
> quae poterunt unquam satis expurgare cicutae,
> ni melius dormire putem quam scribere versus?

Vides a malo exorsum principio me in libro *de Horatio poeta* Peerkampium „magis audiendum quam auscultandum" esse statuisse. Atque sub finem et alias quasdam res enumerat leviores quas vita fert ea condicione ut suo tempore eas aequo animo missas faciamus. Sunt autem: ludere, edere, bibere. Etiam *dormire* addidisset, si flagitaret versus. In uno *bibendi* genere paulisper subsistit poeta atque suo

> ne potum largius aequo
> rideat ac pulset lasciva decentius aevo

quam disertissime declarat se non tam de convivio cogitare quam in universum de omnibus rebus levioribus quae in adolescentulis facile feruntur sed maturiores viros vehementer dedecent.

Lucretius vero haud parva sui poematis parte ipsas epulas pro praecipuo habet ornamento. Metum mortis exagitat et eos praesertim deridet ineptos homines, qui, ut fit, inter pocula subito tristes fiunt et ad lacrimandum propensi

914 ex animo ut dicant: „brevis hic est fructus homullis;
iam fuerit neque post unquam revocare licebit".

Hos sic fere alloquitur: „ergone hoc vos terret et anxios reddit quod apud inferos neque fame neque siti torquebimini ideoque causam non habebitis vino epulisque indulgendi? Hanc curam mittite et si vita aliquid vobis praebuit quod haud fuerit ingratum, surgite tamquam saturi a cena et cubitum ite. Contra si in vita nil unquam laeti bonique estis experti, cur vitae tam tenaces estis?" Uterque ergo poeta convivii utitur imagine, sed quantopere hic inter se discrepant. Horatius inter res leviores, quas vita affert, et cibi potusque enumerat usum et sic sponte ad maturiores pervenit homines qui propter temulentiam lasciviamque a iunioribus deridentur.

Lucretius vero, cum metus mortis, quo inepti saepe homines inter ipsam compotationem contristantur, ei convivia et epulas in mentem vocaverit, ex illis potissimum duo sumit argumenta quibus inanem illum timorem ex istorum pellat pectoribus.

Iniuriane ergo statui vix quidquam hic Lucretium Horatiumque inter se habere commune propiereaque non esse credibile hunc, vitam cum epulis comparantem, ex illo tamquam e fonte hausisse? Quodsi unquam Lucretio tamquam magistro paruit Horatius, hic certe omnibus abruptis vinculis se vindicat in libertatem.

Nunc duos indicabo locos inter se similes atque ita similes ut forte natam illam similitudinem ne in mentem quidem cuiquam mortalium venire possit. Ita vel maxime apparebit nihil nos proficere parallelis locis deprehendendis et coacervandis, restare enim ut eos inter se quam accuratissime comparemus, nullam ergo esse fragmentorum utilitatem, utpote quae e quo contextu sumpta ad nos pervenerint plerumque nos lateat.

Alter legitur in Iliade (O 511 sqq.).

Taedet Aiacem longae, ignavae, turpis obsidionis. Monet ergo socios ut agmine facto impetum in Troianos faciant et manus cum iis conserant. Atque hoc orationem suam claudit argumento:

βέλτερον ἢ ἀπολέσθαι ἕνα χρόνον ἠὲ βιῶναι
ἢ δηθὰ στρεύγεσθαι ἐν αἰνῇ δηιοτῆτι
ὧδ' αὔτως παρὰ νηυσὶν ὑπ' ἀνδράσι χειροτέροισιν

Alter in Odyssea (μ 350 sq.).

Eurylochus, hortatur ille scelerum, non ultra fert inediam, qua tam diu iam in Solis cum comitibus vexatur insula. „Ergo parcere" ait „tandem aliquando Solis armentis desinamus; quodsi iratus nobis Sol navem nostram ceteris diis assentientibus in medio mari franget,

βούλομ' ἅπαξ πρὸς κῦμα χανὼν ἀπὸ θυμὸν ὀλέσσαι
ἢ δηθὰ στρεύγεσθαι ἐὼν ἐν νήσῳ ἐρήμῃ."

Uter poeta hic alienis se exornavit pennis? Equidem eum qui Aiacis in Iliade composuit orationem flosculum ex Eurylochi sustulisse oratione tantum non certo scio. Quid enim? Vox quae est στρεύγεσθαι familiaris esse sermonis, qui remigem, hominem plebeium magis quam nobilissimum copiarum ducem deceat quivis sentit. Quam bene enim illa στρεύγεσθαι et ἅπαξ πρὸς κῦμα χανών inter se concinunt! Quanto melius illud verbum convenit in eos qui in insula deserta inclusi herbis vescuntur et desident otiosi, quam in armatos viros, qui, licet et ipsi teneantur inclusi, tamen fortiter se defendunt! Quam languet illud ἕνα χρόνον prae simplici et virili ἅπαξ, quam nervosa est Eurylochi oratio, quam impeditum et ingratum istud ἢ... ἠὲ... ἢ vario sensu adhibitum!

Denique Iliadis poeta Odysseae illud βούλομ'... ἢ δηθὰ στρεύγεσθαι haud leviter detorsit quo suum exornaret carmen.

„Ergone Odysseam ante Iliadem scriptum censes?" roget quispiam. Bona verba, quaeso. Egone ut „quaestionem Homericam" diu consopitam e suo somno excitem, atque antiquis novam superimponam coniecturam! Hoc unum tamen ex hac comparatione luce clarius apparere contendo, tam errare qui nunc Iliadem et Odysseam a primo versu ad ultimum a singulis compositas poetis nil alieni in suum opus admittentibus

credunt, quam qui olim in ore populi scilicet nata poematia minuta non ope humana sed naturali quadam vi in unum coaluisse carmen sunt commenti. Nam locum illum de Teucri arcus nervo a Iove rupto et quaecunque cum eo cohaerent ἐπεισόδιον esse lepidissimum quidem sed postea paratis iam additum ét inde apparet quod sine totius narrationis detrimento omitti poterat et — ne plura afferam — quod sagittarius noster post βλαφθέντα βέλεμνα subito fit hoplita, qui et gladio iaculoque ponderoso pugnare posset.

Sed quocunque modo se ea res habet, non forte casuque factum est ut illud ἢ δηθὰ στρεύγεσθαι bis in poesi Homerica legatur: recentior poeta illud a vetustiore sumpsit. Opponam huic similitudini nunc aliam prorsus diversi generis: invitus enim, paene dixerim, verba quaedam ibi ponit tragicus iunior quae legenti non possint non videri sumpta e tragoedia multo ante scripta.

In Andromache Euripidea (vides me nuper in illa fuisse fabula occupatum!) subito Hermionae nihil non metuenti et de sua desperanti salute opem fert Orestes eamque et aliis alloquitur verbis et hisce: „Gravissimis quidem a domo tua sum affectus iniuriis: pater tuus mihi te spopondit sed nuptum dedit Neoptolemo, a quo cum suppliciter peterem ut te mihi redderet, contumeliose me eiecit foras matricidam vocans, dis invisum et quid non? Tamen te metu afflictam videns abducere te hinc tibique apud me domicilium praebere paratus sum

(985) τὸ συγγενὲς γὰρ δεινὸν ἔν τε τοῖς κακοῖς
οὐκ ἔστιν οὐδὲν κρεῖσσον οἰκείου φίλου".

(Hos versus Nauckius choro dat, recte fortasse nam propriae laudes hic Orestem minime decent, sed tum simul γὰρ in τοι est mutandum. At nihil hoc in hac refert disputatione).

Cui hic non in mentem venit versus ex Aeschyli Prometheo quo Vulcanus a ministro propter nimiam lenitatem et cunctationem in poenis a deorum hoste sumendis increpitus semet ipsum defendit

τὸ συγγενές τοι δεινὸν ἥ θ' ὁμιλία

respondens? At Euripidi versus modo citatos scribenti Aeschyli illum in mentem venisse haud facile mihi persuadebitur. Illos

enim qui pronuntiat, sive chorus est sive ipse Orestes, sponte eos profert atque „proprio" ut aiunt „motu". At Prometheus Aeschyleus durum et inexorabilem ministrum, a quo impellitur ipse et instigatur, leniter placideque confutat. Ergo ipsa pronuntiationis diversitas ut quae legentibus similia atque eadem videri debeant audientibus nihil inter se commune habere videantur efficit. Deinde et hoc observandum: „Tragoediam Graecam" viri docti clamant „nemo intelligere potest, qui non partem eam publicae esse religionis reputat". Scio, sed etiam nunc ubicunque feriae celebrantur ecclesiasticae multa accedere solent spectacula quibus hominum *oblectentur* animi, ab ipsa religione quam maxime aliena. Ipsa Prometheus fabula iure *impia* dici possit: quam odimus Iovem tyrannum illum crudelem, de suo regno suaque securitate unice sollicitum, levem, mulierosum, voluptatibus obnoxium, ministrumque eius Mercurium, servum scurrilem, fas et iustitiam prae domini commodis nihili facientem, quam nos victimarum miseret, Promethei, Oceanidum atque prae ceteris Ius, nulla sua culpa omni malorum genere vexatae et exagitatae! Atque addunt eidem aut eorum asseclae: „antiquam tragoediam qui cum nova aliqua tragoedia quidquam habere commune existimant in densissimis versantur tenebris". Immo vero a quavis tragoedia non minus quam a quavis comoedia quivis eandem petit oblectationem atque eosdem animi affectus. Totum tragoediae genus quod notum habemus solis Graecis acceptum referimus, mirum ergo foret si illud a sua origine tantopere degenerasset. Tum Aeschylus quam sit *humanus* considera. Sermone eius personae utuntur grandiloquo et inflato, sed ipsae, etiamsi de caelo sint delatae, homines sunt et (ut nota illa vocabula, quemadmodum fieri solet, in alium detorqueam sensum) *humani nihil a se alienum putant.* Ipsa illa oratio verbis comprehensa gravissimis rem saepe enuntiat e media hominum vita sumptam, neque quidquam est iocosius simulque utilius quam Aeschylum ita vernaculo sermone utentem inducere ut rerum quam maxime quotidianorum tibi ante oculos stet imago. Cogitate hic de nutrice in Choephoris alumni mortem vere nutricio more deplorante. Nam fuit Aeschylo molle pectus, nihil est in summo illo artifice putidae arrogantiae, nihil in strenuo illo milite

duritiae atque crudelitatis. Sic Vulcanus cum apud eum *τὸ συγγενές τοι δεινὸν ἥ θ' ὁμιλία* dicit, hoc cogitat: „non possum durus esse in fraterculum meum, quocum puer lusi et adulescens indulsi genio". Nihil eiusmodi ab Euripide exspectes: semper austerus ille est, tristis, pugnax, ad mordendum quam ad adulandum, ad litigandum quam ad placandum propensior. Ceteri homines cum *faciunt*, Aeschylus vero et Euripides cum *dicunt* idem, non est idem.

Iuvat hic, quo magis appareat quam facile fieri possit ut in hoc genere *specie* decipiamur, duas afferre locutiones vulgares, quae primo adspectu e loco aliquo antiquo desumptae videantur. Et apud nostrates et, ut opinor, apud alias quoque gentes saepe homo grandaevus sic *irridetur* ut *gloriae suae supervixisse* dicatur. Apud Plinium autem (Epl. II, 1) Virginii Rufi felicitas et aliis *laudatur* verbis et hisce sincerae admirationis plenis:

triginta annis gloriae suae supervixit; legit scripta de se carmina, legit historias et posteritati suae interfuit

Credamusne ergo nostrum illud proverbium ex hoc Plinii loco originem trahere? Non ego. Nunquam enim tam vulgo fuit lectitatus Plinius ut tamquam Horatium quivis homo paulo cultior eum teneret memoria. Tum quod a Plinio de Virginio dicitur plane *oppositum* nostratium locutioni illi. Nos quem gloriae suae supervixisse declaramus eum contemnimus et parvi facimus, tamquam hominem desidem ignavumque, qui postquam semel successu magis quam sua virtute vel sapientia inclaruit, in suo latuit angulo, ita ut aequales quam magnus ille vir olim vel fuisset vel visus esset prorsus essent obliti. At Virginius *laudatur* tamquam vir strenuus qui fortiter agendo usque hominibus veterem suam gloriam in memoriam revocavit.

Agite, quo melius hoc appareat, totum Plinii locum paulo accuratius examinemus!

Triginta annis gloriae suae supervixit. Quam egregie hoc Plinium atque omnes eius aequales decet. Cogitate modo de Martiale, ut sciatis quam sint huius aetatis homines gloriae appetentes, quam tristes quod etiam si res bene cesserit, tamen nunquam fortasse eius sint futuri testes.

V, 10, 11 sq.

Vos tamen o nostri ne festinate libelli:
si post fata venit gloria, non propero

VIII, 69

Miraris veteres, Vacerra, solos,
nec laudas nisi mortuos poetas.
Ignoscas, petimus, Vacerra: tanti
non est, ut placeam tibi, perire. [1])

Quanto fortunatior his omnibus Virginius! Anno p. Chr. n. 68 Vindicem cum omnibus copiis fuderat prostraveratque. Id licet invitus fecisset, egregiam tamen inde gloriam est adeptus, ita ut non posset sine vitae periculo subtrahere se clamoribus militum a quibus ad imperium vocabatur. Ab eo inde tempore apud omnes Romanos in urbe et in provinciis summis éxtollebatur honoribus, quos omnes per integram hominis vitam sensit. Triginta enim annis demum post pugnam ad Vesontionem obiit. Nonne hoc est *gloriae suae supervivere*? Quam inepti fuissent homines, qui haec verba detorsissent in locutionem plenam contemptionis!

Et quo modo ipsum illud *gloriae suae supervivere* fit? Nempe Pliniano more: *legendo*. Et legit Virginius *de se* carmina, legit historias. Nonne talis homo Plinio videri debuit immortalitatem nactus, nonne *posteritati suae* interfuit? Et quam in gloria appetenda similis Plinio Virginius, ea Gloria dico quam alicui impertiunt *legentes*, quae consignata est *literis*. Hac ne careret, multis ante mortem suam annis ipse hoc composuit sibi epitaphium:

hic situs est Rufus, pulso qui Vindice quondam
imperium asseruit, non sibi sed patriae.

Ex eodem genere et hoc est exemplum.

Si quis non adfuit spectaculo sibi ingrato vel deliberationi

1) Ne quis putet in hoc versu *placendi* et *pereundi* verba inter se locum mutare debere, ut fiat,

tanti
non est ut peream tibi placere

meminerit apud scriptores poetasque latinos plerumque illud ,tanti est' subiectum habere *pretium* quo emis, non ut apud nos *rem quam* emis, ita ut vertendum sit: „ik heb het er voor over".

qua metuit ne id decerneretur quod noluit ipse, *splendida* eius vocatur absentia. Amant hunc flosculum acta diurna, in deliciis habent oratores circumforanei et plebeii. Sed unde iis innotuit? Hic quivis philologus in Tacito paulo versatior haec nobis recitabit e narratione de Iuniae exsequiis (Ann. III in ipso fine):

„viginti clarissimarum familiarum imagines antelatae sunt, Manlii, Quinctii aliaque eiusdem nobilitatis nomina. Sed praefulgebant Cassius et Brutus, eo ipso, quod effigies eorum non videbantur"

quae verba in suum usum convertit poeta Francogallus Chenerius ad hosce egregios pangendos versus, quos mihi suppeditat Büchmanni thesaurus ille cui nomen „Geflügelte Worte":

devant l'urne funèbre on portait ses aieux:
entre tous les héros qui, présents à nos yeux,
provoquaient la douleur et la reconnaissance,
Brutus et Cassius brillaient par leur absence.

Sed quam incredile subito in ore vulgi esse coepisse Taciti locum in fine libri tamquam in tenebris latentem (nihil enim in vicinia legitur quod cuiusquam possit in se convertere oculos qui non totus sit in Tacito). Chenerius vero nostratibus minus etiam notus quam Tacitus. Res est mira et inextricabilis, sed hoc certe nos docet nihil nos ullas docere quamvis longas locorum parallelorum tabulas nisi singulorum reddatur ratio.

Sed missos faciamus nostrae aetatis homines. Nihil enim omnino difficilius quam locutionum popularium indagare originem. Addamus potius unum ex antiquo scriptore locum quo nullus notior vel magis decantatus.

Legitur apud Xenophontem in Anabasi (I, 4, 4):

ἅπαν δὲ τὸ μέσον τῶν τειχῶν ἦσαν στάδιοι τρεῖς· καὶ παρελθεῖν οὐκ ἦν βίᾳ· ἦν γὰρ ἡ πάροδος στενὴ καὶ τὰ τείχη εἰς τὴν θάλατταν καθήκοντα, ὕπερθεν δ' ἦσαν πέτραι ἠλίβατοι.

Censesne quidquam nobis afferre lucis qui hic adnotet ubinam apud Homerum istae πέτραι ἠλίβατοι inveniantur? Hoc, ut equidem opinor, sumus docendi quid sibi hoc velit quod subito priscum istud vocabulum quod est ἠλίβατος nobis obtru-

datur. Nam certum quoddam Xenophontis consilium sub eo latere quis non sentit?

At... *ἡ κοινή*...! Vix tandem. Nam usquequaque tamquam formula magica quaedam istud *τῆς κοινῆς* nomen nobis obgannitur. Ignotumne ergo illud aequalibus meis et iis qui maiores etiam natu sunt? Immo vix ullam a Cobeto praetermitti horam memini, qua illud sileretur. Nunc vero quid sibi vult? *οὐχὶ κλαύσεται*?

„At papyri” succinit alter. Nam hoc quoque *μορμολύκειον* cuivis ostenditur qui non vult credere id quod verum esse non potest.

Sic ego non credo adiectiva qualia sunt *ἠλίβατος*, *αἰγίλιψ*, *κρήγυον* Xenophontis aetate etiam fuisse in communi hominum usu aut Xenophontem nulla adductum causa peculiari ea orationi suae adspersisse. Hic vero, si usquam, ex uno illo vocabulo pars quaedam ingenii Xenophontei elucet.

Non, ut breviter dicam, amat naturam Xenophon, certe non eo amore qui nunc unice verus esse vulgo perhibetur. Ut agricolae et duci militari, in deliciis ei sunt campi fertiles, ubi et homines et iumenta inveniant quod edant bibantque. Audite modo quam grata etiam post multos annos ei sit eiusmodi regionis recordatio (c. 2, 22):

ἐντεῦθεν δὲ κατέβαινεν εἰς πεδίον μέγα καὶ καλόν, ἐπίρρυτον, καὶ δένδρων παντοδαπῶν ἔμπλεων καὶ ἀμπέλων· πολὺ δὲ καὶ σήσαμον καὶ μελίνην καὶ κέγχρον καὶ πυροὺς καὶ κριθὰς φέρει.

Editi vero montes, rupes aridae et praecipites et quidquid contemplantibus terrorem praebet magis quam voluptatem, haec omnia odio ei sunt et quam primum eiusmodi locos effugere studet. *Cum risu* ergo *iocoque* odium istud et, paene dixerim, indignationem testantibus *πέτρας* illas *ἠλιβάτους* nominat ab Homero sumptas, quem et tunc et multis etiam saeculis postea omnes tenebant memoria Graeci et semibarbari quoque, quos in exercitu suo Xenophon habebat.

Denique, ut in re critica, ita hic quoque omnes loci, qui in disceptationem veniunt, separatim sunt considerandi, omnes enim suam sibi habent rationem, naturam, historiam. Quo modo sint sananda codicum vitia *in universum* nemo docere potest. Modo probabilitatis palaeographicae anxie est habenda

ratio, modo audacius est agendum. Neque ego unquam intellexi cur Cobetus adeo rideret hanc critici annotationem: „Καλλίστρατος legendum videtur Φιλωνίδης".

Locum enim non novi, sed non minus saepe in culpa esse animum quam oculos librarii id probe novi, et prae illo „Καλλίστρατος, legendum videtur Φιλωνίδης" ridere equidem soleo hanc ad Anab. III, 3, 5 emendationem scilicet: „μάχης, legatur μάζης". Quam enim est stulta haec et stolida argumentatio: „ante omnia pane" (iam enim faciamus isto μάζης sic *panem* significari posse) „nobis opus est, prandium enim non habemus, neque de induciis verba facere audebit quisquam qui prandium non praebuerit" (ter enim idem sic dicitur). Et quam bonum se praebet ét dialecticum ét copiarum ducem Clearchus, qui postquam copias ita instruxit ut etiam audacissimo possint incutere metum, legatis a rege missis et inducias offerentibus, ratis hostes ad pugnam minime paratos in summo versari timore, haec respondeat quae sunt tradita:

ἀπαγγέλλετε τοίνυν αὐτῷ ὅτι μάχης δεῖ πρῶτον, ἄριστον γὰρ οὐκ ἔστιν οὐδ' ὁ τολμήσων περὶ σπονδῶν λέγειν τοῖς Ἕλλησι μὴ πορίσας ἄριστον

qui est syllogismus iustus sed leviter exornatus: „pane nobis opus est, atqui panem sine pugna obtinere non possumus, ergo pugna ante omnia nobis opus est".

Et in re critica et in hoc locorum similium diiudicandorum genere si id evadit quod scriptore, de quo agitur, dignum sit eiusque respondeat ingenio, bene habet.

Quodsi quis me roget quid mihi innotuerit de improbis inter antiquos impudentibusque hominibus qui consulto et de industria aequalibus vetustioribusque sua surripuerint ut sibi gloriam pararent, primum eum ad Martialem aliosque eiusdem aevi relegem scriptores poetasque. Sed quam fuerint aurei saeculi de arte poetica iudices in ea re condemnanda severi atque inexorabiles ut doceam, hos ex Horatio afferam versus (Epl. I, 3, 15 sqq.):

quid mihi Celsus agit? monitus multumque monendus,
privatas ut quaerat opes et *tangere* vitet
scripta Palatinus quaecunque recepit Apollo,
ne, si forte suas repetitum venerit olim

grex avium plumas, moveat cornicula risum
furtivis nudata coloribus.

In illo grege Palatino Ennius haud dubie tenebat principatum. Quantopere ergo Virgilium risisset Horatius, contempsisset, nihili fecisset, si Aeneidem tamquam opus musivum e lapillis Ennianiis compositum vel suspicatus esset!

AD TACITI ANN. XV, 50.

Et cepisse impetum Subrius Flavus ferebatur in scaena canentem Neronem adgrediendi aut cum ardente domo per noctem huc illuc cursaret incustoditus.

Tollatur emblema importunissimum q. e. *ardente domo*, quae verba nescio quis sive in margine sive inter ipsos versus olim appinxit cui in mentem venirent verba quae leguntur C. 39 i. f.: „pervaserat rumor ipso tempore flagrantis urbis inisse eum domesticam scaenam". Ita factum est ut insipida ista annotatio postea in contextam orationem recepta sit loco insuper alienissimo, quo vel maxime coarguitur. Continuo enim sequuntur: „hic occasio solitudinis, ibi ipsa frequentia tanti decoris testis pulcherrima exstimulaverant" e. q. s. Quis autem umquam credat, Tacitum dicere voluisse, solitudinem in urbe fuisse quo tempore domus principis arderet?

P. H. D.

DE VOCE THRACIA ΑΔΑΠΤΑΙΣ

DISPUTATIO, QUAM HABUIT IN ACADEMIA REGIA AMSTELODAMENSI
DIE IX° MENSIS MAII A. MCMXXI

GUILIELMUS VOLLGRAFF.

Quod vocabulum hodie tractare mihi in animo est, semel tantum in libris Graecorum reperitur, scilicet in epigrammate Dioscoridis [1]), elegantissimi poetae, qui post medium saeculum tertium a. Chr. floruisse videtur:

> βάλλεθ' ὑπὲρ τύμβου πολιὰ [2]) κρίνα καὶ τὰ συνήθη
> τύμπαν' ἐπὶ στήλῃ ῥήσσετ' [3]) Ἀλεξιμένευς
> καὶ περιδινήσασθε μακρῆς ἀνελίγματα χαίτης
> Στρυμονίην ἄφετοι Θυιάδες ἀμφὶ πόλιν,
> ἥ γλυκερὰ πνεύσαντος ἐφ' ἡμετέροισιν [4]) ἀδάπταις
> πολλάκι πρὸς μαλακοὺς τοῦδ' ἐχόρευε νόμους.

1) Anth. Pal. VII, 485.

2) Candida lilia hic cana dicuntur. Cur? Puto quod tumulos marcentibus floribus conspergere mos erat. Cf. Bion. Adon. vs. 75 sq.:

> βάλλε δέ νιν στεφάνοισι καὶ ἄνθεσι. πάντα σὺν αὐτῷ.
> ὡς τῆνος τέθνακε, καὶ ἄνθεα πάντα μαράνθη.

3) Cf. Anth. Pal. VII, 709: ῥήσσων καλὰ τύμπανα. Stat. Theb. X, 649: tympana rumpere dextra.

1) Traditum est ἡμετέροισιν et in cod. Palatino et in autographo Planudis. Coniectura ὑμετέροισιν, qua nihil lucramur, primum legitur in vetustis editionibus Anthologiae Planudeae. Si quid coniciendum esset, quod nego, in promptu esset scribere: ἐφ' ἱμερτῇσιν ἀδαπταῖς. Ut verba tradita se habent, e voce ἡμετέροισιν efficimus ipsum poetam sacris, quibus Amphipoli Aleximenes praefuerat, initiatum fuisse. Nota inter epigrammata Dioscoridis, quae aetatem tulerunt (numero sunt XXXVII), hoc de quo agimus excepto, duo esse, quae ad cultum Magnae Matris pertineant (Anthol. Pal. VI, 220; IX, 340).

Priora disticha huius carminis, quod in honorem orgiophantae, qui Amphipoli [1]) vixerat, compositum esse patet, commentariis ornavit Paulus Perdrizet in praestantissimo libro, cui inscribitur: „Cultes et mythes du Pangée", p. 83 sqq. Quorum autem sacrorum antistes Aleximenes fuerit, non diserte a poeta dictum est. Sed cum tympanorum et tibiae cantus mentio fiat, omnes harum rerum periti concedent hic agi de sacris aut Liberi aut Cybeles. Iam Liberi sacra significari opinatur Perdrizet, quippe cuius ministrae Θυιάδες sive Bacchae dicantur [2]). Hoc vero argumento quaestionem dirimi negaverim, collatis Catulli carminis LXIII vs. 19 sqq.:

simul ite, sequimini
Phrygiam ad domum Cybebes, Phrygia ad nemora deae,
ubi cymbalum sonat vox, ubi tympana reboant,
tibicen ubi canit Phryx curvo grave calamo,
ubi capita Maenades vi iaciunt hederigerae,
ubi sacra sancta acutis ululatibus agitant,
ubi suevit illa divae volitare vaga cohors.

Cum hic θαλαμηπόλοι [3]) Cybeles Maenades dicantur, perspicuum est vocem Θυιάδες non pro signo haberi posse, quo in epigrammate Dioscoridis sacra Liberi designari evincatur. Nam hae voces promiscue a poetis usurpantur [4]). Sic etiam vocem quae est βάκχος cultoribus Liberi et Rheae inter se communem fuisse efficitur ex Eur. frg. 475 vs. 14 sq.: καὶ Κουρήτων βάκχος ἐκλήθην ὁσιωθείς [5]). Itaque non minore cum probabilitate conicere licet Aleximenem sacris Phrygiis fuisse addictum, praesertim cum sciamus Cybelen et Attin Amphipoli aetate Dioscoridis prae ceteris numinibus cultos esse [6]).

---

1) Etiam alio Dioscoridis epigrammate (Anth. Pal. XII, 37) Amphipolites aliquis celebratur.

2) Op. cit. p. 83: „La divinité dont Aleximène fut orgiophante ne peut être que Dionysos pangéen, comme l'indique l'apostrophe aux Θυιάδες".

3) Anthol. Pal. VI, 173, 1; Hepding, Attis, p. 194, 3.

4) Cf. Timoth. frg. 1: μαινάδα θυιάδα φοιβάδα λυσσάδα.

5) Cf. etiam Eur. Bacch. vs. 128 sq.: βυρσότονον κύκλωμα... Κορύβαντες ηὗρον....

μητρός τε 'Ρέας εἰς
χέρα θῆκαν, κτύπον εὐάσμασι Βακχᾶν.

6) Cf. Perdrizet, Bull. de corr. hellén. 1894, p. 423, 3; 1897, p. 518; Cultes et mythes du Pangée, p. 86; Graillot, Le culte de Cybèle, p. 499 sqq.:

Vocem quae est ἀδαπταις nullusdum expedivit [1]), licet quid hic fere significet, plerosque commentatores non latuerit: festa enim, coetus, convivia, sacra, sacrificia vel tale quid designari apertum est. Coniecturis quidem innumeris locus tentatus est, sed non sanatus: nemini enim contigit vocabulum Graecum invenire, quod a traditis ductibus litterarum non longe recedat et sensum idoneum praebeat. Quapropter iam in promptu mihi videtur suspicari hanc vocem non corruptam esse, sed Thraciam [2]), vel, quod fere idem est, Phrygiam. In vicina certe insula Samothrace tunc temporis, teste Diodoro, multa vocabula barbara perdurabant, quibus in sacrificiis perpetrandis utebantur [3]). Nec id mirum. Ubique enim terrarum fere in cultu deorum et sacris arcanis nonnullas voces in honore esse videmus, quae e priscis obsoletisque linguis aut e sermone aliarum gentium fluxerint.

Vox ἀδαπταις (cuius ultima syllaba suffixum -ta- esse videtur [4])) mea sententia componi potest cum quatuor vocabulis Phrygiis, quae etiam primo obtutu illius satis similia sunt.

„Amphipolis. Figurines en terre cuite provenant de tombes. Attis debout ou assis... époque hellénistique. Sur 300 statuettes environ, la proportion des Attis est de 80 %".

Ceterum sacra Cybeles Liberique saepe coniuncta et confusa esse viri docti iamdudum viderunt. E quibus etiam Perdrizet (op. cit. p. 85) iure illustravit „les rapports que le culte dionysiaque dut avoir, à la basse époque, avec un grand culte similaire, celui d'Attis". Quin etiam idem iam saeculo V° a. C. usu venisse ostendunt Eur. Bacch. vs. 72 sqq.: ὦ μάκαρ, ὅστις... βιοτὰν ἁγιστεύει... τά τε ματρὸς μεγάλας ὄργια Κυβέλας θεμιτεύων... κισσῷ τε στεφανωθεὶς Διόνυσον θεραπεύει.

1) Id quod legitur apud Hesychium: ἄδαπτον· γυμνόν, ἄδερμον non magis intellego quam ceteri. Quidquid significat, hue facere non credo.

2) Brunckius in eandem sententiam incidit, sed eam non ulterius persecutus est (Analect. vet. poet. Graec. III, p. 118: „in ἀδάπταις latet forte vox quaedam peculiaris Thracibus, aut nomen festi cuiusdam quod Amphipoli agebatur").

3) Diod. V, 47: ἐσχήκασι δὲ παλαιὰν ἰδίαν διάλεκτον οἱ αὐτόχθονες, ἧς πολλὰ ἐν ταῖς θυσίαις μέχρι τοῦ νῦν τηρεῖται. Tomaschek, *Die alten Thraker*, II (Wiener Sitz. Ber. phil. hist. Kl. 130, 1894), p. 43: „das sind wohl die phrygischen αὐτόχθονες der Insel".

4) Suffixum -ta- in lingua Thracum et Phrygum non magis defuisse veri simile est quam suffixum -το- (v. Tomaschek, l.l. 130, p. 8: γεντον), licet hoc e parva copia vocabulorum Thraciorum, quae aetatem tulerunt, vix firmare queas. Nam πέλτην nomen Thracium esse non constat. Cf. Hesych.: ζειποίτης· ὁ περιχύτης. Ζειποίτης regi Bithyniae nomen erat. Cf. Tomaschek, l.l. 130, p. 10; 131, p. 39.

Apud Hesychium leguntur haec: *ἀδαμνεῖν· τὸ φιλεῖν. καὶ Φρύγες τὸν φίλον ἀδάμνα λέγουσιν* [1]). Atqui grammatici non nisi ea vocabula barbara in lexica recipere solebant, quae Graeci quoque cognossent et in usum suum quadamtenus convertissent. Quonam autem sensu peculiari vox *ἀδάμνα* Graecis innotuerit, intellegimus, cum animum attendimus ad locos hosce, quos iam identidem cum Hesychii glossa composuit commentatorum ingenium et doctrina:

1° In hymno qui dicitur in Attin, quem Hippolytus in Refutatione omnium haeresium memoriae prodidit, deus Phrygius invocatur hoc modo: *Ἄττι... σὲ καλοῦσι... Σαμόθρακες Ἀδὰμ σεβάσμιον.* [2])

2° In inscriptione Attica III[1] p. C. saeculi ineuntis sacerdotis Cybeles et Attidis mentio inicitur his verbis: *ἱε(ρέως) Μητρὸς θεῶν καὶ Ἀγαπητοῦ.* [3])

Attis igitur a fidelibus suis nuncupabatur Dilectus, *Ἀδάμνα*, sive Graece: *Ἀγαπητός*. Quod autem apud Hippolytum pro exspectato *Ἀδάμνα* legitur *Ἀδάμ*, hoc Bergkius primus recte se habere negavit, scribam ignobili nomini *Ἀδάμνα* substituisse ratus clarissimum nomen patris generis humani. Qua in re Bergkium erravisse affirmare non ausim [4]). An qui hoc scripsit consilio pro Adamna reposuit Adam, ut alter cum altero aequaretur? Exaequationem huiusmodi apud eundem Hippolytum in paginis praecedentibus occurrere in confesso est, ubi doctrina Naassenorum depingitur, qui rationem Christianam cum mysteriis Phrygiis coniungere et commiscere non verebantur [5]). Τὸν *ἀρχάνθρωπον*, qui Terrae filius esse dicitur, assimilant Adamo, quem Chaldaei primum hominem exstitisse autumant, idemque *Ἀδάμας* vocatur et Attidi, quem venerantur Thraces et Phryges, aequatur [6]). Omnia quae huc spectant

---

1) Hoc quoque Hesychius exhibet: *ἀδαμνάις· ἀκολασταίναις*, quod Salmasius recte correxisse videtur in: *ἀδαμνᾷς* (vel *ἀδαμνεῖς*)· *ἀκολασταίνεις*. De verbo *ἀκολασταίνειν* v. Poll. VI, 188 et Suid. s. v. *Λυδὸς ἐν μεσημβρίᾳ*.

2) V. Wilamowitz, Herm. 1902, p. 329 sqq.; Reitzenstein, Poimandr. p. 98.

3) I. G. III, 1062, 9 sq.

4) In codice *Ἀδαμ'* legi perhibetur.

5) Cf. Hippol. V, 9, p. 119: *παρεδρεύουσιν οὗτοι τοῖς λεγομένοις Μητρὸς Μεγάλης μυστηρίοις μάλιστα καθορᾶν νομίζοντες διὰ τῶν δρωμένων ἐκεῖ τὸ ὅλον μυστήριον.*

6) Cf. Reitzenstein, Die hellenistischen Mysterienreligionen, p. 92.

cum referre longum sit, satis habeo hunc locum exscribere: *διαρρήδην γὰρ οἱ Σαμόθρακες τὸν Ἀδὰμ ἐκεῖνον παραδιδόασιν ἐν τοῖς μυστηρίοις τοῖς ἐπιτελουμένοις παρ' αὐτοῖς ἀρχάνθρωπον. ἕστηκε δὲ ἀγάλματα δύο ἐν τῷ Σαμοθράκων Ἀνακτόρῳ ἀνθρώπων γυμνῶν... εἰκόνες δέ εἰσι τὰ προειρημένα ἀγάλματα τοῦ ἀρχανθρώπου καὶ τοῦ ἀναγεννωμένου πνευματικοῦ κατὰ πάνθ' ὁμοουσίου ἐκείνῳ τῷ ἀνθρώπῳ* [1]).

Deinde in inscriptione Graeca insulae Pari [2]) memoratur Odrysius nomine Ἀδάμας, quod nomen Tomaschek [3]) iure non Graecum, sed Thracium esse putat et cum voce ἀδάμνα componendum. Neque mea sententia ab illo heros Adamas, Asii filius, ex Arisba in Troade [4]) seiungendus est.

Postremo in sermone semibarbaro, quem Graeci hodie in Cappadocia usurpant, occurrit vox ἀδαμασίτζα, quae per ἀγάπην sive *Φιλίαν* reddi solet [5]).

Haec sunt quae de vocabulis a stirpe Phrygia ἀδαμ- ductis rescivimus. Iam quaerendum est nobis, possitne ab eadem derivari forma quae est ἀδαπ-τα. Forma ἀδαμ-τα difficilis ad pronuntiandum est. In prisca saltem lingua Graecorum μ ante τ non tolerabatur, sed abibat in ν (cf. e. g. βρέμω, βρον-τή). Atque etiam apud Thraces formam qualis esset ἀδαμ-τα non integram manere potuisse probabile est. Iam pronum est conicere ἀδαμ-τα primum per epenthesin soni litterae π factum esse ἀδαμπτα, deinde, cum Graeci aetate Alexandrina hac voce uti coeperant, abiisse in ἀδαπτη; nasalis enim apud illos ante insequentem consonantem debilis erat et saepenumero excidebat [6]).

Simili modo paucis ante annis Wilcken explicavit originem vocis ῥωψ, qua designantur cymbae papyraceae, quibus Nili accolae vehuntur. Hanc quidem vocem ab Aegyptiis mutuati sunt Graeci. Legitur autem in papyro Leidensi U: ῥωψ, in

---

1) Cf. Reitzenstein, Poimandr. p. 91 sqq.

2) C. I. G. II, 2387. 3) L. l. 131 (1894), p. 7.

4) Hom. Il. XII, 140; XIII, 560.

5) Tomaschek, l.l. 130, p. 43; 131, p. 7.

6) Velut in inscriptionibus νύφη scribitur pro νύμφη, Ἀταλάτη pro Ἀταλάντη, Ἀλέξαδρος pro Ἀλέξανδρος, Λάπων pro Λάμπων, Ὀλύπιος pro Ὀλύμπιος, et alia huius generis sexcenta.

papyro Parisina (Louvre, 10593): ῥωμσις. Vox Aegyptia sonabat: rms. Inde primum ῥωμψ esse ortum per epenthesin soni π, deinde per omissionem soni nasalis: ῥαψ contendit Wilcken [1]. Neque ullo modo negari possit hic epenthesi litterae π locum esse, cum nomen quod est Rhamses etiam Ῥαμψῆς scriptum inveniatur. Guilielmo Schulze [2] tamen simplicius visum est conicere in voce ῥωψ μ ante σ in π abiisse. Cuius sententiam postquam etiam Lidén [3] amplexus est, Thumbius [4] me iudice merito Wilckenii explicationi palmam dedit.

Probabilia hucusque inquirendo assecuti sumus, ad certum rem nondum deduximus. Hoc tamen legentes mihi concessuros esse spero, quod ad formam traditam ἀδαπταις attineat, nihil obstare quominus etymologia supra proposita vera esse possit. Neque illud argumentationi meae magnopere officere puto, quod iamiam cogimur propemodum, ut ἀδαπταῖς pro substantivo feminini generis habeamus itaque ἡμετέροισιν corrigamus in ἡμετέραισιν.

Nunc vero argumentum afferam, quod mihi cum maxime huic etymologiae opitulari videtur. Si enim ἐφ' [5] ἡμετέραισιν ἀδαπταῖς prosa oratione per: ἐν ταῖς ἀγάπαις [6] ἡμῶν reddere licet, quasi e tenebris in lucem egredimur et confestim intellegimus, qua de re agatur: ἀγάπας enim etiam alibi dictos esse coetus hominum communione sacrorum inter se coniunctorum meminimus, scilicet apud priscos Christianos. Sententia igitur loci conclamati hac via evadit optima quamque ipsa evidentia commendat.

Hae dilectiones, ut cum Tertulliano loquar, suo nomine iam

---

1) Mélanges Nicole (1905), p. 581 sqq.

2) Zeitschr. für vergl. Sprachforsch. 1909, p. 302.

3) Glotta, 1910, p. 150.

4) Brugmann-Thumb, Griech. Gramm. (1913), p. 88.

5) Quod ad sensum spectat, quem hoc loco praepositioni ἐπί tribuimus, conferri iubeo locutiones et locos scriptorum hosce: ἐπὶ τῷ δείπνῳ, inter cenam, Xen. Cyr. I, 3, 12; ἐπὶ τῇ κύλικι, inter pocula, Plat. Symp. p. 214, a et alibi (v. adnotationes Hemsterhusii ad Luc. Tim. 55); ἐπὶ μὲν θαλίαις ἐπί τ' εἰλαπίναις καὶ παρὰ δείπνοις, Eur. Med. 192 sq.; ἐπ' οἴνοις, Pherecr. Kock, I, p. 193 (cf. Plat. Leg. p. 641, c).

6) Vox ἀγάπη est hellenistica; legitur enim in translatione Graeca Veteris Testamenti (Ier. II, 2) et in epistula Aristeae (§ 229).

in Novo Testamento commemorantur, scilicet in epistula Iudae, § 12: *οὗτοί εἰσιν οἱ ἐν ταῖς ἀγάπαις ὑμῶν σπιλάδες συνευωχούμενοι*... et in secunda epistula Petri, II, 13:... *σπῖλοι καὶ μῶμοι ἐντρυφῶντες ἐν ταῖς ἀγάπαις αὐτῶν συνευωχούμενοι ὑμῖν* [1]), et sine nomine clare designantur in Act. Apost. II, 42 et 46, ubi agitur de prima ecclesia Hierosolymitana. Praeterea Ignatius earum meminit in epistula ad Smyrnaeos, c. VIII°: *οὐκ ἐξόν ἐστι χωρὶς τοῦ ἐπισκόπου οὔτε βαπτίζειν οὔτε ἀγάπην ποιεῖν*. Quid autem in iis fiebat? Postea, cum ecclesia Christiana iam aliquot saecula floruisset, *ἀγάπη* erat convictus omnium, qui ei se addixerant, differens ab illa cena, quae dicebatur *τὸ δεῖπνον τὸ κυριακόν*. Sed hodie theologorum maior pars, si quid video, consentit initio *ἀγάπην* et *εὐχαριστίαν* non diversas fuisse [2]).

Quomodo autem vox *ἀγάπη* hunc sensum peculiarem nactus sit, nemini hactenus enucleare contigit. Cur tandem conventus mystarum ad sacramentum et divinas dapes coeuntium designatur voce, quae nihil nisi *amorem* significat? Quaestio est gravissima; responsum tamen nullum me legere memini, quod quidem memoratu dignum sit. Iam vero, postquam probavimus III° a. Chr. saeculo in mysteriis Cybeles voce, quae amorem significaret, plane similem sententiam tributam esse, suspicari nobis licet vocem *ἀγάπην* adnumerandam esse iis appellationibus, quas religio Christiana mysteriis aetatis Alexandrinae debeat [3]). Cui suspicioni tum maxime locus erit, si ostendi

---

1) Altero horum locorum, qui tanta similitudine inter se coniuncti sunt, in nonnullis, altero in omnibus codicibus pro *ἀγάπαις* exaratum est *ἀπάταις*. Patet tamen et hic et illic legendum esse *ἀγάπαις*.

2) Cf. Ignatius ad Smyrn. VII: *εὐχαριστίας καὶ προσευχῆς ἀπέχονται διὰ τὸ μὴ ὁμολογεῖν τὴν εὐχαριστίαν σάρκα εἶναι τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τὴν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν παθοῦσαν, ἣν τῇ χρηστότητι ὁ πατὴρ ἤγειρεν. οἱ οὖν ἀντιλέγοντες τῇ δωρεᾷ τοῦ θεοῦ συζητοῦντες ἀποθνήσκουσιν. συνέφερεν δὲ αὐτοῖς ἀγαπᾶν, ἵνα καὶ ἀναστῶσιν*. Si verum est, quod vix potest negari, *ἀγαπᾶν* hoc loco pro *ἀγάπην ποιεῖν* positum esse, apparet voces *ἀγάπην* et *εὐχαριστίαν* promiscue usurpatas esse. Cf. Ignat. ad Ephes. XX: *ἕνα ἄρτον κλῶντες, ὅ ἐστι φάρμακον ἀθανασίας*. Spitta, Zur Gesch. und Lit. des Urchristentums, I, p. 262 sq.

3) Libros, quibus in has quas dico appellationes inquisiverunt viri docti, enumerare longum est. Pars eorum recensetur apud Doelgerum, Sphragis (1911), p. 149 sqq.

poterit, qua ratione vox *ἀγάπη* in mysteriis Phrygiis in significationem specialem quam dicimus transierit.

Neque hoc difficile est. Cognovimus enim verba solennia [1]), quae neophyti Magnae Matris et Attidis recitabant, cum mysteriis initiabantur: *ἐκ τυμπάνου ἔφαγον, ἐκ κυμβάλου ἔπιον...,* *ὑπὸ τὸν παστὸν ὑπέδυν,* „e tympano edi, e cymbalo bibi..., in thalamum ingressus sum" [2]). Haec verba sapientibus satis declarant (quod multis argumentis demonstratur) coniunctionem numinis hominisque in hoc cultu figuratam esse duobus sacris sive, ut hodie loquimur, sacramentis, cum et corpus divinum, cuius vice fungebatur animal deo sacrum vel aliud quiddam, comederetur a mystis, et inter deum et mystam unumquemque quasi nuptiae pararentur. Theophagia et unio mystica ambae apud cultores Cybeles et Attidis in honore erant. Quomodo singula fierent quaerere hic non necesse est [3]). Illud tantum urguendum est appellationem quae est *ἀδαπτή* sive *ἀγάπη* apte explanari et intellegi, si eam ad nuptias sive amores rituales mysteriorum referamus.

Ex his igitur vocabulum illud sacrum se insinuavit in ecclesiam Christianam. Sed qua via quave ratione? Non facile cultus aliquis a cultu adversario et exsecrato appellationes sacrorum mutuatur. Sed progrediente aetate religionum et caerimoniarum nomina sensim e conventiculis mystarum in vulgus emanant latiusque diffunduntur, ubi postquam assiduo usu quasi decoloria et attrita propereaque innocua facta sunt, occupantur etiam a cultoribus novorum deorum, qui tamen non necessario plane eandem vim iis tribuunt quae initio

---

1) Clem. Alex. Protr. II, 15; schol. Plat. Gorg. p. 497, c.

2) V. Dieterich, Eine Mithrasliturgie, p. 121 sqq.; Hepding, Attis, p. 194; Reitzenstein, Die hellenist. Mysterienreligionen, p. 12, 20 sqq. 99. Iniuria Clemen (Rhein. Mus. 1920, p. 355) ultimam partem carminis reliquis recentiorem esse existimat.

3) Cf. Reitzenstein, Die hellenist. Mysterienreligionen, p. 23: „Alle Stufen von der rohsten sinnlichen Vorstellung bis zu der mystischen Empfindung einer Seelenhochzeit oder dem ganz bedeutungslos gewordenen sprachlichen Bilde, von dem wirklichen *δρώμενον* mit äusserem Geschehen oder Symbolen eines solchen bis zur flüchtigen Erweckung einer Vorstellung, vom Eingreifen eines weihenden Propheten oder Wundertäters bis zur Wirkung durch das geschriebene Wort lassen sich hier nachweisen".

inerat. Velut cum in mysteriis mos esset initiandis divinum signum sive σφραγῖδα inurere, vox σφραγίς apud Christianos translata est ad alia initialia, scilicet ad baptismum. Eodem modo ἀγάπας suspicor nuncupatos esse conventus rituales priscorum Christianorum, etiamsi sacra, quae in iis perpetrarentur, inde a principio diversa fuerint ab illis, quibus haec appellatio antiquitus apte ad etymologiam eius sit indita.

Hae sunt quaestiones et coniectationes, quas ad prudentes harum rerum iudices deferre cupiebam.

DE CICERONIS LIBRIS DE REPUBLICA.

SCRIPSIT

C. BRAKMAN.

De Fontibus M. Tullii Ciceronis librorum qui manserunt De Republica et De Legibus quaestiones scripsit Iohannes Galbiatius. (Hoepli Milano 1916).

Iam Epicuri ratio Romae praeconem suum invenerat, iam Lucretius linguam Latinam ditaverat immortali poemate, quod physica et psychologiam continebat, cum Stoica disciplina in urbe aeterna auctorem semper exspectabat eloquentem ac ne nata quidem erat prosa oratio in philosophia versans. Fieri potest ut Cicero carmine Lucretiano edendo aliqua ex parte stimulatus sit, ut opera ad philosophiam pertinentia conscriberet, sed vera causa cur ille vir consularis totum fere se ad studium conferret litterarum, erat alia. Restituto enim in integrum post exsilium non iam licebat libere rempublicam capessere, praesertim postquam omnis civitas concessit in potentiam Caesaris Pompei Crassi, qui re vera Lucae dominos se fecerant. Itaque Pompeio et Crasso iterum consulibus compositis tribus libris, in quibus imaginem expressam summi oratoris doctrina informati depinxerat, Tullius anno post (54 a. C. n.) coepit ut, si non senator in Curia, at certe tanquam magister in schola aequalibus suis utilitati foret, disputationem de optimo genere civitatis scribere. Quoniam saepius rationem et consilium operis sui mutavit, anno 51. demum paulo antequam proconsule in Ciliciam est profectus, totam rem in sex libris, qui inscribuntur De Republica, absolvit. Quorum vix tertia pars servata est in codice palimpsesto detecto ab Angelo

Mai abhinc centum ferme annos. At bona Fortuna decrevit, ut pulcherrimus ille epilogus, Somnium Scipionis quod vocatur, ad nos perveniret, quippe quod una cum commentario a Macrobio confecto aetatem ferret.

In opere condendo Ciceroni in universum, quod attinet ad formam, obversabatur Platonis Politeia, ergo Tullius quoque utitur dialogo, nam fingit sibi et amico a° 78. Smyrnae narratum esse colloquium in hortis Scipionis a° 129. habitum inter P. Cornelium Scipionem Aemilianum, C. Laelium, L. Furium Philum, M'. Manilium, Sp. Mummium, Q. Aelium Tuberonem, P. Rutilium Rufum, Q. Mucium Saevolam augurem, C. Fannium. Primarias partes egit Scipio. Omnes qui ei sermoni intererant, aut genuini Stoici erant aut certe Porticui favebant, sequebantur autem imprimis Panaetium, auctorem Stoae mediae quae appellatur. Clarissimus ille philosophus non solum voluit esse sapientes et stultos, verum etiam inter utrosque admisit τοὺς προκόπτοντας, qui iam aliquid in via virtutis profecerant. Idem τῷ κατορθώματι ratione habita rerum temporum et personarum substituit τὸ καθῆκον atque multa Platonica Aristoteleiaque in suum usum convertit. Quam rationem emendatam magisque Romanae indoli accommodatam Panaetius tulit Romam, tum cum maximus amnis disciplinarum artiumque in hanc urbem influxit. Et in hnnc virum doctissimum cadunt tria illa verba: veni vidi vici! Statim permagnum valebat apud omnes adulescentes egregio ingenio praeditos, qui toto pectore talem magistrum audiebant. Mox etiam familiaris factus est Scipionis Aemiliani, in cuius domo duos annos vixit fortasse inde ab a° 144. usque ad 142, comitatus utique eum est unus ex omnibus amicis a° 141, cum legatus senatus socios adiit. Panaetium, dum apud Africanum moratur, saepe conveniebat Polybius, qui obses Romam ductus a° 167. ibi forte amicus et quodammodo magister factus est Aemiliani admodum iuvenis. Idem vir Megalopolitanus bello Punico tertio opera et consilio Scipionem adiuverat imperatorem. Illi tres summi viri quae tractare consuevissent, legimus in primo De Rep., ubi Laelius Africanum sic alloquitur 21, 34 *memineram persaepe te cum Panaetio disserere solitum coram Polybio, duobus Graecis vel peritissimis rerum civilium, multaque*

colligere ac docere optimum longe statum civitatis esse eum quem maiores nostri nobis reliquissent. Quos sermones illi historico multum profuisse inter omnes constat. Ergo ubi Polybius in libro sexto Historiarum disputans de optimo genere civitatis disciplinam exhibet Stoicis imbutam praeceptis eandemque non raro similem doctrinae Platonis Aristotelisque, dubitari non potest quin referat Panaetiana. Hic hausit rerum scriptor ex Panaetii opere, quod inscribebatur Περὶ Πολιτείας.

Ex iis quae exposuimus de Polybii studiis iam fortasse erunt qui suspicentur intercedere rationem quandam inter illius historias — praecipue librum sextum, cuius reliquiis res Romanae traduntur — et Rempublicam Ciceronianam. Neque falluntur, nam primum Tullius dialogum suum tribuit a° 129, quo anno Panaetius praepositus est scholae Athenis, ita ut ab eo tempore caput haberetur Stoicorum, deinde legentes ducit in coetum hominum, qui magnam partem ab illo philosopho instructi didicerant eodem modo quo ipse solebat disputare de rebus civilibus. Quocirca paene necesse est Scipionem cum amicis eadem fere disseruisse atque eorum magister fecerit in opere, quod modo laudavi Polybio notissimum.

Hac in re ratio quaedam inter Ciceronem et Polybium negari nequit, at magna cognatio est inter Tullii scripta De Republica, De Officiis, De Legibus I. Libri enim De Officiis docent quae facienda fugiendave sint quaeque in commercio cum singulis hominibus debeant observari. Ex libris vero De Republica discimus quae adversus magnam societatem, quae civitas appellatur, fas sit peragere nefas neglegere. Hic officia maioris, ut ita dicam, ordinis describuntur. De Leg. I et De Rep. III denique naturam iuris exponentes monstrant iustitiam oportere fundamentum esse societatis tam minimae quam maximae. Quare ex iustitia derivanda sunt officia erga civitatem. Facile igitur artum vinculum agnoscimus inter Tullianos libros De Rep. De Offic. De Leg. Quem fontem Cicero sequatur in Lib. I et II qui sunt De Offic., elucet cum ex aliis locis tum ex hisce

De Offic. II 17, 60 Theatra... doctissimi non probant, ut et hic ipse *Panaetius*, quem multum in his libris secutus sum, non interpretatus

et Ep. ad. Att. XVI 11, 4 Τὰ περὶ τοῦ καθήκοντος, quatenus *Panaetius*, absolvi duobus: illius tres sunt.

Quoniam autem in libris De Offic. De Rep. De Leg. res tam similes et cognatae tractantur, non est verisimile Ciceronem, cum libris De Offic. componeret (a° 44), alium ducem quaesivisse atque illum cuius virtutem iam spectavisset in Republica sua condenda. Itaque quasi vinculo Panaetiano cohaerent libri illi qui sunt De Rep. De Offic. De Leg. Nimirum eadem ratio intercedebat inter scripta illa Περὶ τῆς Πολιτείας et Περὶ τοῦ Καθήκοντος.

Etiam ipsum genus dicendi Panaetium auctorem indicat. Tullius enim sibi constans statuit in secundo De Offic. 10, 35 *Quamobrem, ut volgus, ita nos hoc loco loquimur, ut alios fortes, alios viros bonos, alios prudentes esse dicamus; popularibus enim verbis est agendum et usitatis, cum loquimur de opinione populari, idque eodem modo fecit Panaetius.* Profecto doctissima et difficillima vitans disserensque plane et iucunde et eleganter de quaestionibus non inutilibus Cicero studebat philosophiam aequalibus suis commendare. Ipse praedicat Panaetium idem fere consilium habuisse, quocirca non possum non facere cum Pohlenzio, qui Epistulam (i. e. tractatum perfacilem intellectu) De Dolore patiendo a Panaetio ad Tuberonem missam putat exemplo fuisse secundo libro Tuscul. Disput. (Vide Cic. Tusc. Disp. erklärt von M. Pohlenz pag. 132—133).

Prooemii instar adumbrata est paucis lineamentis imago, quam Tullius ante oculos habebat in conscribendis libris de Rep. At enim hic Cicero Platonem et Aristotelem vocat *heroas* (De Rep. III 8, 12) itaque eos certe secutus est; attende etiam verba quae leguntur De Divin. II 1, 3 *his libris adnumerandi sunt sex de republica, quos tum scripsimus, cum gubernacula reipublicae tenebamus: magnus locus philosophiaeque proprius, a Platone, Aristotele, Theophrasto totaque Peripateticorum familia tractatus uberrime.* Quibus satis habeo opponere unam sententiam e tertio De Leg. desumptam 6, 14 *nam veteres verbo tenus acute illi quidem, sed non ad hunc usum popularem atque civilem de republica disserebant.* Hic manifesto asseveratur Platonem Aristotelem, Heracleiden Ponticum, Theophrastum, Dicaearchum (hi „veteres" ibidem nominatim afferuntur) aliter

ac Ciceroni placeret rem tractasse. Ergo illi non fuere duces Tulli. Huic praeterea persuasum erat — idem censebat Aristoteles — Platonem terra relicta civitatem fundasse commenticiam. Ceterum pulchritudinem venustatemque dialogi Platonici Cicero conatus est imitari atque adeo nonnullos locos Latine vertit transtulitque in suos libros, sed multo plura Platonica et Aristoteleia per Panaetii Πολιτείαν in Tullianam Rempublicam fluxerunt. Fuit enim Panaetius φιλοπλάτων et φιλαριστοτελής.

Magis quam veteres illi, quos modo enumeravi, videtur Demetrius Phalereus placuisse philosopho Latino, qui de eo scribit (De Leg. III 6, 14) *mirabiliter doctrinam ex umbraculis eruditorum otioque non modo in solem atque in pulverem, sed in ipsum discrimen aciemque produxit.* Quare fieri potest, ut ex huius Demetrii scriptis — fortasse nimis magni factis — quorum in numero Diogenes Laertius (V 80) affert Περὶ Πολιτικῆς et Περὶ Νόμων, Cicero pauca hauserit.

Bis (I § 43 et § 44) designatur Κύρου Παιδεία, quam Scipio non sine causa de manibus ponere non solebat (ad Quint. fratr. I 1, 8, 23). Quoniam autem Cyri Institutio non ad fidem historiae scripta ab ipsis Stoicis enchiridion [1]) artis reipublicae gubernandae habebatur, verisimile est alia vestigia Xenophontea nobis una cum maiore parte Ciceronis operis periisse.

Hic quaesiverit quispiam, nonne fontes Latinos, velut leges regias, annales maximos, libros augurales Tullius adierit. Illa monumenta nisi perraro Ciceronem non consuluisse docet vel ipse versus Ennianus

...Nonis Iunis soli luna obstitit et nox [2]).

Sequitur ut de solis defectione illa Tullius poetae non minorem auctoritatem tribuit quam annalibus maximis, quibus nihil potest esse ieiunius (De Leg. I 2, 6). Eodem loco propter exile genus scribendi vituperat annalium scriptores Fabium, Catonem, Pisonem, Fannium, Vennonium, quamobrem quin non saepe eos evolverit, dubitari non potest. Quod legimus ἀποφθέγματα quaedam Catonis in libris de Rep. (e. g. II 1, 2),

---

1) Cf. Münscher Xenophon in der griechischen und römischen Literatur.
2) Cf. De Rep. I 16, 25; Vahlen Enn. Ann. 163; Luc. Müll. 167.

senis sunt illae sententiae neque inveniebantur in Originibus. Ceterum non Catonianam temporum rationem sequitur Cicero sed Varronianam vel potius Polybianam, nam agens de anno quo Roma fertur esse condita recedit a Porcio. Quandoquidem dubium est an Varronis Antiquitates non iam in lucem emissae essent, cum Tullius Rempublicam suam componeret, nihil licet certi statuere de Varrone Tullii auctore. Verum nulla causa est cur putemus Ciceronem ea quae potuerit a Varrone mutuari, non potuisse discere e Polybii historiis. Nam hunc rerum scriptorem antiquitates breviter tractasse suisque Historiis inseruisse non ignoramus. Huc accedit quod Megalopolitanus ille vocatur in tertio De Offic. 32, 113 *bonus auctor in primis* atque Scipio exclamat in secundo De Rep. 14, 27 *sequamur potissimum Polybium nostrum, quo nemo fuit in exquirendis temporibus diligentior.* Ergo potius Polybiana quam Varroniana in libris De Rep. obvia sunt.

Postremo tenendum est Tullii verbis (De Rep. III 29, 41) *Ti. Gracchus.... sociorum nominisque Latini iura neclexit ac foedera* non magis exprimi Polybium, quippe cuius Ἱστορίαι non continuarentur ultra a[m] 144, quam eiusdem verbis (De Offic. II 23, 80) *nostros Gracchi summi viri filios, Africani nepotes, nonne agrariae contentiones prodiderunt* Panaetium, cui Περὶ τοῦ Καθήκοντος disserenti notae non essent procellae Gracchanae. En hic habes exempla a Cicerone ipso relata!

Haec omnia praemittenda erant, ut in universum generatimque nobis appareret Panaetio et Polybio nullos scriptores Graecos Latinosque esse digniores, qui auctores Ciceronis librorum De Rep. appellarentur. Nunc demum singulos locos singulorum librorum perlustrare possumus.

Vis et consilium exordii e paucis locis optime cognoscuntur. Primum attendamus I 2, 2 *virtus in usu sui tota posita est; usus autem eius est maximus civitatis gubernatio.* Deinde comparanda sunt Tuberonis verba I 10, 15 *visne igitur, quoniam et me quodammodo invitas et tui spem das, hoc primum Africane videamus, ante quam veniunt alii, quidnam sit de isto altero sole quod nuntiatum est in senatu* cum iis quae Laelius rogat § 19 *iam explorata nobis sunt ea quae ad domos nostras quaeque ad rempublicam pertineant? si quidem quid agatur in caelo*

quaerimus. Post admiratio animadvertatur Laelii interrogantis § 31 *quid enim mihi L. Pauli nepos, hoc avunculo, nobilissima in familia atque in hac tam clara republica natus, quaerit quo modo duo soles visi sint, non quaerit cur in una republica duo senatus et duo paene iam populi sint?*

Tale prooemium legentes monet finem vitae non constare in disciplinis colendis, nam artes id valent ut paulum acuant et tanquam inritent ingenia puerorum, quo facilius possint maiora discere (De Rep. I 18, 30). Ibi igitur ὁ πρακτικὸς βίος laudibus effertur discimusque homini Romano capessendam esse rempublicam et eiusmodi vitam longe anteponendam esse τῇ εὐδαιμονίᾳ acquisitae τῷ θεωρητικῷ βίῳ sive (ut Panaetius volebat) τῇ θεωρητικῇ ἀρετῇ. Haec ratio est mera Panaetiana, quia easdem fere sententias legimus De Offic. I 6, 19 (*virtutis enim laus omnis in actione consistit* cet.) et I 20, 69 (*multi autem et sunt et fuerunt, qui eam, quam dico, tranquillitatem expetentes a negotiis publicis se removerint ad otiumque perfugerint* cet.) haustas e Graeco fonte nempe e libris Περὶ τοῦ Καθήκοντος.

Non defuere qui arbitrarentur posteriorem partem exordii e. g. § 27 *qui inperia consulatusque nostros in necessariis, non in expetendis rebus, muneris fungendi gratia subeundos, non praemiorum aut gloriae causa adpetendos putet* spectare ad Platonis Πολιτείαν I 19 p. 347 C δεῖ δὴ αὐτοῖς (sc. τοῖς ἀγαθοῖς) ἀνάγκην προσεῖναι καὶ ζημίαν εἰ μέλλουσιν ἐθέλειν ἄρχειν (cf. etiam Περὶ Νόμων p. 742 E).

Verum multo maior est similitudo, quae est inter totum hoc caput 18 et Paradox. V 33 et VI 51—52. Componamus modo

De Rep. I 17, 28	Parad. VI 51
quis vero divitiorem quemquam putet quam eum cui nihil desit quod quidem natura desideret, aut potentiorem quam illum qui omnia quae expetat consequatur, aut beatiorem quam qui sit omni perturbatione animi liberatus, aut firmiore fortuna, quam qui ea	etenim si isti callidi rerum existimatores prata et areas quasdam magno aestimant, quod ei generi possessionum minime quasi noceri potest, quanti est aestimanda virtus, quae nec eripi potest unquam neque naufragio nec incendio amittitur nec vi tempestatum

libri historiarum Polybii, unde efficitur in his capitibus omnibus Panaetii disciplinam esse acceptam.

Egregie observat Scala Stoicos, qui in tribus generibus moderate permiscendis optimum reipublicae statum ponant, sibi constare; ipsius viri doctissimi verba haec sunt (Praefat. VII): Der Boden, auf dem die Stoische Lehre von der Mischung der Gewalten erwachsen, erweist sich zwar als befruchtet von früherer Staatslehre, aber im Uebrigen als eins mit dem Felde, auf dem die Lehre von der Mischung in Seele Körper und Kosmos entstanden ist.

At cui debet Cicero doctrinam suam? Iam Lactantius, qui multa e libris De Rep. servavit, Tullium duce Stoico usum esse vidit. Hinc illud, quod omnes fere, qui sermoni intersunt sectam sequuntur Stoicam. Praeterea animadvertendum est Scipionem, cum Tubero explicationem cupiat audire de duobus solibus, exclamare I § 15 *quam vellem Panaetium nostrum nobiscum haberemus! qui cum cetera tum haec caelestia vel studiosissime solet quaerere.* Prorsus secundum doctrinam Porticus asseverat Philus I § 19 *non ea est* (sc. domus nostra) *quam parietes nostri cingunt, sed mundus hic totus, quod domicilium quamque patriam di nobis communem secum dederunt.*

In libro secundo Cicero ostendit nobis rempublicam nascentem et crescentem et adultam et iam firmam atque robustam, ut doceat quam eximiae sint institutiones Romanae. Ita tamen longiore digressione facta interrumpit disputationem, tandem in fine Lib. II ipse Scipio denuntiat confirmandum esse *non modo falsum illud esse, sine iniuria non posse, sed hoc verissimum esse, sine summa iustitia rempublicam geri nullo modo posse* (II 44, 70). His verbis Tullius ad propositum revertitur itaque apertum est Lib. I et III arto vinculo coniunctos esse. Atqui tertius nititur omnino in disciplina Stoica, ergo etiam primus. Quisnam fuerit ille Stoicus auctor, sic fere diiudicari potest.

In tertio De Legibus Cicero primum descriptionem facit magistratuum proponitque leges ad eos pertinentes, deinde Attico promittit se in medium prolaturum esse, quibus de causis haec omnia constituerit, post Tullius eiusque amicus sic pergunt sermocinari (De Leg. III 5, 13): atqui pleraque

et confusio; felici autem temperatione statum reipublicae Romanae exemplo esse omnibus civitatibus.

De mixta civitatis forma post Pythagoram Archytamque Plato et Aristoteles et tota secta Stoica disseruerunt. Quam rationem Panaetius exposuit, eam probaverunt Polybius et Cicero asciveruntque, quod paucis demonstrandum est. Secutus Schmekelium [1]) et Scalam [2]) comparo

De Offic. I 4, 11.

Commune item animantium omnium est coniunctionis adpetitus procreandi causa et cura quaedam eorum, quae procreata sint; sed inter hominem et beluam hoc maxime interest quod haec tantum sensu movetur, ad id solum, quod adest quodque praesens est, se accommodat paulum admodum sentiens praeteritum et futurum; homo autem quod rationis est particeps, per quam consequentia cernit, causas rerum videt earumque praegressus et quasi antecessiones non ignorat, similitudines comparat rebusque praesentibus adiungit atque advertit futuras, facile totius vitae cursum videt ad eamque degendam praeparat res necessarias.

Polyb. VI 6, 2 et 4—5.

Πάντων γὰρ πρὸς τὰς συνουσίας ὁρμώντων κατὰ φύσιν, ἐκ δὲ τούτων παιδοποιίας ἀποτελουμένης .....

§ 4 *τοῦ γὰρ γένους τῶν ἀνθρώπων ταύτῃ διαφέροντος τῶν ἄλλων ζῴων, ᾗ μόνοις αὐτοῖς μέτεστι νοῦ καὶ λογισμοῦ, φανερὸν ὡς οὐκ εἰκὸς παρατρέχειν αὐτοὺς τὴν προειρημένην διαφορὰν, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων ζῴων, ἀλλ' ἐπισημαίνεσθαι τὸ γιγνόμενον καὶ δυσαρεστεῖσθαι τοῖς παροῦσι, προορωμένους τὸ μέλλον καὶ συλλογιζομένους ὅτι τὸ παραπλήσιον ἑκάστοις αὐτῶν συγκύρησει.*

Quoniam constat hunc locum e primo De Offic. laudatum sententiam esse Panaetianam, idem dicendum est de Polybii verbis. Cohaerent autem artissime cap. 3 usque ad 10 sexti

1) A. Schmekel, Die Philosophie der mittleren Stoa p. 64—66.

2) R. von Scala, Die Studien des Polybius; Stoischer Ursprung des VI. Buches p. 222—250.

libri historiarum Polybii, unde efficitur in his capitibus omnibus Panaetii disciplinam esse acceptam.

Egregie observat Scala Stoicos, qui in tribus generibus moderate permiscendis optimum reipublicae statum ponant, sibi constare; ipsius viri doctissimi verba haec sunt (Praefat. VII): Der Boden, auf dem die Stoische Lehre von der Mischung der Gewalten erwachsen, erweist sich zwar als befruchtet von früherer Staatslehre, aber im Uebrigen als eins mit dem Felde, auf dem die Lehre von der Mischung in Seele Körper und Kosmos entstanden ist.

At cui debet Cicero doctrinam suam? Iam Lactantius, qui multa e libris De Rep. servavit, Tullium duce Stoico usum esse vidit. Hinc illud, quod omnes fere, qui sermoni intersunt sectam sequuntur Stoicam. Praeterea animadvertendum est Scipionem, cum Tubero explicationem cupiat audire de duobus solibus, exclamare I § 15 *quam vellem Panaetium nostrum nobiscum haberemus! qui cum cetera tum haec caelestia vel studiosissime solet quaerere.* Prorsus secundum doctrinam Porticus asseverat Philus I § 19 *non ea est* (sc. domus nostra) *quam parietes nostri cingunt, sed mundus hic totus, quod domicilium quamque patriam di nobis communem secum dederunt.*

In libro secundo Cicero ostendit nobis rempublicam nascentem et crescentem et adultam et iam firmam atque robustam, ut doceat quam eximiae sint institutiones Romanae. Ita tamen longiore digressione facta interrumpit disputationem, tandem in fine Lib. II ipse Scipio denuntiat confirmandum esse *non modo falsum illud esse, sine iniuria non posse, sed hoc verissimum esse, sine summa iustitia rempublicam geri nullo modo posse* (II 44, 70). His verbis Tullius ad propositum revertitur itaque apertum est Lib. I et III arto vinculo coniunctos esse. Atqui tertius nititur omnino in disciplina Stoica, ergo etiam primus. Quisnam fuerit ille Stoicus auctor, sic fere diiudicari potest.

In tertio De Legibus Cicero primum descriptionem facit magistratuum proponitque leges ad eos pertinentes, deinde Attico promittit se in medium prolaturum esse, quibus de causis haec omnia constituerit, post Tullius eiusque amicus sic pergunt sermocinari (De Leg. III 5, 13): atqui pleraque

sunt dicta in illis libris quod faciendum fuit cum de optima republica quaereretur. § 14 sed huius loci de magistratibus sunt *propria quaedam* a Theophrasto primum deinde a Diogene Stoico quaesita subtilius. A T T. Ain tandem? etiam a Stoicis *ista* tractata sunt. C I C. Non sane nisi ab eo, quem modo nominavi, et postea a magno homine et in primis erudito, Panaetio. Nam veteres verbo tenus acute illi quidem, sed non ad hunc usum popularem atque civilem *de republica disserebant.*

Illud *ista* non est referendum ad *propria quaedam*, sed habet vim generalem respicitque (id quod verba *de republica disserebant* declarant) ad opera, quae tractabant res civiles vel *πολιτικά*. Requiri autem libros populariter scriptos ipse Tullius profitetur, quocirca ad duos Stoicos relegamur Diogenem et Panaetium. Uter est eligendus? Nimirum Panaetius vir gravissimus, qui hic laudatur, cum Diogenis leviorem de iustitia opinionem totus fere tertius liber De Rep. oppugnet (Schmekel pag. 71). Accedit quod haud temere Laelius commemorat in prooemio (I 21, 34) Scipionem cum Panaetio disserere solitum esse coram Polybio de optimo statu reipublicae Romanae. Eiusmodi enim sermonem Cicero in libris suis depinxit vel potius meracam disciplinam interpretatus est Panaetianam.

Quamvis pauca nobis servata sint ex iis, quae de religione Scipio tradit, tamen ex huius verbis I 36, 56 *sive haec* (sc. placita de uno deorum rege) *ad utilitatem vitae constituta sunt a principibus rerum publicarum.... sive haec in errore inperitorum posita esse et fabularum similia didicimus, audiamus communis quasi doctores eruditorum hominum, qui tanquam oculis illa viderunt, quae nos vix audiendo cognoscimus* tamen elucet tres fontes religionum agnosci. Primum religio oriri potest decretis regum, deinde fingitur a poetis, investigationibus summorum philosophorum debetur tertia forma, quae unice vera est. Zeller putat tunc temporis Panaetium fuisse solum qui talia pronuntiaret (Schmekel pag. 71). Postea certe Lucilius, Q. Mucius Scaevola P. M., M. Terentius Varro alii eandem rationem amplexi sunt.

Quae Scipio explanat de origine et natura civitatis (De Rep. I § 38 et 39 (= 41) omnino conspirant cum eis, quae

Tullius Panaetio auctore exponit De Offic. I 4, 12; II 21, 73, II 4, 15. Illi autem loci etiam magis congruunt cum Polyb. VI cap. 3—10, quae capita iam supra domonstravimus esse Panaetiana.

Breviter indicabimus Ciceronem et Polybium etiam de rerumpublicarum generibus inter se consentire: uterque distinguit sex genera: tria bona tria mála et longe optimam ducit eam civitatem, in qua illae tres formae modice permixtae sunt; huius generis est respublica Romana superans alias omnes. De commutationibus civitatum philosophus Latinus et historicus Graecus partim inter se concordant, verum ille ratione habita status et progressus reipublicae Romanae commemorat nonnulla quae non leguntur apud hunc, qui κεφαλαιῶδες modo rem tractat. Itaque de summis rebus non discrepant inter se Cicero et Polybius, sed prorsus consentiunt, ergo usi sunt eodem auctore, qui nemo alius fuisse potest nisi Panaetius.

Haec paucis perstrinxi ne repeterem quae Schmekel (pag. 67—85) enodavit. Aliorum vero argumenta iteravit suaque adiecit Galbiati vir Italus doctissimus, cuius grandem librum, qui inscribitur De fontibus Ciceronis librorum qui manserunt de republica et de legibus quaestiones, magna cum diligentia summaque cum voluptate perlegi. Ex illo opere, quod in hac commentatiuncula sequor, praesertim creberrimas ὁμοιότητας didici. Permultos enim scriptores Graecos, qui τὰ πολιτικὰ tractaverunt, cum Tullii libris De Rep. De Leg. De Offic. etiam cum Polybii historiis contulit, quo facto universe generatimque compluribus et novis testimoniis demonstravit Panaetium Ciceronis auctorem fuisse, interdum ostendit quoque quibus e fontibus ipse Panaetius hausisset aut ubi interpres Latinus orationis ornandae gratia lepidum locum Graeci philosophi rhetorisve verteret. Haud facile quis auxerit similitudines a Galbiatio summa cum cura et doctrina collectas. Infitiari quidem non queo nonnullas nimis quaesitas videri, sed pleraeque aptae sunt, quin etiam tot loci paralleli efficiunt ut quasi quaedam ratio Panaetiana describatur. Optime meritus est Galbiati de philosophia Panaetiana, cuius si non imaginem expressam, at certe adumbratam illius studio et labori debemus. Pergo igitur peritissimo duce meo uti.

Cicero De Rep. I cap. 27—28 agit de optimatium administratione Massiliae, sicut Aristoteles Polit. V 6 et VI 7. Et Cicero et Aristoteles laudat quod iura certe omnia civium paria sint, vituperat contra quod rex habendus sit quicumque genere regio natus sit. E multis similitudinibus satis habeo afferre

De Rep. I 29, 45 (cf. II 25, 45)	Aristot. Polit. V 8
miri sunt orbes et quasi circumitus in rebus publicis commutationum et vicissitudinum; quos cum cognosse sapientis est, tum vero prospicere impendentis in gubernanda republica moderantem cursum atque in sua potestate retinentem magni cuiusdam civis et divini paene est viri.	ὥστε δεῖ τοὺς τῆς πολιτείας φροντίζοντας τὸ πόρρω ἐγγὺς ποιεῖν, ἐτὶ τὰς τῶν γνωρίμων φιλονικίας καὶ στάσεις καὶ διὰ τῶν νόμων πειρᾶσθαι δεῖ φυλάττειν, καὶ τοὺς ἔξω τῆς φιλονικίας ὄντας πρὶν παρειληφέναι καὶ αὐτούς, ὡς τὸ ἐν ἀρχῇ γενόμενον κακὸν γνῶναι οὐ τοῦ τυχόντος ἀλλὰ πολιτικοῦ ἀνδρός.

Eiusmodi similitudines praebent permultas Cicero et Aristoteles, ubi breviter exponunt civitatem a primordiis proficientem ad optimum statum. Haec Aristoteleia per Panaetium in libros De Rep. fluxerunt.

Recedit tamen Tullius a Stagirita, quod hic reiecit miros illos orbes et quasi circumitus in rebus publicis commutationum et vicissitudinum (De Rep. I 29, 45). Hac in re Panaetius facit cum Platone suo, quem appellare solebat Homerum philosophorum (Tuscul. I 32, 79). Loquitur autem summus philosophus poetice de saeculis Hesiodeis mutatis et civitatum formis conversis Polit. VIII 3, p. 546—547. Idem pulcherrime enarrat quae fiant multitudine effrenata insolentia praepotenti, pulcherrime etiam totum locum transtulit Cicero. Licet nobis brevitati consulentibus initium modo conferré

De Rep. I 43, 66	Polit. VIII 14 p. 562 C.
„Cum enim" inquit „inexplebiles populi fauces exaruerunt libertatis siti, malisque usus illa ministris non modice tem-	ὅταν οἶμαι δημοκρατουμένη πόλις ἐλευθερίας διψήσασα κακῶν οἰνοχόων προστατούντων τύχῃ καὶ πορρωτέρω τοῦ δέοντος ἀκρά-

peratam, sed nimis meracam libertatem sitiens hausit, tum magistratus et principes, nisi valde lenes et remissi sint et large sibi libertatem ministrent, insequitur insimulat arguit, praepotentes reges tyrannos vocat." puto enim tibi haec esse nota. „vero mihi" inquit ille „notissima."

του αὐτῆς μεθυσθῇ, τοὺς ἄρχοντας δή, ἂν μὴ πάνυ πρᾶοι ὦσι καὶ πολλὴν παρέχωσι τὴν ἐλευθερίαν, κολάζεται αἰτιωμένη ὡς μιαροὺς τε καὶ ὀλιγαρχικούς.

Δρῶσι γὰρ, ἔφη, τοῦτο.

Transeamus ad Isocratem ut comparemus

De Rep. I 34, 53

nam aequabilitas quidem iuris, quam amplexantur liberi populi neque servari potest.... eaque quae appellatur aequabilitas iniquissima est: cum enim par habetur honos summis et infimis.... ipsa aequitas iniquissima est.

Nicocl. § 14—15.

οἶμαι πᾶσι δοκεῖν δεινότατον μὲν εἶναι τὸ τῶν αὐτῶν ἀξιοῦσθαι τοὺς χρηστοὺς καὶ τοὺς πονηρούς, δικαιότατον δὲ τὸ διωρίσθαι περὶ τούτων καὶ μὴ τοὺς ἀνομοίους τῶν ὁμοίων τυγχάνειν.

Hanc sententiam verisimile est omnium rhetorum et philosophorum scholas pervasisse itaque et Panaetium in opere suo Περὶ Πολιτείας probasse, unde in Tullii librum manaverit. Idem fere multo post Iohannes Damascenus pronuntiat hisce verbis (in libro qui inscribitur εἰς τὰ ἱερὰ παράλληλα (apud Migneum) Patrol. Graec. XCVI p. 556 D) τὸ νέμειν ἴσα τοῖς ἀνίσοις τῆς μεγίστης ἐστὶν ἀδικίας.

Plura Isocratea affert Galbiati. Equidem commemorare malo Ciceronem et Philonem Alexandrinum eodem fere modo improbare magistratus sorte ductos

De Rep. I 34, 51 (incipit fragmentum)

si fortuito id faciet, tam cito evertetur quam navis, si e vectoribus sorte ductus ad gubernacula accessit.

Initio libri c. t. Περὶ καταστάσεως ἀρχόντων·

οὐ προσήκει δεσπότας καὶ ἡγεμόνας ὅλων πόλεων καὶ ἐθνῶν ἀποφαίνειν τοὺς κλήρῳ λαχόντας, ὀλίσθῳ τινὶ τύχης, ἀβεβαίου

(Redit comparatio cum gubernatore et medico I § 62 et 63).

καὶ ἀΐδρύτου πράγματος, ἀλλ' εἰς μὲν τὴν τῶν καμνόντων ἐπιμέλειαν κλῆρος τὸ μηδέν· ἰατροὶ γὰρ οὐ κλήρῳ λαγχάνουσιν, ἀλλὰ πεῖροι δοκιμάζονται καὶ πρὸς εὔπλοιαν καὶ σωτηρίαν τῶν θαλαττευόντων οὐχ ὁ λαχὼν κυβερνᾷν εὐθὺς ἐπὶ πρύμναν παραπέμπεται.

Haec ex uno eodemque fonte nempe Panaetio manarunt, nam quae ratio inter Philonem et Stoicos intercedat, iam supra (pag. 302) vidimus.

Ceterum satis superque diximus de singulis locis primi libri De Republica.

(Continuabitur).

Ad Luciani de Saltatione § 64.

Τῶν γὰρ ἐκ τοῦ Πόντου βαρβάρων βασιλικός τις ἄνθρωπος κατά τι χρέος ἥκων ὡς τὸν Νέρωνα ἐθεᾶτο μετὰ τῶν ἄλλων τὸν ὀρχηστὴν ἐκεῖνον (celeberrimum tunc temporis saltatorem, de quo iam egit Lucianus nomine non addito) οὕτω σαφῶς ὀρχούμενον ὡς καίτοι μὴ ἐ π α κ ο ύ ο ν τ α τῶν ᾀδομένων — ἡμιέλλην γάρ τις ὢν ἐτύγχανεν — συνεῖναι ἁπάντων.

Non, opinor, de *surdo* hic agitur sed de linguae graecae (et latinae) imperito. Lege ergo ἐπαΐοντα.

I. I. H.

peratam, sed nimis meracam libertatem sitiens hausit, tum magistratus et principes, nisi valde lenes et remissi sint et large sibi libertatem ministrent, insequitur insimulat arguit, praepotentes reges tyrannos vocat." puto enim tibi haec esse nota. „vero mihi" inquit ille „notissima."

του αὐτῆς μεθυσθῇ, τοὺς ἄρχοντας δή, ἂν μὴ πάνυ πρᾶοι ὦσι καὶ πολλὴν παρέχωσι τὴν ἐλευθερίαν, κολάζεται αἰτιωμένη ὡς μιαροὺς τε καὶ ὀλιγαρχικούς.

Δρῶσι γὰρ, ἔφη, τοῦτο.

Transeamus ad Isocratem ut comparemus

De Rep. I 34, 53

nam aequabilitas quidem iuris, quam amplexantur liberi populi neque servari potest.... eaque quae appellatur aequabilitas iniquissima est: cum enim par habetur honos summis et infimis.... ipsa aequitas iniquissima est.

Nicocl. § 14—15.

οἶμαι πᾶσι δοκεῖν δεινότατον μὲν εἶναι τὸ τῶν αὐτῶν ἀξιοῦσθαι τοὺς χρηστοὺς καὶ τοὺς πονηρούς, δικαιότατον δὲ τὸ διωρίσθαι περὶ τούτων καὶ μὴ τοὺς ἀνομοίους τῶν ὁμοίων τυγχάνειν.

Hanc sententiam verisimile est omnium rhetorum et philosophorum scholas pervasisse itaque et Panaetium in opere suo Περὶ Πολιτείας probasse, unde in Tullii librum manaverit. Idem fere multo post Iohannes Damascenus pronuntiat hisce verbis (in libro qui inscribitur εἰς τὰ ἱερὰ παράλληλα (apud Migneum) Patrol. Graec. XCVI p. 556 D) τὸ νέμειν ἴσα τοῖς ἀνίσοις τῆς [illegible] ἐστὶν ἀδικίας.

Plura Isocratea affert Galbiati. Equidem commemorare malo [illegible] et Philonem Alexandrinum eodem fere modo im- r[illegible] [illegible] magistratus sorte ductos Gal[illegible]

dem n[illegible] I 34, 51 (incipit aptae su[illegible]) quaedam r[illegible] [illegible]m Galbiati de p[illegible] expressam, at ce[illegible] [illegible]rgo igitur periti[illegible]

In[illegible]o libri c. t. Περὶ καταστά[illegible]σεως ἀρχόντων·

οὐ [illegible]ει δεσπότας καὶ ἡγεμόνα[illegible] πόλεων καὶ ἐθνῶν ἀποφαίνει[illegible] κλήρῳ λαχόντας, ὀλίσθῳ [illegible] ἀβεβαίου

(Redit comparatio cum gubernatore et medico I § 62 et 63).

καὶ ἀϊδρύτου πράγματος, ἀλλ' εἰς μὲν τὴν τῶν καμνόντων ἐπιμέλειαν κλῆρος τὸ μηδέν· ἰατροὶ γὰρ οὐ κλήρῳ λαγχάνουσιν, ἀλλὰ πεῖροι δοκιμάζονται καὶ πρὸς εὔπλοιαν καὶ σωτηρίαν τῶν θαλαττευόντων οὐχ ὁ λαχὼν κυβερνᾷν εὐθὺς ἐπὶ πρύμναν παραπέμπεται.

Haec ex uno eodemque fonte nempe Panaetio manarunt, nam quae ratio inter Philonem et Stoicos intercedat, iam supra (pag. 302) vidimus.

Ceterum satis superque diximus de singulis locis primi libri De Republica.

(Continuabitur).

Ad Luciani de Saltatione § 64.

Τῶν γὰρ ἐκ τοῦ Πόντου βαρβάρων βασιλικός τις ἄνθρωπος κατά τι χρέος ἥκων ὡς τὸν Νέρωνα ἐθεᾶτο μετὰ τῶν ἄλλων τὸν ὀρχηστὴν ἐκεῖνον (celeberrimum tunc temporis saltatorem, de quo iam egit Lucianus nomine non addito) *οὕτω σαφῶς ὀρχούμενον ὡς καίτοι μὴ ἐπακούοντα τῶν ᾀδομένων — ἡμιέλλην γάρ τις ὢν ἐτύγχανεν — συνεῖναι ἁπάντων.*

Non, opinor, de *surdo* hic agitur sed de linguae graecae (et latinae) imperito. Lege ergo *ἐπαΐοντα*.

I. I. H.

senis sunt illae sententiae neque inveniebantur in Originibus. Ceterum non Catonianam temporum rationem sequitur Cicero sed Varronianam vel potius Polybianam, nam agens de anno quo Roma fertur esse condita recedit a Porcio. Quandoquidem dubium est an Varronis Antiquitates non iam in lucem emissae essent, cum Tullius Rempublicam suam componeret, nihil licet certi statuere de Varrone Tullii auctore. Verum nulla causa est cur putemus Ciceronem ea quae potuerit a Varrone mutuari, non potuisse discere e Polybii historiis. Nam hunc rerum scriptorem antiquitates breviter tractasse suisque Historiis inseruisse non ignoramus. Huc accedit quod Megalopolitanus ille vocatur in tertio De Offic. 32, 113 *bonus auctor in primis* atque Scipio exclamat in secundo De Rep. 14, 27 *sequamur potissimum Polybium nostrum, quo nemo fuit in exquirendis temporibus diligentior.* Ergo potius Polybiana quam Varroniana in libris De Rep. obvia sunt.

Postremo tenendum est Tullii verbis (De Rep. III 29, 41) *Ti. Gracchus.... sociorum nominisque Latini iura neclexit ac foedera* non magis exprimi Polybium, quippe cuius Ἱστορίαι non continuarentur ultra a[m] 144, quam eiusdem verbis (De Offic. II 23, 80) *nostros Gracchi summi viri filios, Africani nepotes, nonne agrariae contentiones prodiderunt* Panaetium, cui Περὶ τοῦ Καθήκοντος disserenti notae non essent procellae Gracchanae. En hic habes exempla a Cicerone ipso relata!

Haec omnia praemittenda erant, ut in universum generatimque nobis appareret Panaetio et Polybio nullos scriptores Graecos Latinosque esse digniores, qui auctores Ciceronis librorum De Rep. appellarentur. Nunc demum singulos locos singulorum librorum perlustrare possumus.

Vis et consilium exordii e paucis locis optime cognoscuntur. Primum attendamus I 2, 2 *virtus in usu sui tota posita est; usus autem eius est maximus civitatis gubernatio.* Deinde comparanda sunt Tuberonis verba I 10, 15 *visne igitur, quoniam et me quodammodo invitas et tui spem das, hoc primum Africane videamus, ante quam veniunt alii, quidnam sit de isto altero sole quod nuntiatum est in senatu* cum iis quae Laelius rogat § 19 *iam explorata nobis sunt ea quae ad domos nostras quaeque ad rempublicam pertineant? si quidem quid agatur in caelo*

quaerimus. Post admiratio animadvertatur Laelii interrogantis § 31 *quid enim mihi L. Pauli nepos, hoc avunculo, nobilissima in familia atque in hac tam clara republica natus, quaerit quo modo duo soles visi sint, non quaerit cur in una republica duo senatus et duo paene iam populi sint?*

Tale prooemium legentes monet finem vitae non constare in disciplinis colendis, nam artes id valent ut paulum acuant et tanquam inritent ingenia puerorum, quo facilius possint maiora discere (De Rep. I 18, 30). Ibi igitur *ὁ πρακτικὸς βίος* laudibus effertur discimusque homini Romano capessendam esse rempublicam et eiusmodi vitam longe anteponendam esse *τῇ εὐδαιμονίᾳ* acquisitae *τῷ θεωρητικῷ βίῳ* sive (ut Panaetius volebat) *τῇ θεωρητικῇ ἀρετῇ*. Haec ratio est mera Panaetiana, quia easdem fere sententias legimus De Offic. I 6, 19 (*virtutis enim laus omnis in actione consistit* cet.) et I 20, 69 (*multi autem et sunt et fuerunt, qui eam, quam dico, tranquillitatem expetentes a negotiis publicis se removerint ad otiumque perfugerint* cet.) haustas e Graeco fonte nempe e libris Περὶ τοῦ Καθήκοντος.

Non defuere qui arbitrarentur posteriorem partem exordii e. g. § 27 *qui inperia consulatusque nostros in necessariis, non in expetendis rebus, muneris fungendi gratia subeundos, non praemiorum aut gloriae causa adpetendos putet* spectare ad Platonis Πολιτείαν I 19 p. 347 C *δεῖ δὴ αὐτοῖς* (sc. *τοῖς ἀγαθοῖς*) *ἀνάγκην προσεῖναι καὶ ζημίαν εἰ μέλλουσιν ἐθέλειν ἄρχειν* (cf. etiam Περὶ Νόμων p. 742 E).

Verum multo maior est similitudo, quae est inter totum hoc caput 18 et Paradox. V 33 et VI 51—52. Componamus modo

De Rep. I 17, 28	Parad. VI 51
quis vero divitiorem quemquam putet quam eum cui nihil desit quod quidem natura desideret, aut potentiorem quam illum qui omnia quae expetat consequatur, aut beatiorem quam qui sit omni perturbatione animi liberatus, aut firmiore fortuna, quam qui ea	etenim si isti callidi rerum existimatores prata et areas quasdam magno aestimant, quod ei generi possessionum minime quasi noceri potest, quanti est aestimanda virtus, quae nec eripi potest unquam neque naufragio nec incendio amittitur nec vi tempestatum

possidet quae secum ut aiunt vel e naufragio possit ecferre?	nec temporum perturbatione mutatur! Qua praediti qui sunt soli sunt divites.

Etiam e Philonis Alexandrini opere quod inscribitur *Περὶ τοῦ πάντα σπουδαῖον εἶναι ἐλεύθερον* satis multa afferri possunt idonea [1]), quae comparentur cum locis modo collatis. Etenim hic scriptor interdum ab ipso Panaetio profectus est, saepe a Stoica disciplina in universum (cf. Mongey, p. 470 illi qui philosophia instituti sunt *πρὸς τέλος αἴσιον, οὐ Ζηνώνειον μᾶλλον ἢ πυθόχρηστον ἀφίξονται, τὸ ἀκολούθως τῇ φύσει ζῆν* (convenienter naturae vivere!).

Quodsi supra sententiam Stoicam (§ 27) a Platone abiudicavimus, ei vindicanda videtur interrogatio I 9, 14 *quid tu tam mane Tubero?* Certè prorsus respondet Socratis verbis (Crit. I) *Τί τηνικάδε ἀφῖξαι, ὦ Κρίτων; ἢ οὐ πρῲ ἐστιν;*

Tullius iam a parvo exemplaria Graeca nocturna versabat manu, versabat diurna: cum alii scriptores etiam atque etiam legebat tum Isocratem, unde multae similitudines indicari possunt, vel in exordio

De Rep. I 18, 30	Περὶ ἀντιδόσεως § 118
istae quidem artes si modo aliquid valent, id valent, ut paulum acuant ingenia puerorum quo facilius possint maiora discere.	*ἐν τούτοις* (sc. *τοῖς μαθήμασιν*) *γυμνασθέντες καὶ παροξυνθέντες ῥᾷον καὶ θᾶττον τὰ σπουδαιότερα καὶ πλείονος ἄξια τῶν πραγμάτων ἀποδέχεσθαι καὶ μανθάνειν δύνανται.*

Venimus ad Africani de optimo genere civitatis disputationem. Demonstrat autem vir prudentissimus e tribus formis: regali, optimati, populari maxime probabilem esse regalem, verum longe praestare eam rempublicam, in qua tria illa genera moderate permixta sint, nam in illa non facile depravationem esse orituram, ita ut exsistat aut dominus aut factio aut turba

---

1) Cf. Mongey, p. 448—449; 454. Cum his conspirant Cic. De Offic. I § 66—72; § 80; quin etiam partim fragmentum a Gellio versum (XIII 28) pertinens ad secundum Panaetii librum Περὶ τοῦ Καθήκοντος.

et confusio; felici autem temperatione statum reipublicae Romanae exemplo esse omnibus civitatibus.

De mixta civitatis forma post Pythagoram Archytamque Plato et Aristoteles et tota secta Stoica disseruerunt. Quam rationem Panaetius exposuit, eam probaverunt Polybius et Cicero asciveruntque, quod paucis demonstrandum est. Secutus Schmekelium [1]) et Scalam [2]) comparo

De Offic. I 4, 11.

Commune item animantium omnium est coniunctionis adpetitus procreandi causa et cura quaedam eorum, quae procreata sint; sed inter hominem et beluam hoc maxime interest quod haec tantum sensu movetur, ad id solum, quod adest quodque praesens est, se accommodat paulum admodum sentiens praeteritum et futurum; homo autem quod rationis est particeps, per quam consequentia cernit, causas rerum videt earumque praegressus et quasi antecessiones non ignorat, similitudines comparat rebusque praesentibus adiungit atque advertit futuras, facile totius vitae cursum videt ad eamque degendam praeparat res necessarias.

Polyb. VI 6, 2 et 4—5.

Πάντων γὰρ πρὸς τὰς συνουσίας ὁρμώντων κατὰ φύσιν, ἐκ δὲ τούτων παιδοποιίας ἀποτελουμένης.....

§ 4 *τοῦ γὰρ γένους τῶν ἀνθρώπων ταύτῃ διαφέροντος τῶν ἄλλων ζῴων, ᾗ μόνοις αὐτοῖς μέτεστι νοῦ καὶ λογισμοῦ, φανερὸν ὡς οὐκ εἰκὸς παρατρέχειν αὐτοὺς τὴν προειρημένην διαφορὰν, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων ζῴων, ἀλλ' ἐπισημαίνεσθαι τὸ γιγνόμενον καὶ δυσαρεστεῖσθαι τοῖς παροῦσι, προορωμένους τὸ μέλλον καὶ συλλογιζομένους ὅτι τὸ παραπλήσιον ἑκάστοις αὐτῶν συγκυρήσει.*

Quoniam constat hunc locum e primo De Offic. laudatum sententiam esse Panaetianam, idem dicendum est de Polybii verbis. Cohaerent autem artissime cap. 3 usque ad 10 sexti

1) A. Schmekel, Die Philosophie der mittleren Stoa p. 64—66.

2) R. von Scala, Die Studien des Polybius; Stoischer Ursprung des VI. Buches p. 222—250.

libri historiarum Polybii, unde efficitur in his capitibus omnibus Panaetii disciplinam esse acceptam.

Egregie observat Scala Stoicos, qui in tribus generibus moderate permiscendis optimum reipublicae statum ponant, sibi constare; ipsius viri doctissimi verba haec sunt (Praefat. VII): Der Boden, auf dem die Stoische Lehre von der Mischung der Gewalten erwachsen, erweist sich zwar als befruchtet von früherer Staatslehre, aber im Uebrigen als eins mit dem Felde, auf dem die Lehre von der Mischung in Seele Körper und Kosmos entstanden ist.

At cui debet Cicero doctrinam suam? Iam Lactantius, qui multa e libris De Rep. servavit, Tullium duce Stoico usum esse vidit. Hinc illud, quod omnes fere, qui sermoni intersunt sectam sequuntur Stoicam. Praeterea animadvertendum est Scipionem, cum Tubero explicationem cupiat audire de duobus solibus, exclamare I § 15 *quam vellem Panaetium nostrum nobiscum haberemus! qui cum cetera tum haec caelestia vel studiosissime solet quaerere.* Prorsus secundum doctrinam Porticus asseverat Philus I § 19 *non ea est* (sc. domus nostra) *quam parietes nostri cingunt, sed mundus hic totus, quod domicilium quamque patriam di nobis communem secum dederunt.*

In libro secundo Cicero ostendit nobis rempublicam nascentem et crescentem et adultam et iam firmam atque robustam, ut doceat quam eximiae sint institutiones Romanae. Ita tamen longiore digressione facta interrumpit disputationem, tandem in fine Lib. II ipse Scipio denuntiat confirmandum esse *non modo falsum illud esse, sine iniuria non posse, sed hoc verissimum esse, sine summa iustitia rempublicam geri nullo modo posse* (II 44, 70). His verbis Tullius ad propositum revertitur itaque apertum est Lib. I et III arto vinculo coniunctos esse. Atqui tertius nititur omnino in disciplina Stoica, ergo etiam primus. Quisnam fuerit ille Stoicus auctor, sic fere diiudicari potest.

In tertio De Legibus Cicero primum descriptionem facit magistratuum proponitque leges ad eos pertinentes, deinde Attico promittit se in medium prolaturum esse, quibus de causis haec omnia constituerit, post Tullius eiusque amicus sic pergunt sermocinari (De Leg. III 5, 13): atqui pleraque

sunt dicta in illis libris quod faciendum fuit cum de optima republica quaereretur. § 14 sed huius loci de magistratibus sunt *propria quaedam* a Theophrasto primum deinde a Diogene Stoico quaesita subtilius. A T T. Ain tandem? etiam a Stoicis *ista* tractata sunt. C I C. Non sane nisi ab eo, quem modo nominavi, et postea a magno homine et in primis erudito, Panaetio. Nam veteres verbo tenus acute illi quidem, sed non ad hunc usum popularem atque civilem *de republica disserebant.*

Illud *ista* non est referendum ad *propria quaedam*, sed habet vim generalem respicitque (id quod verba *de republica disserebant* declarant) ad opera, quae tractabant res civiles vel *πολιτικά*. Requiri autem libros populariter scriptos ipse Tullius profitetur, quocirca ad duos Stoicos relegamur Diogenem et Panaetium. Uter est eligendus? Nimirum Panaetius vir gravissimus, qui hic laudatur, cum Diogenis leviorem de iustitia opinionem totus fere tertius liber De Rep. oppugnet (Schmekel pag. 71). Accedit quod haud temere Laelius commemorat in prooemio (I 21, 34) Scipionem cum Panaetio disserere solitum esse coram Polybio de optimo statu reipublicae Romanae. Eiusmodi enim sermonem Cicero in libris suis depinxit vel potius meracam disciplinam interpretatus est Panaetianam.

Quamvis pauca nobis servata sint ex iis, quae de religione Scipio tradit, tamen ex huius verbis I 36, 56 *sive haec* (sc. placita de uno deorum rege) *ad utilitatem vitae constituta sunt a principibus rerum publicarum.... sive haec in errore inperitorum posita esse et fabularum similia didicimus, audiamus communis quasi doctores eruditorum hominum, qui tanquam oculis illa viderunt, quae nos vix audiendo cognoscimus* tamen elucet tres fontes religionum agnosci. Primum religio oriri potest decretis regum, deinde fingitur a poetis, investigationibus summorum philosophorum debetur tertia forma, quae unice vera est. Zeller putat tunc temporis Panaetium fuisse solum qui talia pronuntiaret (Schmekel pag. 71). Postea certe Lucilius, Q. Mucius Scaevola P. M., M. Terentius Varro alii eandem rationem amplexi sunt.

Quae Scipio explanat de origine et natura civitatis (De Rep. I § 38 et 39 (= 41) omnino conspirant cum eis, quae

Tullius Panaetio auctore exponit De Offic. I 4, 12; II 21, 73, II 4, 15. Illi autem loci etiam magis congruunt cum Polyb. VI cap. 3—10, quae capita iam supra domonstravimus esse Panaetiana.

Breviter indicabimus Ciceronem et Polybium etiam de rerumpublicarum generibus inter se consentire: uterque distinguit sex genera: tria bona tria mála et longe optimam ducit eam civitatem, in qua illae tres formae modice permixtae sunt; huius generis est respublica Romana superans alias omnes. De commutationibus civitatum philosophus Latinus et historicus Graecus partim inter se concordant, verum ille ratione habita status et progressus reipublicae Romanae commemorat nonnulla quae non leguntur apud hunc, qui κεφαλαιῶδες modo rem tractat. Itaque de summis rebus non discrepant inter se Cicero et Polybius, sed prorsus consentiunt, ergo usi sunt eodem auctore, qui nemo alius fuisse potest nisi Panaetius.

Haec paucis perstrinxi ne repeterem quae Schmekel (pag. 67—85) enodavit. Aliorum vero argumenta iteravit suaque adiecit Galbiati vir Italus doctissimus, cuius grandem librum, qui inscribitur De fontibus Ciceronis librorum qui manserunt de republica et de legibus quaestiones, magna cum diligentia summaque cum voluptate perlegi. Ex illo opere, quod in hac commentatiuncula sequor, praesertim creberrimas ὁμοιότητας didici. Permultos enim scriptores Graecos, qui τὰ πολιτικὰ tractaverunt, cum Tullii libris De Rep. De Leg. De Offic. etiam cum Polybii historiis contulit, quo facto universe generatimque compluribus et novis testimoniis demonstravit Panaetium Ciceronis auctorem fuisse, interdum ostendit quoque quibus e fontibus ipse Panaetius hausisset aut ubi interpres Latinus orationis ornandae gratia lepidum locum Graeci philosophi rhetorisve verteret. Haud facile quis auxerit similitudines a Galbiatio summa cum cura et doctrina collectas. Infitiari quidem non queo nonnullas nimis quaesitas videri, sed pleraeque aptae sunt, quin etiam tot loci paralleli efficiunt ut quasi quaedam ratio Panaetiana describatur. Optime meritus est Galbiati de philosophia Panaetiana, cuius si non imaginem expressam, at certe adumbratam illius studio et labori debemus. Pergo igitur peritissimo duce meo uti.

Cicero De Rep. I cap. 27—28 agit de optimatium administratione Massiliae, sicut Aristoteles Polit. V 6 et VI 7. Et Cicero et Aristoteles laudat quod iura certe omnia civium paria sint, vituperat contra quod rex habendus sit quicumque genere regio natus sit. E multis similitudinibus satis habeo afferre

De Rep. I 29, 45 (cf. II 25, 45)	Aristot. Polit. V 8
miri sunt orbes et quasi circumitus in rebus publicis commutationum et vicissitudinum; quos cum cognosse sapientis est, tum vero prospicere impendentis in gubernanda republica moderantem cursum atque in sua potestate retinentem magni cuiusdam civis et divini paene est viri.	ὥστε δεῖ τοὺς τῆς πολιτείας φροντίζοντας τὸ πόρρω ἐγγὺς ποιεῖν, ἐτὶ τὰς τῶν γνωρίμων φιλονικίας καὶ στάσεις καὶ διὰ τῶν νόμων πειρᾶσθαι δεῖ φυλάττειν, καὶ τοὺς ἔξω τῆς φιλονικίας ὄντας πρὶν παρειληφέναι καὶ αὐτούς, ὡς τὸ ἐν ἀρχῇ γενόμενον κακὸν γνῶναι οὐ τοῦ τυχόντος ἀλλὰ πολιτικοῦ ἀνδρός.

Eiusmodi similitudines praebent permultas Cicero et Aristoteles, ubi breviter exponunt civitatem a primordiis proficientem ad optimum statum. Haec Aristoteleia per Panaetium in libros De Rep. fluxerunt.

Recedit tamen Tullius a Stagirita, quod hic reiecit miros illos orbes et quasi circumitus in rebus publicis commutationum et vicissitudinum (De Rep. I 29, 45). Hac in re Panaetius facit cum Platone suo, quem appellare solebat Homerum philosophorum (Tuscul. I 32, 79). Loquitur autem summus philosophus poetice de saeculis Hesiodeis mutatis et civitatum formis conversis Polit. VIII 3, p. 546—547. Idem pulcherrime enarrat quae fiant multitudine effrenata insolentia praepotenti, pulcherrime etiam totum locum transtulit Cicero. Licet nobis brevitati consulentibus initium modo conferré

De Rep. I 43, 66	Polit. VIII 14 p. 562 C.
„Cum enim" inquit „inexplebiles populi fauces exaruerunt libertatis siti, malisque usus illa ministris non modice tem-	ὅταν οἶμαι δημοκρατουμένη πόλις ἐλευθερίας διψήσασα κακῶν οἰνοχόων προστατούντων τύχῃ καὶ πορρωτέρω τοῦ δέοντος ἀκρά-

Tullius Panaetio auctore exponit De Offic. I 4, 12; II 21, 73, II 4, 15. Illi autem loci etiam magis congruunt cum Polyb. VI cap. 3—10, quae capita iam supra domonstravimus esse Panaetiana.

Breviter indicabimus Ciceronem et Polybium etiam de rerumpublicarum generibus inter se consentire: uterque distinguit sex genera: tria bona tria mála et longe optimam ducit eam civitatem, in qua illae tres formae modice permixtae sunt; huius generis est respublica Romana superans alias omnes. De commutationibus civitatum philosophus Latinus et historicus Graecus partim inter se concordant, verum ille ratione habita status et progressus reipublicae Romanae commemorat nonnulla quae non leguntur apud hunc, qui κεφαλαιῶδες modo rem tractat. Itaque de summis rebus non discrepant inter se Cicero et Polybius, sed prorsus consentiunt, ergo usi sunt eodem auctore, qui nemo alius fuisse potest nisi Panaetius.

Haec paucis perstrinxi ne repeterem quae Schmekel (p.
67—85) enodavit. Aliorum vero argumenta iteravit
adiecit Galbiati vir Italus doctissimus, cuius grande
qui inscribitur De fontibus Ciceronis librorum qu
de republica et de legibus quaestiones, magna
summaque cum voluptate perlegi. Ex illo op
commentatiuncula sequor, praesertim creb
didici. Permultos enim scriptores Grae
tractaverunt, cum Tullii libris De R
etiam cum Polybii historiis contulit,
ratimque compluribus et novis testim
tium Ciceronis auctorem fuisse, inter
e fontibus ipse Panaetius hausisse
orationis ornandae gratia lepidu
rhetorisve verteret. Haud facil
Galbiatio summa cum cura et
dem non queo nonnullas nimis
aptae sunt, quin etiam tot
quaedam ratio Panaetiana
Galbiati de philosophia
expressam, at certe adu
Pergo igitur peritissi

Cicero De Rep. I cap. 27—28 agit de optimatium administratione Massiliae, sicut Aristoteles Polit. V 6 et VI 7. Et Cicero et Aristoteles laudat quod iura certe omnia civium paria sint, vituperat contra quod rex habendus sit quicumque genere regio natus sit. E multis similitudinibus satis habeo afferre

De Rep. I 29, 45 (cf. II 25, 45)	Aristot. Polit. V 8
miri sunt orbes et quasi circumitus in rebus publicis commutationum et vicissi[illegible] quos cum cognos[illegible] est, tum vero pr[illegible] pendentis in gu[illegible] blica moderant[illegible] in sua p[illegible] magni cu[illegible] paene [illegible]	[illegible] ῖ τοὺς τῆς πολιτείας φρον[illegible] ας τὸ πόρρω ἐγγὺς ποιεῖν, [illegible] τὰς τῶν γν[illegible]ων φιλονι[illegible] καὶ στ[illegible] διὰ τῶν [illegible]ων πει[illegible] φυλάττειν, [illegible] τοῦ [illegible] φιλονικίας [illegible]τας [illegible]ληφέναι καὶ [illegible]ῦτο[illegible] ἀρχῇ γενόμε[illegible] οὐ τοῦ τυχόν[illegible]ικοῦ ἀνδρός.

Ei[illegible] Cicero et Aristoteles [illegible] mordiis proficiente[illegible] per Panaetium in li[illegible]

[illegible] od hic reiecit miros [illegible] pu[illegible] utatio[illegible] Panae[illegible] merum [illegible] summus [illegible] civitatum [illegible] pulcherrime [illegible] praepotenti, [illegible] Licet nobis

[illegible] 14 p. 562 C.

[illegible] οκρατουμένη πό[illegible] διψήσασα κακῶν [illegible] στατούντων τύχῃ [illegible] έρω τοῦ δέοντος ἀκρά-

Tullius Panaetio auctore exponit De Offic. I 4, 12; II 21, 73, II 4, 15. Illi autem loci etiam magis congruunt cum Polyb. VI cap. 3—10, quae capita iam supra domonstravimus esse Panaetiana.

Breviter indicabimus Ciceronem et Polybium etiam de rerumpublicarum generibus inter se consentire: uterque distinguit sex genera: tria bona tria mála et longe optimam ducit eam civitatem, in qua illae tres formae modice permixtae sunt; huius generis est respublica Romana superans alias omnes. De commutationibus civitatum philosophus Latinus et historicus Graecus partim inter se concordant, verum ille ratione habita status et progressus reipublicae Romanae commemorat nonnulla quae non leguntur apud hunc, qui κεφαλαιῶδες modo rem tractat. Itaque de summis rebus non discrepant inter se Cicero et Polybius, sed prorsus consentiunt, ergo usi sunt eodem auctore, qui nemo alius fuisse potest nisi Panaetius.

Haec paucis perstrinxi ne repeterem quae Schmekel (pag. 67—85) enodavit. Aliorum vero argumenta iteravit suaque adiecit Galbiati vir Italus doctissimus, cuius grandem librum, qui inscribitur De fontibus Ciceronis librorum qui manserunt de republica et de legibus quaestiones, magna cum diligentia summaque cum voluptate perlegi. Ex illo opere, quod in hac commentatiuncula sequor, praesertim creberrimas ὁμοιότητας didici. Permultos enim scriptores Graecos, qui τὰ πολιτικὰ tractaverunt, cum Tullii libris De Rep. De Leg. De Offic. etiam cum Polybii historiis contulit, quo facto universe generatimque compluribus et novis testimoniis demonstravit Panaetium Ciceronis auctorem fuisse, interdum ostendit quoque quibus e fontibus ipse Panaetius hausisset aut ubi interpres Latinus orationis ornandae gratia lepidum locum Graeci philosophi rhetorisve verteret. Haud facile quis auxerit similitudines a Galbiatio summa cum cura et doctrina collectas. Infitiari quidem non queo nonnullas nimis quaesitas videri, sed pleraeque aptae sunt, quin etiam tot loci paralleli efficiunt ut quasi quaedam ratio Panaetiana describatur. Optime meritus est Galbiati de philosophia Panaetiana, cuius si non imaginem expressam, at certe adumbratam illius studio et labori debemus. Pergo igitur peritissimo duce meo uti.

Cicero De Rep. I cap. 27—28 agit de optimatium administratione Massiliae, sicut Aristoteles Polit. V 6 et VI 7. Et Cicero et Aristoteles laudat quod iura certe omnia civium paria sint, vituperat contra quod rex habendus sit quicumque genere regio natus sit. E multis similitudinibus satis habeo afferre

De Rep. I 29, 45 (cf. II 25, 45)	Aristot. Polit. V 8
miri sunt orbes et quasi circumitus in rebus publicis commutationum et vicissitudinum; quos cum cognosse sapientis est, tum vero prospicere impendentis in gubernanda republica moderantem cursum atque in sua potestate retinentem magni cuiusdam civis et divini paene est viri.	ὥστε δεῖ τοὺς τῆς πολιτείας φροντίζοντας τὸ πόρρω ἐγγὺς ποιεῖν, ἐπὶ τὰς τῶν γνωρίμων φιλονικίας καὶ στάσεις καὶ διὰ τῶν νόμων πειρᾶσθαι δεῖ φυλάττειν, καὶ τοὺς ἔξω τῆς φιλονικίας ὄντας πρὶν παρειληφέναι καὶ αὐτούς, ὡς τὸ ἐν ἀρχῇ γενόμενον κακὸν γνῶναι οὐ τοῦ τυχόντος ἀλλὰ πολιτικοῦ ἀνδρός.

Eiusmodi similitudines praebent permultas Cicero et Aristoteles, ubi breviter exponunt civitatem a primordiis proficientem ad optimum statum. Haec Aristoteleia per Panaetium in libros De Rep. fluxerunt.

Recedit tamen Tullius a Stagirita, quod hic reiecit miros illos orbes et quasi circumitus in rebus publicis commutationum et vicissitudinum (De Rep. I 29, 45). Hac in re Panaetius facit cum Platone suo, quem appellare solebat Homerum philosophorum (Tuscul. I 32, 79). Loquitur autem summus philosophus poetice de saeculis Hesiodeis mutatis et civitatum formis conversis Polit. VIII 3, p. 546—547. Idem pulcherrime enarrat quae fiant multitudine effrenata insolentia praepotenti, pulcherrime etiam totum locum transtulit Cicero. Licet nobis brevitati consulentibus initium modo conferré

De Rep. I 43, 66	Polit. VIII 14 p. 562 C.
„Cum enim" inquit „inexplebiles populi fauces exaruerunt libertatis siti, malisque usus illa ministris non modice tem-	ὅταν οἶμαι δημοκρατουμένη πόλις ἐλευθερίας διψήσασα κακῶν οἰνοχόων προστατούντων τύχῃ καὶ πορρωτέρω τοῦ δέοντος ἀκρά-

peratam, sed nimis meracam libertatem sitiens hausit, tum magistratus et principes, nisi valde lenes et remissi sint et large sibi libertatem ministrent, insequitur insimulat arguit, praepotentes reges tyrannos vocat." puto enim tibi haec esse nota. „vero mihi" inquit ille „notissima."

του αὐτῆς μεθυσθῇ, τοὺς ἄρχοντας δή, ἂν μὴ πάνυ πρᾶοι ὦσι καὶ πολλὴν παρέχωσι τὴν ἐλευθερίαν, κολάζεται αἰτιωμένη ὡς μιαροὺς τε καὶ ὀλιγαρχικούς.

Δρῶσι γάρ, ἔφη, τοῦτο.

Transeamus ad Isocratem ut comparemus

De Rep. I 34, 53

nam aequabilitas quidem iuris, quam amplexantur liberi populi neque servari potest.... eaque quae appellatur aequabilitas iniquissima est: cum enim par habetur honos summis et infimis.... ipsa aequitas iniquissima est.

Nicocl. § 14—15.

οἶμαι πᾶσι δοκεῖν δεινότατον μὲν εἶναι τὸ τῶν αὐτῶν ἀξιοῦσθαι τοὺς χρηστοὺς καὶ τοὺς πονηρούς, δικαιότατον δὲ τὸ διωρίσθαι περὶ τούτων καὶ μὴ τοὺς ἀνομοίους τῶν ὁμοίων τυγχάνειν.

Hanc sententiam verisimile est omnium rhetorum et philosophorum scholas pervasisse itaque et Panaetium in opere suo Περὶ Πολιτείας probasse, unde in Tullii librum manaverit. Idem fere multo post Iohannes Damascenus pronuntiat hisce verbis (in libro qui inscribitur εἴς τὰ ἱερὰ παράλληλα (apud Migneum) Patrol. Graec. XCVI p. 556 D) τὸ νέμειν ἴσα τοῖς ἀνίσοις τῆς μεγίστης ἐστὶν ἀδικίας.

Plura Isocratea affert Galbiati. Equidem commemorare malo Ciceronem et Philonem Alexandrinum eodem fere modo improbare magistratus sorte ductos

De Rep. I 34, 51 (incipit fragmentum)

si fortuito id faciet, tam cito evertetur quam navis, si e vectoribus sorte ductus ad gubernacula accessit.

Initio libri c. t. Περὶ καταστάσεως ἀρχόντων·

οὐ προσήκει δεσπότας καὶ ἡγεμόνας ὅλων πόλεων καὶ ἐθνῶν ἀποφαίνειν τοὺς κλήρῳ λαχόντας, ὀλίσθῳ τινὶ τύχης, ἀβεβαίου

(Redit comparatio cum gubernatore et medico I § 62 et 63).

καὶ ἀϊδρύτου πράγματος, ἀλλ' εἰς μὲν τὴν τῶν καμνόντων ἐπιμέλειαν κλῆρος τὸ μηδὲν· ἰατροὶ γὰρ οὐ κλήρῳ λαγχάνουσιν, ἀλλὰ πεῖροι δοκιμάζονται καὶ πρός εὔπλοιαν καὶ σωτηρίαν τῶν θαλαττευόντων οὐχ ὁ λαχὼν κυβερνᾷν εὐθὺς ἐπὶ πρύμναν παραπέμπεται.

Haec ex uno eodemque fonte nempe Panaetio manarunt, nam quae ratio inter Philonem et Stoicos intercedat, iam supra (pag. 302) vidimus.

Ceterum satis superque diximus de singulis locis primi libri De Republica.

(Continuabitur).

Ad Luciani de Saltatione § 64.

Τῶν γὰρ ἐκ τοῦ Πόντου βαρβάρων βασιλικός τις ἄνθρωπος κατά τι χρέος ἥκων ὡς τὸν Νέρωνα ἐθεᾶτο μετὰ τῶν ἄλλων τὸν ὀρχηστὴν ἐκεῖνον (celeberrimum tunc temporis saltatorem, de quo iam egit Lucianus nomine non addito) *οὕτω σαφῶς ὀρχούμενον ὡς καίτοι μὴ ἐπακούοντα τῶν ᾀδομένων — ἡμιέλλην γάρ τις ὢν ἐτύγχανεν — συνεῖναι ἁπάντων.*

Non, opinor, de *surdo* hic agitur sed de linguae graecae (et latinae) imperito. Lege ergo *ἐπαΐοντα.*

I. I. H.

AD LEGEM COLLEGII CANTORUM MILESII.

Diu dubitavi quomodo vox corrupta restituenda sit in § 1: Ἑβδομαίοισι τῇ ὀγδῷ ΑΠΟΛΕΙ καὶ τὰ ἱερὰ ἢ σπλάγχνα σπείσουσι μολπῶν αἰσυμνήτης [1]). Tandem conieci legendum esse ἀποτελεῖ; sed nunc haud scio an praeferendum sit: πωλεῖ; cf. inscr. Rhodia: τῶν ἀνδρῶν, οἵτινες θησεῦντι καὶ πωλησεῦντι τὸ ἔλαιον [2]). In universum quidem exspectes σπλάγχνα et alia id genus diebus festis non pretio venire, sed gratis omnibus porrigi; sed hoc per notam egestatem Milesiorum excusari potest. Neque temerarium videtur ΑΠΟΛΕΙ in ΠΩΛΕΙ mutare, nam quadratarius aetatis Romanae plus semel in hac inscriptione ο et ω confudit, et quod ad litteram A attinet, crediderim eum pro ΟΓΔΩΙ, quod lapis antiquus exhiberet, cum hanc formam contractam non intellegeret, reposuisse: ΟΓΔΩΙΑ. Licet enim vox ὄγδοος feminino genere in η exire debeat, apparet ex Hesychio: ὀγδόα· ἡμιχοίνικον [3]) posteriore aetate exstitisse etiam formam femininam in α exeuntem.

Dixeram in Diris Teiis non ἐπὶ δυνάμει scribendum esse, sed ἐπὶ Δυνάμει. Nuper Eduardus Schwyzer Turicensis in ephemeride, cui Glotta inscribitur, idem demonstratum ivit eodem argumento usus quo ego [4]). Idem adhuc concoquit: παρ' Ἑρμῇ Ἐγκελάδου, cum manifestum sit scribendum esse: παρ' Ἑρμῇ, ἐγ Κελάδου. Prius proposueram: ἐγ Κελάδ(ῳ); sed illud melius.

Addo, occasione oblata, non recte me § 4 vocem δᾳδός Latine reddidisse per *faces*, cum iam Wilamowitzius vidisset intellegi σχίζας [5]) materiae pineae. Cf. e. g. Thuc. VII, 53: ὁλκάδα παλαιὰν κληματίδων καὶ δᾳδὸς γεμίσαντες, quod male reddidit Diod. XIII, 13, 6 per: κληματίδων καὶ δᾴδων.... πληρώσας.

G. V.

---

1) V. Mnemos. 1918, p. 416 et 420.

2) Dittenberger, Syll.², 549, ³,974.

3) Cf. ibid. ἡμιόγδοον· οἱ δύο χόες.

4) Glotta, XI (1921), p. 76 sq.

5) Apoll. Rhod. I, 435.

PROPERTIANA.

SCRIPSIT

I. I. HARTMAN.

Ex omnibus poetis Latinis semper mihi Propertius placuit maxime. Inde ab eo tempore quo eum utcunque intelligere coepi, post breve intervallum iterum iterumque ad eum recurrebam et non solum poetam ipsum admirabar plenum ardoris, suos ipsum affectus egregie varieque enuntiantem, sed etiam, idque non minus, viros doctos qui inde a renatis literis ei emendando dederunt operam. Nam codices qui eum servant misere corrupti sunt, sed quo pluribus gravioribusque laborant vitiis, eo magis criticorum acumen exercuisse videntur ita ut iamdudum eo sit perventum ut, si quis vel mediocri veri pulchrique sensu praeditus caute circumspecteque ex eorum coniecturis quamvis audacibus optimas tantoque poeta dignissimas elegerit, eum nobis Propertium exhibere possit quem sine magna molestia et summa cum admiratione legamus omnes. Inde a renatis literis aiebam. Quam multa enim et quam praeclara Italis illis debemus qui a recentioribus editoribus non sine contemptu vix in calce paginarum commemorari solent. Iuvat pauca hic proponere ut a splendido initio haec ordiatur disputatio.

IV, 1, 33

Sic poeta declarat quo modo iam Romulus triumphum ducere potuerit:

> quippe suburbanae parva minus urbe *violae*,
> ac tibi Fidenas longa erat ire via.

Pro insano isto *violae* Itali *Bovillae* praebent. Egregia sen-

tentia: cum Roma parva erat, Bovillae non iacebant ad portas nostras, neque ergo absurdum erat eo expeditionem facere militarem. Lachmannianum prodigium *eminus* quid sibi velit dicant haruspices.

IV, 2, 31 sq.

Nullas non se posse sumere formas et aliis describit versibus Vertumnus et hisce:

> Cinge caput mitra, speciem furabor Achaci,
> furabor Phoebi, si modo plectra dabis.

Itali non *Achaei* dant, sed quod unice huic loco aptum: *Iacchi.*

IV, 4, 78

Palilia sic describuntur:

> annua pastorum convivia, lusus in urbe,
> cum pagana madent fercula deliciis,
> cumque super raros faeni flammantis acervos
> traiicit *immundos* ebria turba *dapes.*

Itali *immundos... pedes.* (Vitiosa ceterorum lectio aut nata est ex annotatione *dapes* ad *fercula* adscripta, aut totus loci contextus menti eorum in errorem inductae istud *dapes* subministravit.)

Equidem his aliisque Italorum lectionibus egregiis consideratis non coniecturas illas esse suspicari incipio sed praesto fuisse iis codices multo meliores quam vel N est vel illi qui communi litera O significantur. Sed sint merae coniecturae, tamen haud minus auctoritatis habere censeo Italos istos quam ceteros omnes qui ad nos pervenerunt libros manuscriptos.

Longum est hic percensere criticorum operam qui illos sunt secuti, inde a Beroaldo usque ad nostram aetatem. Cui non Propertium perscrutanti venerari subit Nic. Heinsium, Schraderum, Brouckhusium, nostrates omnes, quibus iure merito addimus Fonteinium illum Teleobaptistarum pastorem, qui horas suas subsecivas literis latinis impendere solebat in iisque emendandis suo solo iudicio uti, nulla legum, quae dicuntur, artis criticae ratione habita. Cuius emendationes, licet saepe multis temerariae videri possint, nunquam tamen non habent aliquid quod alios ut eius insistant vestigiis hortari possit. Vide quam de eo pronuntiaverit sententiam Housmannus in „Journal of Philology" vol. 16.

Haud tamen a proposito nostro (quod cuiusmodi sit mox apparebit) alienum videtur ex immensa illa, quam antiqua tempora tulerunt, praestantissimarum emendationum copia unam et alteram hic proferre.

III, 23, 21 sq. Tabellis, quae inter ipsum et Cynthiam ire et redire solebant, amissis haec edicit poeta:

quas si quis mihi rettulerit, donabitur auro:
quis pro divitiis *signa* retenta velit?

Beroaldus *ligna*.

III, 24, 1—4.

In perfidam puellam sic invehitur poeta:

falsa est ista tuae, mulier, fiducia formae
olim *oculis* nimium facta superba meis.
Noster amor tales tribuit tibi, Cynthia, laudes:
versibus insignem te pudet esse meis.

Burmannus *elegis*.

III, 20, 4. Puellam, cuius amator in Africam mercaturae faciendae causa abiit, sic poeta consolatur:

tantis in lacrimis Africa tota fuit?

Heinsius sic poetae manum restituit: *tantine ut lacrimes.*

IV, 9, 57

Herculem a fonte Bonae Deae hoc argumento repellit sacerdos:

magnam Tiresias aspexit Pallada vates
fortia dum posita Gorgone membra lavat.

Ut revera *argumentum* his verbis inesset, recte *magno* pro *magnam* reposuit Passeratius.

II, 29, 13 sq.

Amores poetam obviam sibi noctu factum sic reprehendunt:

haec te non meritum totas exspectat in horas,
at tu nescio quas quaeris inepte *foris.*

Sic Dousa legit pro *fores.*

Atque admonet me hic locus emendationis qua multo postea Palmerius se illis dignum magistris praestitit. Is enim III, 6, 21 praeclare emendavit. Fingitur ibi Cynthia de amatoris levitate sic conquerens:

ille potest nullo miseram me linquere facto
aequalem nulla dicere habere domo.

Ita habent codices O. At in N legitur:

et qualem nullo dicere habere domo

Cui obsecutus Palmerius rescripsit:

et qualem *nolo* dicere habere *domi*.

Laudo vehementerque laudo.... non *emendandi rationem*: multae enim „arte factae" emendationes eventum habent absurdissimum, sed ipsam emendationem praeclaram dicebam et semper dicturus sum.

Cognosce nunc quid IV, 10, 43 evenerit. Virdomari, de quo spolia opima reportavit Marcellus, mors sic describitur:

illi virgatis iaculantis ab agmine bracis
torquis ab incisa decidit unca gula.

Absurdam hanc verborum farraginem certa peritaque manu sic restituit in integrum Ioannes Schraderus:

illi virgatas maculanti sanguine bracas
torquis ab incisa decidit unca gula.

Quam emendationem frustra impugnare videtur Postgatius hoc argumento: „nondum incisa gula bracae sanguine maculari praepostere dicuntur". Omnia enim simul fiunt: inciditur gula ita ut torquis (incisa et ipsa) decidat in terram sanguisque in bracas.

illi ut virgatis iaculans it ab agmina bracis
torquis ab incisa decidit unca gula

vel Krafferti

illi virgatis iaculanti ante agmine bracis
torquis ab incisa decidit unca gula.

Talia enim quis intelligit? An *bracae* non iam vestimenti sunt genus sed *fundae*?

Et qui pugnaturus in hostem procedit, utrum procedit ab *agmine* an ab *acie*?

Quid vero de Rothsteinio iudicemus, ad lectionem traditam haec annotante:

„*illi accidit ut torquis viri virgatis bracis ab agmine iaculantis incisa gula decideret.* Nachdem durch ein im Dativ stehendes Pronomen die Person bezeichnet ist, von der die Rede ist, wird sie nachher noch einmal im Genitiv eines Participium genannt, wo auch ein sich an das Pronomen anschliessender Dativ hätte stehen können. Der Ablativ mit *a* bezeichnet die Ursache. Marcellus trifft die

Kehle des Gegners und zerschlägt dabei auch die Kette die nun herabfällt"?

An cum Demea Terentiano „tu, homo, adigis me ad insaniam" exclamemus?

En quo nova ista ducat superstitio certissimas emendationes reformidantium et absurdissima quaeque interpretantium!

Unum etiam addam exemplum.

II, 32, 3 sqq. Cynthiam modo huc modo illuc excurrentem sic castigat poeta:

nam quid Praenesti dubias, o Cynthia, sortes,
quid petis Aeaei moenia Telegoni?
curve tua Herculeum te portant esseda Tibur?

(Sic enim vs. 5 legendus: *curve*, quia praecedit interrogatio, codices *curva* te vel *cur vatem*, et *te portant* ne desit obiectum et quia composito *deportant* nullus hic locus).

Vs. 6 sic emendavit vir doctus in Misc. Obs. II, p. 106:

Appia cur toties te via Lanuvium?

Sed tanta vis est novitiae superstitionis ut sint etiamnunc qui codicum lectiones probent:

Appia cur toties te via ducit anum?

et

Appia cur toties te via ducit anus?

haud reputantes insani prorsus esse amatoris *anum* appellare puellam quam secum reconciliare studet, quo vocabulo nullum est aptius ad instigandam non Cynthiam aliquam sed vel pudicissimam puellam, et cum iam satis sit absurdam Appiam viam appellare *Appiam anum*, tum „Appia via anus" ne latinum quidem esse, et, quod gravissimum est, non intelligentes istud „via ducit aliquem" omni carere sensu nisi *quo* ducat addatur.

Equidem iterum iterumque Propertium a primo versu ad ultimum perscrutans omniaque eius verba cum variis lectionibus omnibusque omnium coniecturis diligenter perpendens tandem aliquando rem eo perduxi ut nullus iam restaret versus de quo, certe quod ad sententiam pertineret, non mihi saltem ipsi quid poeta aut scripsisset aut scribere potuisset pro certo constaret. Quod ut et aliis probarem, totum poetam in vernaculum transtuli sermonem, qua in re strenue operam dedi ut

a quovis Batavae linguae non ignaro et facile et cum aliqua legi posset delectatione. Hoc ego opus quavis occasione oblata limatum — iam enim plus viginti sunt anni ex quo primum perfeci — mox in lucem publicam sum editurus adiecturusque vel praemissurus textum latinum eum quem ego interpretari sum conatus, pro fundamento usus ea editione qua tam praeclare abhinc plus XL annos meritus est de Propertio Baehrensius. Hanc enim si in ceteris fideliter repraesentassem, ubi meus ab illius textu discreparet brevi annotatione indicassem, me et meis et legentium commodis maxime consulturum arbitrabar. Sed antea de variis locis controversis sententiam meam exponere tantum non necessarium mihi visum est. Quam rem iam aggredior, in qua — ut et in libro illo — sedulo me scriptis post-Baehrensianis usum et aliis et Enkii mei dissertatione sponte apparebit.

LIBER I.

Elegia 1.

19—28.

De toto hoc loco accuratius disputavi vol. 46 A. 1918. Sic ergo mihi constituendus videtur:

in me tardus Amor non illas cogitat artes
20 nec meminit notas, ut prius, ire vias,
aut vos, deductae quibus est fiducia lunae
et labor in magicis fata piare focis,
en agedum dominae mentem convertite nostrae,
et facite illa meo palleat ore magis.
25 tunc ego crediderim vobis et sidera et amnes
posse Cytinaeis ducere carminibus,
at vos, qui sero lapsum revocatis, amici,
quaerite non sani pectoris auxilia.

19 *non illas* dedi cum Dousa patre. Sententia enim est: in me, non ut in illis, qui supra sunt memorati, Amor mutabilis et placabilis est, sed tardus est et immutabilis.

21 *aut* scripsi pro *at*. Pignore enim provocat poeta magas

sagasque, ni verum sit quod modo dixit. De qua asseverandi formula cf. et ipse Propertius, cuius haec sunt verba (II, 1, 65):

hoc si quis vitium poterit mihi demere, solus
Tantaleae poterit tradere poma manu.

Ob eandem causam Muelleri recepi emendationem *fiducia* pro *fallacia.*

25 *At* dedi pro *et.* Nam post illam provocationem, quae acerbe ridentis est, nunc serio opem ab amicis petit poeta.

Elegia 2.

25—30.

Ut haec apte annectantur praecedentibus — alioquin enim quid sibi voluerit poeta nullo modo perspicitur, sed revera, quod dicitur arena ista sunt sine calce — recipienda est a manu prima codicis N. lectio: *nunc ego nunc.* Praecedit enim hoc: „antiquo tempore mulieres non se omni ornamentorum genere venditabant sed sua erant contentae pudicitia". Tum lamentatur poeta:

nunc ego nunc vereor ne sim tibi vilior istis

istis sc. quam rivales mei. Et hoc utitur argumento:

uni si qua placet, culta puella sat est.

„Et" ait „praesertim in te, Cynthia, hoc convenit, cum tot habeas ingenii dotes et alias

unica nec desit iucundis gratia dictis.

Insigne hic mihi exemplum praebet versus ad demonstrandum quam caute et circumspecte sit agendum in parallelis afferendis locis. Quos qui eo consilio colligit ut quam maximos exhibeat doctrinae acervos, aut perdit operam aut in gravissimum errorem inducit legentes. Saepe enim quae simillima videntur inter se sunt diversissima et tantum non contraria. Nam cui hic non in mentem venit

neque abest facundis gratia dictis

quod est apud Ovidium Met. XIII, 127?

Sed quid ibi Ovidius dicit, quid hic Propertius? Ut equidem censeo, e nostro versu apparet *iucunda* verba *gratia* carere posse. Nimirum formosae mulieris oratio utique *iucunda* est, amorem enim inspirat et a *lasciva* saepe haud multum discrepat.

Sed quae mulier honesto loco nata est et bonis usa magistris, ea et *gratiae*, hoc est *eloquentiae* est assecuta aliquid. Argutari me censes et acuminis captare gloriolam? Ipsum poetam dabo testem luculentissimum a me quod voluerit quam accuratissime esse definitum. Quid enim subiicit? Quid? Nempe:

> Omnia quaeque Venus quaeque Minerva probat.

Iucunda verba probat Venus, *gratiam* Minerva.

(Ipsa autem Cynthia habueritne illa omnia inutile et absurdum est quaerere: non enim cum historia nobis hic res est).

Ulyssis vero quae fuit *gratia*? Paulo altius hic res repetenda videtur.

> Finierat Telamone satus, vulgique secutum
> ultima murmur erat.

Quale illud fuisse murmur censeamus? Probantiumne et admirantium? Immo indignantium iramque vix cohibentium. E vocabulo *donec*, quod statim sequitur, id luce clarius apparet. Hoc enim Ovidius uti amat [1]) cum quo modo rei molestae tandem aliquando finis sit impositus narrare incipit. Unum proferam exemplum disertissimum. Serpens, quocum Cadmo fuit conflictandum

> se retrahebat ictu
> laesaque colla dabat retro vulnusque sedere
> cedendo arcebat nec longius ire sinebat.
> *Donec* Agenorides coniectum in guttura telum
> usque premens sequitur e. q. s.

Non fert vulgus militum et ne proceres quidem ferunt Aiacis impudentiam omnem rerum gestarum gloriam soli sibi vindicantis. At quam diversus ab illo Ulysses. Iam ipse viri status verecundi est hominis nihil magis vitantis quam vel levissimam arrogantiae speciem. Neque ullo argumento magis adversarium refutat quam aut tectius aut apertius significando quam parum ille vel ducibus vel militibus in sua oratione

---

1) Nec minus, ut opinor Propertius. Sic postquam narravit (I, 3) quantum dormientem conspiciens Cynthiam finxerit sibi ab eius somniis periculi, sic pergit (vs. 33 sqq.):

> donec diversas praecurrens luna fenestras,
> luna moraturis sedula luminibus,
> compositos levibus radiis patefecit ocellos.

reliquerit honoris. Nam facundum quidem Aiax quoque se praestiterat, strenueque causam suam egerat, sed ante omnia id esse agendum ut iudicum atque etiam coronae sibi conciliaret gratiam, hoc plane non cogitaverat. Apud Propertium mulierem habemus formosam et bonis artibus institutam, apud Ovidium oratorem callidum qui audientium animos probe cognitos habeat. Nonne ergo chartae parcere praestet quam in commentario ad Propertianum versum nostrum annotare: „Cf. Ov. Met. XIII, 127"?

ELEGIA 3.

32 Luna moraturis sedula luminibus

Vidi qui hunc versum sic interpretaretur ut *lumina* hic essent Cynthiae ocelli, et a semet ipso, ut opinor, ad incitas redactus ad „sedula" vocem Graecam *ἐφιζάνουσα* annotaret. Vide quam bellam sic nanciscamur farraginem verborum: „Luna Cynthiae insidens *luminibus*:

33 compositos levibus radiis patefecit ocellos".

Verus sensus hic est ut contumeliose poeta lunam increpet, quae tum sedula fuerit cum morari eam quam maxime opus esset. Consueta haec amatoribus querela et huic loco vel aptissima. Rothsteinius vero haec promit:

„*lumina* im Plural sind die einzelnen, momentan unterschiedenen, Lichtwirkungen, sachlich dasselbe, was nachher einfach *radii* genannt wird. Diese Lichtstrahlen werden durch die dichterische Phantasie belebt; sie empfinden Cynthias Schönheit und wollen gern bleiben wie der Sonnengott bei Ov. Met. IV, 197, der sich von dem Anblick der Leucothea nicht trennen kann

modo surgis eoo
temperius caelo, modo serius incidis undis,
spectandique mora brumales porrigis horas.

Aber schon in dem Participium des Futurums ist neben der Absicht auch ausgesprochen, dass sie diese Absicht nicht ausführen können, weil der Mond im Eifer seinen pflichtmässigen Weg zu vollenden ihnen keinen Aufenthalt gestattet; vgl. III, 20, 12

Phoebe moraturae contrahe lucis iter".

Tali interpretationi nova interpretatione opus est. Videor

tamen quodammodo mihi quasi per nebulam dispicere illam a mea non longe distare. Equidem enim *moraturis* accipio tamquam sit dictum pro „quae debebant morari", ille vero tamquam si hoc velit poeta: „morari *volebant* tui radii sed a te vetabantur". Sed radii lunae ipsi lunae oppositi mihi κακοζηλότερον videtur.

Elegia 4.

Plus triginta anni sunt ex quo (in Sylloge commentationum philologicarum quam Batavi philologi Conto, celeberrimo illi Graeco, Cobeti nostri discipulo, obtulimus, quamque a nobis rogati in publicam lucem ediderunt Brillii) demonstravi elegiam V ab hoc incipere debere disticho:

> quid tibi vis insane? meos sentire furores?
> infelix, properas ultima nosse mala

et in ea persto sententia. Sunt enim eius haec verba qui cum leni derisione imperitum admonet periculi quod sibi pararit ipse et in quod, nisi quam primum a proposito desistat, iamiam sit incursurus. At in codicibus hoc habet exordium illa quinta elegia:

> invide, tu tandem voces compesce molestas
> et sine nos cursu, quo sumus, ire pares

quod ab argumento eius est quam alienissimum. „Infelix" enim ille, quem tamquam „insanum" poeta increpat, quemque gravi quidem voce, sed tamen se optima quaeque ei velle simulans, a consilio certam allaturo perniciem deterrere studet, revera infestissimus ei est; est enim adulter, qui sollicitare Cynthiae fidem conatur. Sed quod est perfidi et quod in eiusmodi insidiis fieri solet, atque adeo non potest non fieri, anxie illum conatum Propertium celavit. Ad Propertium de tota re primo vix vagus quidam rumor pervenit. Qui ubi crebrior certiorque in dies fieri coepit, tandem aliquando poeta rivalem istum aperte accusare decrevit. Sed iram suam continuit et ludibrio eum habere maluit seque eius miserere fingit. Quorsum ergo ista

> invide, tu tandem voces compesce molestas
> et sine nos cursu, quo sumus ire pares

pertinent? An rivalis ille iam *aliquoties* Propertium hac admo-

nitione atque his precibus adiit: „indigna te Cynthia ista est: cedo, mihi illam relinque, qui vehementi eius amore captus sim"? Aliquoties, aio, nam hoc in adiectivo quod est *molestus* inest. Sed quo magis totam rem perpendo, eo magis mirari incipio me ante triginta annos hoc exordium *invide... ire pares* ab elegia V esse quam alienissimum intellexisse, non vero vidisse quid eo esset faciendum. At nunc video. Claudatur eo elegia *quarta*! Haec enim tota est ad *invidum* scripta, qui subdole poetae animum a Cynthia abalienare iamdudum studuerit ideoque illam prae multis aliis puellis contemnendam esse demonstraverit, sperans fortasse se, si semel spreta sit Cynthia a poeta, ab ea admissum iri. Nam non intercedo quominus eundem esse hunc *invidum* et illum *insanum infelicemque* statuamus, quem primum poeta serio vituperet, deinde derideat quidem sed irae et indignationis plenus. Parum enim curo quod *Bassum* appellat alterum alterum vere *Gallum*, neque aequales curasse opinor. Illi certe noverant saepe poetae licere quod non liceat historico. Dummodo quinta elegia sic incipiat:

> quid tibi vis, insane?

et quarta hunc habeat finem:

> non ullo gravius temptatus Cynthia damno
> quam sibi cum rapto cessat amore deus,
> praecipue nostro. Maneat sic semper adoro,
> nec quicquam ex illa quod querar inveniam,
> invide, tu *tantum* voces compesce molestas,
> et sine nos cursu, quo sumus, ire pares.

Pro *tandem* reposui *tantum*. Sed necessariam hanc esse emendationem non ausim affirmare.

Elegia 5.

> 7 Non est illa vagis similis conlata puellis:
> molliter irasci non solet illa tibi.

Primum vs. 8 quod plerumque fit, ab Italis petenda salus, qui pro *solet* praebent *sciet*. Admonetur enim invidus noster ne (quod nondum fecit) iram Cynthiae moveat, tunc enim eum experturum quam gravis illa ira sit et quam terribilis. Nam omnino non *solet* molliter illa irasci, ergo ne adversus

invidum quidem illum iram suam compescere poterit, ergo vox quae est *solet* non eam quae est *tibi* admittit neque haec illam, sed difficilius est hexametrum emendare: hoc unum apparet istud *conlata* nullo modo ferri posse. Quid enim hoc est: „non est vulgo mulierculartum Cynthia similis si cum eo confertur?" Quis unquam tam languido utitur sermone qui nunc certo quam maxime legentem movere studet? Ad sententiam quod attinet, nihil desideratur si otiosum illud *conlata* una litura deletur. Ergo *lacunae*, quae nescio quo casu nata erat, explendae illa vox inservit. Eandem multo melius nos explebimus modo simus memores qui sit totius elegiae color. Hominem quem pessime odit poeta tamquam amicus amicum alloquitur eumque lenissimis periculi instantis admonet verbis cum multo malit acerbissima in eum invehi oratione. Igitur optime de poeta merebimur si eius reprehensionem aliquo exornaverimus vocabulo quod (ut Donati utar verbis) magnam habeat moralitatem. Legamus ergo:

> non est illa vagis similis, *mihi crede*, puellis
> molliter irasci non *sciet* illa *tibi*

ipsam Propertii manum restituerimus.

Elegia 6.

Ne Tullo quidem comite se iter transmarinum suscipere velle poeta declarat ipsumque Tullum rogat:

> 13 an mihi sit tanti doctas cognoscere Athenas
> atque Asiae veteres cernere divitias,
> ut mihi deducta faciat convicia puppi
> Cynthia et insanis ora notet manibus,
> 17 osculaque opposito dicat sibi debita vento
> et nihil infido durius esse viro?

In ultimo disticho multa sunt moliti viri docti. Mihi vero nihil ibi videtur mutandum, dummodo sic accipiamus: „oscula ista" Cynthia ait „non tibi, durissime, debeo, sed ventis mitioribus quam tu es, utpote qui iter tuum prohibeant". Quam egregie haec sententia puellam deceat ob amatoris lamentantem abitum testis est Ovidius qui sic Dido conquerentem facit (Her. 7, 41 sq.):

quod tibi malueram sine me debere procellis,
iustior est animo ventus et unda tuo.

Non inter se imitantur poetae erotici, sed de eadem re dicunt eadem

19—26 tu patrui meritas conare anteire secures
et vetera oblitis iura *referre foris*

(egregie sic Heins. pro *refer sociis*):

nam tua non aetas unquam cessavit amori,
semper at armatae *dura tulit* patriae

(optime sic lectionem traditam *cura fuit* emendavit decessor meus Cornelissen).

et tibi non unquam nostros puer iste labores
adferat et lacrimis omnia nota meis;
me sine, quem voluit semper Fortuna iacere,
hanc animam extremae reddere nequitiae.

Ultimo versu aut poeta mirum in modum perturbavit verba aut recipienda Housmani emendatio:

huic animam extremam reddere nequitiae.

ELEGIA 7.

13—26 Me legat assidue post haec neglectus amator,
et prosint illi cognita nostra mala:
15 te quoque si certo puer hic concusserit arcu,
quod nolim nostros *evoluisse* deos

(sic recte, ut opinor, Itali)

longe castra tibi, longe miser agmina septem
flebis in aeterno surda iacere situ;
et frustra cupies mollem componere versum,
20 nec tibi subiiciet carmina serus Amor.
tum me non humilem mirabere saepe poetam:
tunc ego Romanis praeferar ingeniis
23 nec poterunt iuvenes nostro reticere sepulcro
„ardoris nostri magne poeta iaces"
25 tu cave nostra tuo contemnas carmine fastu:
saepe venit magno fenore tardus Amor.

Quam egregia hic sunt omnia, quam lepidus hic est ordo nexusque cogitatorum, quam venuste sub finem carminis ad

Tullum, a quo est exorsus, poeta redit, quam apta sententiola totum carmen clauditur! Tamen Fischerus statim post v. 14 ponit 23 sq., Baehrensius vero 23—26. Hoc certe iam uno illo *te quoque* a quo vs. 15 incipit refutatur. Sed neque Fischeri ratio multo praestat: etenim statim post optativos *laudent*, *legat*, *prosint* male infertur futurum *poterunt*. Eodem argumento concidit Housmani coniectura, qui 23—26 ponit post 10:

hinc *cupio* nomen carminis ire mei.

21 sq.

tum me non humilem mirabere saepe poetam,
tunc ego Romanis praeferar ingeniis.

Hoc quidem Propertio, quamvis sit poeta egregius et quamvis eum laudent aequales et admirentur posteri, nunquam, nisi prius capitis diminutionem maximam passus abierit in exsilium, continget. Id tamen ei accidisse pro certo negare possumus. An de nostro, id est de nihilo „ceteris omnibus" addamus? Apage! An vero illud „Romana ingenia" ita accipiamus ut *epici* tantummodo intelligantur? Hoc vult Rothsteinius qui adnotat: „*Romana ingenia* zu denen hier, vom jetzigen Standpunkt des Ponticus aus, nur Epiker gerechnet werden". Hercle, sic si poetas scriptoresque interpretari licet, quid iam non licebit? Quinam sint illi, quibus se praeferri cupit Propertius, quos ergo contemnit et deridet, ignoramus semperque fortasse ignorabimus, sed hoc constat eum de certis quibusdam cogitare poetis qui tunc in magno honore esse coeperant et, ut fieri solet, strenue inter se admirabantur. Vehementer ergo mihi arridet Eldikii coniectura „Romanis-Inachiis". Omnino veteres illi. Batavi, ut erant in omni genere antiquarum literarum facile principes, ita Propertium aliosque eius similes in succum sanguinemque verterant. Mireris populum illum sobrium parcum severum, mercatores illos diligentes, aratores laboriosos, fortes etiam, si opus esset, milites terra marique tantam contrahere potuisse cum levissimis poetis familiaritatem. Quinam fuerint illi Inachii Romani, ut modo dicebam, nescimus, non tamen est incredibile iis vocabulis hic sectam quandam designari iuniorum poetarum qui maiore et accuratiore exemplorum Graecorum studio et imitatione gloriolam quandam aucupabantur.

Tales homines inter Romanos iam Lucilii tempore fuisse novimus. An putidum videtur *Inachiis* pro *Graecis* dictum? Vide ergo I, 13, 31 sq.:

> illa sit Inachiis et blandior heroinis,
> illa suis verbis cogat amare Iovem.

Elegia 8.

Hanc elegiam in duas partes divisit Lipsius quarum altera claudatur versu

> et licet Hyllaeis: illa futura mea est

at altera versu

> ista meam norit gloria canitiem

et morem ei gessit Baehrensius. Bene factum quod non et numeros elegiarum propterea mutaverint. Multo enim minus transpositionibus suis nos vexassent critici, si reputassent in deliciis esse Propertio saltus et subitos transitus. Quid ergo obstat quominus ei permittamus una eademque elegia primum lamentari de instanti Cynthiae itinere, deinde post breve silentium exsultare gaudio quod triste istud consilium iam missum fecerit illa? Quod autem de fine totius dicebam carminis, mutandum nunc mihi est. Vehementer enim mihi, ut et Baehrensio, Fischeri arridet coniectura qui olim fuerint vss. 45 sq. eos alio esse traducendos, ut ultimus fiat versus

> sive dies seu nox venerit illa mea est.

Quamvis enim sit varius et mutabilis Propertius, in clausulis sibi constat. Cuius rei non memores saepe transpositionibus suis efficiunt viri docti ut in medio carmine legantur versus qui sunt clausulae vere Propertianae, qualis et hic est et
I, 12, 20 Cynthia prima fuit, Cynthia finis erit
et I, 13, 31 et, quaecunque voles, una sit ista tibi.

Versus 9—16 sic ego variis usus lectionibus aliorumque coniecturis legendos arbitror:

> o utinam hibernae duplicentur tempora brumae,
> 10 et sit iners tardis navita Virgiliis,
> nec tibi Tyrrhena solvatur funis *ab ora*
> (sic Burm. pro *harena*)
> neve inimica meas elevet aura preces;

aut ego tum videam faciles subsidere ventos,
cum tibi provectas auferet unda rates,
et me defixum vacua patiantur in ora
crudelem infesta saepe vocare manu!

Ubi quod brevi intervallo leguntur *ab ora* et *in ora* id Propertio haud indignum mihi videtur.

19 sq. *utere* felici praevecta Ceraunia remo,
accipiat placidis Oricos aequoribus.

Pulcherrima haec codicis D lectio pro *ut te*. Omissum *te* in pentametro facile defenditur.

43 nunc mihi summa licet contingere sidera plantis

Absurda haec esse iam in libro *de Horatio poeta* p. 136 demonstrare conatus sum. Coniecturam meam *palmis* pro *plantis* iamiam probari criticis videre mihi videor.

Elegia 9.

23 sq. nullus amor cuiquam faciles ita *praebet habenas*
ut non alterna presserit ille manu

lectio haec Iacobi, qua spreta prae tradito *praebuit alas*, nuper Phillimorius minime inepte pentametrum sic refinxit:

ut non alternam senserit ille manum

hoc praesertim argumento usus satis probabili quod *ille* ab *Amore* diversus esse debeat.

Elegia 10.

1 sq. o iucunda quies, primo cum testis amori
adfueram vestris conscius in lacrimis.

De ultimo vocabulo non habeo quod dicam. Parum enim nota mihi esse singula amoris momenta, poetici praesertim, non me pudet. Nolim tamen probare quod proposuit Cornelissen *latebris*. Fingit enim, ut opinor, poeta se per rimam ianuae speculatum esse quid in solito Galli et puellae cubiculo evenerit. In latebras illos aliquas confugisse absonum mihi videtur.

19 Cynthia me docuit semper *quaecunque* petenda
quaeque cavenda forent: non nihil egit Amor.

Luciani Muelleri *quae cuique* versum non reddit meliorem.

Quid quod eo aliquid nobis obtrudi videtur quod hinc est alienum parumque cum praecedenti *semper* concinat.

26 nec meminit *iustas* ponere laesa minas.

Minime tangendum illud *iustas*. Annon *iustas* dicamus minas *laesae* et *contemptae*? Praecedit enim

irritata venit, quando contemnitur illa.

27 sq. At quo sis humilis magis et subiectus amori,
hoc magis effecto saepe fruare bono.

Bonum praeceptum usu docti magistri, dummodo pro *fruare* legamus *fruere*. Quid sibi vocabulum *effecto* velit nescio; non tamen corruptum videtur.

Elegia 11.

Versus 15 sq. inter 8 et 9 ponit Housmanus ut fiat:

an te nescio quis simulatis ignibus hostis
sustulit e nostris, Cynthia, *carminibus*?
ut solet amoto labi custode puella
perfida, communes nec meminisse deos.

Satis probabiliter dummodo cum Marklando et Fonteinio pro *carminibus* legamus *luminibus*. Idem Housmanus cur pro absurdo:

ecquis in extremo restat amore locus

legere malit:

ecquis in extremo restat amor iecore

quam cum Heimreichio

ecquis in extremo pectore restat amor.

me fugit.

Elegia 12.

1 sq. Nondum, ut opinor, plane obsolevit proverbium „Roma mora". Certe inter viros ecclesiasticos frequentem eius etiamnunc usum esse nuper me docuit amicus quidam mihi socius Iesu. Neque mirum si quis fidelium vel ipsum Pontificem Maximum vel Cardinalem aliquem velit adire, diu ei esse exspectandum modo in hoc modo in illo atrio et nunc huc nunc illuc currendum priusquam ad optatum sibi finem perveniat. Sed et alii omnes qui unquam Romam iter fecimus saepe sumus experti quantum temporis ibi inutiliter pereat.

Quid esset *urbem perrepere* crura nostra senserunt, atque adeo quid *perrepere aedificia*: ita pleraque omnia quae spectare cupimus in editis eorum partibus servantur, ita plerique, quos volumus visere, sub ipso habitant tecto. Quapropter omnes qui, quod est in vernaculo proverbio, Roma se redire nolunt „fele sua domestica non doctiores", etiam atque etiam sunt monendi ne a quoquam mortalium opem petant, sed sua ipsi sagacitate usi viam invenire conentur quocumque est eundum. Nam quod olim tam egregie dixit qui omnia dixit egregie Boissierius, ceteri omnes qui peregrinantur ovium instar circumducuntur, non semper a peritis ducibus, at Romam qui visit sibi ipse dux esse et debet et potest, nullus enim non lapis eum admonet antiquitatis, nullus non ab ipso Cicerone calcari potuit. Neque tamen illud „Roma-mora" a philologis vel sacerdotibus est inventum sed ab adolescentibus Propertii non dissimilibus traxit originem. Hi enim saepe quominus propraetorem aliquem in provinciam comitarentur ad reipublicae administrandae usum addiscendum vel ad inspiciendos agros sibi patribusque legatos eo proficiscerentur a sua quisque impediebantur amica, aut laetis quae cum amicis celebrare solebant conviviis. Hi ergo in desidiae vocabantur crimen ab aequalibus, qui aut iam in aliqua fuerant cohorte praetoria aut se fuisse postea erant simulaturi. Quid ergo illius temporis moribus magis accommodatum quam hoc

> quid mihi desidiae non cessas fingere crimen,
> quod faciat nobis Roma moram?

Locum reliqui vacuum quia quod est in codicibus *conscia* non probatur philologis quibusdam. Et fortasse non de nihilo nata est ista suspicio. Nam licet omnino recte Roma istius levitatis *conscia* dicatur, parum ista severitas decet censores et ipsos leves admodum. Nescio ergo an recte, qui tam multa feliciter emendavit Kraffertius hic quoque verum invenerit:

> quod faciat nobis, *Pontice*, Roma moram.

Hic enim ipsum Propertium audire mihi videor. Absit tamen Baehrensii inventum

> quod faciat nobis Cynthia amore moram

vel multo elegantius illud Graevianum

quod faciat nobis Cynthia nostra moram
quo flosculus perit suavissimus aptissimusque.

Elegia 13.

1 sq. Tu, quod saepe soles nostro laetabere casu,
Galle, quod abrepto solus amore vacem.

Scio plerisque hoc distichon placere editoribus, scio rideri qui tautologiam *saepe solere* non ferant, scio exemplis eam posse defendi, mihi tamen, quoties in hos versus incido, tam molesta illa est tamque contraria cum totius carminis tum huiusce distichi ἤθει ut vetustam coniecturam „tu quod, saeve, soles" mittere non possim neque credere egregium poetam, cum aptissimum haberet prae manibus vocabulum, scribere maluisse quod defendi quidem posset, sed et defensionem requireret.

Elegia 16.

1 sq. Quae fueram magnis olim patefacta triumphis
ianua Tarpeiae nota pudicitiae...

Hanc structuram *nota pudicitiae* (pro „ob pudicitiam nota") quoniam non memini me et alibi apud Propertium legere, hosce lubet adscribere versus Horatianos qui egregie illam illustrant:

vivet extento Proculeius aevo
notus in fratres animi paterni.

5 sqq. Sic ergo ianua de sorte sua crudeliter mutata lamentatur:

nunc ego nocturnis potorum saucia rixis
pulsata indignis saepe queror manibus,
et mihi non desunt turpes pendere corollae
8 semper et exclusi signa iacere faces
11 nec tamen illa suae revocatur parcere famae
12 purior et saecli vivere luxuria
9 nec possum infamis dominae defendere noctes,
10 nobilis obscenis tradita carminibus
13 has inter gravibus cogor deflere querellis,
14 supplicis a longis tristior excubiis.
15 ille e. q. s.

Purior vs. 12 Fonteinii est, tota vero versuum transpositio Baehrensii. Qua quid proficimus, vel quid tandem hic est turbatum? Equidem nunc solo pronomine *illa* Baehrensii rationem plane refutari mihi habeo persuasissimum.

Elegia 17.

3 sq. Sequor hic bonam Paleyi lectionem

nec mihi Cassiope solito visura carinam est
omine et ingrato litore vota cadunt

nisi quod *cadent* pro *cadunt* legendum censeo.

16 quamvis dura, tamen rara puella fuit.

Nimium laudis in voce *rara* est, cum praesertim eandem puellam simul *duram* dicas. Iure enim ea demum *rara* appellatur quae virtutibus suis ceteras omnes superet et tantum non omnibus, gravioribus certe, careat vitiis. Quapropter lubens accipio lectionem (Italorum, ut opinor) *cara*. „Amo eam quamvis duram sim expertus" haec ipsi naturae conveniens est sententia. Sed „quamvis sit dura, tamen ceteris omnibus eam praestare mihi constat" absonum videtur. Vide disputatiunculam meam in libro *de Horatio poeta* p. 146.

Elegia 19.

15—20. Hos versus ego (cum Postgatio, v. Enkii dissertationem) sic legendos censeo:

quarum (clararum apud inferos mulierum) nulla tua fuerit mihi, Cynthia, forma
gratior et (Tellus hoc ita iusta sinat)
quamvis te longae remorentur fata senectae
cara tamen lacrimis ossa futura meis,
19 quas viva mea te possit sentire favilla:
tum mihi non ullo mors sit amara loco.

Quamquam paulo durius mihi videtur vs. 19 *quas* ad lacrimas (18) referre.

Elegia 20.

3 sq. Saepe imprudenti fortuna occurrit amanti
crudelis Minyis *dixerat* Ascanius

Sic codices O, N habet *dixerit*. Utroque spreto Baehrensius *sic erat* iusto, ut mihi quidem videtur, languidius. Sed quod *dixerit* improbat vir acutissimus in eo lubentur ei assentior. Hoc enim item ut Graeco *εἴποι ἄν* *testis* citatur non is qui alium affecit iniuria sed ipsa crudelitatis victima.

7 Hunc tu sive leges umbrosae flumina silvae.

Opus hic esse certae cuiusdam silvae appellatione bene perspexit Scaliger. Sed quod pro *silvae* reposuit *Silae* summum virum fefellit ratio: quis enim tunc temporis animi causa in nemore illo tristi atque horrendo pice sua vix minus nigro ambulare solebat? Et quam longe Anio, qui statim post infertur, ab illo abest! Neque est dubium quin aut in ipsa urbe aut in villa suburbana vitam degerit Gallus ille Propertii amiculus.

51 sq. his, o Galle, tuos monitus servabis amores
formosum Nymphis credere visus Hylam.

Sanum esse *visus* non credo. Totum versum sic refinxit Palmerius.

formosum ni vis perdere rursus Hylam.

Quam „admirabilem" emendationem dixit Housmanus. Fortasse non iniuria. De *rursus* dubito tamen.

Nam quod ad cetera omnia attinet, Palmerii inventum praeconio Housmaniano dignissimum videtur. Quam enim veri est simile ab oscitante librario, cum tota sit de Nympharum insidiis elegia, hic quoque *Nymphis* pro *ni vis* scriptum! Quam parum *perdere* distat a *credere*! Et quam apte monitor hic, quo magis amico suo persuadeat, poenae eum admonet, quae nisi oboediat ille certo certius sit secutura! Lubet hic exempli causa aliam afferre dissimillimo loco adhibitam civis nostri emendationem, quae ne in oblivionem abeat summopere metuo. Apud Aeschylum ergo in Prometheo Io et alia quae sibi evenerint narrat et haec (vs. 663 sqq.):

*τέλος δ' ἐναργὴς βάξις ἦλθεν Ἰνάχῳ
σαφῶς ἐπισκήπτουσα καὶ μυθουμένη
ἔξω δόμων τε καὶ πάτρας ὠθεῖν ἐμὲ
ἄφετον ἀλᾶσθαι γῆς ἐπ' ἐσχάτοις ὅροις·
κεἰ μὴ θέλοι, φλογωπὸν ἐκ Διὸς μολεῖν
κεραυνὸν, ὃς πᾶν ἐξαιστώσοι γένος.*

Sic enim etiamnunc legitur. Nonne ergo sentiunt viri docti quam languidum sit istud *κεὶ μὴ θέλοι*, quam humi repat, quam vix Graecum sit? Et iamne nemo eorum sentit *praeteriti* temporis esse infinitivum *μολεῖν*, non futuri? Quam praeclare ergo Naberus noster (post *ὅροις* virgula posita, non semicolo) lectione

εἰ μὴ θέλοι Φλογωπὸν ἐκ Διὸς μολεῖν
κεραυνὸν, ὃς πᾶν ἐξαιστώσοι γένος

et de hoc loco et de toto Aeschylo meruit! Age clavum clavo expellam et, ne istud *rursus* obstet quominus sentiamus probe intellexisse Palmerium quid hic ad sententiam requireretur, legamus:

formosum ni vis tu quoque perdere Hylam.

An ne clavum quidem clavo expellere hoc est? Per me certe Propertio licet tota vita sua semel tam lenem synizesin in hunc pentametri locum admittere.

(Continuabuntur).

BONUS E GALLIA NUNTIUS.

Nuper in manus nostras pervenit decretum de nova inter Franco-Gallos condenda societate mox, ut speratur, omnes complexura homines qui latine sciunt. Cetera qui noscere cupient adeant virum clarissimum cuius nomen ei est subscriptum; mihi et iucundissimum est et haud inutile videtur haec inde in nostrum librum transferre:

CIVITAS NOVA
sive magistrorum optimarum artium, uecnon quorundam aliorum latinis litteris eruditorum, e diversis gentibus Societas.

> *Κατώρυχες δ' ἔνχιον, ὥστ' ἀήσυροι*
> *μύρμηκες, ἄντρων ἐν μυχοῖς ἀνηλίοις.*
> (ΑΙΣΧ. Προμηθεὺς δεσμώτης, 452.)

I. Inter quosdam e diversis gentibus magistros, vel qui docent, vel qui docuerunt quamdam liberalem disciplinam, statuitur societas.

II. Hoc iis imprimis propositum est ut inter se coniunctiores fiant, ne ultra quasi disiecta membra corporis unius esse videantur. Illud enim recordantur Ciceronis:

> 'Omnium societatum nulla praestantior est, nulla firmior, quam cum viri boni, moribus similes sunt familiaritate coniuncti.... In quibus enim eadem studia sunt eaedemque voluntates, in his fit ut aeque quisque altero delectetur ac se ipso, efficiturque id, quod Pythagoras vult in amicitia, ut unus fiat ex pluribus.' (*De Officiis*, i. 17.)

Si autem hoc iure asseritur cum generatim tantum et universe de studiis voluntatibusque bonorum omnium agitur, quanto verius hoc evasurum putabimus si de societate interiore quorumdam bonorum agatur, in quibus idem invenitur habitus vitae, eadem iuventutis bene docendae voluntas, idemque litterarum et doctrinae studium!

III. Hoc praeterea sperant ex tali cum diversarum gentium collegis coniunctione et familiaritate, cariorem etiam sibi communem humani generis utilitatem fore, ita ut et ipsi ad novam societatem gentium confirmandam pro viribus suis aliquid conferant.

σπανιώτατον τοῦτ'; οὐ γάρ, οἷοι νῦν νέοι,
πόδας ὠκὺς ἄν τις εὖ τε χεῖρ' ἠσκημένος
κλύειν ἕλοιτο μᾶλλον ἤπερ ἀρτίφρων;
ὑμεῖς δὲ νύκτας ἡμέρας θ' Ἑλληνικοὺς
ἐκάμετε μανθάνοντες ἐκπρεπεῖς στίχους,
ἕως μέρος γένοιντο τῆς ὑμῶν φρενὸς
βίον τ' ἔχοιεν, καίπερ ἀρχαῖοι, νέον.
εὖ γ', ὦ Βαταυοῦ νῦν γένους τοῦ φιλτάτου
κάλλιστον ἄνθος, ὦ κράτιστε ποιμνίου
τοῦδ' ἡγεμών, πῶς ἄν τις ἀξίως σεθεν
ἐπανέσειε τῆς καλῆς Ἀρνημίας
ἕδος πάναγνον ἵνα παρασκευάζεται
Μούσαισι τοιάδ' εὐσέβεια θυμάτων!
εὖ σοι γένοιτο, μηδ' ὃ νῦν ἐγκώμιον
φέρεις παρ' ἡμῶν ἐκμαρανθείη ποτε!

L. die XIX m. Iun. I. I. H.

MNEMOSYNE.

BIBLIOTHECA PHILOLOGICA BATAVA.

COLLEGERUNT

P. H. DAMSTÉ, J. J. HARTMAN, C. W. VOLLGRAFF.

OPERAM SUAM POLLICITI SUNT

K. KUIPER, J. C. NABER, M. C. VALETON, I. VAN WAGENINGEN.

NOVA SERIES.

VOLUMEN QUADRAGESIMUM NONUM. PARS IV.

LUGDUNI-BATAVORUM
E. J. BRILL.

LIPSIAE,
O. HARRASSOWITZ.
1921.

IV. Quinquies in anno edet Societas acta sua, latina quidem lingua ut quae sola et ab omnibus doctis etiam nunc intelligatur, et nullius gentis superbiam laedat.

V. De rebus tractandis, vel agendis, haec sola ratio et lex: Cives Civitatis Novae homines esse, nihil ergo humani a se alienum putare. Si autem definitio quaedam quaeratur, dicamus: quidquid ad litteras, ad historiam, ad ius, ad philosophiam pertinet, quidquid ad cives ipsos — videlicet quomodo vivant et sentiant, quid agant — nostrum est!

VI. Revocabitur ad sortem cui inter cives quisque Actorum libellus — civitatis scilicet sumptu, formaque certa — edendus et typis exscribendus tradatur. Licebit tamen sortito a quodam alio civium petere ut onus suscipiat honoremque adipiscatur. Nemo autem hac exceptione terreatur cum iam non deficiant illi qui, si hoc a se petatur, onus suscipere honoremque adipisci non dubitent.

X. Collatio cuiusque civis H.S. XXX (pecuniae Batavae fl. 3) in annum statuitur. Maiorem conferre licet. Edent 'Acta' et reditum et impendia civitatis novae.

XI. Patet cuivis — probante concilio — ad Civitatem Novam accessio, nomine 'civis adscripti', eadem stipe collata. Valde optandi sunt, inter alios latinis litteris eruditos, ut cives adscripti quidem sed eodem iure quo ceteri, cuiuscumque doctrinae sacerdotes, quippe qui optimam honeste sancteque vivendi artem doceant; optatissimi quoque sunt iuvenes bonarum litterarum studiosi, qui in qualibet disciplina licentiam docendi appetunt, ut sint Civitati Novae et flos, et robur, et spes.

Gaston. E. Broche
Gallicae Vniversitatis Socius
In Lycaeo Magno Massiliensi Professor
Civitatis Novae ad tempus tabularum custos.
Massiliā. Prid. Non. Apr. MCMXXI.

Nonne hic habent quod vehementer gaudeant Mnemosynes nostrae cultores quae per tot annos fere sola latinae linguae usum defendit? Utinam et alii et philologi Batavi Gallicum illud consilium strenue adiuvent!

Laus Arnhemiae.

Saepe ad nos nuntius pervenit de aliqua fabula graeca vel latina nuper graece vel latine tam bene peracta ut spectatores hodierni vehementer commoverentur vel iucundissime delectarentur. Apud Anglos praesertim ea ars in honore esse videtur sed neque apud nos emortuam eam esse fortasse operae pretium est me hic narrare, cum praesertim eius rei tam insigne possim adferre exemplum. Gymnasii enim Arnhemensis alumni, et ab aliis bonarum artium fautoribus fideliter adiuti et a praestantissimo Rectore I. Hooykaas, v. d., probe instructi strenueque exercitati, et mense Aprili in sua urbe et heri Hagae Comitum Antigonam Sophocleam ita, multis spectantibus hominibus eruditis, scenae commiserunt ut mirer ni vel ipsis Anglis hac in re suppares haberi possimus Batavi. Hic ego et ipse continere me non potui quin in scenam prodirem — hoc me ausum esse mirari numquam desinam — et hisce alloquerer actores magistrumque versiculis, fortasse non indignis qui et hic legantur. Certe sic adolescentuli illi et ille Rector late splendens et duraturum habebunt splendidissimae illius a se reportatae monumentum victoriae.

αἰνῶ τραγῳδοὺς οἵτινες μακρὰν ὁδὸν
ἐλθόντες Ἀντιγόνην παρῆγον ἐνθαδί
πρόσταγμα τοῦ κρατοῦντος οὐ φοβουμένην,
θεῶν νόμους δὲ σεβομένην μόνους μόνην
τούτων θ' ὕπερ θνῄκουσαν, ὥστε δεικνύναι
ἅπασιν ἀνθρώπεια πάντα δόγματα
ἀντ' εὐσεβείας μηδενὸς νομιστέον·
τοῦτ' εἴδομεν νῦν δρώμενον κἠκούσαμεν
λεγόμενον· ὡς καλῶς δὲ τῶν θεωμένων
ὤρινε θυμὸν καὶ τὸ δρᾶμα χὠ λόγος!
πῶς οὐκ ἄρ' ὑμῖν, ὦ σοφοὶ νεανίαι,
χαριέσταται νεανίδες τ' ὀφείλομεν
χάριν μεγίστην, οἵτινες πρᾶγμ' οὐ μικρὸν
σπουδὴν ἔθεσθε· νῦν γὰρ οὔ τις ἂν λέγοι

σπανιώτατον τοῦτ'; οὐ γὰρ, οἷοι νῦν νέοι,
πόδας ὠκὺς ἄν τις εὖ τε χεῖρ' ἠσκημένος
κλύειν ἕλοιτο μᾶλλον ἤπερ ἀρτίφρων;
ὑμεῖς δὲ νύκτας ἡμέρας θ' Ἑλληνικοὺς
ἐκάμετε μανθάνοντες ἐκπρεπεῖς στίχους,
ἕως μέρος γένοιντο τῆς ὑμῶν φρενὸς
βίον τ' ἔχοιεν, καίπερ ἀρχαῖοι, νέον.
εὖ γ', ὦ Βαταυοῦ νῦν γένους τοῦ φιλτάτου
κάλλιστον ἄνθος, ὦ κράτιστε ποιμνίου
τοῦδ' ἡγεμών, πῶς ἄν τις ἀξίως σεθεν
ἐπανέσειε τῆς καλῆς Ἀρνημίας
ἕδος πάναγνον ἵνα παρασκευάζεται
Μούσαισι τοιάδ' εὐσέβεια θυμάτων!
εὖ σοι γένοιτο, μηδ' ὃ νῦν ἐγκώμιον
φέρεις παρ' ἡμῶν ἐκμαρανθείη ποτε!

L. die XIX m. Iun. I. I. H.

MNEMOSYNE.

BIBLIOTHECA PHILOLOGICA BATAVA.

COLLEGERUNT

P. H. DAMSTÉ, J. J. HARTMAN, C. W. VOLLGRAFF.

OPERAM SUAM POLLICITI SUNT

K. KUIPER, J. C. NABER, M. C. VALETON, I. VAN WAGENINGEN.

NOVA SERIES.
VOLUMEN QUADRAGESIMUM NONUM. PARS IV.

LUGDUNI-BATAVORUM
E. J. BRILL.

LIPSIAE,
O. HARRASSOWITZ.
1921.

INDEX.

PROPERTIANA.

SCRIPSIT

I. I. HARTMAN.

(Continuantur e pag. 332).

Elegia 21.

Suavissimum epitaphium aut revera cenotaphio inscribendum aut a poeta ita compositum ut cenotaphio destinatum videri possit. Mortuus, cui illud destinatum est vel fingitur, praetereuntes omnes sed praesertim commilitones suos, quibuscum ad Perusiam stetit in acie, orat et obsecrat ut de tristi sua et inexspectata morte sororem ipsius faciant certiorem. Hic, ut ego opinor, legentibus utique scire opus est soror illa quae sit. Et nunc quidem nomen eius latet sed nullo negotio eruitur secumque et aliud affert emolumentum: turpi macula totam liberat sententiam. An, cum nihil dicere vis quam hoc: „sorori meae *haec* nuntia" etiam dicere licet: „sorori meae *haec acta* nuntia"? Nihilne ergo latine loquenti vel scribenti non est permissum? Ambabus, censeo, manibus arripiamus praeclarum Scaligeri emendationem *Acca* pro *acta* legentis. „Orat et obsecrat" aiebam: ergo quam maximum potest suis ipse precibus addit pondus. Optima quaeque ei, ad quem se convertit, apprecatur si rite perfecerit id quod rogatus est. Qua formula quid est usitatius, quid efficacius videtur? Legamus ergo cum Passeratio et Scaligero:

> Sic te servato possint gaudere parentes,
> haec soror Acca tuis sentiat e lacrimis

ita ut ipsae preces ἀσυνδέτως addantur affirmationi, eodem prorsus modo quo fit apud Horatium.

Sic te diva potens Cypri,
sic fratres Helenae, lucida sidera,
ventorumque regat pater
obstrictis aliis praeter Iapyga,
navis, quae tibi creditum
debes Virgilium finibus Atticis,
reddas incolumen precor.

Quid autem misero huic homini accidit? Apud Perusiam sub L. Antonio pugnans se dedit in fugam et victoris quidem Caesaris manus effugit (nam vs. 7 haud dubie cum Marklando *elapsum* legendum est pro *ereptum*), sed in latronum incidit manus, a quibus crudeliter necatus spoliatusque est.

Quid autem Accam facturam, haec ubi cognoverit, mortuus sibi habet persuasum? Nempe ossa sua componet. Hoc est cuiusvis epitaphii, quod cenotaphio insculpitur, consilium. At ubi cenotaphium est, ibi *non* est corpus. Corpus ubi iaceat prorsus ignoratur. Ergo cenotaphii dominus cum praetereuntem aliquem rogat „corpus meum sepelito", hoc cogitat: „sepelito si inveneris".

Ante multos annos cum (Mnem. Vol. 26) Horatii carmen I, 28 in duas esse dividendum partes demonstrabam, de secunda parte ita disputavi:

„alterum carmen nil est nisi cenotaphii titulus, quales tam multi in Anthologiae libro septimo leguntur. Sed quod illic dici solet: „adspicitis hic, advenae, falsum sepulcrum, nam corpus eius, cui positum illud est, undis est obrutum", id eleganter hic sic exornatur ut in cenotaphii, positi in Italiae meridionalis litore, titulo ipse naufragus sic fere loquens fingatur: „non verum illud est sepulcrum, nam corpus meum iacet in mari Illyrico; *si inveneris*, nauta, quisquis es, humare ne negligas", neque eo contentus ornamento poeta ipsum illud corpus, iacens in litore et sepulturam postulans, cenotaphium aspicientibus ponit ante oculos".

Supervenit hic vir doctus qui, totius meae de c. I, 28 bipertito dividendo disputationis censuram agens, hoc uno eam refutasse sibi visus est argumento, quod illud *si inveneris* de meo atque adeo de nihilo finxissem. Quasi vero legentium quisquam illud *possit* mente *non* supplere!

Hic vero mortuus corpus suum numquam inventum iri sibi

habet persuasissimum: novit enim quantum ossium in illa regione iaceat insepultum. Atque haec res poetae novi suavissimique praebet argumenti materiem. Mortuum enim sic loquentem inducit: „non te, cara soror, corpus meum sepelire iubeo, qui enim illud in regione illa tot cladium teste invenies? Quaere tamen et si qua ossa inveneris ea pro meis huc inferto, fortasse sic alicui commilitonum iusta facies et hanc quoque tuam pietatem cinis meus sentiet". Nonne lepidum hoc et venustum, nonne caritatis plenum lenitatisque? Dummodo pro *sciat* legamus *putet*. Qui enim, obsecro, quisquam mortalium *scire* potest id verum *non* esse sibi tantum non persuasissimum sibi habeat. Et qui „quaecumque ossa" dicit, nonne *aliena* ossa cogitat?

ELEGIA 22.

3 sq. Haud dubito quin cum Baehrensio legendum sit:

Si Perusina tibi *patrum* sunt nota sepulcra,
Italiae duris funera temporibus

pro *patriae*

5 sq. Cum Romana suos egit discordia cives
(sic mihi praecipue, pulvis Etrusca, dolor:)

Pro *sic* legendum est *sed*: omnibus Romanis fuisti tristis sed mihi ante alios.

7 sq. Cur ita sit, poeta sic explicat:

tu proiecta mei perpessa es membra propinqui
(tu nullo miseri contegis ossa solo).

Sic vulgo; codices vs. 7 *et* habent; Baehrensius transponit inter se initia: *tu proiecta*.... *et nullo* inter se transponit. Sed quis anaphora *tu*... *tu* tam plena questus et tristitiae carere velit.

Post vs. 10

me genuit terris fertilis arboribus

Housmanus ponit IV, 1, 65 sq.

scandentes quisquis cernet de vallibus arces,
ingenio muros aestimet ille meo.

Fortasse hic, quamvis reformidem illas tot tantasque transpositiones, ei obtemperarem si illos versus intelligerem. Nunc contrarium mihi aptius videtur: „secum hoc cogitet: quam

parvula ista moenia sunt: quantillus ergo fuit poeta qui in isto oppidulo natus est!" Quod vero idem II, 30, 21 sq.

spargereque externa communes caede Penates
et ferre ad patrios praemia dira Lares

mutato *praemia* in *proelia* post vs. 8 ponit, quae sic nascatur sententia structura frustra quaero.

LIBER II.

ELEGIA 1.

9 sq. „Multas" poeta ait „corporis animique dotes natura Cynthiae meae largita est, quarum singulae mihi semper novi praebent carminis argumentum".

Sive lyrae carmen digitis percussit eburnis,
miramur, facilis ut premat arte manus

Nihili esse *lyrae carmen* quis non sentit? Certe non fugit illud Schraderum et Hemsterhusium. Sed quod illi *lyra* pro *lyrae* reposuerunt, vereor ut multum eo proficiamus. Equidem certe doceri nunc cupio e quo genere ablativus ille *lyra* dicendus sit. Nam instrumenti qui dicitur is iam inest in *digitis eburnis*.

Scin quid mihi in mentem venerit? Nempe haec metaphora:

lyrae stamen.

An nimis audax ea videtur? Non mihi profecto. Quid enim similius est quam lyrae chordae sunt telae stamini? An parum grata? Prodeat ergo maxime ille elegantiarum arbiter Ovidius et videte quam diligenter operam dederit ille ut ipsius cantantis Apollinis nobis ante oculos poneret imaginem quam perfectissimam (Met. XI, 165 sqq.)

ille caput flavum lauro Parnaside vinctus
verrit humum Tyrio saturata murice palla;
instructamque fidem gemmis et dentibus Indis
sustinet a laeva; tenuit manus altera plectrum.
artificis status ipse fuit, tum *stamina* docto
pollice sollicitat.

Non, ut opinor, in tam egregiam descriptionem quidquam

summus ille versuum pangendorum artifex admisisset, quod non esset in suo genere limatissimum.

Quod tamen summi illi critici Schraderus et Heinsius pro *premat*... *manus* coniecerunt *regat*... *manus*, nescio an illos iudicium fefellerit. Quid enim inter *manum premere* et *manum regere* interest? Nonne manum *premit* qui cavet ne illa nimis duriter in chordas incidat, et nonne artificis hoc est? Nonne *gressum* premit qui caute et circumspecte ambulat? Et cui aliquam rem, quaecumque illa sit, leniter leviterque peragere *facile* est, non ille summa laude dignus? Cf. Ov. Met. III, 17:

subsequitur pressoque legit vestigia gressu.

43 sq. Iuvat hic enotare quaedam vulgo literatorum fortasse non inutilia. Nam ipsis philologis sunt notissima. Igitur si quem in latina poesi non plane hospitem roges, quinam Latini versus etiamnunc vel maxime volitent per ora virorum, post brevissimam eum dubitationem hos recitaturum opinor:

navita de ventis, de tauris narrat arator,
enumerat miles vulnera, pastor oves

additurumque proverbium „in magnis voluisse sat est". Sed ab eodem pete ut proverbium istud alicui adaptet pentametro, nescire eum apparebit se omittenda post „magnis" vocula *et* pentametri secundam in primam hexametri corrupisse partem. Nam Propertii esse locum utrumque quotus quisque cognitum habet? Et tamen in „citatorum" quae dicuntur numero nullum est usitatius, tritius, decantatius. Apparet ergo pridem ea in florilegia aliosque ex eo genere recepta libros, cetera omnia illis relicta solis quibus ἔργον καὶ τέχνη ἡ φιλολογία.

49 sq. De Cynthia sua et alia refert poeta et hoc:

si memini, solet illa levis culpare puellas,
et totam ex Helena non probat Iliada.

Si bene haec intelligo, iocantis et leniter ridentis illud *si memini* est.

51—56. Post illud Cynthiae de Iliade ilocaliter relatum iudicium statim haec inferuntur:

seu mihi sunt tangenda novercae pocula Phaedrae,
pocula privigno non nocitura suo,
seu mihi Circaeo pereundum est gramine, sive
Colchis Iolciacis urat ahena focis:

55 una meos quoniam praedata est femina sensus,
ex hac ducentur funera nostra domo.

Quo modo haec sint interpretanda et accipienda ut iustus insit sententiae connexus cum praecedentibus sequentibusque velim me aliquando doceat aliquis. Certe simul huc trahendus elegiae finis, ubi Maecenas rogatur ut in poetae sepulcro haec iaciat verba:

huic misero fatum dura puella fuit.

De voce quae est *urat* dubitat Baehrensius, mihi totus locus oraculi instar est.

57 Omnis humanos sanat medicina dolores:
solus amor morbi non *habet* artificem.

Rectissime sic Schraderus, codices *amat* habent. Iure enim Baehrensius censet fraudi fuisse librario I, 2, 8:

nudus Amor formae non amat artificem.

Nam poeta ipse, cum

solus amor morbi non habet artificem

scribebat, de isto

nudus amor formae non amat artificem

ne cogitabat quidem. Dixeris fere eum prius

solus amor morbi non habet artificem

scripsisse, quod tam facile est ad intelligendum et tam bene quadrat in contextum quam

nudus Amor formae non amat artificem

quod paene dixeris ne recte quidem, nedum eleganter, dictum esse, quodque cum suo hexametro

crede mihi, non illa tuae est medicina figurae

vix ullo cohaereat vinculo logico, quod vocant. Certe ex hoc quoque exemplo nimis strenui discant similitudinum venatores quam caute et considerate in illo sit genere legendum et quantopere vitanda omnis festinatio. Ipsa per se vocabula nihil nos docent: materia sunt e qua plures poetae, pro suo quisque ingenio, varia struunt ornamenta, aut saepe unus pro tempore mutato.

71 quandocumque igitur vitam *mea* fata reposcent.

Incredibile dictu est per multa saecula fuisse exspectandum donec Propertio suum *me* redderetur.

Elegia 2.

2 sq. Plenus admirationis de Cynthia haec exclamat poeta

> cur haec in terris facies humana moratur?
>
> Iuppiter, ignoro pristina furta tua.

Num impune blaterare Propertio licet et quae plane sensu sint cassa magna voce declamare? Nam quid, obsecro, miri in eo inest quod *humana* aliqua facies moratur in *terra*? An hoc est editoris officium lecturis quasvis codicum exhibere ineptias, deinde in annotatione veritatem dudum inventam commemorare? Quid enim certius quam Burmanni emendatio *divina* pro *humana* reponentis? Sed dubitat Baehrensius seque Burmaniano *divinam* suam praeferre coniecturam *Romana* declarat... propterea quod et alio loco *Romana* legatur. Talemne virum sic specie se decipi passum esse? Quae enim haec est ratiocinatio? „Alio loco *Romana* legitur, ergo et hic *Romana* est legendum"? Nam quis alter locus ille est? Nempe 3, 29 sq. ubi de eadem Cynthia haec sunt tradita:

> gloria Romanis una es tu nata puellis:
>
> Romana accumbes prima puella Iovi,
>
> nec semper nobiscum humana cubilia vises
>
> post Helenam haec terris forma secunda redit

in quibus perturbata sunt omnia. Vidit hoc Sterkius nostras et iustum ordinem sic restituit:

> gloria Romanis una es tu nata puellis:
>
> post Helenam haec terris forma secunda redit;
>
> nec semper nobiscum humana cubilia vises
>
> Romana accumbes prima puella Iovi.

Hic ergo *Romana* legitur quia haec cogitat poeta: „olim e Graecia tantummodo et e barbarorum regionibus Iuppiter suas sibi rapuit amicas, at nunc inter Romanas aliquam inveniet quae illo sit honore digna". At elegia 2 nihil eiusmodi habemus neque ulla causa apparet quidni Romana aliqua facies in terris moretur.

Esto, scripsit Propertius:

> cur haec in terris facies divina moratur?

Quid nunc sequi debet, atque adeo quid sequi potest? Statim, ut opinor, hoc dicet quicumque vigilans viderit in

initio pentametri *Iovem* commemorari; is enim statim intelliget vaticinari poetam ab ipso Iove mox raptum iri Cynthiam, mirarique quod non iamdudum factum illud sit. Quid ergo apte vocativo *Iuppiter* adnectitur? Ne excogitari quidem aliud quidquam posse arbitror praeter id quod lepidissimus mortalium Fonteinius invenit:

ignoras pristina furta tua?

h. e. „en age pristinorum furtorum tuorum non immemor hanc quoque mortalem tuam fac".

An quisquam variam lectionem *ignosco* (pro *ignoro*) eo solo defendat argumento quod apud illud verbum omittere liceat dativum? Quid tum postea? Fuitne olim durus et inexorabilis censor Propertius, apud quem ne ipsi quidem Iovi fuerit peccatorum venia, at nunc subito clemens lenisque factus est, quam ob causam, quaeso? Nempe quod Iuppiter Cynthiam non rapuit? Quid est nugari nisi hoc est?

5—12. Cum deabus et heroinis Cynthia comparatur, atque adeo cum ipsa Iunone

. . . . . incedit vel Iove digna soror.

Pro inepto isto *soror* alii alia coniecerunt; ceteris equidem Baehrensii praetulerim coniecturam *solo*. Tum sic pergit:

ut cum Dulichias Pallas spatiatur ad aras,
  Gorgonis anguiferae pectus operta comis;
qualis et Ischomache Lapithae genus heroine,
10 Centauris medio grata rapina mero,
Mercurioque sacris fertur Boebeidos undis
  virgineum primo composuisse latus.

Tam docte viri docti de hoc loco disputaverunt ut densissimae oboriantur legenti nebulae. Equidem certe *non* obtemperandum Baehrensio arbitror in initio vs. 11 coniicienti *sera viro* pro *mercurio* vel *mercurioque*. Quaenam enim haec est emendandi ratio? Neque ulla me ex aliquo angulo protracta sapientia facile permovere poterit ut missam faciam ingeniosissimam emendationem *Brimo* (vs. 12 pro *primo*). Sed enixe obsto quominus cuiquam alii tribuatur quam ipsi inventori *Turnebo*. Cum maximo enim discentium detrimento saepe tam splendida praestantissimi ingenii documenta alicui adscribuntur philologo in quo acuminis vel venustatis nihil umquam

sit inventum. Denique cum *Turnebo* pro *primo* reponere malo *Brimo* et cetera relinquere intacta quam cum Housmano statuere versus 9—12 huc aberrasse e I, 3 iisque sede sua motos esse duos versus qualis est hoc distichon quod ipse Housmanus composuit:

aut patrio qualis ponit vestigia ponto
mille Venus teneris cincta Cupidinibus.

Talia enim si crederem Propertio evenisse — et quam multa ex eo genere milia excogitari possunt! — totum eum missum facerem potius quam cum vitae periculo in eiusmodi descenderem arenariam.

Elegia 3.

3 vix unum potes, infelix, requiescere mensem,
et turpis de te iam liber alter erit.

Pro *turpis* Baehrensius malit *tristis*. Sed nihil hoc adiectivo hinc alienius. Quidquid enim triste est et austerum severumque nimis amori est contrarium. At amatori a recte monentibus nihil magis obiici solet quam *desidia* et quidquid praeterea *turpe* est.

21 sq. Numquam se Cynthiam magis admirari poeta declarat quam cum cantat et versus facit

et sua cum antiquae committit scripta Corinnae
carmina quae quivis non putat aequa suis

sic vs. 22 in codd. O traditur. Varia lectio est:

carmina lyrinae non putat aequa suis.

Baehrensius: carminaque a vivis non putat aequa suis.

Quis hoc probet cum sciat iam Volscum

carminaque Erinnes non putat aequa suis

rescripsisse?

25 sq. num tibi nascenti primis, mea vita, diebus
candidus argutum sternuit omen Amor?

Hexametrum sic Fonteinius correxit:

num tibi nascenti primis, mea Cynthia, cunis.

Lachmanno non satis venustum hoc visum est. Proposuit ergo:

num tibi nascenti et primis, mea vita, diebus.

ἔρδοι τις ἣν ἕκαστος εἰδείη τέχνην.

De versibus eleganter a Sterkio transpositis 30 et 32 vide supra in annotatione ad el. II, 2 vs. 2.

39 sq. Digna *sed haec* facies, pro qua vel obiret Achilles

Recte, ut equidem censeo, Baehrensius pro *quidem*. Sed hoc levius, gravissimo vero atque ineptissimo laborat vitio pentameter, qui vulgo, ut opinor, sic editur:

vel Priamo: belli causa probanda fuit.

Quam absurda hic coniunguntur Achilles iuvenis et amori natus, senexque placidus et a re uxoria alienus Priamus. Cuiusnam, obsecro, est pro aliqua formosa muliere obire, acriter pugnando nimirum? Nonne eius qui est in flore iuventutis? Et quid sibi vult istud breve: „causa probanda fuit" unde vix ullum nedum sanum sensum elicias. Utrique morbo sic leni cura medeberis:

digna sed haec facies pro qua vel obiret Achilles:
vel Priamo belli causa probanda foret.

Quam lepide sic admonemur suavissimi loci in Iliada, ubi senes Helena conspecta

ἦκα πρὸς ἀλλήλους ἔπεα πτερόεντ' ἀγόρευον·
οὐ νέμεσις Τρῶας καὶ ἐυκνήμιδας Ἀχαιοὺς
τοιῇδ' ἀμφὶ γυναικὶ πολὺν χρόνον ἄλγεα πάσχειν.

Versu 44 uret et Eoos, uret et Hesperios
recte elegia clauditur non, ut refert Baehrensius, a Schradero et Lachmanno, sed a solo inventore Schradero.

Elegia 4.

1 sq. his saltem ut tenear iam finibus! a, mihi si quis,
acrius ut moriar, venerit alter amor!

Priore versu iam Puccius pro *aut* restituit *a* (= ah), quod iure recepit Baehrensius. Non contentus eo Lachmannus *hei* proposuit; mihi *a* multo lamentationi de re, quae nondum evenit sed metuitur modo, ut hic, aptius videtur. Praeterea Baehrensius virgulam post *quis* delet, ita ut post primum pentametri legatur verbum, quod *acrior* non *acrius* esse putat. Sic certe liberamur isto *acrius mori*, quod quid esse possit frustra quaero. Sed nudum illud *ut moriar* iusto mihi languidius videtur. Quod vero Housmanus totum distichon, itemque

15 sq. in hanc aberrasse elegiam censet, scire velim rectene vss. 3 sq.

> aç veluti primo taurus detractat aratra,
> post venit assueto mollis ad arva iugo

nova inchoet elegia. Denique vs. 4 pro *mollis* Eldikius coniecit *fortis*, quo quid proficiamus parum perspicio.

21 sqq. Quam miro laboret morbo amator his describitur versibus:

> non eget hic medicis, non lectis mollibus aeger,
> huic nullum caeli tempus et aura nocet:
> ambulat, et subito mirantur funus amici:
> sic est incautum quidquid habetur amor.

Sic fere in codicibus vs. 23 exhibetur, parvi sunt momenti discrepantiae. Novi aliquid introduxit Marklandus *vivum* legens pro *subito*. Quod quamvis sit lepidum, hinc tamen alienum videtur. In morbi celeritate hic sunt omnia, non in aegri aspectu.

ELEGIA 5.

1—4 hoc verum est tota te ferri, Cynthia, Roma,
et non ignota vivere nequitia?
haec merui sperare? dabis mihi, perfida, poenas:
et nobis *aquilo*, Cynthia, ventus erit:

Ioculare hoc est codicum O vitium, quod *aliquo* legendo sustulit Bosscha. BOSSCHA, aio, sustulit, non, quemadmodum annotat Baehrensius, „Bosscha et Lachmannus": Quid tandem illud est quod nulli fere priorum suum integrum relinquatur inventum, quin aliqua inde decerpta pars tamquam sacrificii Lachmanno offeratur? Ad ipsam emendationem quod attinet, maiorem quidem habet probabilitatem palaeographicam quam Burmanni *alio*, quae tamen propter sensum et loquendi rationem mihi quidem potior esse videtur.

5 sq. inveniam tamen e multis fallacibus unam,
quae fieri nostro carmine nota velit.

Pro *tamen* Fonteinius *tandem* coniecit. Perficiendam equidem emendationem censeo *inveni tandem* legendo. Sic fit melior sententiarum connexus et egregie minarum gravitatem depingunt spondei illi totum fere versum implentes.

9 sq. nunc est ira recens, nunc est discedere tempus:
si dolor abfuerit, crede, redibit amor.

Semet ipsum, non Cynthiam admonet poeta ut praesenti momento recte utatur. Hoc, ut opinor, fuit cur pro *crede* legendum *corde* statuerit Heinsius, et recte statuit.

21 nec tibi *periurae* scindam de corpore vestem.

Multo mihi videtur venustior varia lectio *periuro.*

27 sq. scribam igitur quod non umquam tua deleat aetas.
„Cynthia forma potens, Cynthia verba levis".

Aliud a Propertio scriptum epigramma suspicor, tam sensu vacat quod hic datur. An latet hic reconditus aliquis iocus?

Elegia 6.

1 sq. non ita complebant Ephyreae Laidos aedes,
ad cuius iacuit Graecia tota fores.

Nondum intellectum esse videtur quam gravi laboraret vitio versus prior. An umquam Latine *complebant* pro *complebantur* dictum est? Est autem vitium eiusmodi quod simul facillime et difficillime tollatur. Aenigma tibi loqui videor? Quod Propertius scripsit nusquam iam apparet et ne minimum quidem sui reliquit vestigium quo possis insistere, nam quod ille dederat in eius locum e margine irrepsit annotatio. Oculis mihi cernere videor, in codice vetustiore quam ii sunt quos nunc habemus scriptum:

non ita *fervebant* Ephyreae Laidos aedes ·|· complebant,

aut addito aut non addito terminationis *ur* compendio.

15—18 his olim, ut fama est, vitiis ad praelia ventum est,
his Troiana vides funera principiis,
aspera Centauros eadem dementia iussit
frangere in adversum pocula Pirithoum.

His vitiis: iniuriis mulierum in suos viros, ergo vs. 17 *dementia* est furor virorum ex his iniuriis natus. Ad versum 16 annotat vir doctus apud Graecos (utrum Papabasileios fuerit an Bases incertum me faciunt adversaria mea) qui ante paucos annos in Athenaeo Atheniensi egregias ad Propertium scripsit annotationes, ad versum ergo 16 adscribit ille: „*his principiis*: haec principia effecerunt ut Troiana funera videremus, i. e. cognita haberemus".

Usque ad versum 20 ne severissimus quidem iudex quidquam potest desiderare. Et ne quae inde a vs. 23 quidem leguntur ullis mihi laborare videntur lacunis. Nam quod ibi saepe disputatio abrupti aliquid habet et subitos transitus, id in Propertio facile ferimus. Sed in versibus 41 sq. longe aliter se res habet: ii enim quin non huius sed *septimae* sint elegiae quis dubitare potest? Tota enim septima elegia est de lege iam sublata qua iustas ducere uxores viri Romani iubebantur, at nostra inter se opponuntur mulierum antiqua pudicitia et hodierna levitas. Utrius ergo sint hi versiculi

nos uxor numquam, numquam diducet amica,
semper amica mihi, semper et uxor eris

sponte apparet. Sed quem iis in elegia septima assignemus locum? Ut equidem opinor hoc disticho iam *clauserat* illam poeta, cum ei haec aptior visa est clausula:

tu mihi sola places: placeam tibi, Cynthia, solus:
hic erit et patrio sanguine pluris amor.

Non tamen priorem delevit sed in calcem relegavit paginae atque sic effecit ipse ut postea in fine sextae poneretur. Nam *sexta* ab omni parte integra evadit, si ultimos habebit hosce versiculos:

37 quor igitur tibi custodes ad limina ponam,
quae numquam supra pes inimicus eat?
nam nihil invitae tristis custodia prodest:
quam peccare pudet, Cynthia, tuta sat est.

(Recte vs. 37 Heinsius *ad* pro *per*. Quod autem versu, qui hactenus sextae elegiae fuit 41us, *diducet* legimus pro *me ducet*, non Lachmanno debemus sed Volsco, qui teste Baehrensio „eodem sensu *deducet* proposuit").

31 sq. A! gemat in tenebris ista qui protulit arte
orgia sub tacita condita laetitia.

Sic poeta invehitur in artificem qui primus obscenas pinxit tabulas. Egregia hic est Fonteinii emendatio *in tenebris* pro *in terris*, Ruhnkenii *orgia* pro *iurgia*.

35 sq. Antiquae pudicitiae levitas nova et aliis opponitur versibus et hisce:

sed non immerito velavit aranea fanum,
et mala desertos occupat herba deos.

Qui non cohaerent cum praecedentibus. Sanavit vitium Burmannus pro *non immerito* legens *nunc emeritos*. Heinsius praeterea *mala,* quod prorsus supervacuum, mutavit in *male* ut fieret *male desertos.*

Elegia 7.

1 sq. Gavisa es certe sublatam, Cynthia, legem
qua quondam edicta flemus uterque diu,
quod nos divideret.

Sic Baehrensius, sed mihi istud *quod* nescio quid ingrati et languidi habere videtur. Plane vitiosa est codicum O lectio *quis.* Unice verum videtur *ne*: metus enim amantes flere coegit et egregie huic lectioni favet N qui *ni* habet, quod equidem librarii errore pro *ne* scriptum arbitror. Nam ipsum Propertium *ni* pro *ne* scripsisse non possum credere.

8 sq. nam citius paterer caput hoc discedere collo
quam possem nuptae perdere amore faces.

Ad *faces* annotat Hertzbergius: „intellige flammas amoris ingenuas, quas matrimonio perdere veretur poeta. Sic I, 13, 26: *nam tibi non tepidas subdidit illa faces* et I, 18, 21: *nam me non ullae poterunt corrumpere taedae*", et fideliter haec ab eo sumpserunt editores recentiores, etiam secundi loci vitiosos numeros. Sed neuter locus proposito aptus: hoc enim *taedae* legitur et agitur de *iusto* matrimonio, at illo significatur ardor, quem inspirat meretricula. Opus erat loco ubi vocabulum quod est *faces* condicionem eius indicaret qui coelebs iucundam perageret vitam, nullis constrictam nuptiarum vinculis. Quam numquam inventum iri mihi pro certo constat. Nostro vero loco Propertium, cum inter se opponere vellet amorem legitimum et amorem liberum, tam fuisse obscuritatis appetentem ut hunc eo appellaret nomine quo semper et ubique ille nominatur credere nequeo. Denique gravi morbo pentametrum laborare suspicor, de quo emendando despero. Quaestionem ergo utrum cum codicibus D V legendum sit *amore* an cum F N (et V m. 2) *more* mitto. Hanc Housmanus defendit lectionem versu usus Terentiano (And. 152):

prope adest quom alieno more vivendumst mihi.

Poterat etiam ad eos comici provocare locos, ubi plurali quod est *mores* significantur nuptae importunitas et impotentia, et alios et Hec. 577

non clam me est, gnate mi, tibi esse suspectum uxorem tuam

propter meos mores hinc abisse.

Nescio tamen an parum firmiter sic defendatur illud „nuptae more perdere (quidquid illud sit)".

12 Iterum haruspicibus nobis opus est ad prodigium procurandum:

a, mala tum qualis caneret sub tibia somnos

quod edidit Baehrensius; qui mox facile illam redemit culpam legendo versu

14 nullus de nostro sanguine miles *erat*

pro *erit*, quod facile redarguitur initio praecedentis versus qui sic traditur:

unde mihi patriis natos praebere triumphis?

Sed quin pro *patriis* legendum sit *Parthis* non dubito, quam Ruhnkenii coniecturam vel Heinsianae *Latiis* praeferendam censeo.

15 quod si vera meae comitarem castra puellae

egregiam mihi quidem praebere tradita haec lectio videtur sententiam.

16 non mihi sat magnus Castoris iret equus.

Cur hic cum Housmano *navus* pro *magnus* legamus ignorare me fateor.

20 hic erit et patrio sanguine pluris amor.

Patrio ab eodem excogitatum videtur qui vs. 13 *patriis* commentus est. Iure Baehrensius *proprio* coniecit.

---

55 una meos quoniam praedata est femina sensus,
ex hac ducentur funera nostra domo.

Quo modo haec sint interpretanda et accipienda ut iustus insit sententiae connexus cum praecedentibus sequentibusque velim me aliquando doceat aliquis. Certe simul huc trahendus elegiae finis, ubi Maecenas rogatur ut in poetae sepulcro haec iaciat verba:

huic misero fatum dura puella fuit.

De voce quae est *urat* dubitat Baehrensius, mihi totus locus oraculi instar est.

57 Omnis humanos sanat medicina dolores:
solus amor morbi non *habet* artificem.

Rectissime sic Schraderus, codices *amat* habent. Iure enim Baehrensius censet fraudi fuisse librario I, 2, 8:

nudus Amor formae non amat artificem.

Nam poeta ipse, cum

solus amor morbi non habet artificem

scribebat, de isto

nudus amor formae non amat artificem

ne cogitabat quidem. Dixeris fere eum prius

solus amor morbi non habet artificem

scripsisse, quod tam facile est ad intelligendum et tam bene quadrat in contextum quam

nudus Amor formae non amat artificem

quod paene dixeris ne recte quidem, nedum eleganter, dictum esse, quodque cum suo hexametro

crede mihi, non illa tuae est medicina figurae

vix ullo cohaereat vinculo logico, quod vocant. Certe ex hoc quoque exemplo nimis strenui discant similitudinum venatores quam caute et considerate in illo sit genere legendum et quantopere vitanda omnis festinatio. Ipsa per se vocabula nihil nos docent: materia sunt e qua plures poetae, pro suo quisque ingenio, varia struunt ornamenta, aut saepe unus pro tempore mutato.

71 quandocumque igitur vitam *mea* fata reposcent.

Incredibile dictu est per multa saecula fuisse exspectandum donec Propertio suum *me* redderetur.

Elegia 2.

2 sq. Plenus admirationis de Cynthia haec exclamat poeta

cur haec in terris facies humana moratur?
Iuppiter, ignoro pristina furta tua.

Num impune blaterare Propertio licet et quae plane sensu sint cassa magna voce declamare? Nam quid, obsecro, miri in eo inest quod *humana* aliqua facies moratur in *terra*? An hoc est editoris officium lecturis quasvis codicum exhibere ineptias, deinde in annotatione veritatem dudum inventam commemorare? Quid enim certius quam Burmanni emendatio *divina* pro *humana* reponentis? Sed dubitat Baehrensius seque Burmaniano *divinam* suam praeferre coniecturam *Romana* declarat... propterea quod et alio loco *Romana* legatur. Talemne virum sic specie se decipi passum esse? Quae enim haec est ratiocinatio? „Alio loco *Romana* legitur, ergo et hic *Romana* est legendum"? Nam quis alter locus ille est? Nempe 3, 29 sq. ubi de eadem Cynthia haec sunt tradita:

gloria Romanis una es tu nata puellis:
Romana accumbes prima puella Iovi,
nec semper nobiscum humana cubilia vises
post Helenam haec terris forma secunda redit

in quibus perturbata sunt omnia. Vidit hoc Sterkius nostras et iustum ordinem sic restituit:

gloria Romanis una es tu nata puellis:
post Helenam haec terris forma secunda redit;
nec semper nobiscum humana cubilia vises
Romana accumbes prima puella Iovi.

Hic ergo *Romana* legitur quia haec cogitat poeta: „olim e Graecia tantummodo et e barbarorum regionibus Iuppiter suas sibi rapuit amicas, at nunc inter Romanas aliquam inveniet quae illo sit honore digna". At elegia 2 nihil eiusmodi habemus neque ulla causa apparet quidni Romana aliqua facies in terris moretur.

Esto, scripsit Propertius:

cur haec in terris facies divina moratur?

Quid nunc sequi debet, atque adeo quid sequi potest? Statim, ut opinor, hoc dicet quicumque vigilans viderit in

initio pentametri *Iovem* commemorari; is enim statim intelliget vaticinari poetam ab ipso Iove mox raptum iri Cynthiam, mirarique quod non iamdudum factum illud sit. Quid ergo apte vocativo *Iuppiter* adnectitur? Ne excogitari quidem aliud quidquam posse arbitror praeter id quod lepidissimus mortalium Fonteinius invenit:

ignoras pristina furta tua?

h. e. „en age pristinorum furtorum tuorum non immemor hanc quoque mortalem tuam fac".

An quisquam variam lectionem *ignosco* (pro *ignoro*) eo solo defendat argumento quod apud illud verbum omittere liceat dativum? Quid tum postea? Fuitne olim durus et inexorabilis censor Propertius, apud quem ne ipsi quidem Iovi fuerit peccatorum venia, at nunc subito clemens lenisque factus est, quam ob causam, quaeso? Nempe quod Iuppiter Cynthiam non rapuit? Quid est nugari nisi hoc est?

5—12. Cum deabus et heroinis Cynthia comparatur, atque adeo cum ipsa Iunone

. . . . . incedit vel Iove digna soror.

Pro inepto isto *soror* alii alia coniecerunt; ceteris equidem Baehrensii praetulerim coniecturam *solo*. Tum sic pergit:

ut cum Dulichias Pallas spatiatur ad aras,
  Gorgonis anguiferae pectus operta comis;
qualis et Ischomache Lapithae genus heroine,
10 Centauris medio grata rapina mero,
Mercurioque sacris fertur Boebeidos undis
  virgineum primo composuisse latus.

Tam docte viri docti de hoc loco disputaverunt ut densissimae oboriantur legenti nebulae. Equidem certe *non* obtemperandum Baehrensio arbitror in initio vs. 11 coniicienti *sera viro* pro *mercurio* vel *mercurioque*. Quaenam enim haec est emendandi ratio? Neque ulla me ex aliquo angulo protracta sapientia facile permovere poterit ut missam faciam ingeniosissimam emendationem *Brimo* (vs. 12 pro *primo*). Sed enixe obsto quominus cuiquam alii tribuatur quam ipsi inventori *Turnebo*. Cum maximo enim discentium detrimento saepe tam splendida praestantissimi ingenii documenta alicui adscribuntur philologo in quo acuminis vel venustatis nihil umquam

sit inventum. Denique cum *Turnebo* pro *primo* reponere malo *Brimo* et cetera relinquere intacta quam cum Housmano statuere versus 9—12 huc aberrasse e I, 3 iisque sede sua motos esse duos versus qualis est hoc distichon quod ipse Housmanus composuit:

aut patrio qualis ponit vestigia ponto
mille Venus teneris cincta Cupidinibus.

Talia enim si crederem Propertio evenisse — et quam multa ex eo genere milia excogitari possunt! — totum eum missum facerem potius quam cum vitae periculo in eiusmodi descenderem arenariam.

Elegia 3.

3 vix unum potes, infelix, requiescere mensem,
et turpis de te iam liber alter erit.

Pro *turpis* Baehrensius malit *tristis*. Sed nihil hoc adiectivo hinc alienius. Quidquid enim triste est et austerum severumque nimis amori est contrarium. At amatori a recte monentibus nihil magis obiici solet quam *desidia* et quidquid praeterea *turpe* est.

21 sq. Numquam se Cynthiam magis admirari poeta declarat quam cum cantat et versus facit

et sua cum antiquae committit scripta Corinnae
carmina quae quivis non putat aequa suis

sic vs. 22 in codd. O traditur. Varia lectio est:

carmina lyrinae non putat aequa suis.

Baehrensius: carminaque a vivis non putat aequa suis.

Quis hoc probet cum sciat iam Volscum

carminaque Erinnes non putat aequa suis

rescripsisse?

25 sq. num tibi nascenti primis, mea vita, diebus
candidus argutum sternuit omen Amor?

Hexametrum sic Fonteinius correxit:

num tibi nascenti primis, mea Cynthia, cunis.

Lachmanno non satis venustum hoc visum est. Proposuit ergo:

num tibi nascenti et primis, mea vita, diebus.

ἔρδοι τις ἣν ἕκαστος εἰδείη τέχνην.

De versibus eleganter a Sterkio transpositis 30 et 32 vide supra in annotatione ad el. II, 2 vs. 2.

39 sq. Digna *sed haec* facies, pro qua vel obiret Achilles

Recte, ut equidem censeo, Baehrensius pro *quidem*. Sed hoc levius, gravissimo vero atque ineptissimo laborat vitio pentameter, qui vulgo, ut opinor, sic editur:

vel Priamo: belli causa probanda fuit.

Quam absurda hic coniunguntur Achilles iuvenis et amori natus, senexque placidus et a re uxoria alienus Priamus. Cuiusnam, obsecro, est pro aliqua formosa muliere obire, acriter pugnando nimirum? Nonne eius qui est in flore iuventutis? Et quid sibi vult istud breve: „causa probanda fuit" unde vix ullum nedum sanum sensum elicias. Utrique morbo sic leni cura medeberis:

digna sed haec facies pro qua vel obiret Achilles:
vel Priamo belli causa probanda foret.

Quam lepide sic admonemur suavissimi loci in Iliada, ubi senes Helena conspecta

ἦκα πρὸς ἀλλήλους ἔπεα πτερόεντ' ἀγόρευον·
οὐ νέμεσις Τρῶας καὶ ἐυκνήμιδας Ἀχαιοὺς
τοιῇδ' ἀμφὶ γυναικὶ πολὺν χρόνον ἄλγεα πάσχειν.

Versu 44 uret et Eoos, uret et Hesperios recte elegia clauditur non, ut refert Baehrensius, a Schradero et Lachmanno, sed a solo inventore Schradero.

Elegia 4.

1 sq. his saltem ut tenear iam finibus! a, mihi si quis,
acrius ut moriar, venerit alter amor!

Priore versu iam Puccius pro *aut* restituit *a* (= ah), quod iure recepit Baehrensius. Non contentus eo Lachmannus *hei* proposuit; mihi *a* multo lamentationi de re, quae nondum evenit sed metuitur modo, ut hic, aptius videtur. Praeterea Baehrensius virgulam post *quis* delet, ita ut post primum pentametri legatur verbum, quod *acrior* non *acrius* esse putat. Sic certe liberamur isto *acrius mori*, quod quid esse possit frustra quaero. Sed nudum illud *ut moriar* iusto mihi languidius videtur. Quod vero Housmanus totum distichon, itemque

15 sq. in hanc aberrasse elegiam censet, scire velim rectene vss. 3 sq.

> ac veluti primo taurus detractat aratra,
> post venit assueto mollis ad arva iugo

nova inchoet elegia. Denique vs. 4 pro *mollis* Eldikius coniecit *fortis*, quo quid proficiamus parum perspicio.

21 sqq. Quam miro laboret morbo amator his describitur versibus:

> non eget hic medicis, non lectis mollibus aeger,
> huic nullum caeli tempus et aura nocet:
> ambulat, et subito mirantur funus amici:
> sic est incautum quidquid habetur amor.

Sic fere in codicibus vs. 23 exhibetur, parvi sunt momenti discrepantiae. Novi aliquid introduxit Marklandus *vivum* legens pro *subito*. Quod quamvis sit lepidum, hinc tamen alienum videtur. In morbi celeritate hic sunt omnia, non in aegri aspectu.

Elegia 5.

1—4 hoc verum est tota te ferri, Cynthia, Roma,
> et non ignota vivere nequitia?
> haec merui sperare? dabis mihi, perfida, poenas:
> et nobis *aquilo*, Cynthia, ventus erit:

Ioculare hoc est codicum O vitium, quod *aliquo* legendo sustulit Bosscha. Bosscha, aio, sustulit, non, quemadmodum annotat Baehrensius, „Bosscha et Lachmannus": Quid tandem illud est quod nulli fere priorum suum integrum relinquatur inventum, quin aliqua inde decerpta pars tamquam sacrificii Lachmanno offeratur? Ad ipsam emendationem quod attinet, maiorem quidem habet probabilitatem palaeographicam quam Burmanni *alio*, quae tamen propter sensum et loquendi rationem mihi quidem potior esse videtur.

5 sq. inveniam tamen e multis fallacibus unam,
> quae fieri nostro carmine nota velit.

Pro *tamen* Fonteinius *tandem* coniecit. Perficiendam equidem emendationem censeo *inveni tandem* legendo. Sic fit melior sententiarum connexus et egregie minarum gravitatem depingunt spondei illi totum fere versum implentes.

9 sq. nunc est ira recens, nunc est discedere tempus:
si dolor abfuerit, crede, redibit amor.

Semet ipsum, non Cynthiam admonet poeta ut praesenti momento recte utatur. Hoc, ut opinor, fuit cur pro *crede* legendum *corde* statuerit Heinsius, et recte statuit.

21 nec tibi *periurae* scindam de corpore vestem.

Multo mihi videtur venustior varia lectio *periuro.*

27 sq. scribam igitur quod non umquam tua deleat aetas.
„Cynthia forma potens, Cynthia verba levis".

Aliud a Propertio scriptum epigramma suspicor, tam sensu vacat quod hic datur. An latet hic reconditus aliquis iocus?

Elegia 6.

1 sq. non ita complebant Ephyreae Laidos aedes,
ad cuius iacuit Graecia tota fores.

Nondum intellectum esse videtur quam gravi laboraret vitio versus prior. An umquam Latine *complebant* pro *complebantur* dictum est? Est autem vitium eiusmodi quod simul facillime et difficillime tollatur. Aenigma tibi loqui videor? Quod Propertius scripsit nusquam iam apparet et ne minimum quidem sui reliquit vestigium quo possis insistere, nam quod ille dederat in eius locum e margine irrepsit annotatio. Oculis mihi cernere videor, in codice vetustiore quam ii sunt quos nunc habemus scriptum:

non ita *fervebant* Ephyreae Laidos aedes ·|· complebant,

aut addito aut non addito terminationis *ur* compendio.

15—18 his olim, ut fama est, vitiis ad praelia ventum est,
his Troiana vides funera principiis,
aspera Centauros eadem dementia iussit
frangere in adversum pocula Pirithoum.

His vitiis: iniuriis mulierum in suos viros, ergo vs. 17 *dementia* est furor virorum ex his iniuriis natus. Ad versum 16 annotat vir doctus apud Graecos (utrum Papabasileios fuerit an Bases incertum me faciunt adversaria mea) qui ante paucos annos in Athenaeo Atheniensi egregias ad Propertium scripsit annotationes, ad versum ergo 16 adscribit ille: „*his principiis*: haec principia effecerunt ut Troiana funera videremus, i. e. cognita haberemus".

Usque ad versum 20 ne severissimus quidem iudex quidquam potest desiderare. Et ne quae inde a vs. 23 quidem leguntur ullis mihi laborare videntur lacunis. Nam quod ibi saepe disputatio abrupti aliquid habet et subitos transitus, id in Propertio facile ferimus. Sed in versibus 41 sq. longe aliter se res habet: ii enim quin non huius sed *septimae* sint elegiae quis dubitare potest? Tota enim septima elegia est de lege iam sublata qua iustas ducere uxores viri Romani iubebantur, at nostra inter se opponuntur mulierum antiqua pudicitia et hodierna levitas. Utrius ergo sint hi versiculi

nos uxor numquam, numquam diducet amica,
semper amica mihi, semper et uxor eris

sponte apparet. Sed quem iis in elegia septima assignemus locum? Ut equidem opinor hoc disticho iam *clauserat* illam poeta, cum ei haec aptior visa est clausula:

tu mihi sola places: placeam tibi, Cynthia, solus:
hic erit et patrio sanguine pluris amor.

Non tamen priorem delevit sed in calcem relegavit paginae atque sic effecit ipse ut postea in fine sextae poneretur. Nam *sexta* ab omni parte integra evadit, si ultimos habebit hosce versiculos:

37 quor igitur tibi custodes ad limina ponam,
quae numquam supra pes inimicus eat?
nam nihil invitae tristis custodia prodest:
quam peccare pudet, Cynthia, tuta sat est.

(Recte vs. 37 Heinsius *ad* pro *per*. Quod autem versu, qui hactenus sextae elegiae fuit 41[us], *diducet* legimus pro *me ducet*, non Lachmanno debemus sed Volsco, qui teste Baehrensio „eodem sensu *deducet* proposuit").

31 sq. A! gemat in tenebris ista qui protulit arte
orgia sub tacita condita laetitia.

Sic poeta invehitur in artificem qui primus obscenas pinxit tabulas. Egregia hic est Fonteinii emendatio *in tenebris* pro *in terris*, Ruhnkenii *orgia* pro *iurgia*.

35 sq. Antiquae pudicitiae levitas nova et aliis opponitur versibus et hisce:

sed non immerito velavit aranea fanum,
et mala desertos occupat herba deos.

Qui non cohaerent cum praecedentibus. Sanavit vitium Burmannus pro *non immerito* legens *nunc emeritos*. Heinsius praeterea *mala*, quod prorsus supervacuum, mutavit in *male* ut fieret *male desertos*.

Elegia 7.

1 sq. Gavisa es certe sublatam, Cynthia, legem
qua quondam edicta flemus uterque diu,
quod nos divideret.

Sic Baehrensius, sed mihi istud *quod* nescio quid ingrati et languidi habere videtur. Plane vitiosa est codicum O lectio *quis*. Unice verum videtur *ne*: metus enim amantes flere coegit et egregie huic lectioni favet N qui *ni* habet, quod equidem librarii errore pro *ne* scriptum arbitror. Nam ipsum Propertium *ni* pro *ne* scripsisse non possum credere.

8 sq. nam citius paterer caput hoc discedere collo
quam possem nuptae perdere amore faces.

Ad *faces* annotat Hertzbergius: „intellige flammas amoris ingenuas, quas matrimonio perdere veretur poeta. Sic I, 13, 26: *nam tibi non tepidas subdidit illa faces* et I, 18, 21: *nam me non ullae poterunt corrumpere taedae*", et fideliter haec ab eo sumpserunt editores recentiores, etiam secundi loci vitiosos numeros. Sed neuter locus proposito aptus: hoc enim *taedae* legitur et agitur de *iusto* matrimonio, at illo significatur ardor, quem inspirat meretricula. Opus erat loco ubi vocabulum quod est *faces* condicionem eius indicaret qui coelebs iucundam perageret vitam, nullis constrictam nuptiarum vinculis. Quam numquam inventum iri mihi pro certo constat. Nostro vero loco Propertium, cum inter se opponere vellet amorem legitimum et amorem liberum, tam fuisse obscuritatis appetentem ut hunc eo appellaret nomine quo semper et ubique ille nominatur credere nequeo. Denique gravi morbo pentametrum laborare suspicor, de quo emendando despero. Quaestionem ergo utrum cum codicibus D V legendum sit *amore* an cum F N (et V m. 2) *more* mitto. Hanc Housmanus defendit lectionem versu usus Terentiano (And. 152):

prope adest quom alieno more vivendumst mihi.

Poterat etiam ad eos comici provocare locos, ubi plurali quod est *mores* significantur nuptae importunitas et impotentia, et alios et Hec. 577

non clam me est, gnate mi, tibi esse suspectum uxorem tuam
propter meos mores hinc abisse.

Nescio tamen an parum firmiter sic defendatur illud „nuptae more perdere (quidquid illud sit)".

12 Iterum haruspicibus nobis opus est ad prodigium procurandum:

a, mala tum qualis caneret sub tibia somnos

quod edidit Baehrensius; qui mox facile illam redemit culpam legendo versu

14 nullus de nostro sanguine miles *erat*

pro *erit*, quod facile redarguitur initio praecedentis versus qui sic traditur:

unde mihi patriis natos praebere triumphis?

Sed quin pro *patriis* legendum sit *Parthis* non dubito, quam Ruhnkenii coniecturam vel Heinsianae *Latiis* praeferendam censeo.

15 quod si vera meae comitarem castra puellae

egregiam mihi quidem praebere tradita haec lectio videtur sententiam.

16 non mihi sat magnus Castoris iret equus.

Cur hic cum Housmano *navus* pro *magnus* legamus ignorare me fateor.

20 hic erit et patrio sanguine pluris amor.

Patrio ab eodem excogitatum videtur qui vs. 13 *patriis* commentus est. Iure Baehrensius *proprio* coniecit.

AD ARISTOPHANIS NUBES
ANNOTATIONES CRITICAE.

SCRIPSIT

I. M. HOOGVLIET.

I.

DE VERSIBUS 49—52.

ταύτην ὡς ἐγάμουν συγκατεκλινόμην ἐγώ
50 ὄζων τρυγός, τρασιᾶς, ἐρίων περιουσίας,
51 ἡ δ' αὖ μύρου, κρόκου, καταγλωττισμάτων,
δαπάνης, λαφυγμοῦ, Κωλιάδος, Γενετυλλίδος.

Corrupti solent haberi vss. 50 et 51 aut certe 51 et sat multae iis adhibitae sunt coniectarae parum probatae. At Leeuwenius totum locum sanum arbitratur.

Age, primum eum in Latinum convertamus sermonem, quatenus id sine magna fieri potest molestia.

„Quotiens ego" (Strepsiades rusticus loquitur) „rem cum ea" (filia Megaclis e nobili gente Alcmaeonidarum, quae Strepsiadi nupserat) „habebam, cum ea accumbebam, olens faecem (vini oleive), caseorum corbem,.... lanam; illa vero.... myrrham, crocum,.... luxum luxuriamque, voracitatem, Venerem Coliadem Genetyllidemque".

Haec cum legimus, statim sentimus plane diversos hic a poeta inter se opponi odores, foetidos illos quos vita fert rustica et dulces luxui et moribus perpolitis cognatos.

De Coliadis et Genetyllidis Veneris cultu parum accurate, quantum mihi innotuit, sumus edocti; fortasse hic croci ille thuris odorem secum ferebat; sed hoc pro certo statuere possumus in nullo Veneris templo taetrum regnasse odorem sed

in omnibus gratum aliquem iucundumque. Mox de utriusque ratione nova quaedam proferetur coniectura.

At simulatque verba omissa hactenus in versionem nostram recipimus, statim sensum graviter laborare sentimus: oppositio enim illa, de qua modo dicebamus, versuum 50 et 51 ultimis vocabulis perit et, quod gravius est, sic nascitur aliquid quod plane est absurdum.

Versum 50 (*ὄζων τρυγός κτέ*) qui sanum putant, plerumque post *ἐρίων* ponunt virgulam, etiam Leeuwenius, licet fateatur eam non esse in codicibus. Opinantur enim totum versum sic in sermonem Latinum esse transferendum: „olens faecem (olei), caseorum corbem, lanam, abundantiam", ita ut ultimo vocabulo hoc fere dicatur: „denique omnes res quibus rustici ditescere solent". Et Leeuwenius hanc interpretationem probat. At ego obiicio, primam illarum rerum quas se olere solitum hic rusticus narret, ipsi sermoni Graeco convenienter nunquam rebus adnumerari pretiosis sed semper iis quae pretii sunt nullius: *faex* enim est vel vini vel olei. Sed gravius hoc quod ipse contextus verborum proximorum omnem *περιουσίαν* excludit. Utcunque *πλοῦτος* ferri poterat, sed *περιουσία* *nimiam* notare solet copiam, superfluam abundantiam, *luxum* denique. At ubi fit oppositio, in utraque parte anxie vitandum esse quod poni etiam in altera possit, res ipsa clamat. Atqui luxus et nimia copia multo sunt aptiora ad mulierem summo natam genere quam ad rusticum depingendum. Quid quod totum illud „abundantiae" genus plane abhorret ab iis quae hic sunt enumeratae rebus. Corbis ille caseis (ficisve) siccandis destinatus et lana utcunque dici possunt instrumenta quibus rusticus opulentiam acquirit, atque adeo ipsae eius divitiae, non vero eius *nimia copia* vel *luxus*.

Versus 51 omnino criticis molestus non esse videtur. At ego eum praecedente non minus absurdum censeo.

καταγλώττισμα basium est eius qui linguam in os alterius inserit. Spurcitiam rei mittamus, apud Aristophanem certe facile fertur, dummodo habeat aliquid quod spectantium movere possit animum. Quod nunc abest; eiusmodi enim osculum scorti est contemptissimi, non feminae summo loco natae, et prorsus illud perturbat comparationem rusticitatis cum moribus nimio

luxu depravatis. Neque est verisimile ullum esse in rerum natura osculum quod quisquam *olere* possit. Omni enim odore vacuam esse salivam humanam semper putavi.

Nunc quid versibus 50 sq. legendum arbitrer dicam:

συγκατεκλινόμην, ἐγὼ
ὄζων τρυγός, τρασιᾶς, ἐρίων περιοισύπων,
ἡ δ' αὖ „μύρου κρόκου τε" καλλωπισμάτων.

Paulo rarius est vocabulum οἰσύπη, satis tamen notum; significat enim stercus ovium nondum siccum aut fortasse rectius sudorem earum concretum; altera pars (οἰ-) nimirum ipsam ovem indicat, altera fortasse cognata est radici unde Latinum substantivum quod est *sucus*; περιοίσυπος adiectivum est recte et ordine inde deductum significansque „circum se habens sordes ovium". Adiectiva enim a περι incipientia tam significare possunt: „aliam rem circumdans" quam „alia re circumdatum". Hanc vim et alia multa habent adiectiva et, ne plura offeram, περιόστεος, περίσκιος, περίχαλκος. Neque ignota est locutio ἔρια οἰσυποῦντα.

καλλωπίσματα res sunt quibus mensa mulieris se ornantis et comentis carere nulla potest. Haec ergo vox non minus hic requiritur, postulatur, flagitatur quam illud καταγλωττίσματα hinc repellitur, proiicitur, arcetur.

Quaeris quibus gradibus duorum versuum illorum textus sit depravatus? Hoc si me roges, sic fere respondeam:

a) in versu 50

1⁰ Vocabuli quod est περιοισύπων nescio quo casu literae ων evanuerunt; sic nata est macula praecedente litera π.

2⁰ Maculam illam cum praecedente litera π subsequens librarius plane omisit, ratus esse ultimum versus vocabulum repetitum. Restabat περιοισυ quod nullo modo poterat itelligi.

3⁰ περιοισυ istud ita sarcitur ut nascatur vox quae ipsa se offert περιουσίας, cuius insuper ultimae syllabae sartori suggeruntur ultimis vocabuli quod brevi antecessit τρασιᾶς syllabis.

b) in versu 51

1⁰ Omittitur vocula τε quae deinde ab eodem librario suprascribitur primae syllabae insequentis verbi καλλωπισμάτων.

2⁰ istud $\overset{\tau\epsilon}{\kappa\alpha}$ novus librarius praepositionem κατα esse opinatus absurdum verbum κατακαλλωπισμάτων commentus est.

3° subsecutus est librarius a re critica non alienus, qui, intelligens eiusmodi vocabulum nusquam exstare, in mentem sibi vocavit vocem satis notam et isti *κατκλλωπισμάτων* perquam similem. Etenim *ττ* et *π* parum inter se discrepant. Restabat ut *γλ* scriberet pro *λλ*.

Restat ut fateamur ne nunc quidem versum 52 ab omni parte nobis probari. Haud enim facile est ad intelligendum quomodo mulier illa nobilis ista omnia, quae hic enumerantur, *olere* possit. Haud dubie Graecum illud *ὄζειν* vim habet quae late pateat, et *ὄζειν τι* saepe idem fere est atque „speciem alicuius rei prae se ferre" vel „vestigia alicuius rei servare". Atque haec fuit causa cur, quamdiu versus 50 et 51 nil nisi meras continebant ineptias, aequi bonique versus 52 consuleretur. Sed nunc mutata res est. Quamvis enim late patere concedamus vim locutionis quae est *ὄζειν τι*, miramur tamen quod rusticus noster uxoris suae impensas nimias, voracitatem, et quid non, odoretur tantummodo, non experiatur et cum suo damno sentiat. Sed hoc mittamus; in promptu est observare vs. 50 agi de nocturnis rebus at vss. 53 sq. spectatoribus subito de rebus diurnis narrari. Illud *δεικνύναι τὸ ἱμάτιον τοδί* vix fieri potest nisi interdiu, et transitus *οὐ μὴν ἐρῶ γ' ὡς ἀργὸς ἦν* qualis nunc fit nimis est subitus. Quod aliquis *noctu* luxum, voracitatem alia olet, non habet quod cuiquam suspicionem moveat vel levissimam eundem interdiu non esse laboriosum. Denique his rebus omnibus adducor ut vel invitis omnibus viris doctis qui vocantur suspicer aliquot hinc excidisse versus, totumque locum sic fere esse restituendum in integrum:

> *ταύτην ὅτ' ἐγάμουν συγκατεκλινόμην, ἐγώ*
> *ὄζων τρυγὸς, τρασιᾶς, ἐρίων περιουσύπων,*
> *ἣ δ' αὖ „μύρου κρόκου τε" καλλωπισμάτων.*
> *μεθ' ἡμέραν δ' ἐγὼ 'νεπιμπλάμην πόνων,*
> *μοχθηρίας κακῶν θἀπάντων, ἣ δὲ δ' αὖ*
> *δαπάνης, λαφυγμοῦ, Κωλιάδος, Γενετυλλίδος,*
> *οὐ μὴν ἐρῶ γ' ὡς ἄργος ἦν, ἀλλ ἐσπάθα.*

Caecutiat, ut opinor, qui non sentiat sic demum omnia bene procedere. Nunc enim intelligimus nobilem illam Megaclis

sobolem *habuisse* non *oluisse* vitia quae hic enumerantur. Simulque edocemur Strepsiadi rustico interdiu duriter fuisse vitam agendam.

Certe nunc via et ratione transitur ad novam cogitationem: οὐ μὴν ἐρῶ γ' ὡς ἄργος ἦν κτέ.

II.

AD VERSUS 171—174.

ΜΑΘ. ζητοῦντος αὐτοῦ τῆς σελήνης τὰς ὁδοὺς
καὶ τὰς περιφοράς, εἶτ' ἄνω κεχηνότος
ἀπὸ τῆς ὀροφῆς νύκτωρ γαλεώτης κατέχεσεν·
ΣΤΡ. ἥσθην γαλεώτῃ καταχέσαντι Σωκράτους.

Admodum obscurus iocus hic, nam iocum esse quis neget? Ut nunc se res habet dixeris Socratem de viis et circuitu lunae vesperi lucente luna deliberare solitum, aperto ore in coelum spectantem, tunc noctu lacertam hoc commisisse scelus. At sic excrementa ista in frontem Socratis incidere debuerant, id quod spectatoribus haud spurcum satis visurum erat. Quomodo tam parva re Socrates magno invento sit spoliatus (167 γνώμην μεγάλην ἀφῃρέθη) intellectu non facile est. Plura edoceri cupimus estque ea causa cur excidisse aliquid suspicemur. Et confirmatur ea suspicio reputantibus a Strepsiade tam accurate repeti ea ipsa verba quae modo e discipuli exceperit ore (γαλεώτης et καταχέζειν). Ipsa illa repetitio ut de lacuna cogitemus tantum non cogit nos. Eadem, si quid intercedit quod legentis mentem abduxerit ab illa lacerta atque ab illo verbo quod est καταχέζειν, facile intelligitur. Quapropter hoc fere proposuerim:

ζητοῦντος αὐτοῦ τῆς σελήνης τὰς ὁδούς
καὶ τὰς περιφοράς, εἶτ' ἄνω κεχηνότος
νύκτωρ, ἀπὸ τῆς ὀροφῆς γαλεώτης κατέχεσεν.
εἶθ' ὃς βδελυχθεὶς ἐν στομάχῳ κυκωμένην
γνώμην ἐνοῦσαν παντελῶς ἐξήμεσεν,
ἀπώλεσε δ' αὐτὴν ἡμιτελῆ· τί ἐγέλασας;
ΣΤΡ. ἥσθην γαλεώτῃ καταχέσαντι Σωκράτους.

Quae sic vertenda: Cum inquirebat in lunae meatum et circuitum (per multos id fiebat dies) atque idcirco noctu (in

cubiculo atque in lecto) aperto oscitabat ore, lacerta in os eius incacavit. Hinc Socrati perturbabatur stomachus itaque semiperfectam suam philosophiam simul cum lacertae excrementis evomuit planeque perdidit. Quid tu ridebas? Str. Delectabar lacerta quae sic Socratem habuit ludibrio.

Sic omnia fiunt perspicua, sic populus in cavea habet quod rideat. Initium hinc est faciendum ut statuamus Socratem selenologicas suas deliberationes interdiu habuisse (computationes illae erant et ratiocinationes ad quas lunae aspectu omnino opus non erat), dein vesperi ubi luna apparere incipiebat aperto ore sidus illud esse contemplatum, postremo cum iam in lecto iacebat, id facere solitum quod longa illa contemplatio sponte secum ferebat, ut os apertum teneret, tunc vero id sibi permisisse lacertam quod narrat discipulus.

III.

AD VERSUS 177—179.

Narratio de circino.

κατὰ τῆς τραπέζης καταπάσας λεπτὴν τέφραν,
κάμψας ὀβελίσκον, εἶτα διαβήτην λαβών,
ἐκ τῆς παλαίστρας θοιμάτιον ὑφείλετο.

Hoc quoque loco versus aliquot intercidisse persuasum mihi est. Non enim video qui sit narrationis iocus. Hermanni (ni fallor) coniectura, quam, quod miror, Cobetus probavit (*θυμάτιον* caro sacrificio destinata pro *θοἰμάτιον*) paulo meliorem locum reddit, minime tamen eum persanavit. Tota enim res vel sic est obscurissima. Eratne in vicinia aedium Socratis palaestra quaedam? Si erat, tamen vel sic circino opus erat ingenti ad furtum illud perpetrandum, et eratne instrumentum huic facinori impune committendo aptum illud? Tum quam diversus hic Socrates ab eo quem semper Aristophanes depingit! Stupidus ille est hebesque, at hic fit fur atque adeo furtorum magister. Talem equidem calumniam publice in certum hominem intentatam legibus obnoxiam fuisse opinor.

Quid ergo hic requiritur? In integrum restitui posse narrationem equidem haud credo. Exciderunt enim quaedam haud ita pauca. Hoc tamen admodum est verisimile, ne prorsus verum

dicam, non agi hic de vero rei furto, quaecunque ea sit, sed de fallacia aliqua quae verbis fit et demonstrationibus. Circinus iste, rei convenienter raptim e veru factus, non adhibetur ad rapiendum vel vestimentum vel carnem, sed tantummodo ad delineandum. Neque est dubium quin eodem consilio mensae tenuis ille inspergatur cinis. Nullus enim eius usus est, si nihil in mensa delineatur. Et Leeuwenius hoc intellexit; is enim de nostro loco eodem fere modo quo ego nunc disputat. Sed quid in mensa delineat Socrates? Res ipsa eo ducit ut de palaestra cogitemus, quae vox hic fere amphitheatri vim habere debebit. Ad eiusmodi amphitheatrum delineandum unus et alter ducendus est circulus, quae res sine circino fieri nequit. Amphitheatro autem delineato ratiocinari coepit Socrates: „En circuli segmentum; hic arcus continet.... Ergo hic habemus....". Quid habere nos dicat Socrates prorsus ignoramus. Hoc unum constat sic eum ratiocinari ut lusus quidam nascatur verborum qui nobis aliquid quod comedi possit vocet in mentem. Si pro *θοἰμάτιον* non *θυμάτιον* sed *θοινίδιον* proposuisset Hermannus, multo propius ad scopum accessisset. Etenim *θοινίδιον* ipsum illud est quod hic requiritur: coenula opipara. Atque eo vocabulo usi multo facilius illud ipsum quod hic excidit obtinemus.

Hic mihi cibum quaerenti ludicrum qui lusu verborum obtinetur in mentem venit huiusce griphi Francogallici: quo modo homo per desertum ambulans nulla re nisi iunco instructus dulci potiri potest cibo? Respondetur: „iunco illo tamquam radio usus circulum in arena scribat; sic enim habebit 2 π (jonc); Gallice hoc pronuntia, erit: deux pigeons; hisce columbulis homo noster delectetur".

Eiusmodi verborum ioco, ut equidem opinor, et hic opus erat. Tum omnia egregie inter se concinunt. Qui qualis fuerit, pro certo ut sciamus nunquam nobis continget. Sed haec mihi coniectura a veri specie non nimis longe remota esse videtur: Antiqua amphitheatra et aliis testibus et Pausania *ἄφεσιν* quandam habuisse videntur, eaque (id quod diserte idem Pausanias declarat) *prorae* habebat formam. Atqui nota res est in navium Graecarum proris stetisse figuras affabre factas et plerumque avium colla atque capita imitantes, harumque figura-

rum saepe *χηνίσκον* fuisse nomen. Quodsi palaestrae *ἄφεσις* prorae habuit formam, nonne haec quam maxime verisimilis est coniectura huius quoque „proram" splendidi atque inaurati fortasse *χηνίσκου* capite fuisse insigne?

Denique „ut aliquid fiat" (sic enim medici in causis loquuntur desperatis) hanc nostri loci propono restitutionem:

διαβήτην λαβὼν
γράφει παλαίστραν ἐν τέφρᾳ σαφέστατα
ἄφεσίν τ' ἔχουσαν, ἐπί τε χηνίσκον καλόν·
εἶτ' ἐξαλείψας τἄλλα χηνίσκον λαβὼν
ἐκ τῆς παλαίστρας θοιμάτιον ὑφείλετο.

Versus inter utrumque *λαβὼν* positi, librarii oculis ab altera ad alteram vocem transsilientibus, facile potuerunt omitti.

Nunc demum apte Strepsiades Thaletis iniicit mentionem. Si non de verborum aliquo lusu narratum fuisset, sed de aliquo furto, qualecumque illud fuisset, quid eum Milesii philosophi admonere potuisset?

IV.

DE VERSIBUS 660—664.

ΣΤΡ *ἀλλ' οἶδ' ἔγωγε τἄρρεν' εἰ μὴ μαίνομαι·*
κριός, τράγος, ταῦρος, κύων, ἀλεκτρυών

ΣΩ *ὁρᾷς ὃ πάσχεις; τήν τε θήλειαν καλεῖς*
ἀλεκτρυόνα κατὰ ταὐτὰ καὶ τὸν ἄρρενα.

Mihi ne levissima quidem esse posse videtur dubitatio quin hic unus et alter versus exciderit, atque sic fere esse legendum:

ἀλεκτρυών.
[ΣΩ *ἰδού γε· ποῖα δ' ἐστὶν ὀρθῶς θήλεα;*
ΣΤΡ *ὁποῖα; βοῦς, οἶς, αἴξ, κύων, ἀλεκτρυών*].

Sic facile id quod sequitur *ὁρᾷς ὃ πάσχεις* (viden quid tibi accidat, quam turpiter erres?) intelligi potest, nunc prorsus non potest.

Confer duplicem interrogationen de nominibus masculinis et femininis 681—686:

ΣΩ *ἔτι δή γε περὶ τῶν ὀνομάτων μαθεῖν σε δεῖ*
ἅττ' ἄρρεν' ἐστίν, ἅττα δ' αὐτῶν θήλεα.
ΣΤΡ *ἀλλ' οἶδ' ἔγωγ' ἃ θήλε' ἔστιν.* ΣΩ *εἰπὲ δή.*

μητρία.

ΣΤΡ μυρία.

in quod paulo ante

omitti aliquot a librario

dictum a Bentleio. Miror

suadendi vim, cum praesertim

potuisse (nam quod hic

apparatu critico id quidem

oportuerat, tamquam si in

recipi in textum, mutata, si ita

republica esse videtur eum

vulgus eorum qui non invenerunt

ratio videtur et perquam iniqua.

V.

et ἀδίκου λόγου

vs. 1088 sqq.

post vs. 1089 infertur

ΑΔ φέρε δή μοι φράσον

illa) prorsus omni sano caret sensu.

lateant:

dare responsum illud stolido homine

inepte interrogatum, plane victum pro-

sententiarum structura neque verbo-

corruptelae suspicionem, sed omnia

docent, non possumus non opinari

quosdam versiculos vel

Brevem locum inserendo nihil

minus una pagina

causa quietem sumtu-

facile locum in quo

substitisset denuo esset inventurus, fretus memoria sua, cui firmiter inhaererent ultima illa vocabula *Φέρε δή μοι Φράσον*. Prandio finito et fortasse uno alteroque epoto poculo, in codice vocabula illa quaesivit sed fefellit hominem alius locus qui iisdem illis clauderetur. Breviter ut dicam non possumus hic anxie cauteque agere de singulis, totus enim contextus disputationis, qua poeta usus est, nobis est restituendus. „Magni morbi magnis sunt sanandi remediis" ut aiunt Francogalli.

Non ergo — id quod plerisque criticis ut vere docto homine unice dignum praeplacere solet — uno filo lacunae margines inter se contrahere conabor, sed meis verbis usus Aristophani reddam quod iniqua ei ademit fortuna:

ΑΔ. *Φέρε δή μοι Φράσον·*

„Finge a nobis totum genus humanum in duas dividi partes, alteram eorum qui ceteris omnibus posthabitis rebus suum solum quaerunt emolumentum suamque voluptatem, alteram eorum qui nihil pluris quam virtutem faciunt et officium; praeterea finge a nobis priores illos omnes uno designari nomine, eo quo ipse modo usus es, *εὐρυπρώκτων* dico, postremo contrario a nobis significari nomine eos qui contrariam sequuntur sectam: hi ergo *λεπτόπρωκτοι* dicendi erunt, in utra ergo parte tu pones, ut hos primos afferam, percussores?

ΔΙΚ In *εὐρυπρώκτων* parte.

ΑΔ Quid adulteros?

ΔΙΚ In *εὐρυπρώκτων* parte.

ΑΔ Quid seditiosos?

ΔΙΚ In *εὐρυπρώκτων* parte.

ΑΔ. Recte respondisti. At nunc: in utra parte sunt ponendi boni causidici, strenuos defensores innocentium, qui in crimen et suspicionem sunt adducti?

ΔΙΚ In *λεπτοπρώκτων* parte.

ΑΔ Quid boni tragoediarum poetae, ii qui omnium scelerum eam pingunt imaginem quae spectantes ab illis deterreat?

ΔΙΚ In *λεπτοπρώκτων* parte.

ΑΔ Quid boni duces populorum, qui multitudinis omnia vitia morbosque in melius convertere student?

ΔΙΚ In *λεπτοπρώκτων* numero.

ΑΔ Egregie respondisti. Nunc tibi finge homines qui ipsi

neque boni sunt causidici neque boni tragoediarum poetae, neque boni populorum duces, sed qui suam ipsi vitam sic instituunt ut sua opera boni causidici, boni tragici, boni populorum duces largam habeant facultatem omnes suas exercendi vires in proelio cum vitiis, homines dico sine quibus omnes illi viri praestantes ne materiem quidem habituri erant in qua elaborarent, utri parti hos homines adnumerandos censes?

ΔΙΚ Nimirum λεπτοπρώκτων parti.

ΑΔ (insidiose subridens) Age vero: habemus causidicum quempiam, virum omnibus ingenii dotibus instructum ad innocentes defendendos qui hominis occisi crimine insimulentur, idque facere cupientem. Quid ante fieri debet quam ille causidicus suas in eo genere vires possit monstrare?

ΔΙΚ Nihil aliud quam ut occidatur homo, isque ab innocente...

ΑΔ Recte, ergo ut aliis utamur verbis: opus est percussoribus. Finge nunc poetam tragicum, qui se destinatum sentit ad adulterii pravitatem aptis exemplis perstringendam, quaenam res eiusmodi poetae in vita observandae?

ΔΙΚ Adulterorum facinora ut ea omni vi.....

ΑΔ Recte! ergo adulteris opus est. Finge tibi nunc populi ducem quempiam, virum incomparabilem in comprimendis vulgi affectibus seditiosis, in quosnam ille homines omnes ingenii sui facultates convertere debebit?

ΔΙΚ In turbulentos si qui in populo sunt homines.

ΑΔ Recte. Ergo turbulentis hominibus opus illi est. Nunc etiam quatuor mihi restant quas tibi proponam quaestiones. Ergo bene tecum considera omnia quae hactenus perpendimus, et mihi responde veritati convenienter neque quidquam reticens...... Sed singulis tua responsa cohibe vocabulis: aut εὐρύπρωκτοι dicito aut λεπτόπρωκτοι, nihil aliud! Tenesne?"

(hic est lacunae finis)

φέρε δή μοι φράσον.
ξυνηγοροῦσιν ἐκ τινων;

("Causidici (boni) opus suum faciunt propter quorum hominum actiones?" Sive: "quod bonos causidicos habemus, quibus hominibus acceptum referimus?")

ΔΙΚ (perturbatus circumspicit, ad se redire studet, balbutit) ἐξ.... εὐ.... ρυ.... πρώκ.... των.

ΑΔ (alienis se oblectans molestiis) πείθομαι (non nego).

τί δαί; τραγῳδοῦσ' ἐκ τίνων;

(quibusnam hominibus est acceptum referendum quod non desunt boni tragici?)

ΔΙΚ (magis magisque perturbatus) ἐξ... εὐρυπρώκτων.

ΑΔ (gaudii plenus) εὖ λέγεις. (recte respondisti)

δημηγοροῦσι δ' ἐκ τίνων;

(a quibus hominibus efficitur ut boni sint duces populi?)

ΔΙΚ (plane afflictus caput inclinans)

ἐξ εὐρυπρώκτων (gemitus e pectore trahens)

1102 ἡττήμεθ'· ὦ.... βινούμενοι

(in hoc versu lineolis opus est. Bis enim subsistitur. Primum Iustus dicere' vult ὦ θεώμενοι, tum se continet et dicturo εὐρύπρωκτοι similis est. Iterum se continet et turpiore etiam vocabulo βινούμενοι utitur.) Omnes simul spectatores in cavea subito βινουμένους dici, mendacium foret nimis apertum quam ut ullam haberet ioci suavitatem. Sed cum sciamus, id quod nobis iam constat, convenisse inter Iustum et Iniustum ut omnes non probi homines, quo facilior fiat altercatio, εὐρύπρωκτοι appellentur, non miramur Iustum, ad summam rerum adactum desperationem, pro synonymo vocabuli constituti spurciore etiam uti vocabulo.

ADDENDUM. Relegenti has paginas vs. 49, post omnia satis inepte comparatus, suggerit mihi Horatianum: „Curtae semper abest..." noloque committere ut hunc unum versum sic relinquam compositum.

En igitur pro uno versu male consarcinato tres versus sanos:

ταύτην ὅτ' ἔγημα πάντ' ἀπέβαλον ἡδέα.
ἀτεχνῶς γὰρ οὐδὲν οὐδαμῇ συνῇδε νῷν.
ὅτε μὲν γὰρ ἐγάμουν συγκατεκλινόμην, ἐγὼ

(Quum illam ducerem uxorem omnia amisi iucunda. Prorsus enim nihil ab ulla parte inter nos concinebat. Etenim cum (noctu) quum „ducebam".... tum et interdiu.... caett.)

DE CICERONIS LIBRIS DE REPUBLICA.

SCRIPSIT

C. BRAKMAN.

(Continuatur e pag. 309.)

Proximum est ut plenius ostendamus Polybium, quem ut sequatur Cicero ipse se admonet II 14, 27, auctorem fuisse Tullii in secundo De Rep. libro. Neque est cur miremur scriptorem librorum De Rep. ex eo potissimum historiam hausisse, quippe qui vocasset civitatem Romanam καλλίστην σύστασιν τῶν καθ' ἡμᾶς πολιτειῶν (VI 11, 3), quod iudicium Scipio sic reddit (I 46, 70): nullam omnium rerum publicarum aut constitutione aut discriptione aut disciplina conferendam esse cum ea, quae patres nostri nobis acceptam iam inde a maioribus reliquerunt.

De munere historico Polybius et Cicero severius iudicant quam prisci scriptores, qui nimis indulgebant fabulis fictis et exornatius quam diligentius res exponere solebant. Nam Megalopolitanus ille egregie hoc statuit officium esse suum (IV 40, 1—2) *ἀποδεικτικῇ δὲ μᾶλλον τῇ διηγήσει χρηστέον, ἵνα μηδὲν ἄκριτον ἀπολείπωμεν τῶν ζητουμένων τοῖς φιλομαθοῦσι. τοῦτο γὰρ ἴδιόν ἐστι τῶν νῦν καιρῶν...... οὐκ ἂν ἔτι πρέπον εἴη ποιηταῖς καὶ μυθογράφοις χρῆσθαι μάρτυσι περὶ τῶν ἀγνοουμένων*. Idem fere censet Tullius scribens (De Rep. II 10, 19): antiquitas enim recepit fabulas fictas etiam nonnunquam incondite, haec aetas autem iam exculta praesertim eludens omne quod fieri non potest respuit.

Uterque igitur mirabilia et mendacia omnino damnat: confer quaeso Polyb. VI 2, 17 *τὸ γὰρ ἀδύνατον ἐν τῷ ψεύδει μόνον οὐδ' ἀπολογίαν ἐπιδέχεται τοῖς ἁμαρτάνουσι* cum De Rep. II

15, 28 ea sunt demum non ferenda mendacia, quae non solum ficta esse sed ne fieri quidem potuisse cernimus.

Quae res singulae historico expediendae sint cognoscitur e Polyb. VI. 57, 10 Ἡμεῖς δὲ ἐπειδὴ τήν τε σύστασιν καὶ τὴν αὔξησιν τῆς πολιτείας, ἔτι δὲ τὴν ἀκμὴν καὶ τὴν διάθεσιν, πρὸς δὲ τούτοις τὴν διαφορὰν πρὸς τὰς ἄλλας τοῦ τε χείρονος ἐν αὐτῇ καὶ βελτίους διεληλύθαμεν, τὸν μὲν περὶ τῆς πολιτείας λόγον ὧδέ πῃ καταστρέφομεν. Id praeceptum ex parte saltem curae fuit Tullio dicenti II 1, 3 facilius autem quod est propositum consequar, si nostram rempublicam vobis et nascentem et crescentem et iam firmam atque robustam ostendero, quam si mihi aliquam, ut apud Platonem Socrates ipse finxero. Quod iteratur ferme vel paulo immutatur infra II 16, 30 „atqui multo id facilius cognosces", inquit Africanus, „si progredientem rempublicam atque in optimum statum naturali quodam itinere et cursu venientem videris".

Nisi brevitati consulerem, conferrem Polyb. VI 2ᵃ, 10—15 et De Rep. II 20, 35 ut appareret Ciceronem exemplum Graecum paene vertisse. Neque tamen silentio praeterire velim similitudinem inter

Cic. De Rep. II 20, 35 et	Diodor. Bibl. fragm. VIII 31
(sermo est de Tarquinio Prisco) propter humanitatem atque doctrinam Anco regi familiaris est factus usque eo ut consiliorum omnium particeps et socius paene regni putaretur. erat in eo praeterea summa comitas, summa in omnis civis opis auxilii defensionis largiendi etiam benignitas.	Ὅτι Λεύκιος Ταρκύνιος ὁ τῶν Ῥωμαίων βασιλεὺς σπουδαίας ἔτυχεν ἀγωγῆς καὶ γενόμενος ζηλωτὴς παιδείας οὐ μετρίως δι' ἀρετὴν ἐθαυμάζετο. Ἀνδρωθεὶς γὰρ συνεστάθη τῷ βασιλεῖ Ἄγκῳ Μαρκίῳ καὶ φίλος αὐτοῦ μέγιστος ἐγένετο καὶ πολλὰ τῶν κατὰ τὴν βασιλείαν συνδιῴκει τῷ βασιλεῖ καὶ μεγαλόπλουτος ὢν πολλοῖς τῶν ἀπόρων ἐβοήθει χρήματα διδοὺς καὶ πᾶσι προσφιλῶς ὁμιλῶν ἄμεμπτος ἦν καὶ ἔνδοξος ἐπὶ τῇ σοφίᾳ.

Diodorum autem saepius sua e fonte Polybiano hausisse inter omnes constat. Merito Scala concludit (l. l. pag. 298) „der Stoiker Diodor steht mit seinem ganzen Werke unter

dem Baune des Polybius". Communem ergo originem Ciceronis et Diodori relationis nemo non perspexit.

Tanto talique consensu inter Ciceronem et Polybium animadverso facile intellegimus, ubi Tullius agens de Roma condita alia narret atque Livius Dionysiusque et solus tradat a Tarquinio Prisco bellum esse gestum contra Aequos et in Servii Tullii classium centuriarumque descriptione recedat ab illis historicis, Megalopolitanum illum esse auctorem.

Ceterum sine ullo negotio etiam Panaetii vestigia reperiri possunt in secundo De Rep. Nam haud temere inter se congruunt Plato Aristoteles Tullius loquentes de corruptis moribus civium urbes incolentium maritimas; hic e Platone et Aristotele hausit Panaetius, quem rursus Cicero secutus est. Satis est haec tantum componere

De Rep. II 4, 7—8	Plat. De Leg. IV 1 p. 705 A	Arist. Polit. IV 3 p. 1327 a
Est autem maritimis urbibus.... mutatio morum; admiscentur enim novis sermonibus ac disciplinis, et inportantur non merces solum adventiciae sed etiam mores, ut nihil possit in patriis institutis manere integrum...... multa etiam ad luxuriam invitamenta perniciosa civitatibus subpeditantur mari, quae vel capiuntur vel inportantur; atque habet etiam amoenitas ipsa vel sumptuosas vel desidiosas inlecebras multas cupiditatum.	ἐμπορίας γὰρ καὶ χρηματισμοῦ διὰ καπηλείας ἐμπιπλᾶσα (sc. ἡ θάλαττα) αὐτήν, ἤθη παλίμβολα καὶ ἄπιστα ταῖς ψυχαῖς ἐντίκτουσα, αὐτήν τε πρὸς αὑτὴν τὴν πόλιν ἄπιστον καὶ ἄφιλον ποιεῖ καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους ὡσαύτως. (Cf. etiam pag. 919 E et 950 A).	περὶ δὲ τῆς πρὸς τὴν θάλατταν κοινωνίας πότερον ὠφέλιμος ταῖς εὐνομουμέναις πόλεσιν ἢ βλαβερά, πολλὰ τυγχάνουσιν ἀμφισβητοῦντες. τό τε γὰρ ἐπιξενοῦσθαί τινας ἐν ἄλλοις τεθραμμένους νόμοις ἀσύμφορον εἶναί φασι πρὸς τὴν εὐνομίαν καὶ τὴν πολυανθρωπίαν. Φυλάξασθαι ῥᾴδιον τοῖς νόμοις φράζοντας καὶ διορίζοντας τίνας οὐ δεῖ καὶ τίνας ἐπιμίσγεσθαι δεῖ πρὸς ἀλλήλους.

Eadem via complura Aristoteleia manarunt in secundum librum de Rep. e. g.

De Rep. II 5, 10	Polit. IV 6 pag. 1327 a
Qui potuit igitur divinius et utilitates complecti maritimas Romulus et vitia vitare, quam quod urbem perennis amnis et aequabilis et in mare late influentis posuit in ripa? quo posset urbs et accipere a mari, quo egeret, et reddere, quo redundaret, eodemque ut flumine res ad victum cultumque maxime necessarias non solum mari absorberet, sed etiam invectas acciperet ex terra, ut.....	Γίνεσθαι μὲν γὰρ ἐκ τοῦ χρῆσθαι τῇ θαλάττῃ διαπέμποντας καὶ δεχομένους ἐμπόρων πλῆθος, ὑπεναντίαν δ' εἶναι πρὸς τὸ πολιτεύεσθαι καλῶς. ὅτι μὲν οὖν, εἰ ταῦτα μὴ συμβαίνει, βέλτιον καὶ πρὸς ἀσφάλειαν καὶ πρὸς εὐπορίαν τῶν ἀναγκαίων μετέχειν τὴν πόλιν καὶ τὴν χώραν τῆς θαλάττης, οὐκ ἄδηλον.... ὅσα τ' ἂν μὴ τυγχάνῃ παρ' αὐτοῖς ὄντα, δέξασθαι ταῦτα καὶ τὰ πλεονάζοντα τῶν γινομένων ἐκπέμψασθαι τῶν ἀναγκαίων ἐστίν. αὑτῇ γὰρ ἐμπορικήν, ἀλλ' οὐ τοῖς ἄλλοις δεῖ εἶναι τὴν πόλιν. (Cf. pag. 1330 a).
Cf. De Rep. II 6, 11.	Cf. Polit. pag. 1330 b.

At meraciorem rationem Panaetianam agnoscimus in cap. 23, quod est de civitate e tribus generibus modice temperata versaturque in comparanda republica Romanorum cum Carthaginiensium Lacedaemoniorumque. Narrationem porro de regifugii excipit digressio (§ 26) de tyranno, quae vocabulis asperrimis originem Stoicam prae se fert. Praeterea extremum cap. 40, quod est de animi partibus mente regendis, nos admonet loci manifesto Panaetiani (I 38, 60): sub regno igitur tibi esse placet omnis animi partes, et eas regi consilio? cet. Denique iure Panaetianum existimatur extremum cap. 42 comparans ordines civitatum cum fidium cantu tibiarumve imprimis haec verba ab Augustino servata: et quae harmonia a musicis dicitur in cantu, ea est in civitate concordia, artissimum atque optimum omni in republica vinculum incolumitatis eaque sine iustitia nullo pacto esse potest (§ 60). Idem

dicam, non agi hic de vero rei furto, quaecunque ea sit, sed de fallacia aliqua quae verbis fit et demonstrationibus. Circinus iste, rei convenienter raptim e veru factus, non adhibetur ad rapiendum vel vestimentum vel carnem, sed tantummodo ad delineandum. Neque est dubium quin eodem consilio mensae tenuis ille inspergatur cinis. Nullus enim eius usus est, si nihil in mensa delineatur. Et Leeuwenius hoc intellexit; is enim de nostro loco eodem fere modo quo ego nunc disputat. Sed quid in mensa delineat Socrates? Res ipsa eo ducit ut de palaestra cogitemus, quae vox hic fere amphitheatri vim habere debebit. Ad eiusmodi amphitheatrum delineandum unus et alter ducendus est circulus, quae res sine circino fieri nequit. Amphitheatro autem delineato ratiocinari coepit Socrates: „En circuli segmentum; hic arcus continet.... Ergo hic habemus....". Quid habere nos dicat Socrates prorsus ignoramus. Hoc unum constat sic eum ratiocinari ut lusus quidam nascatur verborum qui nobis aliquid quod comedi possit vocet in mentem. Si pro *θοἰμάτιον* non *θυμάτιον* sed *θοινίδιον* proposuisset Hermannus, multo propius ad scopum accessisset. Etenim *θοινίδιον* ipsum illud est quod hic requiritur: coenula opipara. Atque eo vocabulo usi multo facilius illud ipsum quod hic excidit obtinemus.

Hic mihi cibum quaerenti ludicrum qui lusu verborum obtinetur in mentem venit huiusce griphi Francogallici: quo modo homo per desertum ambulans nulla re nisi iunco instructus dulci potiri potest cibo? Respondetur: „iunco illo tamquam radio usus circulum in arena scribat; sic enim habebit 2 π (jonc); Gallice hoc pronuntia, erit: deux pigeons; hisce columbulis homo noster delectetur".

Eiusmodi verborum ioco, ut equidem opinor, et hic opus erat. Tum omnia egregie inter se concinunt. Qui qualis fuerit, pro certo ut sciamus nunquam nobis continget. Sed haec mihi coniectura a veri specie non nimis longe remota esse videtur: Antiqua amphitheatra et aliis testibus et Pausania *ἄφεσιν* quandam habuisse videntur, eaque (id quod diserte idem Pausanias declarat) *prorae* habebat formam. Atqui nota res est in navium Graecarum proris stetisse figuras affabre factas et plerumque avium colla atque capita imitantes, harumque figura-

rum saepe *χηνίσκον* fuisse nomen. Quodsi palaestrae *ἄφεσις* prorae habuit formam, nonne haec quam maxime verisimilis est coniectura huius quoque „proram" splendidi atque inaurati fortasse *χηνίσκου* capite fuisse insigne?

Denique „ut aliquid fiat" (sic enim medici in causis loquuntur desperatis) hanc nostri loci propono restitutionem:

διαβήτην λαβὼν
γράφει παλαίστραν ἐν τέφρᾳ σαφέστατα
ἄφεσίν τ' ἔχουσαν, ἐπί τε χηνίσκον καλόν·
εἶτ' ἐξαλείψας τἄλλα χηνίσκον λαβὼν
ἐκ τῆς παλαίστρας θοιμάτιον ὑφείλετο.

Versus inter utrumque *λαβὼν* positi, librarii oculis ab altera ad alteram vocem transsilientibus, facile potuerunt omitti.

Nunc demum apte Strepsiades Thaletis iniicit mentionem. Si non de verborum aliquo lusu narratum fuisset, sed de aliquo furto, qualecumque illud fuisset, quid eum Milesii philosophi admonere potuisset?

IV.

DE VERSIBUS 660—664.

ΣΤΡ *ἀλλ' οἶδ' ἔγωγε τἄρρεν' εἰ μὴ μαίνομαι·*
κριός, τράγος, ταῦρος, κύων, ἀλεκτρυών

ΣΩ *ὁρᾷς ὃ πάσχεις; τήν τε θήλειαν καλεῖς*
ἀλεκτρυόνα κατὰ ταὐτὰ καὶ τὸν ἄρρενα.

Mihi ne levissima quidem esse posse videtur dubitatio quin hic unus et alter versus exciderit, atque sic fere esse legendum:

ἀλεκτρυών.
[ΣΩ *ἰδού γε· ποῖα δ' ἐστὶν ὀρθῶς θήλεα;*
ΣΤΡ *ὁποῖα; βοῦς, οἶς, αἴξ, κύων, ἀλεκτρυών*].

Sic facile id quod sequitur *ὁρᾷς ὃ πάσχεις* (viden quid tibi accidat, quam turpiter erres?) intelligi potest, nunc prorsus non potest.

Confer duplicem interrogationen de nominibus masculinis et femininis 681—686:

ΣΩ *ἔτι δή γε περὶ τῶν ὀνομάτων μαθεῖν σε δεῖ*
ἄττ' ἄρρεν' ἐστίν, ἄττα δ' αὐτῶν θήλεα.
ΣΤΡ *ἀλλ' οἶδ' ἔγωγ' ἃ θήλε' ἔστιν.* ΣΩ *εἰπὲ δή.*

ΣΤΡ *Λύσιλλα, Φίλιννα, Κλειταγόρα, Δημητρία.*
ΣΩ *ἄρρενα δὲ ποῖα τῶν ὀνομάτων;* ΣΤΡ *μυρία.*
Φιλόξενος, Μιλησίας, Ἀμυνίας.

Ubi versus exit in idem vocabulum in quod paulo ante versus exierat, mirum non est eo loco omitti aliquot a librario versus.

Sed video de his versibus idem dictum a Bentleio. Miror ergo id quod tantam habeat persuadendi vim, cum praesertim Bentleium habeat auctorem, sperni potuisse (nam quod hic illic in aliquo commemoratur apparatu critico id quidem leviusculum est) et non, quod fieri oportuerat, tamquam si in omnibus legeretur codicibus, recipi in textum, mutata, si ita opus videretur, literarum forma.

Communis opinio in literarum republica esse videtur eum qui iterum aliquid inveniat in vulgus eorum qui non invenerunt reiiciendum esse, mihi falsa ea ratio videtur et perquam iniqua.

V.

De disputatione *δικαίου* et *ἀδίκου λόγου* vs. 1088 sqq.

Inde a versu qui statim post vs. 1089 infertur

ΔΙΚ *σιγήσομαι, τί δ' ἄλλο;* ΑΔ *φέρε δή μοι φράσον*

disputatio (satis brevis sane illa) prorsus omni sano caret sensu. Duo sunt quae prorsus nos lateant:

1° qui potest Iustus ter dare responsum illud stolido homine dignum *ἐξ εὐρυπρώκτων*?

2° qui potest se, tam inepte interrogatum, plane victum profligatumque fateri?

Quoniam autem neque sententiarum structura neque verborum usus ullam praebet corruptelae suspicionem, sed omnia hac in re sanissima videri debent, non possumus non opinari quaedam esse omissa. At non paucos quosdam versiculos vel parvum vocabulorum numerum. Brevem locum inserendo nihil proficimus. Sumendum est excidisse non minus una pagina Teubneriana. Fortasse librarius prandii causa quietem sumturus codicem convolvit, non dubitans quin facile locum in quo

substitisset denuo esset inventurus, fretus memoria sua, cui firmiter inhaererent ultima illa vocabula Φέρε δή μοι φράσον. Prandio finito et fortasse uno alteroque epoto poculo, in codice vocabula illa quaesivit sed fefellit hominem alius locus qui iisdem illis clauderetur. Breviter ut dicam non possumus hic anxie cauteque agere de singulis, totus enim contextus disputationis, qua poeta usus est, nobis est restituendus. „Magni morbi magnis sunt sanandi remediis" ut aiunt Francogalli.

Non ergo — id quod plerisque criticis ut vere docto homine unice dignum praeplacere solet — uno filo lacunae margines inter se contrahere conabor, sed meis verbis usus Aristophani reddam quod iniqua ei ademit fortuna:

ΑΔ. Φέρε δή μοι φράσον·

„Finge a nobis totum genus humanum in duas dividi partes, alteram eorum qui ceteris omnibus posthabitis rebus suum solum quaerunt emolumentum suamque voluptatem, alteram eorum qui nihil pluris quam virtutem faciunt et officium; praeterea finge a nobis priores illos omnes uno designari nomine, eo quo ipse modo usus es, εὐρυπρώκτων dico, postremo contrario a nobis significari nomine eos qui contrariam sequuntur sectam: hi ergo λεπτόπρωκτοι dicendi erunt, in utra ergo parte tu pones, ut hos primos afferam, percussores?

ΔΙΚ In εὐρυπρώκτων parte.

ΑΔ Quid adulteros?

ΔΙΚ In εὐρυπρώκτων parte.

ΑΔ Quid seditiosos?

ΔΙΚ In εὐρυπρώκτων parte.

ΑΔ. Recte respondisti. At nunc: in utra parte sunt ponendi boni causidici, strenuos defensores innocentium, qui in crimen et suspicionem sunt adducti?

ΔΙΚ In λεπτοπρώκτων parte.

ΑΔ Quid boni tragoediarum poetae, ii qui omnium scelerum eam pingunt imaginem quae spectantes ab illis deterreat?

ΔΙΚ In λεπτοπρώκτων parte.

ΑΔ Quid boni duces populorum, qui multitudinis omnia vitia morbosque in melius convertere student?

ΔΙΚ In λεπτοπρώκτων numero.

ΑΔ Egregie respondisti. Nunc tibi finge homines qui ipsi

neque boni sunt causidici neque boni tragoediarum poetae, neque boni populorum duces, sed qui suam ipsi vitam sic instituunt ut sua opera boni causidici, boni tragici, boni populorum duces largam habeant facultatem omnes suas exercendi vires in proelio cum vitiis, homines dico sine quibus omnes illi viri praestantes ne materiem quidem habituri erant in qua elaborarent, utri parti hos homines adnumerandos censes?

ΔΙΚ Nimirum *λεπτοπρώκτων* parti.

ΑΔ (insidiose subridens) Age vero: habemus causidicum quempiam, virum omnibus ingenii dotibus instructum ad innocentes defendendos qui hominis occisi crimine insimulentur, idque facere cupientem. Quid ante fieri debet quam ille causidicus suas in eo genere vires possit monstrare?

ΔΙΚ Nihil aliud quam ut occidatur homo, isque ab innocente...

ΑΔ Recte, ergo ut aliis utamur verbis: opus est percussoribus. Finge nunc poetam tragicum, qui se destinatum sentit ad adulterii pravitatem aptis exemplis perstringendam, quaenam res eiusmodi poetae in vita observandae?

ΔΙΚ Adulterorum facinora ut ea omni vi.....

ΑΔ Recte! ergo adulteris opus est. Finge tibi nunc populi ducem quempiam, virum incomparabilem in comprimendis vulgi affectibus seditiosis, in quosnam ille homines omnes ingenii sui facultates convertere debebit?

ΔΙΚ In turbulentos si qui in populo sunt homines.

ΑΔ Recte. Ergo turbulentis hominibus opus illi est. Nunc etiam quatuor mihi restant quas tibi proponam quaestiones. Ergo bene tecum considera omnia quae hactenus perpendimus, et mihi responde veritati convenienter neque quidquam reticens...... Sed singulis tua responsa cohibe vocabulis: aut *εὐρύπρωκτοι* dicito aut *λεπτόπρωκτοι*, nihil aliud! Tenesne?"

(hic est lacunae finis)

φέρε δή μοι φράσον.
ξυνηγοροῦσιν ἐκ τινων;

("Causidici (boni) opus suum faciunt propter quorum hominum actiones?" Sive: "quod bonos causidicos habemus, quibus hominibus acceptum referimus?")

ΔΙΚ (perturbatus circumspicit, ad se redire studet, balbutit) *ἐξ.... εὐ.... ρυ.... πρώκ.... των.*

ΑΔ (alienis se oblectans molestiis) *πείθομαι* (non nego).

τί δαί; τραγῳδοῦσ' ἐκ τίνων;

(quibusnam hominibus est acceptum referendum quod non desunt boni tragici?)

ΔΙΚ (magis magisque perturbatus) *ἐξ... εὐρυπρώκτων.*

ΑΔ (gaudii plenus) *εὖ λέγεις.* (recte respondisti)

δημηγοροῦσι δ' ἐκ τίνων;

(a quibus hominibus efficitur ut boni sint duces populi?)

ΔΙΚ (plane afflictus caput inclinans)

ἐξ εὐρυπρώκτων (gemitus e pectore trahens)

1102 *ἡττήμεθ'· ὦ.... βινούμενοι*

(in hoc versu lineolis opus est. Bis enim subsistitur. Primum Iustus dicere´ vult *ὦ θεώμενοι*, tum se continet et dicturo *εὐρύπρωκτοι* similis est. Iterum se continet et turpiore etiam vocabulo *βινούμενοι* utitur.) Omnes simul spectatores in cavea subito *βινουμένους* dici, mendacium foret nimis apertum quam ut ullam haberet ioci suavitatem. Sed cum sciamus, id quod nobis iam constat, convenisse inter Iustum et Iniustum ut omnes non probi homines, quo facilior fiat altercatio, *εὐρύπρωκτοι* appellentur, non miramur Iustum, ad summam rerum adactum desperationem, pro synonymo vocabuli constituti spurciore etiam uti vocabulo.

ADDENDUM. Relegenti has paginas vs. 49, post omnia satis inepte comparatus, suggerit mihi Horatianum: „Curtae semper abest..." noloque committere ut hunc unum versum sic relinquam compositum.

En igitur pro uno versu male consarcinato tres versus sanos:

ταύτην ὅτ' ἔγημα πάντ' ἀπέβαλον ἡδέα.
ἀτεχνῶς γὰρ οὐδὲν οὐδαμῇ συνῇδε νῷν.
ὅτε μὲν γὰρ ἐγάμουν συγκατεκλινόμην, ἐγὼ

(Quum illam ducerem uxorem omnia amisi iucunda. Prorsus enim nihil ab ulla parte inter nos concinebat. Etenim cum (noctu) quum „ducebam".... tum et interdiu.... caett.)

DE CICERONIS LIBRIS DE REPUBLICA.

SCRIPSIT

C. BRAKMAN.

(Continuatur e pag. 309).

Proximum est ut planius ostendatur Polybium (quem ut sequatur Cicero ipse se admonet II 14, 27) auctorem fuisse Tullii in secundo De Rep. libro. Neque est cur miremur scriptorem librorum De Rep. ex eo potissimum historico hausisse, quippe qui vocasset civitatem Romanam *κάλλιστον σύστημα τῶν καθ' ἡμᾶς πολιτειῶν* (VI, 11, 3), quod iudicium Scipio sic reddit (I 46, 70): nullam omnium rerum publicarum aut constitutione aut discriptione aut disciplina conferendam esse cum ea, quae patres nostri nobis acceptam iam inde a maioribus reliquerunt.

De munere historico Polybius et Cicero severius iudicant quam prisci scriptores, qui nimis indulgebant fabulis fictis et exornatius quam diligentius res exponere solebant. Nam Megalopolitanus ille egregie hoc statuit officium esse suum (IV 40, 1—2) *ἀποδεικτικῇ δὲ μᾶλλον τῇ διηγήσει χρηστέον, ἵνα μηδὲν ἄπορον ἀπολείπωμεν τῶν ζητουμένων τοῖς φιληκόοις. τοῦτο γὰρ ἴδιόν ἐστι τῶν νῦν καιρῶν...... οὐκ ἂν ἔτι πρέπον εἴη ποιηταῖς καὶ μυθογράφοις χρῆσθαι μάρτυσι περὶ τῶν ἀγνοουμένων.* Idem fere censet Tullius scribens (De Rep. II 10, 19): antiquitas enim recepit fabulas fictas etiam nonnunquam incondite, haec aetas autem iam exculta praesertim eludens omne quod fieri non potest respuit.

Uterque igitur mirabilia et mendacia omnino damnat: confer quaeso Polyb. VI 2, 17 *τὸ γὰρ ἀδύνατον ἐν τῷ ψεύδει μόνον οὐδ' ἀπολογίαν ἐπιδέχεται τοῖς ἁμαρτάνουσι* cum De Rep. II

15, 28 ea sunt demum non ferenda mendacia, quae non solum ficta esse sed ne fieri quidem potuisse cernimus.

Quae res singulae historico expediendae sint cognoscitur e Polyb. VI. 57, 10 Ἡμεῖς δὲ ἐπειδὴ τήν τε σύστασιν καὶ τὴν αὔξησιν τῆς πολιτείας, ἔτι δὲ τὴν ἀκμὴν καὶ τὴν διάθεσιν, πρὸς δὲ τούτοις τὴν διαφορὰν πρὸς τὰς ἄλλας τοῦ τε χείρονος ἐν αὐτῇ καὶ βελτίους διεληλύθαμεν, τὸν μὲν περὶ τῆς πολιτείας λόγον ὧδέ πῃ καταστρέφομεν. Id praeceptum ex parte saltem curae fuit Tullio dicenti II 1, 3 facilius autem quod est propositum consequar, si nostram rempublicam vobis et nascentem et crescentem et iam firmam atque robustam ostendero, quam si mihi aliquam, ut apud Platonem Socrates ipse finxero. Quod iteratur ferme vel paulo immutatur infra II 16, 30 „atqui multo id facilius cognosces", inquit Africanus, „si progredientem rempublicam atque in optimum statum naturali quodam itinere et cursu venientem videris".

Nisi brevitati consulerem, conferrem Polyb. VI 2ª, 10—15 et De Rep. II 20, 35 ut appareret Ciceronem exemplum Graecum paene vertisse. Neque tamen silentio praeterire velim similitudinem inter

Cic. De Rep. II 20, 35 et	Diodor. Bibl. fragm. VIII 31
(sermo est de Tarquinio Prisco) propter humanitatem atque doctrinam Anco regi familiaris est factus usque eo ut consiliorum omnium particeps et socius paene regni putaretur. erat in eo praeterea summa comitas, summa in omnis civis opis auxilii defensionis largiendi etiam benignitas.	Ὅτι Λεύκιος Ταρκύνιος ὁ τῶν Ῥωμαίων βασιλεὺς σπουδαίας ἔτυχεν ἀγωγῆς καὶ γενόμενος ζηλωτὴς παιδείας οὐ μετρίως δι' ἀρετὴν ἐθαυμάζετο. Ἀνδρωθεὶς γὰρ συνεστάθη τῷ βασιλεῖ Ἄγκῳ Μαρκίῳ καὶ φίλος αὐτοῦ μέγιστος ἐγένετο καὶ πολλὰ τῶν κατὰ τὴν βασιλείαν συνδιῴκει τῷ βασιλεῖ καὶ μεγαλόπλουτος ὢν πολλοῖς τῶν ἀπόρων ἐβοήθει χρήματα διδοὺς καὶ πᾶσι προσφιλῶς ὁμιλῶν ἄμεμπτος ἦν καὶ ἔνδοξος ἐπὶ τῇ σοφίᾳ.

Diodorum autem saepius sua e fonte Polybiano hausisse inter omnes constat. Merito Scala concludit (l. l. pag. 298) „der Stoiker Diodor steht mit seinem ganzen Werke unter

dem Baune des Polybius". Communem ergo originem Ciceronis et Diodori relationis nemo non perspexit.

Tanto talique consensu inter Ciceronem et Polybium animadverso facile intellegimus, ubi Tullius agens de Roma condita alia narret atque Livius Dionysiusque et solus tradat a Tarquinio Prisco bellum esse gestum contra Aequos et in Servii Tullii classium centuriarumque descriptione recedat ab illis historicis, Megalopolitanum illum esse auctorem.

Ceterum sine ullo negotio etiam Panaetii vestigia reperiri possunt in secundo De Rep. Nam haud temere inter se congruunt Plato Aristoteles Tullius loquentes de corruptis moribus civium urbes incolentium maritimas; hic e Platone et Aristotele hausit Panaetius, quem rursus Cicero secutus est. Satis est haec tantum componere

De Rep. II 4, 7—8	Plat. De Leg. IV 1 p. 705 A	Arist. Polit. IV 3 p. 1327 a
Est autem maritimis urbibus.... mutatio morum; admiscentur enim novis sermonibus ac disciplinis, et inportantur non merces solum adventiciae sed etiam mores, ut nihil possit in patriis institutis manere integrum...... multa etiam ad luxuriam invitamenta perniciosa civitatibus subpeditantur mari, quae vel capiuntur vel inportantur; atque habet etiam amoenitas ipsa vel sumptuosas vel desidiosas inlecebras multas cupiditatum.	*ἐμπορίας γὰρ καὶ χρηματισμοῦ διὰ καπηλείας ἐμπιπλᾶσα* (sc. *ἡ θάλαττα*) *αὐτὴν, ἤθη παλίμβολα καὶ ἄπιστα ταῖς ψυχαῖς ἐντίκτουσα, αὐτήν τε πρὸς αὐτὴν τὴν πόλιν ἄπιστον καὶ ἄφιλον ποιεῖ καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους ὡσαύτως.* (Cf. etiam pag. 919 E et 950 A).	*περὶ δὲ τῆς πρὸς τὴν θάλατταν κοινωνίας πότερον ὠφέλιμος ταῖς εὐνομουμέναις πόλεσιν ἢ βλαβερά, πολλὰ τυγχάνουσιν ἀμφισβητοῦντες. τό τε γὰρ ἐπιξενοῦσθαί τινας ἐν ἄλλοις τεθραμμένους νόμοις ἀσύμφορον εἶναί φασι πρὸς τὴν εὐνομίαν καὶ τὴν πολυανθρωπίαν. φυλάξασθαι ῥᾴδιον τοῖς νόμοις φράζοντας καὶ διορίζοντας τίνας οὐ δεῖ καὶ τίνας ἐπιμίσγεσθαι δεῖ πρὸς ἀλλήλους.*

Eadem via complura Aristoteleia manarunt in secundum librum de Rep. e. g.

De Rep. II 5, 10	Polit. IV 6 pag. 1327 a
Qui potuit igitur divinius et utilitates complecti maritimas Romulus et vitia vitare, quam quod urbem perennis amnis et aequabilis et in mare late influentis posuit in ripa? quo posset urbs et accipere a mari, quo egeret, et reddere, quo redundaret, eodemque ut flumine res ad victum cultumque maxime necessarias non solum mari absorberet, sed etiam invectas acciperet ex terra, ut.....	*Γίνεσθαι μὲν γὰρ ἐκ τοῦ χρῆσθαι τῇ θαλάττῃ διαπέμποντας καὶ δεχομένους ἐμπόρων πλῆθος, ὑπεναντίαν δ' εἶναι πρὸς τὸ πολιτεύεσθαι καλῶς. ὅτι μὲν οὖν, εἰ ταῦτα μὴ συμβαίνει, βέλτιον καὶ πρὸς ἀσφάλειαν καὶ πρὸς εὐπορίαν τῶν ἀναγκαίων μετέχειν τὴν πόλιν καὶ τὴν χώραν τῆς θαλάττης, οὐκ ἄδηλον.... ὅσα τ' ἂν μὴ τυγχάνῃ παρ' αὐτοῖς ὄντα, δέξασθαι ταῦτα καὶ τὰ πλεονάζοντα τῶν γινομένων ἐκπέμψασθαι τῶν ἀναγκαίων ἐστίν. αὑτῇ γὰρ ἐμπορικήν, ἀλλ' οὐ τοῖς ἄλλοις δεῖ εἶναι τὴν πόλιν.* (Cf. pag. 1330 a).
Cf. De Rep. II 6, 11.	Cf. Polit. pag. 1330 b.

At meraciorem rationem Panaetianam agnoscimus in cap. 23, quod est de civitate e tribus generibus modice temperata versaturque in comparanda republica Romanorum cum Carthaginiensium Lacedaemoniorumque. Narrationem porro de regifugii excipit digressio (§ 26) de tyranno, quae vocabulis asperrimis originem Stoicam prae se fert. Praeterea extremum cap. 40, quod est de animi partibus mente regendis, nos admonet loci manifesto Panaetiani (I 38, 60): sub regno igitur tibi esse placet omnis animi partes, et eas regi consilio? cet. Denique iure Panaetianum existimatur extremum cap. 42 comparans ordines civitatum cum fidium cantu tibiarumve imprimis haec verba ab Augustino servata: et quae harmonia a musicis dicitur in cantu, ea est in civitate concordia, artissimum atque optimum omni in republica vinculum incolumitatis eaque sine iustitia nullo pacto esse potest (§ 60). Idem

simile adhibetur in primo De Offic. (40, 145), qui liber continet Panaetii disciplinam.

Quae tractanda sint in libro tertio, iam ultimum caput libri secundi docet. Ibi enim Scipio et Laelius explicabunt non modo falsum illud esse, sine iniuria non posse, sed hoc verissimum esse, sine summa iustitia rempublicam geri nullo modo posse. Post longissimam igitur digressionem factam ut nascentem et progredientem rempublicam nobis ostenderet, Tullius ad propositum revertit. In libro tertio Furius Philus improbitatis patrocinium suscipit itaque Carneadem secutus opponit inter se iustitiam naturalem et civilem, mox sic pergens disserere reapse iustitiam naturalem esse non posse, quod si esset, nusquam non easdem leges valituras, sicut ubique amaritudinem et dulcedinem, frigus et calorem eadem sint: hanc ob rem natura neminem iustum esse. Omnia igitur utilitate metienda esse neque ullam civitati rationem habendam iustitiae, sed maximi commodi, ceterum sine iniuria rempublicam administrari nequire.

Haec Phili argumenta refutantur in primo de Leg. et a Laelio in tertio de Rep., cuius viri orationis tamen fragmenta modo extant. Quamvis pauca et trunca manserint, certe multis similitudinibus monstravit Schmekel, etiam pluribus Galbiati, in duobus illis libris non solum easdem res et sententias reperiri, verum etiam eandem ratiocinationem. Hic unum alterumque exemplum afferri liceat.

De Rep. III 22, 33	De Leg. I 6, 18
est quidem vera lex recta ratio, naturae congruens, diffusa in omnis, constans sempiterna, quae vocet ad officium iubendo, vetando a fraude deterreat.....	lex est ratio summa insita in natura, quae iubet ea, quae facienda sunt, prohibetque contraria. § 19 cuius (sc. legis) ea vis est, ut recte facere iubeat, vetet delinquere.
sed et omnes gentes et omni tempore una lex et sempiterna et inmutabilis continebit, unusque erit communis quasi magis-	§ 19 constituendi vero iuris ab illa summa lege capiamus exordium, quae saeclis omnibus ante nata est quam scripta

ter et imperator emnium deus: ille legis huius inventor, disceptor, lator; cui qui non parebit, ipse se fugiet ac naturam hominis aspernatus hoc ipso luet maxumas poenas, etiamsi cetera supplicia quae putantur effugerit.

lex ulla aut quam omnino civitas constituta.

§ 40 (qui illi legi non parent) poenas luunt non tam iudiciis.... set eos agitant insectanturque furiae, non ardentibus taedis, sicut in fabulis, sed angore conscientiae fraudisque cruciatu.

De Rep. III 27, 39

qui cum omnia ad se referant, numquam quicquam alterius causa fieri putent, et cum ea re bonum virum oportere esse dicant, ne malum habeat, non quo id natura rectum sit, non intellegant, se de callido homine loqui, non de bono viro.

De Leg. I 14, 41

tum autem qui non ipso honesto movemur ut boni viri simus, sed utilitate aliqua atque fructu, callidi sumus, non boni.... qui nihil alterius causa faciet et metietur suis commodis omnia.... nunquam ob eam causam negabit (sc. se cuiquam vitam erepturum), quod id natura turpe iudicet, sed quod metuat ne emanet, id est, ne malum habeat.

Uterque igitur liber (De Rep. III et De Leg. I) versatur in fonte et origine iuris. Homines rationem a deo acceperunt, quapropter inter deum et homines exstitit societas lexque quaedam inter eos nata est, ita ut eiusdem civitatis habendi sint. Mundus autem universus communis est civitas Dei hominumque et agnatione homines cum Deo coniuncti sunt. Idcirco inter homines ipsos versatur ius non foedere nitens, sed insitum natura. Id ius omnes honesti propter se ipsum diligunt. Summa lex est consilium Dei, qui ratione omnia aut iubet aut vetat. Illa comprehendit omnia etiam iustitiam civilem, quae contraria non est iustitiae naturali, verum haec est origo illius. Ceterum nemo mirari potest sententias et ratiocinationem, quas in tertio De Rep. invenimus, repeti in primo De Leg., cum ipse Cicero fateatur libros De Leg. supplementum esse

librorum De Rep. Accedit quod generalis illa ratio de iure peridoneum praebet prooemium corporis legum.

Opus iam non est ostendere De Rep. III et de Leg. I ex eodem fonte manasse. Turnebus vidit primus eam originem necessario fuisse Stoicam, habuit vero pro auctore aut Zenonem aut Chrysippum. Iniuria. Quoniam secundum Lactantium (Instit. V 14, 3—5) Phili oratio nihil aliud erat nisi disputatio Carneadis, clarissimi illius Academici, qui a° 155 cum Diogene et Critolao Romam venit, auctorem Ciceronis (i. e. auctorem refutationis argumentorum Carneadis) floruisse secundo ante Chr. natum saeculo post annum 150 fere necesse est. Ille Stoicus quis fuerit, sic diiudicari potest.

Auctor Ciceronis et Tullius (III 23, 34) ipse credunt mundum esse aeternum, id quod tres modo philosophi sectae Stoicae probant, cum ceteri putent aliquando haec omnia deflagratura esse neque τὴν ἐκπύρωσιν reiciant. Illi tres fuerunt Diogenes Boethus Panaetius. Diogenis hic nulla est habenda ratio, cum eius disciplina, quae in moribus versatur, impugnetur Laeliusque contendat nihil esse bonum nisi quod honestum, nihil malum nisi quod turpe sit (De Rep. III 26, 38 = De Leg. I 12, 33). Iam vero Boethus τὰ πολιτικὰ non tractavit neque omnino scripsit populariter, sicut Cicero poposcit. Ergo reliquum est, ut Panaetius auctor sit disputationis de iustitia. Fuerunt qui Antiochum Ascalonitam Tullii fontem appellarent; id falsum esse vel inde apparet, quod Cicero de eo sic loquitur (De Leg. I 21, 54): Vir *iste* fuit ille quidem prudens et acutus et in suo genere perfectus mihique, ut scis familiaris; quoi tamen ego adsentiar in omnibus necne, mox videro.

Galbiati docet Phili (i. e. Carneadis) orationi exemplo fuisse Thrasymachi Glauconis Adimanti defensionem iniustitiae apud Platonem. Etiam quae Lactantius excerpsit e tertio De Rep. (17, 27) declarant Platonem (Pol. II 4—5 p. 361 A—362 C) a Cicerone versum esse. Id elucet etiam e verbis *apertum et simplicem virum* (III 16, 26) similibus Platonis ἄνδρα ἁπλοῦν καὶ γενναῖον (Pol. II 4 p. 361 B).

Ex Aristotele quoque similitudines afferri possunt e. g.

De Rep. III 24, 36

et quoniam, cum prius ageretur pro iniustitiae partibus contra iustitiam, et diceretur nisi per iniustitiam rempublicam stare augerique non posse, hoc veluti validissimum positum erat, iniustum esse, ut homines hominibus dominantibus serviant..... responsum est a parte iustitiae ideo iustum esse, quod talibus hominibus sit utilis servitus, et pro utilitate eorum fieri cum recte fit, id est cum inprobis aufertur iniuriarum licentia, et domiti melius se habebunt, quia indomiti deterius se habuerunt.

Polit. I 5 p. 1254 a

Τὸ γὰρ ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι οὐ μόνον τῶν ἀναγκαίων, ἀλλὰ καὶ τῶν συμφερόντων ἐστί, καὶ εὐθὺς ἐκ γενετῆς ἔνια διέστηκε, τὰ μὲν ἐπὶ τὸ ἄρχεσθαι, τὰ δ' ἐπὶ τὸ ἄρχειν. καὶ εἴδη πολλὰ καὶ ἀρχόντων καὶ τῶν ἀρχομένων ἐστί, cet.

Neque desunt Polybiana in tertio De Rep. Saepius rerum scriptor Megalopolitanus agit de gentibus apud quas praedones infames non sunt; itaque conferre possumus:

De Rep. III 9, 15 ut Cretes et Aetoli latrocinari honestum putent et

Polyb. IV 3, 1 *ὡς ἂν εἰθισμένοι* (sc. *οἱ Αἰτωλοὶ*) *μὲν ζῆν ἀπὸ τῶν πέλας* (cf. VI 46, 2—3; XVII 4, 8; XXX 14, 1—2).

Gravioris momenti est haec similitudo

De Rep. III 9, 15

post autem cum Persis et Philippus, qui cogitavit et Alexander, qui gessit, hanc bellandi causam inferebat, quod vellet Graeciae fana poenire.

Polyb. III 6, 5

Τίς γὰρ ἂν νομίσειε ταύτας αἰτίας ὑπάρχειν, ὧν πολλὰ μὲν Ἀλέξανδρος πρότερον, οὐκ ὀλίγα δὲ Φίλιππος ἔτι ζῶν, ἐνήργησε καὶ παρεσκευάσατο πρὸς τὸν κατὰ τῶν Περσῶν πόλεμον.

Notum est Polybium fastidivisse Academicos aequales suos, qui inania captarent totamque sectam in contemptionem adducerent cum quaererent, num ii, qui Athenis degerent, odorem

ovorum, quae Ephesi coquerentur, sentirent (XII 26). In eandem fere sententiam contra Carneadem videtur scripsisse Cicero III 21, 32 sed iuventuti nostrae minime audiendus; quippe si ita sensit ut loquitur, est homo inpurus; sin aliter, quod malo, oratio est tamen inmanis.

Denique parvam quandam similitudinem infitiari non possumus inter fragmentum ab Isidoro servatum (Etymol. 18, 1, 2 = Cic. De Rep. III 23, 35) et fragmentum Polybianum e Suida desumptum (Büttner—Wobst IV p. 528, 99) Confer quaeso:

illa iniusta bella sunt quae sunt sine causa suscepta. nam extra ulciscendi aut propulsandorum hostium causa bellum geri iustum nullum potest.

Οἱ γὰρ Ῥωμαῖοι οὐ τὴν τυχοῦσαν πρόνοιαν ἐποιοῦντο τοῦ μὴ κατάρχοντες φαίνεσθαι χειρῶν ἀδίκων, μηδ' ἀναιρούμενοι τοὺς πολέμους τὰς χεῖρας ἐπιβάλλειν τοῖς πέλας, ἀλλ' ἀεὶ δοκεῖν ἀμυνούμενοι καὶ κατ' ἀνάγκην ἐμβαίνειν εἰς τοὺς πολέμους.

Haec aliaque iure atque merito a Galbiatio comparari concedendum est, ita ut pateat in tertio quoque libro Ciceroni saepe Polybium obversatum esse.

Neque tamen assentiri possum doctissimo illi viro asseveranti vestigia controversiae de Phalaridis tauro inter Polybium et Timaeum inesse hisce reliquiis III 30, 42

Inclusorum hominum gemitu mugiebat taurus.
......reportare.

Primum haud scio an praeferendum sit *mugibat*, quamquam illum hexametrum facile concedo parum esse elegantem. Qui versus respiciens ad taurum, quem Perillus iussu Phalaridis tyranni fecerat, non iniuria hic reponitur, ubi manifesto de rebus Siciliensibus agitur (§ 43). Deinde vox *reportare*, a qua novum palimpsesti folium incipit, indicat hoc loco narratum fuisse Scipionem curasse Perilli opus Agrigentinis restituendum esse (cf. In Verr. IV 73 quem taurum cum Scipio redderet Agrigentinis cet.) Aliquatenus sententiam recuperare possumus scribendo:

Inclusorum hominum gemitu mugibat taurus,
⟨*quem Agrigentum volui*⟩ reportare.

Quocirca apertum est Tullium Scipionis factum paucis praedicare voluisse, sed nihil significatur de ulla rixa. Sic etiam laudat Scipio, etsi aversus erat ab unaquaque ratione populari, regnum multitudinis peculiare Rhodi propter Panaetium.

Ultimum (i. e. septimum) caput libri a Galbiatio confecti plurima nova docet, nam versatur in investigandis fontibus librorum IV—VI, de quibus, Somnio Scipionis tantum excepto, pauca admodum scripta sunt.

Libri quarti fragmenta modo extant non cohaerentia, fieri igitur non potest, ut quis cogitatione sibi ea fingat quae Tullius exposuerat. Nihilominus omnes reliquiae indicant ibi fusius disputatum fuisse de educatione moribusque, quamobrem licet conici oratorem hac in re Graecos cum Romanis contulisse. Ibidem porro expeditum fuisse quae ratio intercederet inter animum et corpus diserte ait Lactantius (De Opific. Dei I 11—13). Enodatum item erat quibus in rebus homo bestia superior esset. Id affirmant tria prima fragmenta, quae apte comparari possunt cum locis parallelis in De Leg. I (1—9), De Rep. III, De Offic. I, de quorum origine Panaetiana dubitari nequit. Haec tantum ut componantur exscribo:

De Rep. IV 1, 1	De Offic. I 4, 11	De Leg. I 10, 30
atque ipsa mens quae futura videt praeterita meminit. etenim si nemo est quin emori malit quam converti in aliquam figuram bestiae, quamvis hominis mentem sit habiturus, quanto est miserius in hominis figura animo esse efferato! mihi quidem tanto videtur quanto praestabilior est animus corpore.	Sed inter hominem et beluam hoc maxime interest, quod haec tantum, quantum sensu movetur, ad id solum, quod adest quodque praesens est, se accommodat, paulum admodum sentiens praeteritum aut futurum; homo autem, quod rationis est particeps, per quam consequentia cernit, causas rerum videt earumque	Etenim ratio, qua una praestamus beluis, per quam coniectura valemus, argumentamur, refellimus, disserimus, conficimus aliquid, concludimus, certe est communis.

praegressus et quasi antecessiones non ignorat, similitudines comparat rebusque praesentibus adiungit atque adnectit futuras, facile totius vitae cursum videt ad eamque degendam praeparat res necessarias.

Quapropter Panaetium fuisse auctorem initii libri quarti iam patet.

Quae duo fragmenta sequuntur, ea de providentia deorum sunt, ipsa quoque Panaetiana et quidem pertinentia ad philosophi illius opus c. t. Περὶ Προνοίας.

In cap. III et IV de ratione educandi disseritur, in priore Polybium videmus nominatim laudatum. Ut rerum scriptores in universum et generatim multa didicerunt a Stoicis, ita Polybius non frustra Panaetio usus est magistro: illum historicum a Cicerone, cum copiose educationem in moribus versantem tractaret, adhibitum esse liquet. Prorsus certe damnatur ratio Graeca, quae nimis favet vitio παιδεραστείας. Parentes oportet ipsos — ut Romae fit — liberos educandi modum constituere vel eligere. Quod Galbiati observat Dionysium Halicarnassensem Polybio auctore commemorare patriam potestatem apud Romanos maximam, apud Graecos minimam esse, constat Megalopolitanum illum saepe exemplo fuisse scriptori Ῥωμαικῆς Ἀρχαιολογίας. Idem tamen multo sagacius intellexit haec duo fragmenta De Rep. IV 6, 6 nempe

ita magnam habet vim disciplina verecundiae; carent temeto omnes mulieres

atque etiam si qua erat famosa, ei cognati osculum non ferebant

optime coniungi praeclaro loco apud Athenaeum (X 56 p. 440 e) παρὰ Ῥωμαίοις δὲ ὥς φησι Πολύβιος ἐν τῇ ἕκτῃ (c. 2, 5) ἀπείρηται γυναιξὶ πίνειν οἶνον..... λαθεῖν δ' ἐστιν ἀδύνατον τὴν

γυναῖκα πιοῦσαν οἶνον. πρῶτον μὲν γὰρ οὐδ' ἔχει οἴνου κυρείαν ἡ γυνή· πρὸς δὲ τούτοις φιλεῖν δεῖ τοὺς συγγενεῖς τοὺς ἑαυτῆς καὶ τοὺς τοῦ ἀνδρὸς ἕως ἐξανεψιῶν καὶ τοῦτο ποιεῖν καθ'ἡμέραν, ὁπόταν ἴδῃ πρῶτον. λοιπὸν ἀδήλου τῆς ἐντυχίας οὔσης τίσιν ἀπαντήσει φυλάσσεται.

Haud facile profecto clarius ostenderit quispiam Ciceronem locum e Polybio desumpsisse.

De comoedia talia in medium profert Tullius paulo infra (IV 10, 11): esto, populares homines inprobos in republica seditiosos, Cleonem Cleophontem Hyperbolum laesit. patiamur, etsi eiusmodi cives a censore melius est quam a poeta notari; sed Periclen, cum iam suae civitati maxima auctoritate plurimos annos domi et belli praefuisset, violari versibus et eos *recitari* [1]) in scaena non plus decuit, quam si Plautus noster voluisset aut Naevius Publio et Gnaeo Scipioni aut Caecilius Marco Catoni maledicere.

Quis hic praeierit ne in incerto relinquatur, confero De Offic. II 17, 60 Theatra, porticus, nova templa verecundius reprehendo propter Pompeium, sed doctissimi non probant, ut et hic ipse *Panaetius*, quem multum in his libris secutus sum, non interpretatus.

Sed Ciceronem probos actores aspernatum non esse elucet e laude, qua Scipio Aeschinem et Aristodemum affecit (De Rep. IV 11, 13): Aeschines Atheniensis vir eloquentissimus, cum adulescens tragoedias actitavisset, rempublicam capessivit, et Aristodemum tragicum item actorem maximis de rebus pacis ac belli legatum ad Philippum Athenienses saepe miserunt.

Quanti autem Tullius honestas fabulas fecerit, declarant permulti versus ab eo allatos e tragoediis, quas Ennius vertit neque omnes actores comicos contempsit quippe qui Roscium defenderet. Quocirca suspicor hic Romanos actores aeque Ciceronis laudibus affectum fuisse atque Aeschinem et Aristodemum Graecos ὑποκριτάς.

In fine libri IV unus ex iis, qui sermoni intererant, musicam videtur vituperasse — id quod colligitur e fragmento servato apud Aristidem Quintilianum (de musica II p. 69—71

---

1) *Recitari* conieci pro *agi*, quod Augustinus habet (De civ. dei II 9).

ed. Meibomius). Fortasse Cicero ipse in universum non aliter iudicabat de musicis atque de poetis scaenicis.

Plurima eademque gravissima libri IV fragmenta a nobis enumerata sunt simulque patuit omnes fere reliquias aut Panaetium aut Polybium auctorem indicare.

In libro V, cuius non nisi perpauca aetatem tulerunt, disputatur de rectore rerum publicarum (§ 6); eius auctoritas [illegible] officia quae sint Tullius investigat. Sententiam plane Stoicam deprehendimus V 7, 9 quae virtus fortitudo vocatur; in qua est magnitudo animi, mortis dolorisque magna contemtio.

Item Panaetii severitati tribuenda videntur haec verba V [illegible] quidem hoc plus mali facere videtur qui oratione [illegible] iudicem corrumpit, quod pecunia corrumpere [illegible] potest, dicendo potest. Hic non iniuria existimes [illegible] ut de malis rhetoribus vel patronis causarum [illegible] sit atque de malis actoribus et musicis.

[illegible] V (nempe 3, 5 et 6, 8) comparatur rector [illegible] cum gubernatore et medico, id quod iam factum est [illegible] Panaetium auctorem invenimus (40. 62): tum magis [illegible] omittam similitudines, uni gubernatori, uni [illegible] sint iis artibus, rectius esse alteri navem [illegible] alteri quam multis, ad maiora pervenero.

[illegible] componit etiam Diaetogenis cuiusdam, qui [illegible] esset, tamen Stoica doctrina imbutus [illegible] 48, 61) [illegible] βασιλεὺς δὲ καὶ τὰ [illegible]

[illegible] est inter

[illegible] V 2. [illegible] et [illegible] arbiter [illegible]

fragmentum Polybianum e Suida desumptum (Bernh.–Wobst. IV 173 p. 537)

[illegible]

Haec indicia, licet sint exigua, omnia nos ducunt ad Panaetium et Polybium, quibus in prioribus quoque libris Cicero usus est ducibus. Omnino possis statuere Tullium in libris De Rep. IV—VI eandem rationem secutum esse atque in lib. I—III De Offic., quorum duae partes ad Panaetium referendae sunt.

Illa disputatio de rectore civitatis inchoata in libro V continuatur in sexto; hic etiam sermo erat de re militari, id quod vel vox *seditio* (VI 1, 1) demonstrat, ceterum quomodo Aemilianus de re militari potuerat tacere? Deinde fragmentum 2, 2 *oratio Laeli*, *quam omnes habemus in manibus*, *quam simpuvia pontificum dis inmortalibus grata sint Samiaeque*, *uti scribit*, *capudines* pertinet ad eam partem libri sexti, quae erat de religione. Haec pars fortasse etiam transitioni inserviebat ad epilogum Somnium Scipionis quod vocatur. In Somnio Africanus Maior primarias partes agens proficiscitur ab immortalitate animi: hoc fundamento eius ratio nititur. Quodsi concedendum est Galbiatio VI 13, 13 *nihil est enim illi principi deo qui omnem mundum regit quod quidem in terris fiat acceptius*, *quam concilia coetusque hominum iure sociati*, *quae civitates appellantur* habere colorem Panaetianum non secus atque I 7, 12 *neque enim est ulla res in qua propius ad deorum numen virtus accedat humana, quam civitatis aut condere novas aut conservare iam conditas*, tamen in illo itinere per regiones caelestes non Panaetius, ut qui non crediderit animum esse immortalem, dux est, sed eius discipulus Posidonius, qui animi immortalitatem probavit. Fuit fortasse Posidonii Προτρεπτικὸς, quocum coniuncta erat ἐσχατολογία, fons Ciceronis παρέργου poetici. Inde similitudo [1]) inter Somnium et Senecae Consol. ad Marciam cap. 25, ubi eiusmodi περιήγησις describitur. Ibi quoque sermo poeticus est neque tamen habemus cur praeter Posidonium carmen putetur fons Tullii, nam genus dicendi summi illius philosophi ποιητικὸν erat (Schmekel pag. 13 „schwungvoll").

De fontibus Somnii (sicut de Leg. II et III) in Praefatione sua Galbiati paucissima modo indicat, observat autem e Philone Alexandrino aliqua nos discere posse, quae novam lucem

1) Cf. Miscella Tertia mea (Lugduni Batavorum 1917), pag. 7.

huic rei afferant. Equidem spero fore ut vir doctissimus interruptum opus absolvat deque Somnio et de Leg. II et III eadem diligentia disserat qua fecit de Rep. [1]).

Cicero putavit componendis libris De Republica se optimum opus πολιτικὸν efficere, confidebat enim aequales suos illa disputatione lecta perspecturos maiorum rempublicam melius administratam esse quam suam gubernari. Nihil ardentius optabat quam ut cives mores suos corrigerent ita ut validissima illa civitas reviivisceret. Verum Tullius voti compos factus non est: iam supremum tempus reipublicae Romanae ab omni parte laboranti venerat. In hoc ipso articulo demum res civiles more philosophorum tractatae sunt, sed medicus vel corrector non potuit esse vir philosophiae studio eruditus, verum is qui maximis rebus gestis cum exercitibus partium popularium liberam rempublicam eversurus esset.

Valde est dolendum Ciceronis primi in philosophia versantis operis, tam pauca extare, quoniam tunc temporis Tullius nondum — sicut posterioribus vitae annis — cupidine quasi febri captus erat libros scribendi, ut se consolaretur. In libris de Rep. certe neque leviter neque parum accurate disputatum est, verum diligentissime. Si totum opus aetatem tulisset, procul dubio auctor tanquam philosophus meliore existimatione usus esset quam nunc. Et Ciceronis aequales et patres Eccle-

---

1) Aliquot errores hic commemoro. Ait Galbiati pag. 9 Polybium et *Panaetium* in numero eorum fuisse, quos senatus curasset Romam ducendos, ut poena multarentur. Verum hoc *Panaetio Rhodio* non accidit: *Achaei* modo puniendi erant, ergo Polybius Megalopolitanus anno 166 fere Romam venit, Panaetius tamen fortasse 144 demum.

Pag. 176 in annotatione oportuit versus Lucilianos secundum Marxium sic afferri (vs. 1337 sq. virtus est)

commoda praeterea *patriai* prima putare
deinde parentum, tertia iam postremaque nostra.

In universum Galbiatii latinitatem habet colorem Ciceronianum, sed improbandae sunt formae: pag. XX *nolens*; XXXI *Saturnalis*; pag. 38 *Minossis*; 67 *increparit*; 136 *nihil perspicuius*; 144 quippe quem.... *reddiderat*; 250 *dum* haec scriberet; 364 *strenuissimi*; 448 quamvis *minutissimis*.

Pag. 275 post κύριον intercidit ἐπομνύντες; 430 adversus *Philippum* (lege *Antonium*).

Errores typotheticos (e. g. 474 in columna media bis idem versus legitur: *cemus ipsum Posido*) sexaginta fere paratus sum communicare cum auctore.

siae velut Lactantius et Augustinus, qui pulcherrimos locos excerpserunt, permagni fecerunt libros De Rep. Nos Somnium Scipionis utique semper habebimus in numero maxime egregiorum operum, quae Antiquitas reliquit. Hic tam magnificum est genus dicendi, ut putes audire elegantissimos suavissimosque versus Lucretii Vergiliive. Ita certe demonstratum est *scintillam ingenii* (De Rep. II 21, 37) in Tullio semper ardere, cum 55 annos nato scribere tantummodo de Republica ei liceret.

Ad Platonis Rempublicam

pag. 452 C.

Sat magnam olim (in libro *de emblematis in Platonis textu obviis*) copiam proposui et in genera speciesque digessi additamentorum quibus lepidissimi loci essent inquinati et omni splendore spoliati. Sed miro tum casu hunc omisi locum, quo nullus manifestius illius morbi praebet exemplum. Hic enim sic Socrates loquitur: „priusquam accuratius investigemus quid asperi durique habeat lex nostra de communione uxorum, a cavillatoribus et quidquid est hominum ridiculorum petamus ut nolint *suum negotium gerere*". Potuitne facetius loqui is qui modo tam diserte tantisque ambagibus docuit hanc esse veram iustitiam τὸ ἕκαστον τὰ ἑαυτοῦ πράττειν? At nunc quid legitur in nostris editionibus? Nempe:

πορευτέον πρὸς τὸ τραχὺ τοῦ νόμου δεηθεῖσί τε τούτων (sc. τῶν γελοίων) μὴ τὰ αὑτῶν πράττειν [ἀλλὰ σπουδάζειν!]. Praeterea pro τε legendum γε censeo.

I. I. H.

NUGAE.

SCRIPSIT

C. BRAKMAN.

Plautus Euclionem cum alia dicentem inducit tum haec
Aulul. 373 Venio ad macellum, rogito pisces: indicant
Caros: agninam caram, caram bubulam,
375 Vitulinam, cetum, porcinam, cara omnia:
Atque eo fuerunt cariora, aes non erat.
Abeo iratus illinc, quoniam nil est qui emam.

Ut metrum salvum sit, restituamus 377
Iratus abeo illinc, quoniam nil est qui emam.

In altercatione inter Euclionem et Congrionem cocum legimus Aulul. 427

EVC. Sed in aedibus quid tibi meis nam erat negoti
Me absente, nisi ego iusseram? volo scire. CONG. Tace ergo.
Quia venimus coctum ad nuptias. EVC. Quid tu, malum, curas,
430 Utrum crudum an coctnm ego edim...., nisi tu mi's tutor?
CONG. Volo scire, sinas an non sinas nos coquere hic cenam?
EVC. Volo scire ego item meae domi mean salva futura?

In lacuna (vs. 430) iambus periit (id quod Goetz et Schoell indicaverunt), nam 430—432 sunt versus Reiziani.

Qui animum attendit ad *in aedibus meis* (427), ad *hic* (431), ad *domi* (432), eandem notionem desiderat in versu 430, itaque requiret

Utrum crudum an coctum ego edim ⟨*domi*⟩, nisi tu mi's tutor?

Paulo infra Congrio rogat Euclionem, cur impediat quominus cena coquatur ab iis, qui conducti sunt; tum respondet Euclio 437

Etiam rogitas, sceleste homo, quine angulos omnis
Mearum aedium et conclavium mihi pervium facitis?
Ibi ubi tibi erat negotium, ad focum si adesses,
440 Non fissile *haberes* caput: merito id tibi factumst.

Versus Reizianus (440) ad hunc modum sanari potest:

Non fissile ⟨*ita*⟩ haberes caput: merito id tibi factumst.

Xenoph. Hell. IV, 2, 18:

καὶ πρῶτον μὲν ἀμελήσαντες τοῦ εἰς ἑκκαίδεκα βαθεῖαν παντελῶς ἐποιήσαντο τὴν φάλαγγα. Hunc locum nuper attigit Mauritius Hillen in thesi dissertationi suae [1]) addita, qua contendit post articulum *τοῦ* excidisse vocabulum quale *συνθήματος*, *ἐπιτάγματος* vel *συντάγματος*. Verum collata eiusdem capitis § 13: *διωμολογοῦντο εἰς ὁπόσους δέοι τάττεσθαι τὸ στράτευμα*, patet per *τοῦ εἰς ἑκκαίδεκα* significari *τοῦ εἰς ἑκκαίδεκα τάγματος*. Neque tamen quicquam inserendum esse arbitror. Nam, ut olim dixit Lambertus Bos [2]), vocabulum quod est *τάγμα*, *ordo exercitus*, in locutionibus militaribus, quales sunt *ῥομβοειδές*, *τετράγωνον* etc. haud raro ex ceteris intellegitur. Cf. e. g. Arr. Anab. I, 4, 2: *τὴν φάλαγγα δὲ ἐν πλαισίῳ Νικάνορα ἄγειν ἐκέλευσε.*

G. V.

---

1) Hillen, De Arnoldi Drakenborchii vita scriptisque disputatio, diss. Ultraiect. a. 1921.

2) Bos, Ellipses Graecae, sive de vocibus, quae in sermone Graeco supprimuntur. Lugd. Bat. 1750 (ed. VIIª ed. priore longe emendatior), p. 212.

AD CIC. DE REP. LIB. IV.

Nonius permulta fragmenta Ciceronis de republica librorum servavit, velut

IV 1, 1 cumque autumno terra se ad concipiendas fruges patefecerit, hieme ad *concipiendas* relaxarit, aestiva maturitate alia mitigaverit alia torruerit.

Librarius iniuria repetens *concipiendas* integram lectionem expulit, verum vix dubito quin *gignendas* reddendum sit Ciceroni: non solum in Italia caelo mitissimo fruges hieme enascuntur, sed etiam in patria nostra, nisi perpetuo horridus Aquilo regnat.

IV 7, 7 in cive excelso atque homine nobili blanditiam ostentationem ambitionem *meam* esse levitatis.

Pro *meam* vel potius *meā* conicio *crimina*, ito ut vertendum sit: bij een burger van hoogen rang en een persoon van geboorte moeten vleien, vertoon maken en dingen naar gunst als beschuldiging van lichtzinnigheid gelden.

At Augustinus (de civ. dei II 9) hunc locum Scipionis orationis affert

IV 10, 11 quem illa (sc. comoedia) non adtigit, vel potius quem non vexavit? cui pepercit? esto, populares homines inprobos in republica seditiosos, Cleonem Cleophontem Hyperbolum laesit, patiamur (inquit), etsi eiusmodi cives a censore melius est quam a poeta notari; sed Periclen, cum iam suae civitati maxima auctoritate plurimos annos domi et belli praefuisset, violari versibus et *eos agi* in scaena non plus decuit, quam si Plautus (inquit) noster voluisset aut Naevius Publio et Gnaeo Scipioni aut Caecilius Marco Catoni maledicere.

Ziegler in editione Teubneriana Cobeti Osanni Halmii coniecturas commemorat, qui hac certe in re consentiunt, quod putant *eos* esse delendum. Equidem *eos* carere non possum, sed pro *agi* ediderim *recitari*.

C. BRAKMAN.

AD C. VALERII FLACCI ARGONAUTICA.

SCRIPSIT

P. H. DAMSTÉ.

(Continuantur e pag. 268.)

LIBER SEXTUS.

In eo erat ut Perses legatos mitteret ad animos Argonautarum sibi conciliandos, cum Mars consilia eius perturbavit

30 ac simul hinc Colchos, hinc fundit in aequora Persen.
tunc et quaeque suis commisit proelia telis
voxque dei pariter pugnas audita per omnes.

Vaticani scripturam haud dubie corruptam Burman emendare voluit scribendo *tunc et quisque*, Meyncke *tunc gens quaeque*, quod receperunt editores recentissimi praeterquam quod Bury iubente Postgatio recensere maluit *tum* (tū).
Etiamnunc propius ad litterarum servatarum formam accedere mihi videtur id quod olim proposui: *turma et quaeque*, quam coniecturam ea de causa probabiliorem duco nec non quia Valerius vocabulo *turma* saepius non sensu proprio, sed generatim pro quavis exercitus parte utitur, ut in hoc libro vss. 87, 120, 133, 195, 722. Similiter VII 573: Argoae legio ratis, 613: armarique phalanx totisque insurgere campis, 637: Medea cohortes implicat.

Inter Persae socios qui enumerantur Auchus est sacerdos,

61 cui candidus olim
crinis inest, natale decus; dat longior aetas
iam spatium; triplici percurrens tempora nodo
demittit sacro geminas a vertice vittas.

praegressus et quasi antecessiones non ignorat, similitudines comparat rebusque praesentibus adiungit atque adnectit futuras, facile totius vitae cursum videt ad eamque degendam praeparat res necessarias.

Quapropter Panaetium fuisse auctorem initii libri quarti iam patet.

Quae duo fragmenta sequuntur, ea de providentia deorum sunt, ipsa quoque Panaetiana et quidem pertinentia ad philosophi illius opus c. t. Περὶ Προνοίας.

In cap. III et IV de ratione educandi disseritur, in priore Polybium videmus nominatim laudatum. Ut rerum scriptores in universum et generatim multa didicerunt a Stoicis, ita Polybius non frustra Panaetio usus est magistro: illum historicum a Cicerone, cum copiose educationem in moribus versantem tractaret, adhibitum esse liquet. Prorsus certe damnatur ratio Graeca, quae nimis favet vitio παιδεραστείας. Parentes oportet ipsos — ut Romae fit — liberos educandi modum constituere vel eligere. Quod Galbiati observat Dionysium Halicarnassensem Polybio auctore commemorare patriam potestatem apud Romanos maximam, apud Graecos minimam esse, constat Megalopolitanum illum saepe exemplo fuisse scriptori Ῥωμαικῆς Ἀρχαιολογίας. Idem tamen multo sagacius intellexit haec duo fragmenta De Rep. IV 6, 6 nempe

ita magnam habet vim disciplina verecundiae; carent temeto omnes mulieres

atque etiam si qua erat famosa, ei cognati osculum non ferebant

optime coniungi praeclaro loco apud Athenaeum (X 56 p. 440 e) παρὰ Ῥωμαίοις δὲ ὥς φησι Πολύβιος ἐν τῇ ἑκτῇ (c. 2, 5) ἀπείρηται γυναιξὶ πίνειν οἶνον..... λαθεῖν δ' ἐστιν ἀδύνατον τὴν

γυναῖκα πιοῦσαν οἶνον. πρῶτον μὲν γὰρ οὐδ' ἔχει οἴνου κυρείαν ἡ γυνή· πρὸς δὲ τούτοις φιλεῖν δεῖ τοὺς συγγενεῖς τοὺς ἑαυτῆς καὶ τοὺς τοῦ ἀνδρὸς ἕως ἐξανεψιῶν καὶ τοῦτο ποιεῖν καθ' ἡμέραν, ὁπόταν ἴδῃ πρῶτον. λοιπὸν ἀδήλου τῆς ἐντυχίας οὔσης τίσιν ἀπαντήσει φυλάσσεται.

Haud facile profecto clarius ostenderit quispiam Ciceronem locum e Polybio desumpsisse.

De comoedia talia in medium profert Tullius paulo infra (IV 10, 11): esto, populares homines inprobos in republica seditiosos, Cleonem Cleophontem Hyperbolum laesit. patiamur, etsi eiusmodi cives a censore melius est quam a poeta notari; sed Periclen, cum iam suae civitati maxima auctoritate plurimos annos domi et belli praefuisset, violari versibus et eos *recitari* [1]) in scaena non plus decuit, quam si Plautus noster voluisset aut Naevius Publio et Gnaeo Scipioni aut Caecilius Marco Catoni maledicere.

Quis hic pracierit ne in incerto relinquatur, confero De Offic. II 17, 60 Theatra, porticus, nova templa verecundius reprehendo propter Pompeium, sed doctissimi non probant, ut et hic ipse *Panaetius*, quem multum in his libris secutus sum, non interpretatus.

Sed Ciceronem probos actores aspernatum non esse elucet e laude, qua Scipio Aeschinem et Aristodemum affecit (De Rep. IV 11, 13): Aeschines Atheniensis vir eloquentissimus, cum adulescens tragoedias actitavisset, rempublicam capessivit, et Aristodemum tragicum item actorem maximis de rebus pacis ac belli legatum ad Philippum Athenienses saepe miserunt.

Quanti autem Tullius honestas fabulas fecerit, declarant permulti versus ab eo allatos e tragoediis, quas Ennius vertit neque omnes actores comicos contempsit quippe qui Roscium defenderet. Quocirca suspicor hic Romanos actores aeque Ciceronis laudibus affectum fuisse atque Aeschinem et Aristodemum Graecos *ὑποκριτάς*.

In fine libri IV unus ex iis, qui sermoni intererant, musicam videtur vituperasse — id quod colligitur e fragmento servato apud Aristidem Quintilianum (de musica II p. 69—71

1) *Recitari* conieci pro *agi*, quod Augustinus habet (De civ. dei II 9).

cd. Meibomius). Fortasse Cicero ipse in universum non aliter iudicabat de musicis atque de poetis scaenicis.

Plurima eademque gravissima libri IV fragmenta a nobis enumerata sunt simulque patuit omnes fere reliquias aut Panaetium aut Polybium auctorem indicare.

In libro V, cuius non nisi perpauca aetatem tulerunt, disputatur de rectore rerum publicarum (§ 6); eius auctoritas munia officia quae sint Tullius investigat. Sententiam plane Stoicam deprehendimus V 7, 9 quae virtus fortitudo vocatur; in qua est magnitudo animi, mortis dolorisque magna contemtio.

Item Porticus severitati tribuenda videntur haec verba V 9, 11 mihi quidem hoc plus mali facere videtur qui oratione quam qui pretio iudicem corrumpit, quod pecunia corrumpere pudentem nemo potest, dicendo potest. Hic non iniuria existimes Panaetium praecepisse ut de malis rhetoribus vel patronis causarum perinde censendum sit atque de malis actoribus et musicis.

Bis in libro V (nempe 3, 5 et 6, 8) comparatur rector civitatis cum gubernatore et medico, id quod iam factum est in libro I, ubi Panaetium auctorem invenimus (40, 62): tum magis adsentiere Laeli, si, ut omittam similitudines, uni gubernatori, uni medico, si digni modo sint iis artibus, rectius esse alteri navem committere, aegrum alteri quam multis, ad maiora pervenero.

Hic Galbiati componit etiam Diaetogenis cuiusdam, qui quamvis Pythagoreus esset, tamen Stoica doctrina imbutus erat, verba (Stob. 48, 61) *κυβερνάτα μὲν γὰρ ἔργον ἐντὶ τὰν ναῦν σῴζειν...... ἰατρῶ δὲ τῶς νοσέοντας, βασιλέως δὲ καὶ τῶ στρχτηγῶ τὼς ἐν πολέμῳ κινδυνεύοντας.*

Denique parvula similitudo est inter

<table>
<tr>
<td>De Rep. V 2, 3 et
nec vero quisquam privatus erat disceptator aut arbiter illis, sed omnia conficiebantur iudiciis regiis.</td>
<td>fragmentum Polybianum e Suida desumptum (Büttn.–Wobst. IV 173 p. 537)
τὸ δ᾽ ἐναντίον κατεριθευομένου τοῦ βασιλέως καὶ τῆς χώρας ἀπεχομένου καὶ κατὰ τὴν δικαιοδοσίαν ἐξακριβοῦντος ἐπιμελῶς, ἔλαθον ἐκλυθέντες ταῖς διανοίαις κατολιγωρήσαντες ἑαυτῶν ἀσφαλείας.</td>
</tr>
</table>

Haec indicia, licet sint exigua, omnia nos ducunt ad Panaetium et Polybium, quibus in prioribus quoque libris Cicero usus est ducibus. Omnino possis statuere Tullium in libris De Rep. IV—VI eandem rationem secutum esse atque in lib. I—III De Offic., quorum duae partes ad Panaetium referendae sunt.

Illa disputatio de rectore civitatis inchoata in libro V continuatur in sexto; hic etiam sermo erat de re militari, id quod vel vox *seditio* (VI 1, 1) demonstrat, ceterum quomodo Aemilianus de re militari potuerat tacere? Deinde fragmentum 2, 2 *oratio Laeli, quam omnes habemus in manibus, quam simpuvia pontificum dis inmortalibus grata sint Samiaeque, uti scribit, capudines* pertinet ad eam partem libri sexti, quae erat de religione. Haec pars fortasse etiam transitioni inserviebat ad epilogum Somnium Scipionis quod vocatur. In Somnio Africanus Maior primarias partes agens proficiscitur ab immortalitate animi: hoc fundamento eius ratio nititur. Quodsi concedendum est Galbiatio VI 13, 13 *nihil est enim illi principi deo qui omnem mundum regit quod quidem in terris fiat acceptius, quam concilia coetusque hominum iure sociati, quae civitates appellantur* habere colorem Panaetianum non secus atque I 7, 12 *neque enim est ulla res in qua propius ad deorum numen virtus accedat humana, quam civitatis aut condere novas aut conservare iam conditas*, tamen in illo itinere per regiones caelestes non Panaetius, ut qui non crediderit animum esse immortalem, dux est, sed eius discipulus Posidonius, qui animi immortalitatem probavit. Fuit fortasse Posidonii Προτρεπτικὸς, quocum coniuncta erat ἐσχατολογία, fons Ciceronis παρέργου poetici. Inde similitudo [1]) inter Somnium et Senecae Consol. ad Marciam cap. 25, ubi eiusmodi περιήγησις describitur. Ibi quoque sermo poeticus est neque tamen habemus cur praeter Posidonium carmen putetur fons Tullii, nam genus dicendi summi illius philosophi ποιητικὸν erat (Schmekel pag. 13 „schwungvoll").

De fontibus Somnii (sicut de Leg. II et III) in Praefatione sua Galbiati paucissima modo indicat, observat autem e Philone Alexandrino aliqua nos discere posse, quae novam lucem

---

1) Cf. Miscella Tertia mea (Lugduni Batavorum 1917), pag. 7.

huic rei afferant. Equidem spero fore ut vir doctissimus interruptum opus absolvat deque Somnio et de Leg. II et III eadem diligentia disserat qua fecit de Rep. [1]).

Cicero putavit componendis libris De Republica se optimum opus πολιτικὸν efficere, confidebat enim aequales suos illa disputatione lecta perspecturos maiorum rempublicam melius administratam esse quam suam gubernari. Nihil ardentius optabat quam ut cives mores suos corrigerent ita ut validissima illa civitas reviviseeret. Verum Tullius voti compos factus non est: iam supremum tempus reipublicae Romanae ab omni parte laboranti venerat. In hoc ipso articulo demum res civiles more philosophorum tractatae sunt, sed medicus vel corrector non potuit esse vir philosophiae studio eruditus, verum is qui maximis rebus gestis cum exercitibus partium popularium liberam rempublicam eversurus esset.

Valde est dolendum Ciceronis primi in philosophia versantis operis, tam pauca extare, quoniam tunc temporis Tullius nondum — sicut posterioribus vitae annis — cupidine quasi febri captus erat libros scribendi, ut se consolaretur. In libris de Rep. certe neque leviter neque parum accurate disputatum est, verum diligentissime. Si totum opus aetatem tulisset, procul dubio auctor tanquam philosophus meliore existimatione usus esset quam nunc. Et Ciceronis aequales et patres Eccle-

---

1) Aliquot errores hic commemoro. Ait Galbiati pag. 9 Polybium et *Panaetium* in numero eorum fuisse, quos senatus curasset Romam ducendos, ut poena multarentur. Verum hoc *Panaetio Rhodio* non accidit: *Achaei* modo puniendi erant, ergo Polybius Megalopolitanus anno 166 fere Romam venit, Panaetius tamen fortasse 144 demum.

Pag. 176 in annotatione oportuit versus Lucilianos secundum Marxium sic afferri (vs. 1337 sq. virtus est)

commoda praeterea *patriai* prima putare
deinde parentum, tertia iam postremaque nostra.

In universum Galbiatii latinitatem habet colorem Ciceronianum, sed improbandae sunt formae: pag. XX *nolens*; XXXI *Saturnalis*; pag. 38 *Minossis*; 67 *increpavit*; 136 *nihil perspicuius*; 144 quippe quem.... *reddiderat*; 250 *dum* haec scriberet; 364 *strenuissimi*; 448 quamvis *minutissimis*.

Pag. 275 post κύριον intercidit ἐπομνύντες; 430 adversus *Philippum* (lege *Antonium*).

Errores typotheticos (e. g. 474 in columna media bis idem versus legitur: *cemus ipsum Posido*) sexaginta fere paratus sum communicare cum auctore.

siae velut Lactantius et Augustinus, qui pulcherrimos locos excerpserunt, permagni fecerunt libros De Rep. Nos Somnium Scipionis utique semper habebimus in numero maxime egregiorum operum, quae Antiquitas reliquit. Hic tam magnificum est genus dicendi, ut putes audire elegantissimos suavissimosque versus Lucretii Vergiliive. Ita certe demonstratum est *scintillam ingenii* (De Rep. II 21, 37) in Tullio semper ardere, cum 55 annos nato scribere tantummodo de Republica ei liceret.

AD PLATONIS REMPUBLICAM

pag. 452 C.

Sat magnam olim (in libro *de emblematis in Platonis textu obviis*) copiam proposui et in genera speciesque digessi additamentorum quibus lepidissimi loci essent inquinati et omni splendore spoliati. Sed miro tum casu hunc omisi locum, quo nullus manifestius illius morbi praebet exemplum. Hic enim sic Socrates loquitur: „priusquam accuratius investigemus quid asperi durique habeat lex nostra de communione uxorum, a cavillatoribus et quidquid est hominum ridiculorum petamus ut nolint *suum negotium gerere*". Potuitne facetius loqui is qui modo tam diserte tantisque ambagibus docuit hanc esse veram iustitiam τὸ ἕκαστον τὰ ἑαυτοῦ πράττειν? At nunc quid legitur in nostris editionibus? Nempe:

πορευτέον πρὸς τὸ τραχὺ τοῦ νόμου δεηθεῖσί τε τούτων (sc. τῶν γελοίων) μὴ τὰ αὑτῶν πράττειν [ἀλλὰ σπουδάζειν!]. Praeterea pro τέ legendum γε censeo.

I. I. H.

NUGAE.

SCRIPSIT

C. BRAKMAN.

Plautus Euclionem cum alia dicentem inducit tum haec
Aulul. 373 Venio ad macellum, rogito pisces: indicant
Caros: agninam caram, caram bubulam,
375 Vitulinam, cetum, porcinam, cara omnia:
Atque eo fuerunt cariora, aes non erat.
Abeo iratus illinc, quoniam nil est qui emam.

Ut metrum salvum sit, restituamus 377

Iratus abeo illinc, quoniam nil est qui emam.

In altercatione inter Euclionem et Congrionem cocum legimus Aulul. 427

E V C. Sed in aedibus quid tibi meis nam erat negoti
Me absente, nisi ego iusseram? volo scirc. C O N G. Tace ergo.
Quia venimus coctum ad nuptias. E V C. Quid tu, malum, curas,
430 Utrum crudum an coctnm ego edim...., nisi tu mi's tutor?
C O N G. Volo scire, sinas an non sinas nos coquere hic cenam?
E V C. Volo scire ego item meae domi mean salva futura?

In lacuna (vs. 430) iambus periit (id quod Goetz et Schoell indicaverunt), nam 430—432 sunt versus Reiziani.

Qui animum attendit ad *in aedibus meis* (427), ad *hic* (431), ad *domi* (432), eandem notionem desiderat in versu 430, itaque requiret

Utrum crudum an coctum ego edim ⟨*domi*⟩, nisi tu mi's tutor?

Paulo infra Congrio rogat Euclionem, cur impediat quominus cena coquatur ab iis, qui conducti sunt; tum respondet Euclio 437

Etiam rogitas, sceleste homo, quine angulos omnis
Mearum aedium et conclavium mihi pervium facitis?
Ibi ubi tibi erat negotium, ad focum si adesses,
440 Non fissile *haberes* caput: merito id tibi factumst.

Versus Reizianus (440) ad hunc modum sanari potest:

Non fissile ⟨*ita*⟩ haberes caput: merito id tibi factumst.

Xenoph. Hell. IV, 2, 18:

καὶ πρῶτον μὲν ἀμελήσαντες τοῦ εἰς ἑκκαίδεκα βαθεῖαν παντελῶς ἐποιήσαντο τὴν φάλαγγα. Hunc locum nuper attigit Mauritius Hillen in thesi dissertationi suae [1]) addita, qua contendit post articulum τοῦ excidisse vocabulum quale συνθήματος, ἐπιτάγματος vel συντάγματος. Verum collata eiusdem capitis § 13: διωμολογοῦντο εἰς ὁπόσους δέοι τάττεσθαι τὸ στράτευμα, patet per τοῦ εἰς ἑκκαίδεκα significari τοῦ εἰς ἑκκαίδεκα τάγματος. Neque tamen quicquam inserendum esse arbitror. Nam, ut olim dixit Lambertus Bos [2]), vocabulum quod est τάγμα, *ordo exercitus*, in locutionibus militaribus, quales sunt ῥομβοειδές, τετράγωνον etc. haud raro ex ceteris intellegitur. Cf. e. g. Arr. Anab. I, 4, 2: τὴν φάλαγγα δὲ ἐν πλαισίῳ Νικάνορα ἄγειν ἐκέλευσε.

G. V.

1) Hillen, De Arnoldi Drakenborchii vita scriptisque disputatio, diss. Ultraiect. a. 1921.

2) Bos, Ellipses Graecae, sive de vocibus, quae in sermone Graeco supprimuntur. Lugd. Bat. 1750 (ed. VII[a] ed. priore longe emendatior), p. 212.

AD CIC. DE REP. LIB. IV.

Nonius permulta fragmenta Ciceronis de republica librorum servavit, velut

IV 1, 1 cumque autumno terra se ad concipiendas fruges patefecerit, hieme ad *concipiendas* relaxarit, aestiva maturitate alia mitigaverit alia torruerit.

Librarius iniuria repetens *concipiendas* integram lectionem expulit, verum vix dubito quin *gignendas* reddendum sit Ciceroni: non solum in Italia caelo mitissimo fruges hieme enascuntur, sed etiam in patria nostra, nisi perpetuo horridus Aquilo regnat.

IV 7, 7 in cive excelso atque homine nobili blanditiam ostentationem ambitionem *meam* esse levitatis.

Pro *meam* vel potius *meā* conicio *crimina*, ito ut vertendum sit: bij een burger van hoogen rang en een persoon van geboorte moeten vleien, vertoon maken en dingen naar gunst als beschuldiging van lichtzinnigheid gelden.

At Augustinus (de civ. dei II 9) hunc locum Scipionis orationis affert

IV 10, 11 quem illa (sc. comoedia) non adtigit, vel potius quem non vexavit? cui pepercit? esto, populares homines inprobos in republica seditiosos, Cleonem Cleophontem Hyperbolum laesit, patiamur (inquit), etsi eiusmodi cives a censore melius est quam a poeta notari; sed Periclen, cum iam suae civitati maxima auctoritate plurimos annos domi et belli praefuisset, violari versibus et *eos agi* in scaena non plus decuit, quam si Plautus (inquit) noster voluisset aut Naevius Publio et Gnaeo Scipioni aut Caecilius Marco Catoni maledicere.

Ziegler in editione Teubneriana Cobeti Osanni Halmii coniecturas commemorat, qui hac certe in re consentiunt, quod putant *eos* esse delendum. Equidem *eos* carere non possum, sed pro *agi* ediderim *recitari*.

C. BRAKMAN.

AD C. VALERII FLACCI ARGONAUTICA.

SCRIPSIT

P. H. DAMSTÉ.

(*Continuantur e pag. 268.*)

Liber Sextus.

In eo erat ut Perses legatos mitteret ad animos Argonautarum sibi conciliandos, cum Mars consilia eius perturbavit

30 ac simul hinc Colchos, hinc fundit in aequora Persen.
tunc et quaeque suis commisit proelia telis
voxque dei pariter pugnas audita per omnes.

Vaticani scripturam haud dubie corruptam Burman emendare voluit scribendo *tunc et quisque*, Meyncke *tunc gens quaeque*, quod receperunt editores recentissimi praeterquam quod Bury iubente Postgatio recensere maluit *tum* (tū).
Etiamnunc propius ad litterarum servatarum formam accedere mihi videtur id quod olim proposui: *turma et quaeque*, quam coniecturam ea de causa probabiliorem duco nec non quia Valerius vocabulo *turma* saepius non sensu proprio, sed generatim pro quavis exercitus parte utitur, ut in hoc libro vss. 87, 120, 133, 195, 722. Similiter VII 573: Argoae legio ratis, 613: armarique phalanx totisque insurgere campis, 637: Medea cohortes implicat.

Inter Persae socios qui enumerantur Auchus est sacerdos,

61 cui candidus olim
crinis inest, natale decus; dat longior aetas
iam spatium; triplici percurrens tempora nodo
demittit sacro geminas a vertice vittas.

Optime Burmannum hunc locum interpretatum esse puto: „Auchus, cui a natali candidi coloris iam capillus erat, procedente aetate longos habebat crines, ut in tres nodos tortas gereret, qui tempora eius percurrebant". At tamen spreta ista explicatione Langen locum ita illustrat: „ei quippe seniori iam pars crinium, ut fit, excidit atque hac calvitie exorta spatium datur ad caput triplici nodo vittae circumligandum". Hanc vero opinionem omnino respuendam esse verbum *percurrens*, cuius subiectum Auchus esse non possit, luce clarius ostendit neque verisimile est poetam viri albitudinem tamquam rem notabilem celebraturum fuisse, si pars maior capillorum iam decidisset atque pauci relicti canuissent.

Inutilis igitur est Langenii annotatio.

Gens Coelaletarum copias suas plaustris in bellum misisse fertur:

81 ibi sutilis illis
et domus et crudo residens sub vellere coniunx
et puer e primo torquens temone cateias.

Facere non possum quin Loehbachii coniecturam *est domus*, a Burio collaudatam et a Kramero receptam, probem commendemque. Ceterum ad voc. *cateia* vs. 83, *aclys* vs. 99, *capulus* vs. 132 sq. legentem admonere mihi liceat, de his armis fuse a me disputatum esse in Mnemos. Vol. XXXVIII (1910) pag. 225—233.

Commemorantur deinde Caspiadae, quos canibus usos esse in bello poeta affirmat.

109 inde etiam par mortis honos tumulisque recepti
inter avos positusque virum; nam pectora ferro
terribilesque innexa iubas ruit agmine nigro
latratuque cohors, quanto sonat horrida Ditis
ianua vel superas Hecates comitatus in auras.

Temere Langen scripsit: *iam pectora*, ne verbo quidem significans quid ad hanc mutationem infelicissimam eum adegerit. Nempe tradita lectio sincera atque etiam necessaria est: postquam poeta narravit, canibus istis mortuis eadem iusta solvi solere atque hominibus, causam explicare pergit prop-

ter quam tanto honore eos Caspiadae dignentur. Editor igitur iustum orationis contextum coniectura sua misere disrupit.

Sequuntur Iazyges, quorum mos immanis describitur parentum occidendorum.

123 namque ubi iam viresque aliae notusque refutat
arcus et inceptus iam lancea temnit erilis,
125 magnanimis mos dictus avis, haut segnia mortis
iura pati, dextra sed carae occumbere prolis
ense dato; rumpuntque moras natusque parensque
ambo animis, ambo miseri tam fortibus actis.

Ecce loci intra tam breve spatium tres qui sollicitaverint interpretes temptaverintque criticorum ingenium. Est autem primus in versu 123 scrupulus verbum *refutat*, nam lectio *aliae*, quae ipsa quoque nonnullis suspecta visa est, quin genuina sit nulla potest esse dubitatio. Refutandi igitur verbum sic simpliciter positum non ferendum videri et Langen iudicat et alii ante eum iudicarunt, qua de causa Heinsius pro *notusque* proposuit *motusque*, quod Schenkl et Baehrens receperunt, Langen vero cum iustis argumentis redarguit, ipse pro *refutat* substituere non veritus est *recusat*. Fuit cum fortasse *resultat* legendum esse suspicarer, sed iure ac merito Burium lectionem traditam retinuisse puto neque aliter Burman censuit, qui haec: „*refutat arcus*, id est, *negat*, non amplius tractari et tendi vult ab invalido. sic *refutare* pro recusare poni docuit Heins. ad Claudian. I in Eutrop. 91. *negare* autem ita dici idem ad lib. II de Rapt. 180 & Gronov. Diatr. Stat. Cap. XLV. & contra *sequi* dici, quae facilia sunt et cedunt, non repugnant". Ceterum credo, ex eis quae praecedunt *viresque aliae* ad verbum *refutat* tamquam obiectum facile cogitatione suppleri: vires eas alias iam factas s. imminutas.

Altera difficultas versui 125 inhaeret, ubi Vaticani scriptura *dictus* multis displicuit: Aldus iam *ductus* corrigendum esse sibi persuasit, quod quamquam dubitanter recentiores editores secutum se recepisse Langen profitetur: vix enim latine dici posse videri *ducere morem avis* pro eo quod est *ab avis*; si poeta sic scripserit, ita potius explicandum videri, ut dicamus *ductus* positum esse pro *inductus*. Equidem rursus lectionem

traditam sollicitandam non esse opinor: voc. *avis* casu dativo positum est atque *dicere* idem valet quod constituere, quae verbi notio est Ter. Andr. 102, Liv. XXV 16, 14, Cic. Verr. III 8 init., ita ut sic locum intellegam: iam avis nostris constitutus est mos haut segnia mortis iura pati, h. e. iam inde ab antiquissimis temporibus apud nos hic mos viget. Cf. vs. 288—291 infra. Neque aliter Kramer iudicat, qui ascripsit: intellego *edictus ab avis.*

Non aeque mihi constat de versus 128 integritate.

Quamquam a Langenio dissentio ubi vocem *animis* valde languere contendit, eum recte observasse puto, miseros non esse qui ea faciunt quae Valerius narrat, sed ex eius sententia miserandos; miror tamen, eum non veritum esse id ipsum verbum poetae obtrudere, cum duobus locis traditam scripturam mutaverit recensueritque:

unanimes, ambo miserandi fortibus actis.

Koestlin etiam sensisse videtur, quam importuna sit lectio *miseri*; proposuit enim *meriti,* quod mihi quidem parum arridet. Collato versu e Verg. Aen. XI 291:

ambo animis, ambo insignes praestantibus armis

nesciò an sit reponendum: *miri tam fortibus actis*, h. e. miratione digni. Cf. Horat. Ep. II 2, 129: miros audire tragoedos.

Enarratur quomodo Gelas et Medores, iuvenes Hyrcani, in proelio occubuerint.

203 viderat Hyrcanos paribus discurrere fratres
Castor equis, pater armento quos dives ab omni
nutrierat fatisque viam monstrarat iniquis.

Langen verba *ab omni armento* explicat cum Pio: i. e. separatos ab omni armento, quod verum esse dubito; potius credo: ab omni armento electos. Burman iungit *dives ab armento* cl. Ov. Her. 9, 95: *damnis dives ab ipsa suis*, sed id vetare videtur attributum *omni.* Continuo sequuntur:

206 tum magis atque magis peditem candore notato
Tyndariden incendit amor, simul obvius hastam
pectus in adversum Gelae iacit alipedemque
insilit excusso victor duce.

Corruptam lectionem *peditem* neminem umquam offendisse

atque post tot saecula adhuc locum tenuisse magnopere miror.

Primum quaeso importunam vocabuli sedem consideres, quod a nomine *Tyndariden*, ad quod pertinet, ablativo illo absoluto *candore notato* male dividitur; deinde tale attributum Castori frigide admodum adiectum esse nemo non agnoscet. Denique vero in dubio relinquitur nunc, cuius candorem Castor notaverit et cuius amor eum incendat. Quibus omnibus de causis ne dubita mecum reponere:

> tum magis atque magis pecudum candore notato
> Tyndariden incendit amor.

Amisso fratre Medores in Castorem irruit, sic superos precatus:

> 213 tunc age vel caeso comitem me reddite fratri;
> primus at hic nostra sonipes cadet impius hasta,
> credita qui misero non rettulit arma parenti
> meque venit contra captivaque terga ministrat.

Burman forte legendum esse monuit: *hunc ego — vel caeso* cet, ut sit abruptus sermo; *hunc ego* scilicet occidam in vindictam fratris mei, vel me comitem addite fratri; alii deinde *nunc age* vel *hunc age* scripserunt. Hoc Langen quoque recepit, quamquam observat, locum non ab omni suspicione liberum et inaudita brevitate expressum esse, cum figurae aposiopesis nullus sit hic locus, Valerium enim dicere debuisse *hunc sinite me interficere*; insuper *vel* particulam augere suspicionem, pro qua propter sententiam *aut* flagitetur. Ista quidem recte observata sunt de figura reticentiae h. l. minime idonea deque particulae *vel* insolito usu, sed id quod Valerium dicere debuisse contendit non ita credo. Ipsa particula *vel* atque etiam voc. *primus* in vs. sq. mihi persuadent, Medoren de equo fratris deiecti occidendo tantum cogitasse, pro certo autem habuisse se mox a Castore, fratris interfectore, occisum iri. Neque igitur Renkemae interpretatio mihi probari potest quae est: age, hunc (i. e. Castorem) vel me (aut hunc aut me) comitem reddite caeso fratri; sed verba tradita:

> hunc age vel caeso comitem me reddite fratri

sic intellego: *hunc age fratri*, cui vivo comes semper esse solebam, *vel caeso*, h. e. etiam post mortem, reddite me comitem.

Praefixum etiam verbi *reddite* hanc sententiam commendare arbitror.

Factum mirum horrendumque, quod non nisi lente ac frustatim ab editoribus intellegi coeptum est atque etiamnunc non totum intellegitur, sic enarratur:

256 impulit adverso praeceps equus Onchea conto
nequiquam totis revocantem viribus armos:
in latus accedit sonipes, accedit et ipse
frigidus; arma cadunt, rorat procul ultima cuspis:
260 qualem populeae fidentem nexibus umbrae
siquis avem summi deducat ab aere rami,
ante manu tacita cui plurima crevit harundo;
illa dolis viscoque super correpta sequaci
implorat ramos atque irrita concitat alas.

Ita res miserabilis mihi quidem plane perspicue in cod. Vat. tradita est neque ullo loco in tota descriptione haereo. Inter editores tamen post multos explicandi conatus perversos non nisi de priorum duorum versuum sententia nunc denique constat; est autem: Oncheus, Colchus bellator, ab equo, quem retinere non iam potest, in adversum contum Scythicum invitus impellitur. Sequentia vero quominus intellegerentur unum hoc obstitit quod significationem formulae *in latus accedere* nemo assecutus est, unde factum est ut Baehrens pro *accedit* bis *accepit* voluerit, quod Bury recepit, qui ipse postea pro priore vocabulo maluit *ecce cadit*, Kramer interpunctione post vs. 257 sublata colon posuit post verba *in latus*; porro ut et adiectivi *frigidus* notio fugerit omnes et totus orationis contextus, cum comparationem quae sequitur cum praecedentibus nullo vinculo cohaerere sibi persuaserint, cuius rei remedium quaesiverunt Thilo post vs. 258, Langen ante hunc versum quaedam intercidisse suspicati; postea vero ille mutata sententia locum inter eos rettulit, quos poeta non emendaverit; Renkema denique vss. 260—264 post vs. 244 transponi iussit.

Factum, quod Valerius tam scite pinxit tamque vivide illustravit addita comparatione aptissima, explicaturus primum hoc rogo, quid fieri soleat si equus pertinaciter eo tendat quo tu ei insidens ire minime cupias. Nempe ubi primo e q u u s p r a e c e p s te secum tulerit, t o t i s v i r i b u s eum r e v o c a b i s. Qui si tua equitandi peritia coactus victorem te sentiet, imperio parebit atque eo mox curret quo volueris. Sin vero ex isto certamine

inferior discesseris sive arte seu viribus tuis deficientibus, sed tamen quamvis nequiquam eum revocare perges, equus loco, cui animum suum adiecerit, appropinquabit, verum non directo corpore, non eo habitu quo currere solet progredietur, cum frena quae omnium virium intentione astricta tenes id impediant, sed in latus, obliquo corpore ad locum accedet. Cf. V 211: in puppim rediit. Sic hoc loco equus in latus accedebat ad conchum minantem et Oncheus accedebat et ipse frigidus, h. e. formidine correptus, non moribundus, ut multi existimant, neque opus esse videtur Postgatii coniectura *ilibus*. Cf. VII 530: exclamat stricto Aesonides stans frigidus ense. Unde factum est ut homo miser in hastam tandem iam impingeretur, id quod non disertis verbis poeta dixit, sed satis clare significavit hisce: arma cadunt, rorat procul ultima cuspis, h. e. ultima cuspis conti, quo Oncheus transfixus erat, transfosso corpore rorans sanguine procul e tergo exstabat. Cf. vs. 574: vidit et extremo lucentia pectora ferro.

Iamque vss. 258 et 259, quos nullo modo explicari posse Langen asseverat, satis probabiliter me interpretatum esse confido.

Sequitur comparatio, quam cum eis quae praecedunt nullo vel tenuissimo filo cohaerere Thilo censet, ad virum transfixum et hasta sublevatum pertinentem cum illis quae de Oncheo narrata sunt nullo modo convenire Renkema affirmat. At huius conclusio iacet tota, cum a re praepostere posita sit profectus: comparatio enim non pertinet ad Onchea transfixum et hasta sublevatum — ne verbo quidem illum hasta sublevatum esse poeta dixit! — sed virum, dum invitus ac frustra obnixus in hastam illam trahitur quae certam ei promittit perniciem, cum ave confert, quae tacitam harundinem magis magisque sibi appropinquare videt neque ullo modo eam evitare potest: siquis inferre velit, hastam immotam esse, harundinem vero moveri, hunc ad ea revoco quae ad II 429 sqq. a me disputata sunt. Ceterum causam nullam esse propter quam pro *sequaci* recipiatur Friesemanni *tenaci*, ut Langen fecit, quivis agnoscet.

Iam me demonstrasse spero, locum nulla corruptela laborare.

In eodem proelio inter Persen et Aeeten eorumque socios commisso

279 hinc animos a c i e s auget magnoque doloris
turbine Gesandrum Mavors rapit: ille morantes
increpat et stricto sic urget Iazygas ense:

Recte Renkema observavit *acies animos auget* etiamsi concedamus Latine dici posse, tamen pugnare cum eis quae mox sequuntur: *ille morantes increpat*, sed id quod addidit emendationem Heinsianam *acres* pro *acies* necessariam esse non magis probo quam Baehrensii coniecturam *clades*.

Reddendum est poetae:

hinc animos a c u e n s auget e. q. s.

Verbum apud nostrum recurrit I 761 et II 172, ad quos locos Langen multa exempla ex aliis poetis petita congessit.

Paulo inferius haec sunt:

342 trepidus super advolat Idas
ac simul Oenides pariterque Menoetius et qui
Bebrycio p r o p i u s remeavit ab hospite victor.

Vocabulo *propius* manifeste corrupto Bury crucem praefixit, Langen de suo *sospes* substituit; in Bononiensi *pollux* exaratum est, Baehrens *nuper*, Postgate *primus* coniecerunt.

Nisi omnia me fallunt, est vera ac genuina lectio: *p r o p e r u s*, aptissimum quod videtur Pollucis epitheton. Cf. Verg. Aen. XII 85: circumstant properi aurigae.

Porro corpus Canthi interfecti Telamon tegit defenditque strenue adversus Scythas irruentes

350 nec minus hinc urget Scythiae manus armaque Canthi
quisque sibi et Graio poenam de corpore p o s c e n s.

Corrigendum puto: *p o s c i t.* Cf. Ruhnken. Dict. ad Ov. Her. 4, 28: „Serv. ad Virg. Aen. 3, 300 observat, raro apud Latinos versum participio finiri, apud Graecos vero esse vitiosissimum. Sunt tamen pluscula exempla ap. Ov. Hac Ep. 154, Ep. 10. 12, 11. 126 et aliis locis, quamvis illa observanda potius sint quam imitanda. Broukh. ad Tibull. 3, 4, 46".

Amazonum regina cum currum, qui cadaver Canthi auferret, amandasset, in Gesandrum irruit atque

372 ille novas acies et virginis arma
ut videt, 'has etiam contra bellabimus?' inquit;

'heu pudor!' inde Lycen ferit ad confine papillae,
inde Thoen, qua pelta vacat.

Ad haec Langen ascripsit, *qua pelta vacat* nove dixisse Valerium nec feliciter, non enim peltam ipsam vacare, sed corpus tegmine peltae. Meliora eum docere Burman poterat, apud quem legitur: „Pius exponit, qua parte non est pelta. Melius Maserius, qua parte desiit orbis; lunae enim imaginem referens, superiori parte incisa erat, inferior rotunda: supra erga incisuram vulnus inlatum".

Ubi Pallas aegida equis curruum falcatorum ostentavit, visu turbati in suam aciem se convertunt ibique dominorum funera passim edunt,

413 hinc biiuges, illinc artus tenduntur eriles,
quos radii, quos frena secant.

Langen cum Heinsio scripsit *temo secat*, Friesemann *tela necant*, Baehrens *ferra s.* proposuit, verum optime se habere locum aio: est *radii et frena* = currus et equi, currus cum equis suis. Cf. Sil. It. X 540: ubi fulserunt primis Phaethontia frena | ignibus, Stat. Theb. XI 244: frater muris circum omnibus instat | portarumque moras frenis adsultat et hastis.

Neque magis lectio *tenduntur* sollicitanda videtur; utique improbanda est Baehrensii coni. *cernuntur* utpote a tradita scriptura nimium discrepans. Siquid mutandum est, haud inepte conieceris: *tondentur*.

Rhipeus occidit, qui mercennarius miles in bella proficisci solebat,

559 centum lecta boum bellator corpora, centum
pactus equos; his ille animam lucemque rependit
crudelis; tandem dulces iam cassus in auras
respicit ac nulla caelum reparabile gaza.

In hisce versibus duo vocabula Langenium offendunt: *crudelis* cur Rhipeus nominetur non satis liquere autumat. At puto, quia pretio ductus bella sectabatur; vs. 557 poeta dixit eum semper propinquas pugnas venali comitantem sanguine. Deinde voc. *cassus* scrupulum ei iniecit, quod fere idem hoc loco esse ac *moribundus* affirmat, cum non sic simpliciter scribi soleat, sed addita notione qua quis sit cassus. At fallitur, nam est h. l. idem quod *inutilis*, ut vs. 556 supr. *cassa ira*, VII

59: teque pudor cassi reditus movet, et sic Lucan. Phars. II 663 cassus labor, V 130 cassa fraude. Heinsius malebat *lassus*, quod *cassa ira* praecederet, sed id sex versuum intervallo superius legitur, ubi de alio viro sermo est, neque Burii coniectura *serus* opus est, quam in apparatu critico proposuit.

Deinde Peucon cadit, filius nymphae marinae,

565 at genetrix imis pariter Maeotis ab antris
implevit plangore lacus natumque vocavit, e. q. s.

Langenii annotationem referre lubet, unde eum veram lectionem odorasse, sed non vidisse pateat; ascripsit autem: „*pariter* obscure dictum; Burm. 'pariter implevit lacus et vocavit gnatum', sed hoc unum est, cum vocando nato lacus plangore impleverit; fortasse dicere voluit poeta matrem pariter omnes lacuum regiones plangore implevisse aut eodem tempore eam plorasse, quo filius occiderit".

Heinsius pro *pariter* maluit *patrios*, ut ad *lacus* referretur. Nimirum pro *imis* rescribendum est: *omnes*, quod sequens vocabulum *pariter* ultro suggerit. Cf. VIII, 2, 325, 426.

Iasonis fortitudinem poeta et aliis celebravit verbis et hac comparatione:

613 tunc vero, stabulis qualis leo saevit opimis
luxurians spargitque famem mutatque cruores,
sic neque parte ferox nec caede moratur in una
turbidus inque omnes pariter furit ac modo saevo
ense, modo infesta rarescunt cuspide pugnae.

Nonne vigentibus coloribus leonem illum poeta pinxit et paene sub aspectum nobis subiecit, qui in tanta victimarum abundantia dubitans quam bovem ad famem explendam tandem sumat, modo hanc modo illam unguibus prosternit itaque quasi spargit famem mutatque cruores? Valerius videlicet spargere famem poetice posuit pro: nunc hic, nunc illic famem levare. Multo audacius Senec. Thyest. 161 de Tantalo dixit: inclusisque famem dentibus alligat. At tamen Langen, quoniam Stat. Theb. II 675 legitur: *ubi sanguine multo Luxuriata fames*, pro optima lectione Vaticani temere scripsit: *spargitque fames*, quo non solum omnem venustatem loci sustulit sed etiam deturbavit comparationis partium concinnitatem.

Neque ultimum vocabulum *pugnae* sollicitandum esse iudico, pro quo Burium coniecturam Baehrensii *turmae* recepisse miror; poeta, ni fallor, hoc voluit: modo ense, modo hasta sua Iason effecit ut minueretur hostium numerus et pugnae rarescerent.

Perses cladem suorum intuens superos incusat itaque compellat Iovem:

730 quid fratris meritas tua, Iuppiter, omina poenas
promisere mihi? nobis Argoa parabas
scilicet auxilia et tantas coniungere vires.
saeva quidem lucis miseris mora; dent tamen, oro,
unum illum mihi fata diem, quo fallat Achivos
735 sic meritos quoque hunc videam virtute superbum
Aesoniden tantos flentem sine honore labores.

Langen certissimam Aldi emendationem *omina* eandemque levissimam pro Vaticani scriptura *omnia* unus ex editoribus omnibus sprevit atque perperam hanc tueri maluit; rursus vs. 734 prae Wagneri coniectura minime necessaria *qui fallat* lectionem unice veram *quo fallat* (sc. Aeëtes) contempsit, quam cod. Vaticanus exhibet, nisi quod in eo mendose exaratum est *fellet.*

Medea, quae proelia contemplata est, a moenibus descendit admiratione atque etiam amore Iasonis iam saucia,

755 ut fera Nyctelii paulum per sacra resistunt,
mox rapuere deum iam iam in quodcumque paratae
Thyiades, haut alio remeat Medea tumultu.

Langen monet: *rapuere deum* i. e. simulacrum dei, ut putant interpretes. Vix credo; interpretandum videtur: mox exceperunt dei vim ac furorem. Similiter VII 303: tenet ille deum, Senec. Oed. 297: si foret viridis mihi | calidusque sanguis, pectore exciperem deum.

Ad extremum huius quoque libri aliquos locos deinceps indicabo, quos alii ante me melius intellexerunt aut recensuerunt quam a Langenio nunc explicati vel constituti sunt.

Vs. 39, ubi de suo pro *defit* scripsit *desit*, Renkema et Samuelsson lectionem traditam merito vindicant iusta interpretatione allata; vs. 95, ubi Langen pro *inter* temere substituit *pernix*, Samuelsson de Vaticani scriptura ita disputat ut editor

cautus ac prudens haud facile quicquam mutare ausit; idem vs. 174 verba *quam nec dea lassat habendo* nova et probabili explicatione illustravit; vs. 188 Caussini sententiam de *vitae* notione prolatam atque a Langenio reiectam Renkema argumentis certissimis defendit nec non vs. 230 editoris opinionem de verbi *profundens* significatione correxit; vs. 237 verba *docilisque relinqui*, adhuc non bene intellecta atque cruce ideo a Burio notata, a Langenio temere immutata, Samuelsson haud improbabiliter explanavit; vs. 295 neglecta emendatione mea *arvis*, quam Bury recepit, traditam scripturam *armis* (vs. 293 *arma* legitur!) Langen in commentario suo frustra vindicare studet; vs. 310 Samuelsson disputatione longa doctaque Langenii coni. *telas* falsam esse argumentatus Vaticani lectionem *metas* satis bonam interpretationem admittere demonstrat; vs. 437 Baehrensii coniectura *datis* iure reiecta Langen inter *monstra* et *satis* versum excidisse putat; at melius eum docere poterat Renkema, qui ab omni suspicione locum iam liberavit; vs. 626 Peerlkampii emendationem certissimam *maerens* pro *maeret* Bury iure recepit, Langen ne commemoravit quidem; vs. 657 idem poetam vocabulo *deus* Iunonem dicere voluisse prave contendit: obloquuntur interpretes omnes atque ipse fuse de loco egi in Adversariis meis pg. 46 sq.; denique vs. 681 Renkema verba *atro amictu* recte interpretatus est, unde fusa Langenii annotatio supervacua iam facta est.

Liber Septimus.

Medea amore iam conflictata totam noctem pervigilat,

21 tunc iactata toro t u m q u e experta cubile,
ecce videt tenui candescere limen Eoo.

Pro corrupta lectione *tumque* olim fere *nimiumque* editores scribere solebant. Langen *serumque* unus substituit, sed Burium Kramerumque iure Loehbachii emendationem *totumque* recepisse credo, quod probabilius nunc videtur quam id quod mihi in mentem venerat *tepidumque* cl. Propert. I 16, 22.

Bello cum Perse feliciter confecto Iason Aeëten adit ad praemium, vellus aureum sc., reposcendum,

32 ille autem iam iam vultus vocesque parantem
ante aperit rumpitque moras inque ipsa morantis
prosilit ora viri talique effunditur ira:

Est haec Vaticani scriptura, pro qua Langen coniecturam *antevenit* recepit, quam ille et Kramer Reussio—Bury Madvigio attribuerunt, et Bury Postgatii *ante rapit* recensuit. Mihi vero etiam nunc magis arridet Aldi emendatio *ante petit*, quae a Kramero quoque recepta cum Apoll. Rhod. III 178 verbis παροίτερον ἀντιβολήσας optime consentire videtur. Cf. etiam vs. 28 supra: inque ipso nequiquam tempore regem | laetitiae meritique petunt (Argonautae sc.).

In oratione, qua Aeëtes in Iasonem iam invehitur, haec sunt:

50 vobisne domos, vobisne parentes
esse putem, ratis infandis quos sola rapinis
saevaque pascit hiemps et quos, credamus ut ipsis,
rex suus inlisit pelago vetuitque reverti?

Viri docti inter se differunt de interpretandis verbis *saevaque pascit hiemps*. Pius et Wagner ea dicta esse putant de naufragis hieme in terram eiectis et exspoliatis, Burman de piratis etiam hiberno tempore per maria vagantibus cl. Plin. N. H. II 125. Langen illud probat atque Burmanni opinione reiecta sine argumento ullo, qua est humanitate, addit: „quem locum (Plinianum sc.) prorsus non intellexit". Ain tu? Ut legentibus permittam arbitrium, locum exscribo. Plinius igitur haec habet, postquam mare hiemare dixit exceptis diebus alcyoniis: „nec tamen saevitia tempestatum concludit mare. piratae primum coegere mortis periculo in mortem ruere et hiberna experiri maria. nunc idem hoc avaritia cogit". Burmannum satis bene locum intellexisse equidem credo nec non eius interpretationem loci Valeriani praestare, etsi maluerim verba magis in universum sic intellegere: quos una navis infandis rapinis pascit, dum periculis saevae hiemis obviam ire cogimini.

Aeëtae condicionibus cognitis Iason ira et horrore obstupefactus est.

83 non ita Tyrrhenus stupet Ioniusque magister
qui iam te, Tiberine, tuens clarumque serena

arce pharon praeceps subito nusquam ostia, nusquam
Ausoniam videt, at saevas accedere Syrtes.

Summers recte monet, Langenium Baehrensii coniecturam *prensus* pro *praeceps* sine iusta causa intulisse, et affert IV 682 *praeceps ex aethere Pallas*. Plura sane exempla, ubi *praeceps* = *pr. datus*, apud Valerium inveniuntur, cf. I 83 *praecipiti nimbo*, III 275 *praecipiti plangore*, III 404 *praeceps fragor*, VI 256 *praeceps equus*, VI 715 *praeceps hiemps*, ita ut editorem temere traditam lectionem immutasse neque probabilius Thilonem lacunam inter *praeceps* et *subito* constituisse manifestum sit: iure igitur optimo Kramer *praeceps* servavit.

Medeae animi perturbationes conferuntur cum Orestis furoribus, cum

150 iterum infestae se fervere caede Lacaenae
credit agens, falsaque redit de strage dearum
fessus et in miserae conlabitur ora sororis.

Langenium Koestlini coniecturam *ore* male recepisse etiam comprobat locus qui est vs. 252 infra:

conlapsaque flebat iniquae
in Veneris Medea sinus.

Ut Medeam sibi resistentem vincat, Iuno Veneris auxilium sibi iungere parat.

156 quando ardor hebet leviorque pudori
mensque obnixa malo, tenues sublimis in auras
tollitur et fulvo Venerem vestigat Olympo.

Versus 156 vitio laborat, nam Summersii interpretationem admitti posse non credo; voc. *pudori* enim dativum praedicativum esse suspicatur sic interpretatus: „since her love is waning, and being thus more mild is become a shame to her", i. e. now it is less fierce she feels how shameful her passion was. Cogitatione igitur supplenda putat: leviorque (factus) pudori (ei est). Alii alia excogitarunt: Kramer versum excidisse existimat qualis est *cedit amor meliorque redit iam pectore sensus*, unde lacunae signum post vs. 156 collocavit; Langen de suo scripsit: *propiorque pudori*, ratus *que* particulam ita esse traiectam ut dicta sint verba pro: propior pudori

obnixaque malo mens est. At unice vera videtur Madvigii simplicissima correctio, quae mihi quoque in mentem venit: *leviorque pudore est*, qua illata haec evadit sententia: quoniam ardor in Medea deficit ac diminuitur atque in eo iam est ut pudore eius prorsus vincatur e. q. s.

Iuno deinde Venerem et aliis precatur et his:

162 i, precor, atque istum quo me frustratur amorem
vince, precor, patriis ut tandem evadere tectis
audeat e. q. s.

Verbi *precor* repetitionem non tam ineptam sibi videri Samuelsson affirmat quam aliis visa est, e quibus Sandstroem *vince procax*, Burman *v. prior*, Baehrens *v. tori*, Renkema *v. patris tacitis* proposuerunt. Equidem Burium rectissime scripsisse puto: *vince patris, patriis* et utilia ad poetae atque adeo Medeae mentem intellegendam ea esse moneo quae Renkema de eius amore ad l. exposuit. Verbi repetitio utique insipida et poeta nostro mihi videtur indignissima.

Sic igitur Iuno flagitare pergit:

164 audeat atque meum casu defendere ab omni
165 Aesoniden. quis illa sacro, quo freta, veneno
illum etiam totis adstantem noctibus anguem,
qui nemus omne suum quique aurea (respice porro)
vellera tot spiris circum, tot ductibus implet,
solvat et in somnos ingenti solvat ab orno.

Molestum visum est duplex pronomen *illa*-*illum* vs. 165 et 166. Editores plerique quin pro *quis* corrigendum esset *quin* cum Pio non dubitarunt, sed non aeque de lectione *illa* inter eos constitit: Langen *quin immo*, Postgate et Bury *ipsum* pro *illum* in vs. 166 scripserunt, Renkema vs. 165 *illa* in *ipsa* corrigere maluit, Kramer denique Sudhausii coniectura *vis* recepta recensuit:

Aesoniden: vis illa sacro, quo freta, veneno.

Mihi vero talis Iunonis de veneno testificatio ab hoc loco aliena videtur atque potius reponendum esse puto:

Aesoniden gravis illa sacro, quo freta, veneno.

Vs. 169 unus Koestlin, quod sciam, absurdam verbi *solvat* repetitionem defendere conatus est cl. VI 390 sq., editoribus recentioribus placuit Loehbachii propositum *fallat et* Burio

excepto qui *insomnem in somnos* scripsit. Si multis coniecturis, quibus viri docti locum sanare studuerunt, meam addere licet, proponere velim:

scilicet in somnos ingenti solvat ab orno.

Medea sibi non constans ex amore vitae in amorem Iasonis relabitur, haec dicens:

341 hunc quoque, quicumque est, crudelis, Iasona nescis
morte perire tua, qui te nunc invocat unam,
qui rogat et nostro quem prima in litore vidi?

De ultimo versu, quem Kramer recte ita restituit recepta Heinsii mutatione et levi et necessaria *prima* pro *primum* cl. V 351, pauca disputare liceat ut ostendam quam perperam Langen eum immutaverit illato insuper foedissimo metrico vitio:

qui rogāt, te nostro qui primam in litore vidit?

Id enim quod poeta V 351 de Medea intulit: *prima viros tacito vidit procedere passu* non solum Heinsii coniecturam verissimam esse demonstrat, sed etiam alium locum, sc. vs. 263 sq. supra, tuetur atque illustrat:

unus ibi ante alios qui tum mihi pulchrior omnis
visus erat (longeque ducem mirabar et ipsa)
advolat e. q. s.

Ibi quoque Langen verba *et ipsa* male immutavit in *ad ipsam*, quae cum verbo *advolat* deinde iungere voluit; verum recte poeta Venerem dicentem facit *et ipsa*, cum Medea prima Iasonem vidisset et admirata esset. Denique cf. vs. 385 infra, ubi Medea rogitat:

ipse rogat certe meque ipse implorat Iason?

Medea consilii Iasoni opem ferendi tandem iam certa Hecaten precatur maiores vires sibi immittere

354 nec notis stabat contenta venenis.

Langenio nullus credo asseveranti id dictum videri ut *stare opinione dictis promissis foedere* al. *Notis venenis* ablativum esse puto pendentem ab adi. *contenta* atque recte Burmannum observasse, *stabat* pro *erat* positum esse, non tamen simpliciter, sed inesse verbo *stare* vim contendentis aliquid efficere.

Deinde herbam promit efficacissimam,

356 Prometheae florem de sanguine fibrae

Caucaseum promit nutritaque gramina ponti,
quae sacer ille nives inter tristesque pruinas
durat alitque cruor, e. q. s.

Pro *ponti* Heinsius *tabo* coni. — Haupt *ventis*, quod Langen recepit — Bury *poenis*, quod Kramero probavit. Equidem olim in Adversariis meis *monte* proposui, quod etiamnunc haud ineptum mihi videtur: cum proximis versibus sequatur qua re gramina durata atque alta sint neque *nutrita* carere possit aliqua definitione, conicio poetam locum ubi sint nutrita voc. *monte* indicasse. Cf. vs. 369 sq.:

totos tunc contrahit artus
monte dolor cunctaeque tremunt sub falce catenae,

ubi lectio *monte*, a multis sollicitata (Langen *forte* scripsit et est *nempe* Ph. Wagneri coni.) atque a Kramero saepta crucibus, optime se habet.

Valerius in ista planta describenda multum sibi indulget

361 idem nec longi languescit finibus aevi
immortale virens, idem stat fulmina contra
sangus et in mediis florescunt ignibus herbae.

Pro corrupta Vaticani scriptura Bury et Kramer scripserunt *sanguis*, Langen Baehrensio praeeunte *salvus*; Nairn coniecit *sanctus.* Emendandum esse credo: *ramus*. Cf. VIII 84.

371 Talibus infelix contra sua regna venenis
induitur noctique tremens infertur opacae.

Medea sc. Locum exscripsi ut Langenii puerilem annotationem significarem: „*contra sua regna*, proprie patris regna". Aequo iure ista adscribere poterat ad VIII 146: *haec tua tellus sceptraque*! quibus verbis Medeae mater eam revocabat.

Medea per opaca silentia incedens omnia terrore complet,

390 montanaque condere vultus
numina cumque suis averti collibus amnes.

Etiamnunc non me piget coniecturae quam in Adversariis meis protuli *cornibus* atque fuse defendi. Cf. ad II 537.

Iason Medeam allocutus patrem eius multis incusat, in quibus haec sunt:

418 sic te sub teste remitti
fas mihi, virgo, tuum? iustas da vocibus aures:

Kramer voc. *tuum* crucibus cinxit, et fortasse *fas me*, *virgo*,

fuit? legendum esse infra annotavit; Langen scripsit *fas me, virgo? tuas iustis* cet. Persuasum mihi est, pro *tuum*, quod e vs. sq. corruptum esse Kramer recte suspicatur, reponendum esse *fuit*, quod mihi quoque in mentem venerat, quamquam de pronomine *mihi* mutando non item mihi constat: haud scio an dativus casus retineri possit.

Ad versus, qui continuo sequuntur:

420 n e c pater ille tuus tantis me opponere monstris
q u i d meritum aut tales voluit m e pendere poenas.

Kramer de suo pro *nec* dedit *dic* et cum Sudhausio pro *me*, quod deest in cod. Vaticano et Carrioni debetur, *cur* scripsit. Bury pro *nec* recensuit *nunc* — Langen iubente Baehrensio *cur*. At mihi etiamnunc probabilior videtur Zinzerlingi opinio, *nec* et *quid* in primis versibus locum mutasse.

In Medeae responso et alia leguntur et haec:

442 Iuno ubi nunc, ubi nunc Tritonia virgo,
sola tibi q u o n i a m tantis in casibus adsum
externae regina domus?

Sine ulla iusta causa Langen pro *quoniam* posuit *quod iam*. Iam eo progressa ut se totam Iasoni tradiderit, eius artus magicis cantibus firmat atque corroborat

463 carmina n u n c totos volvit figitque per artus
Aesonidae et totum septeno murmure f e r t u r
per clipeum atque viro graviorem reddidit hastam.

Postquam obiter monui pro *nunc* haud dubie corrigendum esse *tunc*, ad lectionem *fertur* redeo repetoque id quod olim de ea exposui. Cum et verborum *volvit figitque* vs. 463 et verbi *reddidit* vs. 465 sit subiectum Medea, non potest dubium haberi quin sit intellegendum: „Medea fertur per totum clipeum", quod absurdum est. Scribendum est *f a t u r*, ita ut evadat sententia: carmina quae volvit figitque per omnes Iasonis artus, etiam per totum clipeum fatur septeno murmure.

Versus, quibus Aeetes draconis opem a Medea postulat ad Iasonem perdendum, ita misere corrupti in Vaticano sunt traditi

550 tuque tuum partim graium da, nata, draconem.
ipsius aspectu pereant in vellera in ipsa
terga mihi diros servent infecta cruores.

De versu primo restituendo editores fere consentiunt, quoniam Heinsio auctore recensere solent

tuque tuum patri in Graium da, nata, draconem.

Minus recte idem pro *Graium* scribendum esse putavit *Graios*, ut scilicet numerum pluralem *pereant* in vs. sq. tueretur, atque Bury unus eum in hac re secutus est.

Versus qui sequuntur sic restituendi mihi videntur:

ipsius aspectu pereat, ne vulneris ipsa
terga mihi diros servent infecta cruores,

in quibus *pereat* Schenklio — *ne* pro *in* Aldo debetur, *vulneris* autem pro *vellera in* de meo reposui.

Lectio, quam Bury et Kramer praetulerunt *ipsius aspectu pereant in velleris*, votis regis minime respondet, nam si in ipso aspectu velleris occidissent — id quod per se absurdum est: in aspectu draconis exspectaveris atque eo revera *ipsius* spectat — terga h. e. vellus aureum sanguine non inquinaretur. Aeetes tamen nimirum optat ne pignus illud imperii sui sanguine inimici exosi inficiatur.

Denique huius quoque libri nonnullos locos indicare lubet ab aliis aut explicatos melius aut probabiliter emendatos, sicut Samuelsson vs. 109 legendum esse monuit: *illa domo atque ipsis paulum procedere portis*, v. 181: *et aequali dominam lustrare caterva* nulla emendatione opus esse, vs. 516 sqq. transpositionem versuum 516—518 sine causa necessaria a Langenio factam esse, vs. 520 pronomen ab eo audacius mutatum esse demonstravit; vs. 135 Postgate quomodo verba essent distinguenda primus perspexit; Renkema ut multis aliis locis ita vs. 394 traditam lectionem iure vindicavit, ubi Burio nomen de stella Veneris intellegenti credere nequeo, coniecturam haud spernendam protulit ad vs. 424 *haud Scythiae tentanda manus*, vs. 447 cum Giarratano Vaticani scripturam *non* tuendam esse probabiliter arguit; id tamen quod vs. 642 proposuit *iam proruit* displicet: Kramerum merito codicis lectionem *primus ruit* servasse persuasum habeo et verba *nec quisquam primus ruit* interpretanda esse: omnes pariter ruebant, cl. Verg. Aen. X 756: caedebant pariter pariterque ruebant victores victique. Porro Kramer vs. 535 *ipsam* — vs. sq. *cal-*

cantem lumina, quae Vaticanus praebet, iure retinuit: refutat nempe voc. *pervigilis* satis superque Meynckii coniecturam; vs. 537 idem Postgatii emendationem *bis* merito praetulit Maserii proposito *mihi* pro *vix*, vs. 560 vero, de quo viros doctos mirabilia disputasse Bury observat, quid sibi velit Vollmeri commentum *aclis* pro corrupta scriptura *axis*, non capio: an forte *exul* legendum? Denique Bury vs. 225 sq. bene constituit recepta constructione verborum a Loehbachio perspecta et vs. 591 Gronovii emendationem certissimam *residens* reposuit; Summers vs. 630 lectionem traditam non vexandam esse cl. VIII 325 iure monet.

Liber Octavus.

Medea, patriam patremque iamiam relictura, hunc absentem compellat his verbis:

10 o mihi si profugae genitor nunc i l l e supremos
amplexus, Aeeta, dares fletusque videres
ecce meos! ne crede, pater, non carior ille est, cet.

Pronomen *ille* vs. 10 non recte legi, cum praesertim eodem vocabulo vs. 12 alius homo, Iason sc., indicetur, ante me alii viderunt, e quibus Schenkl *ipse* — Langen *mite* scribere non veriti sunt. Mihi vero Heinsius manum poetae unus restituisse videtur emendando *mille*.

Iason Medeam exspectans cum Endymione comparatur.

30 roseo t a l i s per nubila ductor
implet honore nemus t a l e m que exspectat amantem.

Vs. 31 Baehrensium iniuria *talisque* scripsisse mihi quidem persuadet locus qui est vs. 95 infra:

non ego te sera t a l e m sub nocte videbam
sacra ferens epulasque tibi, nec t a l i s hianti
mella dabam.

Hisce vero locis collatis nescio an I 343 in Aesonis oratione, ubi nunc legitur:

tales, tales ego ducere suetus
atque sequi,

vera sit lectio: *talis tales* e. q. s.

Medea Somnum invocat ad draconem consopiendum.

68 iamque manus Colchis c r i n e m que intenderat astris,
carmina barbarico fundens pede, e. q. s.

Hanc scripturam quamquam Kramer integram recepit verbo non addito, extricare non possum. Burman quidem affirmat, se *crinem* intellegere de rotatione capitis, quae sparsis capillis a vaticinantibus fieri soleat, sed ne sic quidem conexum verborum *crinem intendere astris* explico. Bury Baehrensii propositum *virgamque* recepit cl. vs. 84, ubi Medea fertur, „cuncta Lethaei quassare silentia r a m i", Langen Koestlini coniecturam *vimenque* praetulit, quae et ipsa versu 84 nititur, nec non *ramumque* inde conici posse Bury annotavit. At eius virgae mentio hoc loco nondum opportuna videtur atque maluerim:

iamque manus Colchis m e n t e m que intenderat astris.

Denique ipsum velleris custodem alloquitur et aliis verbis et hisce:

77 quem metuis m e a d s t a n t e dolum?

Ita Heinsio auctore editores recentiores scripserunt pro corrupta Vaticani lectione *meis tande* uno Langenio excepto, qui e codice quodam *me hic stante* infeliciter recensuit.

Fuga Medeae cognita totus Colchorum populus ad arma ruit cum rege Aeete

138 complentur litora bello
nequiquam; fugit immissis n a m puppis habenis.

Haec quotiescumque relego, me offendit coniunctio illa *nam*, quae utpote causam propter quam cassa sint Colchorum conamina putide docens clausulam totius loci mirum in modum siccam ac ieiunam reddit. Ideo non dubito quin reddendum sit poetae *i a m*, quod praestare Heinsium iam monuisse postea vidi.

Filiae fuga comperta Idyia multa lamentatur atque notas amoris, quas olim non perspexisset, nunc demum se agnoscere dicit.

163 non ullus tibi tum color aegraque verba
errantesque genae atque a l i e n o gaudia vultu

165 semper erant. cur tanta mihi non prodita pestis,
u t gener Aesonides nostra consideret aula
nec talem paterere fugam, commune fuisset
aut certe nunc omne nefas, iremus et ambae
in quascumque vias?

Iure optimo Samuelsson observavit, nimis severe egisse recentiores editores hoc loco neque quicquam coniecturis suis (*ad gaudia* Baehrens, *aliena ah! gaudia* Langen pessime) profecisse, atque verba *gaudia alieno vultu* recte illustravit locis ex aliis poetis allatis. Minus tamen bene deinde de vs. 165 sq. egit, ubi *ut gener* vix tolerandum esse dixit, bonam demum sententiam et dilucidam orationem futuram, si *tum* legeremus pro *ut* signo interrogationis post *pestis* posito.

Alii alia mutare voluerunt, quorum conamina enumerare longum est et inutile, quoniam tradita lectio bene se habet, ut Summers quoque monuit. Sic verba interpretor: Cur tanta pestis mihi (a te) non prodita est, ut (aut) Aesonides gener nostra aula consideret nec (tu) talem fugam paterere aut certe commune nunc fuisset omne nefas et ambae iremus in quascumque vias?

Locus omnino sanus est neque amplius sollicitandus.

Nuptiis Iasonis et Medeae modo perfectis
261 Absyrtus subita praeceps cum classe parentis
advehitur.

Animi causa Aug. Wagneri ad hunc locum annotationem referre liceat, unde umbraticorum deliramenta in rebus ad communem vitae usum pertinentibus cognoscantur. Ascripsit autem: „*classe* i. e. multitudine navicularum (canots), nil amplius, r a t e s infra 284, b i r e m e s quidem 427, sed quae non duos ordines remigum, sed duos remos haberent". Quas nugas unde petiverit nescio neque eas multis verbis refutare opus esse credo. Quis enim credet omnes Colchos („pariter populumque patresque" vs. 281) scaphis fragilibus Pontum immensum transvectos esse? Ceterum ipsa Valerii verba obloquuntur, nam legitur vs. 297: „unamque petunt rostra omnia puppem" et solas naves longas rostris munitas fuisse omnibus notum est.

Est finis orationis Styri, amore iraque sponsae ereptae inflammati ad pugnandum:

355 ite, rates, et frangite virginis u n d a m.

Interpretes undam a Medea concitatam explicant, sed vel sic tamen numerum pluralem exspectaveris. Emenda: *u n a m* et cf. vs. 267: puppe (nefas) u n a praedo Phrixea reportat | vellera, vs. 297: u n a m que petunt rostra omnia puppem.

Styro aequore merso Absyrtus obstupefactus est

370 nec quid agat, qua vi portus et prima capessat
ostia, qua possit Minyas invadere, clausos
quos videt agnoscitque fremens;

Hunc locum conclamatum editores fere ita constituunt ut pro *nec* aut cum Heinsio *heu* substituant aut cum Schenklio *nunc* et signa interrogationis ponant post *agat*, post *ostia*, post *invadere* aut post *fremens*. Iure tamen Langen monet, non satis liquere qua ratione clausos esse Argonautas poeta cogitaverit; neque enim ex portu exire volunt, sed adverso flumine navigationem instituere cf. 189 sqq., hoc autem Colchi tempestate maris interclusi prohibere non poterant.

Viros doctos voculam *nec* iniuria vexasse credo, verbum vero quod corruptum nunc legitur, integrum reliquisse. Legendum enim esse opinor:

Absyrtus visu maeret defixus acerbo,
nec quid agat, qua vi portus et prima capessat
ostia, qua possit Minyas invadere c e r t u s,
quos videt agnoscitque fremens.

DE TRIMALCHIONIS, CTESIBII, PLATONIS AUTOMATIS.

SCRIPSIT

J. D. MEERWALDT.

I.

Initio *Cenae Trimalchionis* Petronius unum e servis Agamemnonis sic cum eiusdem discipulis colloquentem facit: „Quid, vos nescitis, apud quem hodie fiat? Trimalchio, lautissimus homo, horologium in triclinio et bucinatorem habet subornatum, ut subinde sciat, quantum de vita perdiderit".

Habes locum de horologio Trimalchionis, quem tractare mihi est in animo [1]). Prius autem quam de ipso horologio dicam, pauca praemittenda videntur de postremis servi verbis, quibus totius rei ratio et consilium explicatur: „ut subinde sciat, quantum de vita perdiderit". Haec verba recte intellegi non possunt, nisi una considerantur cum aliis eiusdem generis testimoniis, ex quibus voluptaria Trimalchionum doctrina cognoscitur. Documentum vel aptissimum nobis praebet eiusdem huius libri cap. 36 (p. 98 Fr.), ubi legimus Trimalchionem larva argentea identidem in mensam abiecta adicere versus hosce: [2])

1) Cum haec scriberem, nondum in manus mihi venerat altera editio libri Dielsiani q. i. Antike Technik. Trimalchionis bucinator hic memoratur (p. 226), pro vero autem homine habetur.

2) In postuma E. Rostandi comedia *La dernière nuit de Don Juan*, quae hoc anno in lucem prodiit, hic locus respicitur, I, 1 in fine.

Don Juan: Pulcinella! C'est lui. Ça y est. Nous l'avons.
Je vais souper en regardant Polichinelle,
Comme Trimalcion devant le pantin frêle,
Qu'il regardait danser en suçant un noyau.

„Eheu nos miseros; quam totus homuncio nil est!
Sic erimus cuncti, postquam nos auferet Orcus.
Ergo vivamus, dum licet esse bene!"

Similia plura ex Petronio (cap. 78), Seneca (Ep. 12. 8), aliis auctoribus afferri possunt, vix autem quicquam melius humilem ac vulgarem hanc 'philosophiam' illustrat quam imagines illae in fullonis Pompeiani mensa descriptae, quas expressas invenies apud Mau, Pompeji in Leben und Kunst fig. 247. Cuius viri docti ut verbis utar: „Es sind lauter Symbole des Todes: der Totenkopf, Schmetterling und Rad, als Symbole der vom Körper getrennten Seele und der enteilenden Zeit.... Die Bedeutung einer solchen Darstellung auf dem Speisetisch ist ja durchsichtig genug:

Mors aurem vellens „vivite" ait „venio!"

Hinc si revertimur ad locum de quo agimus, statim apparet eodem prorsus officio atque larvam et rotam eas, quarum ll. ll. fit mentio, apud Trimalchionem fungi horologium in triclinio positum. Etenim quemadmodum larvae ac rotae imagines, ita bucinatoris singulis horis canentis signa in ipsa cenae hilaritate vitae fugientis, mortis venientis admonere debent convivas. Quanto scilicet brevius, tanto impensius, dum licet, gaudiis perfruantur! Hoc sibi vult, quod in triclinio, id est ibi ipsum, ubi obliviscendum potius dicas horae, identidem admoneri se vult Trimalchio „quantum de vita perdiderit".

Iam ad ipsum horologium nos convertamus, quo 'carpe diem' illud sibi ingerendum curat dominus lautissimus. Ac primum quidem consentaneum est non de solario — sic Friedlaender — hic agi, sed de horologio ex aqua sive clepsydra. Nam ut mittam, quod Trimalchionis convivia in multam noctem producuntur — quid omnino faciendum putas solario in triclinio, ut cap. 60 apparet, *laqueato*? Clepsydram ergo habet Trimalchio. Sed praeterea „bucinator subornatus" commemoratur. Quidnam hic sibi vult? Quantum scio ita accipiunt interpretes, quasi agatur de servo ad horologium apposito, cuius officium sit singulis horis bucina canere; velut Friedlaender vertit: „er hat eine Sonnenuhr im Speisesaal und einen (eigens dabei zum Blasen nach jeder Stunde) angestellten Trompeter".

Haec interpretatio, siquid video, falsa est. Ipso enim subor-

nandi verbo palam significatur non ministrum cogitari, cui officium aliquod mandatum sit [1]), sed sigillum horologio illigatum. Hos velim locos Petronii conferas: cap. 29 „cinaedus subornatus gausapila"; cap. 36 „leporem pinnis subornatum"; cap. 40 „barbatus ingens alicula subornatus". Ut his locis, ita l. l. mea quidem sententia proprio, non translato, sensu est accipiendum *subornare* itaque sunt intellegenda verba „horologium et bucinatorem subornatum", quasi dicatur „horologium bucinatore subornatum", i. e. instructum. Nihil enim miri habet constructio *alicui rei aliquid subornare* [2]), siquidem praeter notissima illa *donare*, *circumdare*, *induere*, permulta alia verba duplici constructione utuntur; velut ipsum illud *instruere*, quo ll. ll. *subornandi* vim reddidimus, apud Plautum, in Mil. gl. 4. 1. 35, constructionem exhibet *alicui rei aliquid* („instruere mulieri aurum atque ornamenta").

His praemissis sequitur, ut locos nonnullos afferam, quibus bucinatorum sigilla automata memorantur. Apud Lucianum (Hipp. c. 8) in lautissimi balnei descriptione duorum horologiorum fit mentio, quorum alterum *δι' ἡλίου*, alterum *δι' ὕδατος καὶ μυκήματος* horas indicet. In Aetnae carmine (vs. 291) haec legimus:

> Nam veluti *sonat hora* diu *Tritone* canoro,
> pellit opus collectus aquae victusque movere
> spiritus et longas emugit *bucina* voces.

Eiusdem generis est Triton ille argenteus, quem naumachiae a Claudio iussae signum dedisse refert Suetonius (Claud. 21), nec non qui memoratur a Propertio (II 32. 16):

> Et leviter nymphis tota crepitantibus urbe
> cum subito Triton ore recondit aquam. [3])

---


1) Nisi egregie fallor tum, cum dominus servis suum cuique munus assignaret, nemo Romanus dicturus fuit „servos subornat".

2) Primo putabam legendum esse *subauratum* (cf. Petr. cap. 32 „anulum subauratum"; inscript. ap. Forcell. „statua equestris subaurata"), quod bene conveniat cum aurea picae cavea (cap. 28).

3) Rothstein ad hunc locum ea quae modo laudavi contulit. Errat autem vir doctus cum ipsum Tritonem aquam spuere et signo aliunde dato — quod tamen ex illius bucina venire videatur — aquam ore suo recondere i. e. ore suo continere (im Munde versteckt) dicat. Immo sic explicandus est locus: subito bucinae cantu („subito ore") Triton nymphis aquam recondit, i. e. nympharum aquas fluere vetat.

Vitruvius (10. 8. 4) haec scribit: „Item aquarum expressiones automatopoetasque machinas multaque deliciarum genera, in his etiam horologiorum ex aqua comparationes explicuit (scil. Ctesibius). Primumque constituit cavum ex auro perfectum aut ex gemma terebrata; ea enim nec teruntur percussu aquae nec sordes recipiunt, ut obturentur. Namque aequaliter per id cavum influens aqua sublevat scaphium inversum, quod ab artificibus phellos sive tympanum dicitur. In quo conlocata est regula ⟨iuxta⟩ versatile tympanum. Denticulis aequalibus sunt perfecta, qui denticuli alius alium inpellentes versationes modicas faciunt et motiones. Item aliae regulae aliaque tympana ad eundem modum dentata una motione coacta versando faciunt effectus varietatesque motionum, quibus moventur sigilla, vertuntur metae, calculi aut ova proiciuntur, *bucinae canunt*, ceteraque parerga. In his etiam aut in columna aut parastatica horae describuntur, quas sigillum egrediens ab imo virgula significat in diem totum".

Postremo in Arabico [1]) quodam codice, qui Londini asservatur, horologium describitur ita comparatum, ut senas post horas canat tibicen alligatus; opus Archimedis. Imaginem, qua l.l. res demonstratur, iuxta textum exprimendam curavi. Ratio autem haec est. Aqua per receptaculi foramen *1* delapsa in vas superius simul extra et intra capsam ab imo apertam *2* adscendit. Ut vero labrum canalis interioris superavit liquor, uno siphonis [2]) haustu omnis exoneratur per foramen *3*, spiritum autem coactum ex vase inferiore cum sonitu expellit per fistulam *4*, *5* et tibicinem *6*.



1) Wiedemann, Beiträge z. Gesch. d. Naturw. (Erlangen 1914). Loci notitiam debeo H. Dielsi commentario de nocturno horologio Platonis (Sitzungsber. Kön. Pr. Ak. 1915 p. 824 sqq.).

2) πνικτὸς διαβήτης hoc siphonum genus appellatur (Hero, Pn. I 3, et 16.). Dielsius adnotat: „Der sonderbare Name, über den die Lexika keine Aufklärung geben, scheint mir von den in oben geschlossenen Schmortöpfen (πνιγεύς) gedämpften Speisen (πνικτά) herzurühren. Auch der Kapselheber ist oben fest ver-

His locis collatis pro certo affirmare iam licet Petronium l.l. agere de clepsydra bucinatore automato instructa: si contra res haberet, et disertis verbis id ipsum moniturus fuit legentes (quippe quibus in promptu esset cogitare de notissimis illis machinis) nec sane usus esset verbo *subornandi*, quod cum de *ministro apposito* male dicatur, tum *instrumentum aptatum* recte ac proprie significat.

Postquam horologio Trimalchionis suum automatum restituimus [1]), non alienum mihi videtur ceteros quoque Cenae locos tractare, quibus automata vel memorantur, vel significantur; id quod eo magis operae pretium puto, quia Friedlaender, copiosissimus Petronii interpres, totum hoc argumentum in commentario suo neglexit.

Initium faciamus ab eo automato, cuius fit mentio cap. 36. p. 98. 22 F. Scripta ibi legimus haec: „Nos cum tristiores ad tam viles accessimus cibos 'Suadeo' inquit Trimalchio 'cenemus: hoc est ius cenae'. Haec ut dixit, ad symphoniam quattuor tripudiantes procurrerunt superioremque partem repositorii abstulerunt. Quo facto videmus infra, scilicet in altero ferculo, altilia et sumina leporemque in medio pinnis subornatum ut Pegasus videretur. Notavimus etiam circa angulos repositorii

---

schlossen". Res aliter habet. Infra enim videbimus a mechanicis antiquis pelves inversas et ad spiritum continendum destinatas πνιγέας appellatos esse ex similitudine vasis eius convexi, quo restinguebantur prunae. Consequens autem ex technico hoc nominis usu erat, ut iidem πνικτὸν dicerent *quidquid vase inverso includeretur*. Nihil igitur miri habet nomen πνικτοῦ διαβήτου. Eadem prorsus ratione hodierni physici appellatione *klok* abutuntur ad designandum vas inversum cuiuslibet formae. Vernacule instrumentum, de quo agimus, appellare licet *klok-hevel*, vel si propius ad verba Graeca accedere cupis, *overstolpte afvoerbuis.*

Qua appellatione Apollonius ille geometres, cuius explicatio in sermonem Arabicum conversa l. l. legitur, usus sit, hoc ex Wiedemanni versione Germanica cognosci etiamnunc potest. Nomen enim „Röhre des rechten Masses" plane refert appellationem διαβήτου δικαιομέτρου. Hoc adiectivum apud antiquos artifices in usu fuisse colligo ex loco Heronis, Pn. II cap. 1, qui sic incipit: ἀγγείου κατασκευὴ τοῦ λεγομένου δικαιομέτρου· τούτου δὲ πληρωθέντος ὑγροῦ, ὁσάκις ἐὰν καταστράφῃ, τὸ ἴσον ἐκρεῖ. Quod de alia machinatione l. l. agitur, nihil refert, appellatio ipsa prorsus siphoni quoque convenit: attendas quaeso ad explicationem (τούτου e. q. s.).

1) Utrum Ctesibici an Archimedei generis putandum sit Trim. horologium, hoc in medio relinquamus necesse est.

Marsyas quattuor, ex quorum utriculis garum piperatum currebat super pisces, quicunque in euripo natabant".

Ex hac descriptione sequitur in medio repositorio castellum quoddam latere editiore loco positum, ex quo garum per fistulas abditas in utriculos Marsyarum perveniat; consentaneum autem est liquoris vias occlusas fuisse, quamdiu operculo tegebatur repositorium. Totum opus imitatio videtur fontium publicorum, quorum aquae aut ex urnis nympharum, aut ex silenorum oribus vel utribus defluebant (cf. Prop. II 32. 14). Ceterum notatu dignum est etiam apud Heronem Alexandrinum satyros describi, quorum ex utribus per automatum aqua decurrat (Pneum. I 37; II 15), alia licet machinatio adhibeatur atque simplex illa, quam modo explicui.

Quod autem pisces circa in euripo 'natare' dicuntur, hoc ita videtur accipiendum, ut putemus ipsum euripi alveum interiore quadam machina [1]) circumagi; quod si fit, una circumaguntur pisces, quos praeterlabentes Marsyae illi garo conspergunt.

Aliud automati specimen cap. 49 memoratur. Legimus ibi porcum convivis apponi ingentem, quem domino accuratius inspicienti non exinteratum videri. Vocatur ergo coquus; qui, ut dixit oblitum se esse exinterare, Trimalchionis iussu despoliatur, ut valdius vapulet. Omnibus vero poenam exspectantibus subito ille '„ergo" inquit „quia tam malae memoriae es, palam nobis illum exintera!" Recepta cocus tunica cultrum arripuit porcique ventrem hinc atque illinc timida manu secuit. Nec mora: ex plagis ponderis inclinatione crescentibus tomacula cum botulis effusa sunt. Plausum post hoc automatum familia dedit et „Gaio feliciter" exclamavit'.

Quid hic sibi velit „automatum" Friedlaenderum omnino praeteriit. Pag. 135 vertit „die Dienerschaft klatschte hierauf Beifall *ohne ein Signal abzuwarten*", idem vero in adnotatione pag. 279 scribit: „aut. *Kunstleistung*, auch 140: „dum frater

---

1) Machinatio cogitari potest ea, qua Hero Autom. 7 et Pneum. I 16 utitur ad sigilla convertenda: circa orbis axem toties quoties opus est intorquetur funiculus, cuius pars altera per trochleas duas transmissa dependet laxa. Iam si ex altera hac parte libramentum suspenditur, sensim deducitur funiculus; quod dum fit, axis circumagitur.

sororis suae automata per clostellum miratur". Dagegen 54 Maschinerie, Mechanismus, wie Sueton. Claud. 34". Atqui non minus hoc loco quam cap. 54 — ubi eiusdem rei fit mentio — proprio ac technico suo sensu dicitur automatum [1]). Nempe porci venter botulis ac tomaculis confertus adeo turget, ut vel leviter hinc atque illinc incisus ipsa „ponderis inclinatione" in rimas maiores diducatur; ex quibus cum prolabantur lautitiae illae, *sua sponte* munera effundere videtur porcus. Hinc automatum dicitur.

Iam ad alterum illum locum nos convertamus, quo eiusdem rei mentionem fieri dixi (cap. 54). Narrat ibi Encolpius puerum petauristarium ex scalis in bracchium Trimalchionis delabi. Conclamat familia, ingemiscit ipse, medici accurruut; magna est consternatio. „Nam puer quidem, qui ceciderat, circumibat iamdudum pedes nostros et missionem rogabat. Pessime mihi erat, ne his precibus periculo* aliquid catastropha quaereretur. Nec enim adhuc exciderat *cocus ille, qui oblitus fuerat porcum exinterare. Itaque totum circumspicere triclinium coepi, ne per parietem automatum aliquod exiret*, utique postquam servus verberari coepit, qui brachium domini contusum alba potius quam conchyliata involverat lana. Nec longe aberravit suspicio mea: in vicem enim cenae venit decretum Trimalchionis, quo puerum iussit liberum esse, ne quis posset dicere tantum virum esse a servo liberatum*.

Concedes iis verbis, quae obliquis litteris exprimenda curavi, confirmari superiore illo loco vocem automati proprio sensu adhibitam esse. Alterum autem hunc locum idcirco totum laudavi, quo copia mihi foret sanandi duas corruptelas, quibus parum adhuc consultum viderem. Pro verbis enim *periculo aliquid*, quae sensu carere patet, Buechelerum secutus Friedlaender *per ridiculum aliquid* [2]) scripsit („vermittelst eines Scherzes"), catastrophae autem vocem idem hic significare quod cap. 60 'strophas' („eine Ueberraschung"). Verum et catastrophae haec significatio — id quod ipse Fr. monet —

---

1) Ne cap. 140 quidem *Kunstleistung* significat, sed *motus mechanicos.*

2) *Periculo nostro aliquid catastrophae* Buech. ed. I. Priores *periculo aliquid catastrophae.*

sine exemplo est, et multo leviore remedio *periculo* illud corrigi potest. Dicit enim Encolpius automatum aliquod se exspectasse prioris illius, a coco demonstrati, simile; quid ergo magis in promptu quam de cibis cogitare necopinato alicunde prodituris? Ac revera de cibis hoc loco agi ultro demonstrant ea, quae paulo infra sequuntur; modo lectionem traditam *cenae*, quam Hadrianide et Heinsio auctoribus falso in *poenae* mutant editores, in integrum restituas. Verba volo haecce: „in vicem enim *cenae* venit decretum Tr." Apparet vocem *cenae* eo sensu hic adhiberi, qui notatur in Thes. Ling. Lat. s. v.: „*pars cenae*, *ferculum;* Petron. 41: hic aper, cum heri summa cena eum vindicasset. Martial. I. 103. 8: explicat cenas unica mensa duas; 11. 31. 5: has prima feret alterave cena, has cena tertia reponet." — Quibus exemplis nunc addere licet exemplum modo laudatum, quod Petronii editorum culpa e textu perierat.

Hinc si ad locum, unde profecti sumus, reverteris, facile intelleges, quid lateat in verbis corruptis „periculo aliquid". Nimirum id Encolpius verebatur ne „*fericulo* [1]) *alicui* catastropha quaereretur"; mox autem „in vicem cenae" — i. e. ferculi — decretum venit mirificum. Ita si corrigimus, simul „catastropha" illud, quod sine artificiis hucusque explicari non potuit, nihil iam habet, in quo offendas. Ut enim paulo ante botulis porco inclusis, ita nunc alii alicui ferculo, quod in pariete lateat, *necopinato prolabendi opportunitas* quaeri videtur Encolpio. Graeco autem vocabulo eo significantius utitur, quod in ludis theatralibus, quorum quasi imago sunt ludi [2]) Trimalchionis, mechanicis rerum ruinis nonnunquam fabulae catastropha arcessebatur. (Hero de theatr. aut. 22. 6; Apul. Met. 10. 34).

Antequam hunc locum relinquamus, paulisper velim attendas ad decretum illud, quod in vicem cenae convivis apponitur. Hic cum cetera sint perspicua, una vox „liberatum", quam corruptam esse constat, emendatione indiget. Editores inde ab

---

1) Idem librarii error cap. 60 a Reinesio correctus („sacrum esse periculum", edd. „fericulum"). Cum verbis „ne fericulo alicui" conferas ea quae sequuntur „ne automatum aliquod": eadem est constructio.

2) Cf. cap. 36, p. 100. 9—15; cap. 60 p. 160. 8 Fr.

Heinsio et Scheffero scripserunt *vulneratum*. Negari sane non potest sensum hoc praebere tolerabilem, nec tamen vera mihi videtur emendatio. Multo enim facilius corruptela explicatur, si — id quod puto — ipse auctor scripserat *libatum*. Quippe haerebat adhuc in librarii mente „liberum" illud, quod l.l. antecedit, cum „libatum" legeret: hinc contaminatio orta. Accedit autem, quod exquisitum hoc vocabulum vel optime convenit fastidioso Trimalchionis ingenio. [1])

Quartus qui nobis tractandus est locus legitur cap. 60 (p. 160. 4 Fr.). Diductis subito lacunaribus circulus ingens in triclinium demittitur, ex quo pendent coronae aureae cum alabastris unguenti. Quae dum sumere iubentur convivae, Encolpius respicit ad mensam et ecce „iam illic repositorium cum placentis aliquot erat positum, quod medium Priapus a pistore factus tenebat, gremioque satis amplo omnis generis poma et uvas sustinebat more vulgato. Avidius ad pompam manus porreximus, et repente nova ludorum [re]missio hilaritatem hic refecit. Omnes enim placentae omniaque poma etiam minima vexatione contacta coeperunt effundere crocum, et usque ad nos* molestus umor accedere. Rati ergo sacrum esse fericulum tam religioso apparatu perfusum, consurreximus altius et 'Augusto, patri patriae feliciter' diximus".

Sententiam „Avidius.... refecit" male intellexerunt Friedlaender et ei interpretes, quorum coniecturas refert in calce paginae [2]). Atqui optime se habent omnia. Decepti enim specie Priapi more vulgato poma offerentis neque quicquam artis suspicati confidenter Encolpius et ei, qui iuxta accubant, manus porrigunt; paulisper saltem intermitti videntur ludi Tri-

1) Proprio sensu apud Petr. cap. 136 „necdum libaveram cellulae limen". Hoc autem loco laedendi notio accedit. Cf. Prop. 4. 5. 58: „nequid cras libet ab ore — i. e. pulchritudine tua — dies". Liv. 21. 29: „nusquam ante libatis viribus". Ovid. Her. 2. 115: „cui mea virginitas avibus libata sinistris".

2) *Hilaritatem hinc reiecit*? Buecheler; *hilaritatem hiare fecit* Rohde; *frigefecit* Heraeus. Ipse Friedl. *hic* delet idemque in versione respicit coniecturam Buecheleri *sed* pro *et* (Buech. 1. 2). Vertit enim: „Begierig streckten wir nach diesem Aufsatz die Hände aus ⟨worauf wir dann gewahr wurden, dass die Früchte Attrappen waren⟩. *Doch* eine neue Ueberraschung stellte die allgemeine Heiterkeit wieder her". Ponit ergo primo aegre tulisse convivas, quod deciperentur specie pomorum; ut habeat, quo explicet *refecit* illud a ceteris vexatum.

malchionis. Verum ut primum munera dei contigerunt, crocumque emicans et vident et sentiunt, novam ludorum missionem [1]) adgnoscunt: reficitur hilaritas. Non autem ea de causa 'refici' dicitur, quod primo convivae aegre tulerint fraudem imitationis, sed quia paulisper nihil fuit, quod riderent. Quid hic aut desideretur aut corruptum sit, omnino non video. Nisi forte negas fieri posse, ut idem, quod risum moveat, 'molestum' tamen dicatur; quam sententiam fuisse apparet eorum, qui coniecturis suis vexaverunt verbum 'refecit'.

Iam de ea loci laudati parte videamus, qua ipsa automati vis et effectus describitur. Secundum codicis lectionem Encolpius umorem pervenire dicit *usque ad* eos, qui speciosa illa poma arripuerint. Atqui tam prope a corpore abest manus, ut prorsus absona sit locutio 'usque ad nos'. Iure igitur Buecheler vocabulum 'nos' corruptum esse statuit; infeliciter autem idem coniecit 'os'. [2]) Namque ut mittamus, quod aut 'u. ad os nobis' dicendum fuerat aut 'u. ad ora' — quorum neutrum lectioni traditae simile —, ne sic quidem locutionis 'usque ad' ratio reddi potest probabilis. Aut quid tam mirum, si ipsorum, qui ea tenerent, facies pomis illis conspergerentur? Vix sane minus efficere poterat automatum. Quid autem praestandum fuerit Trimalchionibus, ut eiusmodi iocis plausum mererent, hoc colligi potest ex theatralium iis ludorum descriptionibus, quae apud alios eiusdem aetatis auctores leguntur. Velut Seneca scribit (Ep. 90. 15). „Hodie utrum tandem sapientiorem putas, qui invenit, quemadmodum *in immensam altitudinem* crocum latentibus fistulis exprimat, qui euripos subito aquarum impetu implet aut siccat et versatilia coenationum laquearia ita coagmentat, ut subinde alia facies atque alia succedat et totiens tecta quotiens fericula mutentur, an (morum magistrum)?" Idem Nat. Quaest. II 9. 2: „Numquid dubitas, quin sparsio illa, quae ex fundamentis mediae arenae crescens *in summum usque* theatri pervenit, cum intentione

---

1) „Nummer des Programms" Fr. pag. 311.

2) Friedl. hac coniectura recepta vertit: „und die *widerliche* Flüssigkeit kam uns bis in den *Mund*". Procul dubio Buechel. *faciem* intellexerat. Praeterea 'molestus' hic non significat *taedio afficiens*, sed *importunus et quasi petulans*. Cf. cap. 58: 'meliorem noli molestare'.

aquae fiat?" Item Apul. Met. X 23: „de summo montis cacumine (scil. in scena, ubi agitur iudicium Paridis) per quandam latentem fistulam *in excelsum prorumpit* vino crocus diluta sparsimque defluens pascentis circa capellas odoro perpluit imbre, donec.... canitiem propriam luteo colore mutarent".

Huiusmodi ergo theatri lautitiis cum assueti essent omnes, Trimalchionis machinator contentus esse non poterat, nisi poma sua subdola — de commi facta putes — vel remotissimas triclinii partes adspergerent. Quoniam autem constat Encolpium, qui haec narrat, longius abesse se fingere ab imo lecto — cap. 38 a vicino rogatur „vides illum, qui in imo imus recumbit?" — veri mihi videtur simillimum loco de quo agimus 'nos' mutandum esse in 'imos'. Nam plures in ima imi lecti parte accubare ex eo sequitur, quod cap. 32—60 quattuordecim convivarum nomina commemorantur, cum locus praetorius — in medio imus — vacuus relinqui videatur (cf. cap. 65). Ex suo autem ipsius loco eum, qui narret, res considerare et tamquam metiri cum vel sic consentaneum sit, tum Petronio, scriptori in primis *εὐφαντασιώτῳ*, vel maxime convenit.

Postquam semel attigi convivarum in lectis dispositionem, appositum mihi videtur pauca addere de loco Encolpii. Ad verba modo laudata 'qui in imo imus' Mau, apud Fr. pag. 238, adnotat haecce: „So kann Hermeros nur sprechen, wenn er und Encolpius *nicht* auf dem lectus imus liegen. Wahrscheinlich liegen sie auf dem medius, allenfalls in summo". — Si unum haberemus hoc cap. 38 testimonium, hac sententia contentos nos esse operteret. Verum opportune accidit, quod caput 41 alterum nobis indicium praebet, quo res dirimi possit. Scriptum enim legimus l.l.: 'interim ego, qui *privatum* habebam *secessum*, in multas cogitationes diductus sum e. q. s.' Ubi Friedlaender: „Worin dieser *privatus secessus* besteht, da Encolpius seinen Platz zwischen Hermeros ('qui supra me accumbebat' 36; 37) und Agamemnon ('inclinatus ad aurem Agamemnonis' 49) hat, und zwar beiden so nahe, dass er sich mit ihnen leise unterhalten kann, ist nicht klar". — Immo apertum est verbis laudatis Encolpium signifiare *imum* in summo [1])


---

1) In *medio* imus ('practorio' loco) Habiunas mox accumbit (cap. 65).

se accubare; ubi cum neminem infra habeat, quoties visum est, paulum e conspectu recedere potest [1]). Consequens autem est Agamemnonem, cuius ad aurem Encolpius se inclinat cap. 49, in proximo — i. e. medio — lecto summum accubare; infra quem collocandus mihi videtur Ascyltus, alter eius discipulus (cf. 58 p. 156. 10 sq.).

II.

In priore huius commentationis parte locum laudavi Vitruvii, quo describitur horologium a Ctesibio comparatum, quod regulis tympanisque dentatis aquae impulsum ita transferret, ut cum alia multa fierent automata, tum bucinae canerent. Quam descriptionem cum legissem, quaerendum putavi, quaenam fuisset huius machinae ratio; atque is quidem adeundus mihi videbatur auctor, qui de universo hoc deliciarum genere documenta praeberet locupletissima: Heronem dico Alexandrinum. Nec frustra speravi aliquid appositi hic me inventurum, in iis enim Heronis automatis, quae ad sonos [2]) imitandos pertinent, unum est, quod eam ipsam tympani rationem exhibere videtur, qua nobis opus est ad restituendum opus Ctesibii. Describitur automatum illud Pn. II cap. 32, cuius loci summam quam brevissime potero referam [3]).



Propositum. Thesauri [4]) tympano circumacto avis canere videatur, simul autem ipsa se convertat.

1) Digna est, quae conferatur imago triclinii eius Pompeiani, quae proponitur apud Mau, Pompeji pag. 270 fig. 137.

2) Passim agit de avium, tibiarum, bucinarum vocibus mechanice imitandis.

3) Paucis ac necessariis lineamentis iuxta textum expressi pleniorem eam et scaenographicam imaginem, quae invenitur in editione Schmidtiana.

4) In Aegypto huiusmodi arculae in templorum vestibulis erant. Nummis

nandi verbo palam significatur non ministrum cogitari, cui officium aliquod mandatum sit [1]), sed sigillum horologio illigatum. Hos velim locos Petronii conferas: cap. 29 „cinaedus subornatus gausapila"; cap. 36 „leporem pinnis subornatum"; cap. 40 „barbatus ingens alicula subornatus". Ut his locis, ita l. l. mea quidem sententia proprio, non translato, sensu est accipiendum *subornare* itaque sunt intellegenda verba „horologium et bucinatorem subornatum", quasi dicatur „horologium bucinatore subornatum", i. e. instructum. Nihil enim miri habet constructio *alicui rei aliquid subornare* [2]), siquidem praeter notissima illa *donare*, *circumdare*, *induere*, permulta alia verba duplici constructione utuntur; velut ipsum illud *instruere*, quo ll. ll. *subornandi* vim reddidimus, apud Plautum, in Mil. gl. 4. 1. 35, constructionem exhibet *alicui rei aliquid* („instruere mulieri aurum atque ornamenta").

His praemissis sequitur, ut locos nonnullos afferam, quibus bucinatorum sigilla automata memorantur. Apud Lucianum (Hipp. c. 8) in lautissimi balnei descriptione duorum horologiorum fit mentio, quorum alterum δι' ἡλίου, alterum δι' ὕδατος καὶ μυκήματος horas indicet. In Aetnae carmine (vs. 291) haec legimus:

Nam veluti *sonat hora* diu *Tritone* canoro,
pellit opus collectus aquae victusque movere
spiritus et longas emugit *bucina* voces.

Eiusdem generis est Triton ille argenteus, quem naumachiae a Claudio iussae signum dedisse refert Suetonius (Claud. 21), nec non qui memoratur a Propertio (II 32. 16):

Et leviter nymphis tota crepitantibus urbe
cum subito Triton ore recondit aquam. [3])


1) Nisi egregie fallor tum, cum dominus servis suum cuique munus assignaret, nemo Romanus dicturus fuit „servos subornat".

2) Primo putabam legendum esse *subauratum* (cf. Petr. cap. 32 „anulum subauratum"; inscript. ap. Forcell. „statua equestris subaurata"), quod bene conveniat cum aurea picae cavea (cap. 28).

3) Rothstein ad hunc locum ea quae modo laudavi contulit. Errat autem vir doctus cum ipsum Tritonem aquam spuere et signo aliunde dato — quod tamen ex illius bucina venire videatur — aquam ore suo recondere i. e. ore suo continere (im Munde versteckt) dicat. Immo sic explicandus est locus: subito bucinae cantu („subito ore") Triton nymphis aquam recondit, i. e. nympharum aquas fluere vetat.

Vitruvius (10. 8. 4) haec scribit: „Item aquarum expressiones automatopoetasque machinas multaque deliciarum genera, in his etiam horologiorum ex aqua comparationes explicuit (scil. Ctesibius). Primumque constituit cavum ex auro perfectum aut ex gemma terebrata; ea enim nec teruntur percussu aquae nec sordes recipiunt, ut obturentur. Namque aequaliter per id cavum influens aqua sublevat scaphium inversum, quod ab artificibus phellos sive tympanum dicitur. In quo conlocata est regula ⟨iuxta⟩ versatile tympanum. Denticulis aequalibus sunt perfecta, qui denticuli alius alium inpellentes versationes modicas faciunt et motiones. Item aliae regulae aliaque tympana ad eundem modum dentata una motione coacta versando faciunt effectus varietatesque motionum, quibus moventur sigilla, vertuntur metae, calculi aut ova proiciuntur, *bucinae canunt*, ceteraque parerga. In his etiam aut in columna aut parastatica horae describuntur, quas sigillum egrediens ab imo virgula significat in diem totum".

Postremo in Arabico[1]) quodam codice, qui Londini asservatur, horologium describitur ita comparatum, ut senas post horas canat tibicen alligatus; opus Archimedis. Imaginem, qua l.l. res demonstratur, iuxta textum exprimendam curavi. Ratio autem haec est. Aqua per receptaculi foramen *1* delapsa in vas superius simul extra et intra capsam ab imo apertam *2* adscendit. Ut vero labrum canalis interioris superavit liquor, uno siphonis[2]) haustu omnis exoneratur per foramen *3*, spiritum autem coactum ex vase inferiore cum sonitu expellit per fistulam *4*, *5* et tibicinem *6*.



1) Wiedemann, Beiträge z. Gesch. d. Naturw. (Erlangen 1914). Loci notitiam debeo H. Dielsi commentario de nocturno horologio Platonis (Sitzungsber. Kön. Pr. Ak. 1915 p. 824 sqq.).

2) πνικτὸς διαβήτης hoc siphonum genus appellatur (Hero, Pn. I 3, et 16.). Dielsius adnotat: „Der sonderbare Name, über den die Lexika keine Aufklärung geben, scheint mir von den in oben geschlossenen Schmortöpfen (πνιγεύς) gedämpften Speisen (πνικτά) herzurühren. Auch der Kapselheber ist oben fest ver-

His locis collatis pro certo affirmare iam licet Petronium l.l. agere de clepsydra bucinatore automato instructa: si contra res haberet, et disertis verbis id ipsum moniturus fuit legentes (quippe quibus in promptu esset cogitare de notissimis illis machinis) nec sane usus esset verbo *subornandi*, quod cum de *ministro apposito* male dicatur, tum *instrumentum aptatum* recte ac proprie significat.

Postquam horologio Trimalchionis suum automatum restituimus [1]), non alienum mihi videtur ceteros quoque Cenae locos tractare, quibus automata vel memorantur, vel significantur; id quod eo magis operae pretium puto, quia Friedlaender, copiosissimus Petronii interpres, totum hoc argumentum in commentario suo neglexit.

Initium faciamus ab eo automato, cuius fit mentio cap. 36. p. 98. 22 F. Scripta ibi legimus haec: „Nos cum tristiores ad tam viles accessimus cibos 'Suadeo' inquit Trimalchio 'cenemus: hoc est ius cenae'. Haec ut dixit, ad symphoniam quattuor tripudiantes procurrerunt superioremque partem repositorii abstulerunt. Quo facto videmus infra, scilicet in altero ferculo, altilia et sumina leporemque in medio pinnis subornatum ut Pegasus videretur. Notavimus etiam circa angulos repositorii

---

schlossen". Res aliter habet. Infra enim videbimus a mechanicis antiquis pelves inversas et ad spiritum continendum destinatas *πνιγέας* appellatos esse ex similitudine vasis eius convexi, quo restinguebantur prunae. Consequens autem ex technico hoc nominis usu erat, ut iidem *πνικτὸν* dicerent *quidquid vase inverso includeretur*. Nihil igitur miri habet nomen *πνικτοῦ διαβήτου*. Eadem prorsus ratione hodierni physici appellatione *klok* abutuntur ad designandum vas inversum cuiuslibet formae. Vernacule instrumentum, de quo agimus, appellare licet *klok-hevel*, vel si propius ad verba Graeca accedere cupis, *overstolpte afvoerbuis*.

Qua appellatione Apollonius ille geometres, cuius explicatio in sermonem Arabicum conversa l. l. legitur, usus sit, hoc ex Wiedemanni versione Germanica cognosci etiamnunc potest. Nomen enim „Röhre des rechten Masses" plane refert appellationem *διαβήτου δικαιομέτρου*. Hoc adiectivum apud antiquos artifices in usu fuisse colligo ex loco Heronis, Pn. II cap. 1, qui sic incipit: *ἀγγείου κατασκευὴ τοῦ λεγομένου δικαιομέτρου· τούτου δὲ πληρωθέντος ὑγροῦ, ὁσάκις ἐὰν καταστράφῃ, τὸ ἴσον ἐκρεῖ.* Quod de alia machinatione l. l. agitur, nihil refert, appellatio ipsa prorsus siphoni quoque convenit: attendas quaeso ad explicationem (*τούτου* e. q. s.).

1) Utrum Ctesibici an Archimedei generis putandum sit Trim. horologium, hoc in medio relinquamus necesse est.

Marsyas quattuor, ex quorum utriculis garum piperatum currebat super pisces, quicunque in euripo natabant".

Ex hac descriptione sequitur in medio repositorio castellum quoddam latere editiore loco positum, ex quo garum per fistulas abditas in utriculos Marsyarum perveniat; consentaneum autem est liquoris vias occlusas fuisse, quamdiu operculo tegebatur repositorium. Totum opus imitatio videtur fontium publicorum, quorum aquae aut ex urnis nympharum, aut ex silenorum oribus vel utribus defluebant (cf. Prop. II 32. 14). Ceterum notatu dignum est etiam apud Heronem Alexandrinum satyros describi, quorum ex utribus per automatum aqua decurrat (Pneum. I 37; II 15), alia licet machinatio adhibeatur atque simplex illa, quam modo explicui.

Quod autem pisces circa in euripo 'natare' dicuntur, hoc ita videtur accipiendum, ut putemus ipsum euripi alveum interiore quadam machina [1]) circumagi; quod si fit, una circumaguntur pisces, quos praeterlabentes Marsyae illi garo conspergunt.

Aliud automati specimen cap. 49 memoratur. Legimus ibi porcum convivis apponi ingentem, quem domino accuratius inspicienti non exinteratum videri. Vocatur ergo coquus; qui, ut dixit oblitum se esse exinterare, Trimalchionis iussu despoliatur, ut valdius vapulet. Omnibus vero poenam exspectantibus subito ille '„ergo" inquit „quia tam malae memoriae es, palam nobis illum exintera!" Recepta cocus tunica cultrum arripuit porcique ventrem hinc atque illinc timida manu secuit. Nec mora: ex plagis ponderis inclinatione crescentibus tomacula cum botulis effusa sunt. Plausum post hoc automatum familia dedit et „Gaio feliciter" exclamavit'.

Quid hic sibi velit „automatum" Friedlaenderum omnino praeteriit. Pag. 135 vertit „die Dienerschaft klatschte hierauf Beifall *ohne ein Signal abzuwarten*", idem vero in adnotatione pag. 279 scribit: „aut. *Kunstleistung*, auch 140: „dum frater

---

1) Machinatio cogitari potest ea, qua Hero Autom. 7 et Pneum. I 16 utitur ad sigilla convertenda: circa orbis axem toties quoties opus est intorquetur funiculus, cuius pars altera per trochleas duas transmissa dependet laxa. Iam si ex altera hac parte libramentum suspenditur, sensim deducitur funiculus; quod dum fit, axis circumagitur.

sororis suae automata per clostellum miratur". Dagegen 54 Maschinerie, Mechanismus, wie Sueton. Claud. 34". Atqui non minus hoc loco quam cap. 54 — ubi eiusdem rei fit mentio — proprio ac technico suo sensu dicitur automatum [1]). Nempe porci venter botulis ac tomaculis confertus adeo turget, ut vel leviter hinc atque illinc incisus ipsa „ponderis inclinatione" in rimas maiores diducatur; ex quibus cum prolabantur lautitiae illae, *sua sponte* munera effundere videtur porcus. Hinc automatum dicitur.

Iam ad alterum illum locum nos convertamus, quo eiusdem rei mentionem fieri dixi (cap. 54). Narrat ibi Encolpius puerum petauristarium ex scalis in bracchium Trimalchionis delabi. Conclamat familia, ingemiscit ipse, medici accurrunt; magna est consternatio. „Nam puer quidem, qui ceciderat, circumibat iamdudum pedes nostros et missionem rogabat. Pessime mihi erat, ne his precibus periculo* aliquid catastropha quaereretur. Nec enim adhuc exciderat *cocus ille*, *qui oblitus fuerat porcum exinterare. Itaque totum circumspicere triclinium coepi*, *ne per parietem automatum aliquod exiret*, utique postquam servus verberari coepit, qui brachium domini contusum alba potius quam conchyliata involverat lana. Nec longe aberravit suspicio mea: in vicem enim cenae venit decretum Trimalchionis, quo puerum iussit liberum esse, ne quis posset dicere tantum virum esse a servo liberatum*.

Concedes iis verbis, quae obliquis litteris exprimenda curavi, confirmari superiore illo loco vocem automati proprio sensu adhibitam esse. Alterum autem hunc locum idcirco totum laudavi, quo copia mihi foret sanandi duas corruptelas, quibus parum adhuc consultum viderem. Pro verbis enim *periculo aliquid*, quae sensu carere patet, Buechelerum secutus Friedlaender *per ridiculum aliquid* [2]) scripsit („vermittelst eines Scherzes"), catastrophae autem vocem idem hic significare quod cap. 60 'strophas' („eine Ueberraschung"). Verum et catastrophae haec significatio — id quod ipse Fr. monet —

---

1) Ne cap. 140 quidem *Kunstleistung* significat, sed *motus mechanicos*.

2) *Periculo nostro aliquid catastrophae* Buech. ed. I. Priores *periculo aliquid catastrophae*.

sine exemplo est, et multo leviore remedio *periculo* illud corrigi potest. Dicit enim Encolpius automatum aliquod se exspectasse prioris illius, a coco demonstrati, simile; quid ergo magis in promptu quam de cibis cogitare necopinato alicunde prodituris? Ac revera de cibis hoc loco agi ultro demonstrant ea, quae paulo infra sequuntur; modo lectionem traditam *cenae*, quam Hadrianide et Heinsio auctoribus falso in *poenae* mutant editores, in integrum restituas. Verba volo haecce: „in vicem enim *cenae* venit decretum Tr." Apparet vocem *cenae* eo sensu hic adhiberi, qui notatur in Thes. Ling. Lat. s. v.: „*pars cenae*, *ferculum;* Petron. 41: hic aper, cum heri summa cena eum vindicasset. Martial. I. 103. 8: explicat cenas unica mensa duas; 11. 31. 5: has prima feret alterave cena, has cena tertia reponet." — Quibus exemplis nunc addere licet exemplum modo laudatum, quod Petronii editorum culpa e textu perierat.

Hinc si ad locum, unde profecti sumus, reverteris, facile intelleges, quid lateat in verbis corruptis „periculo aliquid". Nimirum id Encolpius verebatur ne „*fericulo* [1]) *alicui* catastropha quaereretur"; mox autem „in vicem cenae" — i. e. ferculi — decretum venit mirificum. Ita si corrigimus, simul „catastropha" illud, quod sine artificiis hucusque explicari non potuit, nihil iam habet, in quo offendas. Ut enim paulo ante botulis porco inclusis, ita nunc alii alicui ferculo, quod in pariete lateat, *necopinato prolabendi opportunitas* quaeri videtur Encolpio. Graeco autem vocabulo eo significantius utitur, quod in ludis theatralibus, quorum quasi imago sunt ludi [2]) Trimalchionis, mechanicis rerum ruinis nonnunquam fabulae catastropha arcessebatur. (Hero de theatr. aut. 22. 6; Apul. Met. 10. 34).

Antequam hunc locum relinquamus, paulisper velim attendas ad decretum illud, quod in vicem cenae convivis apponitur. Hic cum cetera sint perspicua, una vox „liberatum", quam corruptam esse constat, emendatione indiget. Editores inde ab

1) Idem librarii error cap. 60 a Reinesio correctus („sacrum esse periculum", edd. „fericulum"). Cum verbis „ne fericulo alicui" conferas ea quae sequuntur „ne automatum aliquod": eadem est constructio.

2) Cf. cap. 36, p. 100. 9—15; cap. 60 p. 160. 8 Fr.

Heinsio et Scheffero scripserunt *vulneratum*. Negari sane non potest sensum hoc praebere tolerabilem, nec tamen vera mihi videtur emendatio. Multo enim facilius corruptela explicatur, si — id quod puto — ipse auctor scripserat *libatum*. Quippe haerebat adhuc in librarii mente „liberum" illud, quod l.l. antecedit, cum „libatum" legeret: hinc contaminatio orta. Accedit autem, quod exquisitum hoc vocabulum vel optime convenit fastidioso Trimalchionis ingenio. [1])

Quartus qui nobis tractandus est locus legitur cap. 60 (p. 160. 4 Fr.). Diductis subito lacunaribus circulus ingens in triclinium demittitur, ex quo pendent coronae aureae cum alabastris unguenti. Quae dum sumere iubentur convivae, Encolpius respicit ad mensam et ecce „iam illic repositorium cum placentis aliquot erat positum, quod medium Priapus a pistore factus tenebat, gremioque satis amplo omnis generis poma et uvas sustinebat more vulgato. Avidius ad pompam manus porreximus, et repente nova ludorum [re]missio hilaritatem hic refecit. Omnes enim placentae omniaque poma etiam minima vexatione contacta coeperunt effundere crocum, et usque ad nos* molestus umor accedere. Rati ergo sacrum esse fericulum tam religioso apparatu perfusum, consurreximus altius et 'Augusto, patri patriae feliciter' diximus".

Sententiam „Avidius.... refecit" male intellexerunt Friedlaender et ei interpretes, quorum coniecturas refert in calce paginae [2]). Atqui optime se habent omnia. Decepti enim specie Priapi more vulgato poma offerentis neque quicquam artis suspicati confidenter Encolpius et ei, qui iuxta accubant, manus porrigunt; paulisper saltem intermitti videntur ludi Tri-

---

1) Proprio sensu apud Petr. cap. 136 „necdum libaveram cellulae limen". Hoc autem loco laedendi notio accedit. Cf. Prop. 4. 5. 58: „nequid cras libet ab ore — i. e. pulchritudine tua — dies". Liv. 21. 29: „nusquam ante libatis viribus". Ovid. Her. 2. 115: „cui mea virginitas avibus libata sinistris".

2) *Hilaritatem hinc reiecit*? Buecheler; *hilaritatem hiare fecit* Rohde; *frigefecit* Heraeus. Ipse Friedl. *hic* delet idemque in versione respicit coniecturam Buecheleri *sed* pro *et* (Buech. 1. 2). Vertit enim: „Begierig streckten wir nach diesem Aufsatz die Hände aus <worauf wir dann gewahr wurden, dass die Früchte Attrappen waren>. *Doch* eine neue Ueberraschung stellte die allgemeine Heiterkeit wieder her". Ponit ergo primo aegre tulisse convivas, quod deciperentur specie pomorum; ut habeat, quo explicet *refecit* illud a ceteris vexatum.

malchionis. Verum ut primum munera dei contigerunt, crocumque emicans et vident et sentiunt, novam ludorum missionem [1]) adgnoscunt: reficitur hilaritas. Non autem ea de causa 'refici' dicitur, quod primo convivae aegre tulerint fraudem imitationis, sed quia paulisper nihil fuit, quod riderent. Quid hic aut desideretur aut corruptum sit, omnino non video. Nisi forte negas fieri posse, ut idem, quod risum moveat, 'molestum' tamen dicatur; quam sententiam fuisse apparet eorum, qui coniecturis suis vexaverunt verbum 'refecit'.

Iam de ea loci laudati parte videamus, qua ipsa automati vis et effectus describitur. Secundum codicis lectionem Encolpius umorem pervenire dicit *usque ad* eos, qui speciosa illa poma arripuerint. Atqui tam prope a corpore abest manus, ut prorsus absona sit locutio 'usque ad nos'. Iure igitur Buecheler vocabulum 'nos' corruptum esse statuit; infeliciter autem idem coniecit 'os'. [2]) Namque ut mittamus, quod aut 'u. ad os nobis' dicendum fuerat aut 'u. ad ora' — quorum neutrum lectioni traditae simile —, ne sic quidem locutionis 'usque ad' ratio reddi potest probabilis. Aut quid tam mirum, si ipsorum, qui ea tenerent, facies pomis illis conspergerentur? Vix sane minus efficere poterat automatum. Quid autem praestandum fuerit Trimalchionibus, ut eiusmodi iocis plausum mererent, hoc colligi potest ex theatralium iis ludorum descriptionibus, quae apud alios eiusdem aetatis auctores leguntur. Velut Seneca scribit (Ep. 90. 15). „Hodie utrum tandem sapientiorem putas, qui invenit, quemadmodum *in immensam altitudinem* crocum latentibus fistulis exprimat, qui euripos subito aquarum impetu implet aut siccat et versatilia coenationum laquearia ita coagmentat, ut subinde alia facies atque alia succedat et totiens tecta quotiens fericula mutentur, an (morum magistrum)?" Idem Nat. Quaest. II 9. 2: „Numquid dubitas, quin sparsio illa, quae ex fundamentis mediae arenae crescens *in summum usque* theatri pervenit, cum intentione

---

1) „Nummer des Programms" Fr. pag. 311.

2) Friedl. hac coniectura recepta vertit: „und die *widerliche* Flüssigkeit kam uns bis in den *Mund*". Procul dubio Buechel. *faciem* intellexerat. Praeterea 'molestus' hic non significat *taedio afficiens*, sed *importunus et quasi petulans*. Cf. cap. 58: 'meliorem noli molestare'.

aquae fiat?" Item Apul. Met. X 23: „de summo montis cacumine (scil. in scena, ubi agitur iudicium Paridis) per quandam latentem fistulam *in excelsum prorumpit* vino crocus diluta sparsimque defluens pascentis circa capellas odoro perpluit imbre, donec.... canitiem propriam luteo colore mutarent".

Huiusmodi ergo theatri lautitiis cum assueti essent omnes, Trimalchionis machinator contentus esse non poterat, nisi poma sua subdola — de commi facta putes — vel remotissimas triclinii partes adspergerent. Quoniam autem constat Encolpium, qui haec narrat, longius abesse se fingere ab imo lecto — cap. 38 a vicino rogatur „vides illum, qui in imo imus recumbit?" — veri mihi videtur simillimum loco de quo agimus 'nos' mutandum esse in 'imos'. Nam plures in ima imi lecti parte accubare ex eo sequitur, quod cap. 32—60 quattuordecim convivarum nomina commemorantur, cum locus praetorius — in medio imus — vacuus relinqui videatur (cf. cap. 65). Ex suo autem ipsius loco eum, qui narret, res considerare et tamquam metiri cum vel sic consentaneum sit, tum Petronio, scriptori in primis εὐφαντασιώτῳ, vel maxime convenit.


Postquam semel attigi convivarum in lectis dispositionem, appositum mihi videtur pauca addere de loco Encolpii. Ad verba modo laudata 'qui in imo imus' Mau, apud Fr. pag. 238, adnotat haecce: „So kann Hermeros nur sprechen, wenn er und Encolpius *nicht* auf dem lectus imus liegen. Wahrscheinlich liegen sie auf dem medius, allenfalls in summo". — Si unum haberemus hoc cap. 38 testimonium, hac sententia contentos nos esse operteret. Verum opportune accidit, quod caput 41 alterum nobis indicium praebet, quo res dirimi possit. Scriptum enim legimus l.l.: 'interim ego, qui *privatum* habebam *secessum*, in multas cogitationes diductus sum e. q. s.' Ubi Friedlaender: „Worin dieser *privatus secessus* besteht, da Encolpius seinen Platz zwischen Hermeros ('qui supra me accumbebat' 36; 37) und Agamemnon ('inclinatus ad aurem Agamemnonis' 49) hat, und zwar beiden so nahe, dass er sich mit ihnen leise unterhalten kann, ist nicht klar". — Immo apertum est verbis laudatis Encolpium signifiare *imum* in summo [1])

1) In *medio* imus ('praetorio' loco) Habiunas mox accumbit (cap. 65).

se accubare; ubi cum neminem infra habeat, quoties visum est, paulum e conspectu recedere potest [1]). Consequens autem est Agamemnonem, cuius ad aurem Encolpius se inclinat cap. 49, in proximo — i. e. medio — lecto summum accubare; infra quem collocandus mihi videtur Ascyltus, alter eius discipulus (cf. 58 p. 156. 10 sq.).

II.

In priore huius commentationis parte locum laudavi Vitruvii, quo describitur horologium a Ctesibio comparatum, quod regulis tympanisque dentatis aquae impulsum ita transferret, ut cum alia multa fierent automata, tum bucinae canerent. Quam descriptionem cum legissem, quaerendum putavi, quaenam fuisset huius machinae ratio; atque is quidem adeundus mihi videbatur auctor, qui de universo hoc deliciarum genere documenta praeberet locupletissima: Heronem dico Alexandrinum. Nec frustra speravi aliquid appositi hic me inventurum, in iis enim Heronis automatis, quae ad sonos [2]) imitandos pertinent, unum est, quod eam ipsam tympani rationem exhibere videtur, qua nobis opus est ad restituendum opus Ctesibii. Describitur automatum illud Pn. II cap. 32, cuius loci summam quam brevissime potero referam [3]).



Propositum. Thesauri [4]) tympano circumacto avis canere videatur, simul autem ipsa se convertat.

---

1) Digna est, quae conferatur imago triclinii eius Pompeiani, quae proponitur apud Mau, Pompeji pag. 270 fig. 137.

2) Passim agit de avium, tibiarum, bucinarum vocibus mechanice imitandis.

3) Paucis ac necessariis lineamentis iuxta textum expressi pleniorem eam et scaenographicam imaginem, quae invenitur in editione Schmidtiana.

4) In Aegypto huiusmodi arculae in templorum vestibulis erant. Nummis

Ratio. Dum tympanum *a* circumagitur, axis *bc* sursum torquet funiculum *d*, ex quo pendet pelvis inversa fistula *e* ornata. Tympanis porro *fg* et *gh* transmissa eadem impulsio circumagit axem *k*, cui infixa est avis. Misso deinde tympano *a*, suo pondere demergitur pelvis: canit fistula. Simul funiculus axes retorquet: retro versatur avis.

Principalis huius machinae pars *pelvis* est illa *inversa*, sive — ut vocabulo utar artis proprio — *pnigeus* [1]; ita enim a mechanicis antiquis vocabatur ex similitudine pelvis eius, qua restinguebantur prunae (vern. *doofbekken*, non, ut in lexicis nostris vertitur, *doofpot*). Hoc instrumentum quomodo horologii Ctesibici ad usus adaptari potuerit, mox videbimus; in praesens vero hoc monere velim eodem instrumento artificem illum usum esse in construendis organis hydraulicis [2]; quorum quae ratio fuerit, diligenter describunt Hero (Pn. I, 42) et Vitruvius (X, 13). Ex simpliciore ea forma, quam apud Heronem invenimus, profectus summam rei exponam [3].

Cum vectis deduxit fundum *a*, aër per foramen *c* operculo ambulatili munitum intrat in modiolum *b*. Repulso deinde fundo spiritus operculum *c* claudit, idem vero aperit assarium [4] *d*; quo aperto per fistulam *e* descendit in pnigea submersum et aquae adhuc plenum. Mox liquore per foramina *f* sursum expulso (*n*—*n'*) pnigeus et arcula *h* [5]) complentur spiritu

solutis circumagere licebat tympanum lustrale (ἁγνιστήριον); quod tympanum ex aere factum erat, quia in hoc metallo vis quaedam lustrandi inesset (Hero l. l.; I 32; cf. I 21), Wilamowitzius (Gr. Leseb. II Erl. 261 p. 162) „θησαυρός, Opferstock; solche sind uns vielfach — z. B. auf der Insel Thera — erhalten"

1) Cf. Vitruv X. 13. Aptissime imago huius vasis, quae in Heronis codicibus invenitur, locum illustrat Aristophanis, qui in lexicis laudari solet, Nubb. 96. Ipsa enim *hemisphaerii* forma poetae iocum suppeditat, cum dicit caelum orbem terrarum pnigeos instar premere.


2) Athen. IV 174*b* sqq.; Phil. Mech. Synt. 77. 42 sqq. Sch.; cf. Vitruv. IX 9, 2 sq. Utrum unus fuerit Ctesibius et is quidem Ptol. Euerg. I aetate (Tannery, Rev. des ét. grecq. 1896), an duo, quorum alter invenerit, alter emendaverit organum hydraulicum (Schmidt, Hero Alex. I p. X adn. 1), diiudicare non ausim. Probabilior sane videtur prioris opinio.

3) Ex scaenographicis Schmidtii imaginibus eas feci, quae partim frontem rerum ostendant, partem sectionem. Imago B superiorem partem imaginis A a latere exprimit.

4) Deest apud Heronem (Schmidt, Einl. pag. XXXVIII).

5) Arculam mutilam delineavi; continuatam eam finge et octo tibiis instructam.

coacto; qui quominus erumpat per tibiam *j*, impedit regula *i*. Postquam vero pinnam *k* depressit symphoniacus, regula *i* retro pulsa per foramen in tibiam *j* intrat spiritus liquoris *m*—*n*—*n'*—*m'* pondere impulsus: tibia sonat. Assiduo autem vectis motu cavetur, ne liquor rursus pnigea compleat. [1])




Quantumvis intersit inter subtilem hanc machinationem et simplex illud automatum, quod supra demonstravi, eadem tamen utrobique subest ratio *pnigeos spiritum ab aqua coactum cum sonitu emittentis*. Quod cum ita sit, haud dubium mihi videtur, quin eodem hoc instrumento uti liceat ad restituendum bucinatorem horologii Ctesibici. Eo igitur unde digressi sumus reversi quaeramus oportet, quomodo nostros ad usus accommodari possit thesauri illius Aegyptiaci ratio. Ita autem facillime res expedietur, opinor, si idem quod in thesauro efficit manus hominis tympanum lustrale tum circumagens tum remittens, in horologio efficietur altero quodam tympano, quod denticulorum coronam habeat *uno loco interruptam*. Sic enim fiet, ut singulas

1) Remissa pinna ferreum chordagium *z* regulam in pristinum locum retrahit.

post conversiones breve per spatium quasi e manu mittatur prius illud tympanum, quo sursum torquetur pnigeus.

His expositis reliquum est, ut imagine universam clepsydrae rationem demonstrem. Sed prius quam hoc faciam, pauca praemonenda sunt de administratione aquae. Notissima enim res est antiquos non, quemadmodum nos, iisdem totum per annum horis usos esse, sed prout dies noctes crescerent contraherentur, singula haec spatia in duodenas partes divisisse pro anni tempore minores aut maiores. Iam ut perpetuae huic vicissitudini aquae indicia responderent, duobus atque diversis modis provideri solebat: aut enim horarum tabula quotidie mutabatur, aut pro temporis usu citius ac tardius aquam emittebat receptaculum. (Vitruv. [1]) IX. 8.) In iis horologiis, de quibus nunc agimus, posteriorem rationem unam adhiberi potuisse quivis intelleget; namque si eadem semper celeritate assurgeret regula dentata in scaphio posita, bis tantum in anno — diebus dico aequinoctialibus — cum horarum terminis congrueret signum bucinae. Sin vero cum aqua segnius et celerius ascendet illa, sonorum quoque intervalla singulis et diebus et noctibus pro rata variabuntur. Quo autem modo regulae ascendentis impetus in apparatum bucinatorium transferatur, exemplo addito hinc iam explicabo.



1) De Vitruvii descriptionibus cf. Pauly Wissowa R. E. s. v. horologium. Lamer, Griech. Kultur im Bilde (fig. 130) nitidissimum exhibet exemplum clepsydrae versatili horarum tabula instructae.

Ratio. Liquor per foramen *a* delapsus in vas *bcde* paulatim elevat regulam dentatam *f* in scaphio inverso positam, cui superne infixum est sigillum manu tenens virgulam; qua virgula horae (XXIV) indicantur in columna descriptae. Regula dum ascendit, denticulis suis usque impellit tympanum *g*, quo circumagitur axis per parietem *be* pertinens in vas alterum, quo vase continetur apparatus bucinatorius. Denticulorum autem ratio ac numerus [1]) is est, ut quarta et vicesima pars regulae dentatae semel convertat tympana *g* et *h* in eodem axe posita, singulisque his conversionibus toties rursus circumagatur tympanum minus *i* (tympano *h* superne impulsum), quoties opus est ad extollendum pnigea demersum. Ita fit, ut singulis horis tympani *h* hiatus in eundem locum reversus tympano *i* copiam faciat relabendi; simul ergo et virgula et pnigeos tuba horam indicat. Mugitu autem per foramen *k* exeunte canere videt bucinator in vasis operculo positus. [2])

Hic quaestionis finem facere liceret, nisi data occasione operae pretium videretur una hic agere de nocturno illo Platonis horologio, cuius fit mentio apud Athenaeum IV 174 b. Locus hic est: καὶ ὁ Ἀλκείδης ἔφη· Ἀλλὰ μὴν καὶ τὸ ὄργανον τοῦτο, ἡ ὕδραυλις, εἴτε τῶν ἐντατῶν αὐτὸ θέλεις εἴτε τῶν ἐμπνευστῶν, Ἀλεξανδρέως ἐστὶν ἡμεδαποῦ εὕρημα, κουρέως [3]) τὴν τέχνην· Κτησίβιος δ' αὐτῷ τοὔνομα. ἱστορεῖ δὲ τοῦτο Ἀριστοκλῆς ἐν τῷ Περὶ χορῶν οὑτωσί πως λέγων· ζητεῖται δέ, πότερα τῶν ἐμπνευστῶν ἐστιν ὀργάνων ἡ ὕδραυλις ἢ τῶν ἐντατῶν [4]). Ἀριστόξενος μὲν

1) In delineanda imagine non id egi, ut suae cuique parti fierent mensurae; rationem ostendere satis habui.

2) Effici etiam potest, ut revera ipse bucinator canat: *cavum* fac sigillum et ex pnigeo erige fistulam tenuem, quae in bucinatoris corpus penetret liberaque sursum ac deorsum ambulet. In exemplo meo simpliciore ea ratione utor, quam exhibet thesaurus Aegyptiacus.

3) Secundum Aristoclem temporibus fuit Ptol. Euerg. II (l. l. d); Tryphone vero teste Ctesibius 'mechanicus' de org. hydr. scripserat (l. l. e.), quem fuisse constat temporibus Ptol. Phil., laudatur enim Besas eius ab Hedylo poeta (Athen. XI 497 d). Ceterum vide supra pag. 418[2]).

4) Iniuria Dielsius „*zuzufügen ist* ἢ τῶν καθαπτῶν, denn nur darum konnte der Streit sein, ob die Orgel ein Blas- oder ein Schlaginstrument sei. Für ein ἐντατόν, d. i. Saiteninstrument hielt sie doch im Ernste niemand". Locum bene habere non solum apparet ex iis quae antecedunt· εἴτε τῶν ἐντατῶν κ. τ. λ. sed etiam ex iis quae sequuntur· ἐντατὸν οὖν καὶ καθαπτόν κ. τ. λ. cf. ibid. e, ubi

οὖν τοῦτο [1]) οὐκ οἶδε. λέγεται δὲ Πλάτωνα μικράν τινα ἔννοιαν δοῦναι τοῦ κατασκευάσματος νυκτερινὸν ποιήσαντα ὡρολόγιον ἐοικὸς τῷ ὑδραυλικῷ οἷον κλεψύδραν μεγάλην λίαν. καὶ τὸ ὑδραυλικὸν δὲ ὄργανον δοκεῖ κλεψύδρα [2]) εἶναι. ἐντατὸν οὖν καὶ καθαπτὸν οὐκ ἂν νομισθείη, ἐμπνευστὸν δὲ ἂν ἴσως [3]) ῥηθείη διὰ τὸ ἐμπνεῖσθαι τὸ ὄργανον ὑπὸ τοῦ ὕδατος.

Ex Aristoclis testimonio, quod prae brevitatis studio parum diligenter refert Athenaeus, recte collegit Dielsius [4]) Platonis illud horologium clepsydram fuisse ita comparatam, ut *spiritu ab aqua coacto* signa daret automata. Repudiata ergo aliena ea machina, qua paucis annis ante Platonis horologium restituere conatus erat M. Schmidtius [5]), de integro rem aggressus est vir clarissimus eodemque siphonis apparatu, quo postea

---

Alcides tradit Aristoxenum τὰ ἐμπνευστὰ minoris fecisse quam τὰ ἐντατὰ καὶ καθαπτά, quoniam vel artis imperiti tibiis canere scirent. Apparet ergo per totum hunc locum duo respici instrumentorum musicorum genera: 1⁰ inflanda, ut tibiae; 2⁰ nervis intenta ideoque percutienda, ut citharae. Cum ex hac generum divisione profecti musici quaererent, utri subicienda essent hydraulica, procul dubio non modo ad ipsas pinnas attendebant digitis premendas (καθαπτούς), sed etiam ad chordagia illa nervosque, quae adducerent pinnas (vide supra pag. 419 adn. 1), quibusque — quamquam ad sonos moderandos non pertinerent — specie saltem ἐντατὸν fieret organum.

1) Recte monet Dielsius pronomine τοῦτο significari organum hydr. a Ctesibio demum inventum; brevius et inscite excerpsit Athenaeus. Probabile etiam quod vir clarissimus addit: testimonium de Platonis horologio pneumatico ad Aristoxenum referendum videri. Errat vero idem cum scribit: „wohl aber konnte Aristoxenos diese Streitfrage, die er nach dem weiter unten folgenden Zitate doch aufgeworfen hatte, gegenüber der Platonischen Pfeife diskutieren, die ja auf demselben Prinzipe wie die Orgel beruht". Neque enim posteriore eo loco (ibid. e. 11 sqq.) quicquam traditur nisi Aristoxenum fidibus posthabuisse tibias, utpote faciliores quae essent, neque omnino de Platonicae huius machinae genere ambigi poterat: si secus haberet, non arcesseretur ad probandam hydrauli *rationem pneumaticam*. Immo verisimile est Aristoxenum cum de tibiis illis facilioribus ageret, obiter mentionem fecisse tibiae Platonis, quae nullam omnino artem requireret.

2) „κατὰ κλεψύδραν Eust. 1157, 46 de suo (non C)" adn. Kaibelius. Textus sanus videtur, sed inscite Athenaeus quae legit refert. Tertium enim quod dicitur comparationis non est τὸ κλεψύδρα εἶναι (δοκεῖν), sed τὸ ἐμπνεῖσθαι ὑπὸ τοῦ ὕδατος, quod infra sequitur.

3) Cautius loquitur propterea quod hydraulus non, ut ea quae proprie ἐμπνευστὰ dicuntur, ipsius symphoniaci ore, sed mechanice inflatur.

4) Loco supra laudato.

5) Kulturhist. Beiträge II 38 (L. 1912). Pondere in pelvim decidente utitur Schmidtius.

Archimedem, iampridem usum fuisse posuit Platonem. Ipsa per se dum consideratur, nihil haec sententia habet, in quo offendas; neque enim veri dissimile est Platonis iam temporibus in usu fuisse siphones, neque apud Heronem, qui Pn. II. 5. eodem hoc instrumento utitur ad sonos efficiendos, quicquam invenitur, quod aut aptius aut aeque aptum sit [1]). Atqui hoc quoque quaeritur, quanam ratione philosophus apparatu illo usus videatur in construendo horologio *nocturno*. Primum audiamus Dielsium. Exploratum ei videtur Platonis horologium nullam aliam ad rem pertinuisse nisi ad discipulos passim per hortum Academi in casulis habitantes [2]) ante solis ortum e somno excitandos: sollemni enim illius aetatis more prima luce scholas instituisse philosophum. Ab hoc velut capite disputatione ducta contendit vir clarissimus Platonis clepsydram sub noctem impleri coeptam semel tantum atque id extrema nocte per siphonem ispam se exonerasse: idcirco autem permagnam (Athen. l.l.) eam fuisse, ut vox tibiae longe lateque audiretur per hortum.

Multis haec persuasisse Dielsium [3]) non crediderim. Faciamus enim — id quod vel ipsum per se parum probabile — Platonem quasi quodam gallo Academico discipulos e somno excitasse: consentaneum erat, ut ἐγερτικὸν appellaretur vel ἑωθινὸν horologium eius: nemo autem dicturus idem fuit νυκτερινόν. Atqui haec ipsa appellatio ab Athenaeo traditur; patet

1) Practer pnigeas et siphones etiam vase quodam versatili utitur Pn. II cap. 4 et 5.

2) l. l. pag. 826 adn. 2. Colligit hoc vir clar. ex Marciani de Aristotele et Diogenis Laertii de Polemone' testimoniis. (Ros. Fr. Arist. p. 428, 1; Diog. Laert. IV. 19).

3) Error Dielsii originem cepisse videtur ex interpretatione Bilsingeri, quae laudatur in libro q. i. Antike Technik p. 25. Verba Bilsingeri haec sunt: „Plato mass sich den Schlaf, wie die Behörde den prozessierenden Parteien die Zeit, durch ein bestimmtes Wasserquantum zu, und gab dem Gefäss eine Vorrichtung, wonach mit dem Ablauf des Wassers ein Ton erzeugt wurde, der ihn aus dem Schlafe erweckte und ihm die Möglichkeit gewährte, zu seinen nächtlichen Studien zurückzukehren".

Apparet Dielsium *excitatoriam* hanc Bilsingeri clepsydram ideo ex privata in publicam mutasse, ut rationem reddere posset insolitae eius magnitudinis, quae apud Athenaeum memoratur.

ergo *ipsius noctis ad usus* destinatam fuisse clepsydram Platonis, sive aliis sive sibi ipsi eam invenerat. Quodsi aliis, pertinere poterat ad vigilias militares dividendas (Aen. Tact. 22. 24), sin vero ipsi, ad moderanda studia nocturna. Neque solum nullo aut suo aut servorum negotio cavere poterat philosophus, ne diutius quam sibi proposuisset, imprudens pervigilaret, sed etiam commodissime tum, cum plura ei erant meditanda in diem posterum, singulis scholarum argumentis suum tempus distribuere poterat. Ceterum alias quoque nobis informare licet utilitates, ut puta, cum animum induxerat statis noctis horis caeli ac siderum conversiones observare [1]). Ne plura: concedes satis multas fuisse causas, cur *noctu* horarum indicia desiderari possent.

Haec cum ita sint, ea ratione restituendum mihi videtur Platonis horologium, ut singulis vel binis horis exactis siphone exhauriatur. Sed quorsum pertinuisse putemus insolitam illam apparatus magnitudinem, cuius mentionem facit Athenaeus? Nimirum aut ad *vim* aut ad *numerum* sonorum augendum pertinebat. Verum ad eos, quos modo descripsi usus nihil opus erat voce immodicae claritatis, neque inutilis tantum, sed etiam molestus fuisset acerrimus hic clangor. Id ergo unum restat, quod secundum posui: ita factum fuisse Platonis horologium, ut non singulis horis singula ederet signa, sed, prout nox progrederetur, bina terna quaterna, fortasse plura; quod ut fieret, permagna et multifariam divisa clepsydra opus fuisse consentaneum est. Qualis autem cogitari possit multiplicis eius clepsydrae forma, exemplo, quod infra conspicis, demonstravi. Cuius ratio haec est. [2])


Aqua ex receptaculo per foramen *a* delapsa in vas *c* unam

---

1) Cf. v. Wilamowitz. Platon p. 274 „Aber manche Nacht hat er auch mit den Seinen die Planeten an dem hellen Himmel Attikas beobachtet.... Öfter noch wird in seiner stillen Zelle die Lampe freundlich gebrannt haben.... dann schrieb er seine Dialoge".

2) Principium huius rationis mihi suppeditavit Hero, qui ut ostendat, quomodo varius avium cantus effici possit, nonnulla vasa aliud supra aliud collocata exhibet, quorum suum quodque habet siphonem. Aqua in summum vas infusa uno tenore gradatim per omnia vasa descendit, singulis autem vasibus aliae et aliae voces redduntur pro tibiarum formis. (Pneum. II. 5).

post horam siphone exhauritur in vas duplo maius *d*, unde dimidiam spiritus partem per tibiam *1* expellit: sonat hora prima. Postremus autem liquor elevat vectis corticem *z*; quo fit, ut os siphonis *d* hucusque occlusum [1]) aperiatur apertaque maneat horam alteram. Haec cum venit, aqua ex vase *c* effusa primum efficit, ut canat tibia *1*, ubi vero in summum siphonem pervenit, exhauritur in vas *e*: alterum signum auditur. Itaque duas post horas vasa *d* et *e* siphonum oribus tenus aquam residem continent. Tertium deinde cum effunditur vas *c*, aqua tribus quasi gradibus descendens tres brevi intervallo inter se excipientes sonos efficit; quarta hora quattuor tibiae canunt, et sic deinceps. Ipsas autem tibias [2]) ita factas puta, ut aliae graviores aliae acutiores edant voces.



Ab omni parte ipsam Platonis machinationem hoc exemplo referri demonstrari sane non potest: tota enim haec quaestio ex iis est, in quibus ultra probabilitatem progredi non licet. Quod vero ex insolita apparatus magnitudine collegi: non modo ipsas horas sed etiam horarum numeros indicandos esse, hoc confidentius asseverare ausim, cum praesertim duo accedant argumenta, ut secundaria, ita non praetermittenda. Primum enim id velim reputes parum adhuc commodum futurum fuisse *nocturnum* hoc horologium, si quota sonaret hora, adeundo demum et oculis inspiciendo cognosci posset. Tum vero moneo ab Aristoclis auctore Platonis clepsydram comparatam esse cum organis hydraulicis: quod ut faceret, multo illi magis in promptu erat, si plures quam si una sona-

---

1) Occlusi siphones, ne maior pars spiritus per eos evaderet. Quod si fieret levius quam opus est inflarentur tibiae et haud scio an omnino non canerent.

2) Simul eandem operam praestant quam in vase *c* foramen *b*, scil. aërem exteriorem admittunt.

ret tibia. Haec ergo cum accedant ad principale illud argumentum, ex quo profectus sum, dubium mihi non videtur, quin pneumatica Platonis clepsydra eandem praestiterit operam, quam hodie horologia percussoria.

Ad Alcmanem.

In clarissimo Alcmanis παρθενείῳ chorus puellarum magistram suam Agido laudibus extollit his verbis:

ὁρῶ
ϝ' ὥτ' ἅλιον, ὅνπερ ἇμιν
Ἀγιδὼ μαρτύρεται
φαίνην.

Patet Agido soli aequiperari, sed cetera absurda sunt neque, opinor, ullo modo intellegi poterunt, nisi sententiam sic dividas:

ὁρῶ
ϝ' ὥτ' ἅλιον (ὅνπερ ἇμιν
Ἀγιδὼ μαρτύρεται)
φαίνην.

„Video eam splendere instar solis (quem tamen Agido contra nos obtestatur)" i. e. quam tamen laudem Agido ipsum Solem obtestans deprecatur. Religio enim erat lumen aliquod Solis lumini aequare vel anteponere. Cf. Eur. Ion. 1439 sq.:

ὦ τέκνον, ὦ φῶς μητρὶ κρεῖσσον ἡλίου
(ξυγγνώσεται γὰρ ὁ θεός)...

Itaque, si recte video, verbum ὁρῶ hic, ut saepe apud scriptores inferioris aetatis et semel apud Thucydidem (VIII, 60, 3) cum accusativo et infinitivo coniunctum est. Insolita constructio rationi meae, utpote necessariae, mihi non obstare videtur. Ceterum etiam parenthesis interiecta excusationem dat ei satis probabilem.

G. V.

PROPERTIANA.

SCRIPSIT

I. I. HARTMAN.

(Continuantur e pag. 351).

ELEGIA 8.

Neque in hac neque in nona elegia utendum equidem censeo transpositionibus illis quibus iam Lachmannus vexavit utramque. Housmano vero, prius quam textum Propertianum tamquam corpus Hippolyti dilaniaret, deinde in eo miserum Hippolyti patrem frustra imitaretur, demonstrandum fuerat severis artis logicae praeceptis semper fideliter obsecutum poetam nostrum, neque umquam id fecisse quod semper et ubique miserorum miseriasque suas narrantium fuit ut lamentarentur et singultirent magis quam ordine singula proponerent. Nam si omnino in arte critica ea est utendum ratione, atque adeo desperatione, ut tuo arbitratu lacunas fingas et ex alio in alium librum quos tibi lubet versus traiicias, missam eam totam facere melius videtur quam sic ex arena sine calce aedificia struere conari. Hae certe elegiae satis bene mihi quidem cohaerere videntur. Eundem poetam ubique agnoscimus eundemque rerum statum, quem ab illo desultorie et abrupte identidem tractari tantum abest ut improbem ut multo magis si singula ordine proposuisset et disposuisset mihi mirandum videretur. Talem si quis ordinem huc introducere velit, nullum non distichon loco suo movere possit et post singula disticha lacunarum ponere asteriscos.

De singulis versibus paucissima habeo quae proferam in medium.

1—4 eripitur nobis iam pridem cara puella,
et tu me lacrimas fundere, amice, vetas.
nullae sunt inimicitiae nisi amoris acerbae:
ipsum me iugula, segnior hostis ero.

Burmanni coniectura *eris* (pro *ero*) nihil proficimus, Mitscherlichii vero *hostia ero* et hoc laborat morbo quod eo pentametri loco Propertius synizesin vitare videtur. Eiusmodi enim quisquiliae observatae ut ad nova in textum introducenda vel ad emendationes ceteroquin bonas refellendas nihil valent, ita conficiendis planeque iugulandis malis coniecturis quam maxime sunt idoneae. Vide quae annotavi ad I, 20, 51 sq. quos praeclaro Palmerii usus invento sic legendos statui:

his, o Galle, tuos monitus servabis amores
formosum ni vis, tu quoque perdere Hylam.

Nam Mitscherlichii *segnior hostia ero* ut nobis *hostia* aliqua cogitanda sit strenua acris bellicosa efficit. Quo quid absurdius? At Burmanni *eris* omnem perdit atque pessumdat loci, ut ita dicam, logicam. Tradita vero lectio omnibus numeris absoluta et integra videtur, modo (quo quidquam lenius?) *iugula* ad incertam personam dictum sumamus et ita accipiamus ut non ipsum iugulandi scelus sed sceleris cogitatio intelligatur: fac in me ipsum facere impetum aliquem, non maiore (immo minore) eum mactare conabor infortunio quam istum qui meam mihi Cynthiam eripere studet.

11 sqq. *ergo* iam multos nimium temerarius annos
improba, qui tulerim teque tuamque domum.
ecquandone tibi liber sum visus? An usque
in nostrum iacies verba superba caput?

Pro *ergo* Heinsius et Francius *ergo ego* coniecerunt. Quid refert? Tum melius O *iam* quam ς *tam*: senties si reputaveris *iam multos annos* sententiae relativae partem esse. Denique egregie inter se opponuntur particulae interrogativae *ne* et *an*. Sic enim decurrit series enuntiatorum: „ergo nimis temerarius ego, qui tot annos superbiam tuam et *servorum tuorum* (nam hoc est *domum tuam*) sim expertus? Tandem aliquando desine me inter servos tuos ponere, atque adeo illos mihi praeponere, an usque e. q. s.?"

17—28 Sibi iam ipse consciscere mortem poeta decrevit.

In hoc consilio significando semet ipsum cum Haemone confert, qui ne mortuus quidem se a sua Antigona separari passus est. Parum concinne, ut opinor. Admodum enim haec inter se differunt παθήματα ἐρωτικά. Sed non tantopere sunt diversa ut Haemonis hic in mentem venire potuisse Propertio magnopere mireris. Quid non designat amor... atque desperatio? Sed misso facto hoc exemplo ad suum casum poeta redit ipsamque Cynthiam sic alloquitur:

sed non efficies......

De qua re *efficienda* hic, obsecro, sermo est? Nulla e proxime praecedentibus, et ne e remotioribus quidem, peti potest quo apte verba illa referantur. Hoc equidem multo minus concoquo quam illud Haemonis exemplum paulo intempestivius a singultiente amatore allatum. Quapropter multo praefero lectionem codicis N.

sed non effugies

qua totus loci contextus multo fit melior: „Haemon suae Antigonae superesse noluit, at ego te vel invitam mecum mori cogam: eodem enim gladio quo memet ipsum te quoque transverberabo".

quamvis ista mihi mors sit inhonesta futura....

Apposite sic ad Haemonem redit: „Haemoni consilium suum duraturam attulit gloriam, ego te occidenda mihi parabo invidiam, tu moriere tamen". Vides non ita laxo vinculo quam primo aspectu videatur totum hunc locum cohaerere vinculo?

Hinc non ita magno saltu transit ad Achillem qui et ipse nimio Briseidis desiderio reprehensionem meruit. Prae hoc enim commilitonum stragem nihili fecit:

37—40 at postquam *sera* captiva est reddita poena
fortem *ille* Haemoniis Hectora traxit equis.
inferior multo cum sim vel matre vel armis,
mirum, si de me *iure* triumphat Amor?

vs. 36 libenter e margine codicum F et V et e codice N. *sera* sumo, pro vulgata lectione *sacra* quae est absurdissima; *ille* pro *illum* restituit non Muellerus sed multo antea Kootenius nostras; *iure* paulo inconcinnius interponitur, longe tamen Wyttenbachii praestat coniecturae *Tulle*.

Sed totam hanc versuum 37—40 clausulam considera;

nonne confitendum est praeclarissimam elegiam integram ad nos pervenisse? Nonne elegantissime exordio

eripitur nobis iam pridem cara puella,
et tu me lacrimas fundere, amice, vetas

et clausula:

mirum si de me iure triumphat Amor

tamquam in unum corpus teres atque rotundum ita constringitur, ut sub finem paucas illas levesque divagationes (ut ita appellem) in medio ne sentiamus quidem?

Elegia 9.

Quod modo in praefatiuncula ad elegiam octavam dicebam, ne hanc quidem nonam violentias istas requirere medicorum resecantium, transponentium, supplentium, id huiuscemodi est: Utraque est elegia ab omni parte egregia, utraque amorem spirat verum atque ardentem, utraque in partes est divisa proposito aptissimas et, dummodo ne a poeta flagites docti disceptatoris ἀκρίβειαν, bene satisque accurate dispositas. Hic autem poeta lamentatur rivalem sibi a Cynthia praelatum, levitatemque Cynthiae perstringit fideles ei ex Iliade et Odyssea opponendo mulieres, sua de ea merita ei obiicit imputatque, tandemque irae et indignationis non compos omnes invocat Amores ut sua in ipsum dirigant tela. Atque hic suas finire poterat querimonias accusationesque. Nihil enim video quod magis praecedentes deceat versus quam haec ad Amores allocutio:

39 sq. figite certantes, atque hanc mihi solvite vitam:
sanguis erit vobis maxima palma meus.

Mors ultima linea rerum. Non ita visum poetae nostro, sed paulisper ad fidem a se antea adversus Cynthiam servatam redit, et sic sponte nanciscitur pulcherrimam totius elegiae clausulam. Addit enim hoc unum: se postea eundem fore

45 sq. nec domina ulla meo ponet vestigia lecto:
solus ero, quoniam non licet esse tuum.

En iterum elegiam quae, quoniam omnino nimis laxo vinculo cohaerere iudici paulo severiori videri possit, exordio et fine in unum corpus firmum solidumque constringatur! Cum enim initium

poeta fecerit a Cynthiae perfidia amatores mutantis in horam

1 sq. iste quod est ego saepe fui, sed fors et in hora
hoc ipso eiecto carior alter erit,

quanto ipse et omnibus illis et ipsi Cynthiae praestet declarat vs. 46:

solus ero, quoniam non licet esse tuum,

qui, et ipse per se spectatus, versus immortalis dici meretur.

Non tamen recuso quominus ipse poeta hoc etiam adiecisse distichon credatur:

atque utinam, si forte pios eduximus annos,
ille vir in medio fiat amore lapis?

Non enim a rerum hominumque natura alienum amatorem exclusum finem facere non potuisse quin diris exsecrationibus in rivalem tanto feliciorem inveheretur. Nam est haec quoque clausula satis apta, in qua vocabula quae sunt *ille vir* satis lepide respondeant voci *ille* a qua factum est initium.

Sed qui praeterea etiam adduntur versus quatuor eos neque ferre neque concoquere possum:

49—52 Non ob regna magis diris cecidere sub armis
Thebani media non sine matre duces,
quam, mihi si media liceat pugnare puella,
mortem ego non fugiam morte subire mea.

Ubi, ut ceteras omnes mittam absurditates, quam stolide Iocaste, anus illa misera, frustra filios placare conata, comparatur cum puella formosissima, quae et ipsa in medium veniat pugnantium, non, hercle, ut dirimat certamen sed ut illud, utpote simul et arbitra et praeda futura ipsa (quod et ipsum satis mirum: diversissimum enim est quod nobis exhibet Horatius III 20), quam maxime instiget incendatque. Nec magis tolerabile illud quod nunc bis de sua morte locutus est poeta. Et quam sunt hae mortes inter se diversae! Modo Amoris atque Amorum cadit victima, modo fortiter pugnans vitamque suam defendens a rivale occiditur. Poterat et adversarium occidere et victor cum sua Cynthia domum redire.

Quid ergo his versibus faciamus? Transferamusne in elegiam octavam? Sic fecit Burmannus, at ego enixe obsisto. Quid enim sic proficimus? Nonne eaedem remanent absurditates ubicumque legantur? Immo reddamus eos impostori, qui imi-

tando Propertio gloriolam aliquam quaesierit et auctori suo suos tribuerit foetus. Ab eiusmodi homuncionibus nulla umquam summorum poetarum et scriptorum tuta fuit pagina.

3 sq. Penelope poterat bis senos salva per annos
vivere, tam multis femina digna procis.

Pro *salva* coniicitur fere *sola* et *casta*. Addi potest et *sancta*. Sed nonne potest mulier, quae salva pudicitia ex adulterorum evasit insidiis, et ipsa *salva* dici?

7 *visura* et quamvis numquam speraret Ulixem.

Tantum non necessaria videtur Paleyi correctio *venturum*.

8 illum exspectando facta remansit anus.

Paulo contortius dicta haec sunt. Nolim tamen quidquam mutare. Insolita enim haec structura locum non dedecet, nam sensus est perspicuus: dum illum exspectans remanebat, anus facta est.

28 dic, ubi tunc, pro di, perfida, quisve fuit?

Egregie *dic* pro *hic* Suringarius nostras. *Perfidus iste* quod Marklandus proposuit, mihi mire languere videtur et nescio an ne recte quidem sit enuntiatum. Ego certe, si mihi detur optio utrum malim traditam lectionem sequi, e qua *perfida* dicatur muliercula fidum amatorem fallens an coniecturam, quae *adulterum* nobis exhibet *perfidum* adversus rivalem quem superaverit, illud eligam: nam *perfidia* ei potissimum obiicitur cui quis antea fidem habuerit, confidere vero rivali insanientis est. Exclusus amator felicem adversarium „crudelem" potius vel „superbum" appellat. Contra illud

dic, ubi tum, pro di, perfida, quisve fuit?

quam egregie lamentantem decet Propertium! „Nunc" ait „iste se iactat et te fruitur. At tunc, cum tu aegra iacebas et amici, inter quos ego primarium tenebam locum, te flentes et maerentes circumstabant, neque aderat (ubi fuit?) neque omnino de eo cogitabat quisquam (nullus fuit): Iam unum pronomen *iste* sic nude positum traditam lectionem ab omni vindicat coniectura.

Quod vero est traditum *ubi... quisve* insolite quidem sed lepide dictum est.

44 nunc quoque *eris* quamvis sis inimica mihi.

Pro *eris* Housmanus proposuit *era's* hoc sensu: „unice a me amaris". Umquamne sic adhibetur vox quae est *era*?

Elegia 10.

Iocosum est, neque fortasse inutile, hic paucis in memoriam redire pravae cuiusdam opinionis, quae per sat multos annos haud leviter nocuit Propertii editionibus. Nam nunc haec elegia est libri secundi decima, sed diu fuit appellata prima libri tertii. Fecerat hoc Lachmanni auctoritas, cuius commenta tam saepe Propertio quoque funesta fuerunt. Contendit ergo Lachmannus hanc elegiam quae sic incipiat

sed tempus lustrare aliis Helicona choreis

revera esse prooemium libri, quo novum sit tractaturus argumentum poeta et de Cynthia taciturus. Iam primum ex isto superbo partu quam ridiculus nascitur mus! Sic enim totus liber secundus novem tantummodo habebit elegiolas. At paratam hic habebat defensionem Lachmannus: aiebat enim libri secundi maiorem partem interiisse. Hoc illud est quod olim tam lepide narravit Woelfflinus de studioso, qui, a professore propter infrequentiam reprehensus, se pone columnam sedisse respondebat. Fuse hanc retuli narrationem in initio *Analectorum* meorum *Taciteorum*. Et ad tertium illum librum Lachmannianum quod attinet, haud dubie haec de qua nunc agimus elegia speciem habet prooemii quo poeta promittit se iam Augusti proelia et victorias cantaturum. Sed veritatis nihil ea species habet: lepidum est caput sine cerebro. Excepta enim elegia 23 (de porticu Phoebi modo aperta) totus ille a Lachmanno tertius appellatus liber de una agit Cynthia, ad quam statim post simulatum illud prooemium poeta transiit. „At" ait incredibilium auctor ille „pro me pugnat versus ille

sat mea sat magna est si tres sint pompa libelli

quod dicere non potuit in medio libro secundo (13, 25) poeta, at potuit in initio tertii (4, 25)". Quasi vero res hic nobis sit cum patre familias tabulas aliquas apud praetorem urbanum concipiente. Nonne potuit iam multo ante quam secundum librum perfecisset, poeta tres se scripturum libros promittere et deinde aut stare promisso aut omnino non stare? An quisquam aequalium vel posterorum graviter poetae succenseret, si constaret, et pro certo constaret, numquam plus quam duos eum scripsisse libellos, de tertio addendo ne cogitasse quidem,

cum tamen tres promisisset? Equidem miror magis quod non totum illud de tribus a se edendis libellis deleverit postquam iam quartum scribere coepisset; quid si id fecisset quod insumulavit Lachmannus, ut quinque iuris faceret publici?

Et illud *quando* in versu qui ante Lachmannum fuit II, 10, 8

bella canam quando scripta puella mea est

tamne certum est significari poetam iam finem de Cynthia scribendi fecisse (quando = *quandoquidem*) an coniunctio est mere temporalis ita ut poeta declaret se *tum demum* bella cantaturum cum sibi iam satis multa de Cynthia scripsisse videbitur? Difficile diiudicatu, sed hoc verisimilius. Ita poeta, veritati convenienter, iam hic declaraverit se, quamdiu sit victurus, de Cynthia scribere numquam desiturum.

Sed accedit aliud multo gravius. Versus qui secundum Lachmannum secundam efficiunt libri tertii elegiam et quibus a Baehrensio lacunae signum praemittitur:

scribant de te alii vel sis ignota licebit
laudet qui sterili semina ponit humo:
omnia, crede mihi, tecum uno munera lecto
auferet extremi funeris atra dies;
et tua transibit contemnens ossa viator,
nec dicet „cinis hic docta puella fuit"

ei in codice F cum prima (Lachmanniana) cohaerent. Quidni hunc sequamur? An nullam apud te habet auctoritatem? Tuo ergo marte has duas elegias, quae hactenus plerisque visae sunt nihil inter se commune habere, inter se coniunge. Quo quid verisimilius? An Fonteinio potius obtemperemus sex hos versus transponenti post III, 24, 36? Haud dubie ibi quoque viciniae suae apti forent, sed neque illic quidquam desideratur et semel hic leguntur. Neque usquam ego ratione illa Scaligero-Housmaniana utendum censeo, si ullo alio modo nos ex aliqua difficultate extricare possumus. Hic vero ne umbra quidem apparet difficultatis.

Esto: primam habebit elegiam liber ille Lachmanni tertius, quae hoc habet argumentum: declarat poeta se missum facere amorem et ad aliud transire carminis genus quod quale sid futurum paucis delineat versibus: Augusti cantabit victorias in ultimis terris reportatas, arduum opus, ad quod quam parum

sit paratus probe sentiat. Sed subito se denuo ad Cynthiam convertit eique ut amatore poeta indignissimae plenam perfectamque oblivionem imprecatur et vaticinatur.

Estne, obsecro, novi libri prooemium hoc an nova de Cynthiae vitiis querimonia, simillima illis quarum plenae sunt elegiae octava et nona libri secundi, sed paulo acerbioris? Ne minatur quidem se historicum genus tractaturum sed illo

sed tempus lustrare aliis Helicona choreis

cum gemitu declarat taedium se iam cepisse Cynthiae. Cum gemitu, aio, nam illud „sed tempus" parum discrepat a gerundivo illo quod est in verbis Terentianis „mos gerundust Thaidi" ad quae prudenter annotat Donatus talia dici ab eo qui vi coactum et invitissimum se facturum aliquid lamentans lacrimansque declaret.

Denique Lachmanniana ratio librum secundum nobis obtrudit ridiculae brevitatis et tertium fingit qui sine ullo prooemio de eadem agit Cynthia, quae secundi unicum fuit argumentum. Tandem aliquando virum illum olim reformidatum, qui Wakefieldium Havercampium, alios viros tanto quam fuit ipse acutiores humanioresque „cum porcellis grunnire" iusserit, nos qui Propertio damus operam, missum faciamus, quemadmodum dudum iam fecerunt quibus „quaestio Homerica" (quae et ipsa iam emortua videtur) cordi est, neque minus (si recte me edocuerunt harum rerum periti) ii qui in Nibelungicorum inquirunt carminum originem.

10 sq. *nunc* volo subducto gravior procedere vultu,
nunc aliam citharam me mea Musa docet.

Miror non receptam a Baehrensio repetitionem *nunc*... *nunc* quae unice decet tristitiam iracundiamque illam cuius tota haec elegia plena est. Nam mire friget varia lectio *namque*; in codd. N V est *nunc*.

13 sq. iam negat Euphrates equitem post terga tueri
Parthorum et Crassos se tenuisse dolet.

Sensus hic esse videtur: Parthi, id quod ipse testatur Euphrates, iam respicere non audent, sed (simulatque Romani exercitus aliquid conspiciunt) quanta maxima possunt celeritate se dant in fugam.

15—18 India quin, Auguste, tuo dat colla triumpho,
et domus intactae te tremit Arabiae,
et si qua extremis tellus se subtrahit oris,
sentiat illa tuas postmodo capta manus.

Miror vs. 16 commemorari tantummodo, non in textum recipi a Baehrensio egregiam Fonteinii coniecturam *nemus*... *Assyriae* pro absurdo *domus*... *Arabiae*, quod vel propter metrum suspectum est. Tum vs. 17 *aut si qua* legendum est pro *et si qua*. Praecedentium enim sensus hic est: „totus tibi iam paret terrarum orbis". Denique vs. 18 *sentiet* lege pro *sentiat*, persanatus locus erit.

21—24 ut caput in magnis ubi non est tangere signis
ponitur hic imos ante corona pedes,
sic nos nunc, inopes laudis conscendere carmen,
pauperibus sacris vilia tura damus.

Laudis conscendere carmen sensu cassum esse multi intellexerunt. Emendare conati primi sunt codicum qui ς appellantur auctores, quorum *culmen* (pro *carmen*), sive est translatum e vetusto aliquo manuscripto, sive, quod verisimilius est, a docto aliquo excogitatum Italo, iam uno hoc nomine „deteriores" istos a communi novorum criticorum vindicat contemptione et inter eos ponit quorum magna est auctoritas. Non tamen cum Heinsio illam lectionem aequi bonique consulo, sed amplius quaerendum censeo. Comparat enim poeta semet ipsum cum aliis qui in re divina facienda, quoniam magnificentius pietatis suae dare documentum non possunt, humiliore sunt contenti: colossi alicuius caput ornare corona prae festinatione vel propter membrorum infirmitatem non possunt, ergo ante illius eam deponunt pedes. Egregie: tam id quod maius quam id quod minus est indidem sumitur. At in illo *laudis conscendere culmen* imaginis nihil est: ipsa res in universum suis indicatur vocabulis, aut si tamen inest aliquid, in uno conspicitur *conscendere* quod simile est praecedenti *caput (colossi) tangere*, at quaeritur varietas. Et quae ratio intercedit inter praecedens *conscendere* et subsequens *tura damus*? Falsius tamen etiam Marklandi *laudis conscendere currum*. Nam magnum est in proelio de curru hostem profligare, vel turmas hostium suo curru in fugam convertere,

sed cuiusvis Thersitae est vel ipsius Achillis *conscendere currum*. Neque multum proficimus coniecturis Fonteinii *contingere culmen*, Brouckhusii *contendere cursu*, Eldikii *lautis ostendere cultum*, Clercquii *lauto contendere cultu*, quae omnes laborant iis quae iam notavimus vitiis. Quamquam Clercquius suo *contendere* ad ipsam veritatem monstravit viam. Hanc tandem aliquando invenit Baehrensius rescripsitque *lautis contendere cenis*. Et ipse quidem Baehrensius, ut erat homo demissus verecundusque et adversus ceteros omnes lenis placidusque at sibi soli severus et inexorabilis, ‚ludere' hoc vocavit, at ego „hoc est emendare" clamaverim. Relege enim totum nunc locum et vide, atque adeo tuis audi auribus quam sit omnibus absolutus numeris:

ut caput in magnis ubi non est tangere signis
  ponitur hic imos ante corona pedes,
sic nos nunc, inopes lautis contendere cenis,
  pauperibus sacris vilia tura damus.

Elegia 12.

Uno et altero laborat suavissima haec elegia vitio, quod quomodo sit emendandum non facile dixeris: alius alio modo Propertii manum restituit, quorum quem singulis sim secutus locis ex ipsa mea apparebit interpretatione atque ex editione quam meo ipse obtemperans iudicio ei subieci. Sed de uno mihi versu paulo fusius disputandum videtur. Ergo sic Amorem alloquitur poeta 13 sq.

quid tibi iucundum est siccis habitare medullis?

Pentameter varie est traditus, ego recipiendum duxi quod manus secunda codicis V praebet:

si pudor est, alio traice tela puer.

Nam quod coniecit Baehrensiu id ego plane reiiciendum esse censeo. Et mirum quidem est de monosyllabo illo imperativo *i* tam multa disputari, non verebor tamen et ipse quaedam illis addere.

Primum post illud *i* aut semper aut plerumque *atque* sequitur aut *et*. Iam uno hoc argumento Baehrensii coniectura:

i, puer, en alio traiice tela tua

refutatur. Nemo enim, ut opinor, non sentit quam misere hic langueat istud *en*. Tum puer, qui sic compellatur, aut revera alibi agere aliquid iubetur, ut est apud Propertium III, 23 in fine:

> i puer, et citus haec aliqua propone columna,
> et dominum Esquiliis scribe habitare tuum

Revera enim et serio poeta tabellas suas recuperare studet. Aut simulat qui sic loquitur puerum facere a se iuberi id quod ipse iamdudum fecerit et facere pergat. Sic Horatius postquam magistellis quibusdam pessima quaeque est imprecatus (S. I, 10 in fine):

> Demetri teque Tigelli
> discipularum inter iubeo plorare cathedras

hoc etiam addit dictum mordacissimum:

> i puer, atque meo citus haec subscribe libello.

Saepe etiam illud *i* adhibetur cum nemo adsit qui vel fingatur ire iuberi. Novimus Cobeti illud, qui multa conquestus de puerorum, quae tunc erat, prava institutione (quid nunc diceret si ab inferis rediret?) exclamat: „i nunc atque istos literas antiquas doce." Sed quocumque vocis sono tota pronuntiatur locutio, primaria eius pars in subsequente cernitur imperativo, cui *i* tantum suum sibi praebet colorem. At in Baehrensiano

> i, puer, en alio traiice tela tua

omnia in una illa insunt litera: dummodo *abeat* Amor, bene habet, nihil amplius poeta optat. Sed de ea coniectura verbum non addo. Quamvis enim breviter admonitum neminem Propertium legentium non statim intelligere quam sit illa aliena ab usu atque adeo ab ipsa Latinae linguae indole persuasissimum mihi est. Contra id quod codicis V altera praebet manus:

> si pudor est, alio traiice tela, puer

quam aptum est proposito, quam egregie depingit miseri poetae tristitiam et desperationem! Fere eodem redit si quis *si pudor est* atque si quis *miserere meî* vel *iam noli ultra crudelis esse* lamentatur.

Elegia 13.

Bene cohaeret egregia haec elegia, neque quidquam ei deest.

Quae ad singulos locos annotem neque multa sunt et parvi momenti.

vs. 11 me iuvet in gremio doctae legisse puellae,
auribus et puris scripta probasse mea.

Nullus isto coniunctivo hic opus. Recte ut solet fieri ς: *iuvat*. Sic hoc distichon bene cohaerebit cum praecedenti:

non ego sum formae tantum mirator honestae,
nec si qua illustres femina iactat avos.

23 desit odoratis ordo mihi lancibus....

Quis ille *ordo* sit non facile exputabis. Recipiatur Fonteinii coniectura *nardus*.

25 Reducatur in textum codicum ς lectio.
sat mea sat magna est si tres sint pompa libelli.

35 .....qui nunc iacet horrida pulvis.

Quis istud *horrida* tueatur, Italorum correctione *arida* cognita?

49 sq. (Si Nestor numquam ad senectutem pervenisset)
non ille Antilochi vidisset corpus humari
diceret aut „o mors, cur mihi sera venis?"

Potuitne pulchrius? Non placet Baehrensio, sed *unde* legit pro *aut*, credo propter diversitatem temporum in *vidisset* et *diceret*. Quem talia movent?

Elegia 14.

Poeta, postquam iam non supplex iacuit ante ostium Cynthiae, voti compos factus, confidenter monet alios:

19 hoc sensi prodesse magis: contemnite, amantes

quoniam sequenti pentametro:

sic hodie veniet, si qua negavit heri

consilium poetae huc fere redit: „perferte et perdurate" nescio an varia lectio *contendite* vulgatae *contemnite* praestet.

29 sq. Desperati loci sensum recte restituisse sic mihi quidem Heinsius videtur:

nunc in te, mea lux veniat sua litora navis
servata, an mediis sidat onusta vadis.

Certe non probanda Housmani coniectura:

nunc a te, mea lux, pendet mea litore navis
solvat, an in mediis sidat onusta vadis.

Qui enim in medio mari sidere potest navis, quae ne solverit quidem a litore?

ELEGIA 15.

Hanc elegiam paulo lasciviorem quidem sed omnium quotquot umquam scriptae sunt veri ardoris plenissimam, ita dilaniavit Housmanus ut duos inde locos (41—48 et 31—36) in alias transferret elegias et ceteros tantum non omnes suam in hac sedem mutare iuberet. Sic ultro nos monuit ut totum quo tradita est ordinem aequi bonique consuleremus et omnia crederemus potius quam tam duro simulque tam absurdo et ridiculo fuisse obnoxium fato textum Propertianum. Nam, obsecro, quis hanc elegiam legere et intelligere non potest nisi prius eam ad suam exegerit normam redegeritque? Utrum est verisimilius natura ad saltus interdum (neque tamen ita vehementes) faciendos paulo propensiorem fuisse Propertium an elegiam aliquam, semel ad logicae artis praecepta ab eo compositam dispositamque, ab aliquo Fauno vel Satyro ita disiectam ut singulae partes tamquam oraculorum sortes huc illuc volitarent? Nam Housmaniano clivo qui semel institerit nusquam non habet ubi *δός μοι ποῦ στῶ* lamentetur. Sic de versu 36 nihil dicit ille omnium quotquot sunt vel fuerunt *χωριζόντων* vehementissimus, et tamen cui non homini ceteroquin placidissimo, cum legat

huius ero semper, mortuus huius ero

in mentem venire possit hunc olim fuisse elegiae nostrae finem versusque qui etiam sequantur 18 huc aliunde aberrasse? Manum tamen abstinebit cum observaverit locum qui sic incipiat:

quod mihi si tales iterum concedere noctes
illa velit, vitae longus et annus erit

nullo modo divelli posse ab ea elegia cuius hoc est initium:

O me felicem, nox o mihi candida et o tu
lectule deliciis facte beate meis!

Et ipsi illi 18 versus quo modo cohaerent? Primum poeta universo elegiae consilio convenienter declarat se Cynthiae amore perfrui decrevisse, eosque — et est hic quoque lenissimus transitus — sibi opponit qui aliam sequantur sectam:

41 qualem si cuncti cuperent decurrere vitam

MNEMOSYNE.

BIBLIOTHECA PHILOLOGICA BATAVA.

COLLEGERUNT

P. H. DAMSTÉ, J. J. HARTMAN, C. W. VOLLGRAFF.

OPERAM SUAM POLLICITI SUNT

K. KUIPER, J. C. NABER, M. C. VALETON, I. VAN WAGENINGEN.

NOVA SERIES.
VOLUMEN QUADRAGESIMUM NONUM.

LUGDUNI-BATAVORUM
E. J. BRILL.

LIPSIAE,
O. HARRASSOWITZ.
1921.

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA ET BIBLIOPOLIO QUAE ANTEHAC E. J. BRILLII FUERUNT.

INDEX

non ferrum crudele esset neque bellica navis
nec nostra Actiacum verreret ossa mare.
45 nec totiens propriis circum expugnata triumphis
lassa foret crines solvere Roma suos

Verissimum hoc minimeque a praecedentibus alienum. Versiculi vero ipsi sunt eiusmodi ut a solo Propertio potuisse componi quivis in hoc poeta paulo versatior lubenter credat. Nunc ad se redire debet poeta et redit

nos certe merito poterunt laudare minores:
laeserunt nullos pocula nostra deos.

Quid sibi hic *pocula* illa vellent multos quaesivisse opinor, certe quaesivit elegantissimus ille Fonteinius et *proelia* proposuit, vel *oscula*; quorum hoc languet misere, utrumque a poetae consilio abhorret. Apparet hoc e versu 42 quem consulto in praesentia omisi. Est enim huiuscemodi:

nec pressi multo membra iacere mero

ubi nemini umquam in mentem venturum arbitror quidquam esse mutandum atque adeo mutari posse.

Non tamen facile dixeris quam viam hic poetae sit secuta mens. Coniicio tamen sic fere eum secum esse ratiocinatum: „aut amori indulgent adolescentes aut vino; atqui multo est tutius Veneri quam Baccho obsequi; saepe enim qui poculis incaluerunt dicunt aliquid quod deorum moveat iram. Cui autem dii sunt irati saepe adigitur ad insaniam et ipsi et toti patriae nocituram. Ergo ego iure insons dici possum: nihil enim tale e temulentia commisi".

Esto: versus 37—54 dissecari nullo modo possunt, et totus hic 18 versuum locus cum tota elegiae parte quae praecedit quam artissime cohaeret. Ultimi vero versus:

ac veluti folia arentes liquere corollas
quae passim calathis strata natare vides,
sic nobis, qui nunc magnum spiramus amantes
forsitan includet crastina fata dies

egregiam efficiunt clausulam, qua totum elegiae argumentum: „brevis est vita, perfrui ea properemus" satis accurate refertur.

Denique multo malim totum hunc 18 versuum (37—54) locum impostoris esse credere, sua pro Propertianis venditan-

tis, quam ipsum Propertium, aut multo aut, quod minus etiam credibile, paulo post eum addidisse et sic ultro suum corrupisse opus quod versu 36 tam late sonantem clausulam

huius ero vivus, mortuus huius ero

iam esset nactum.

Neque magnopere obsto quominus cum Fonteinio vs. 17—22

quod si pertendens animo vestita cubaris,
scissa veste meas experiere manus.
quin etiam, si me ulterius provexerit ira,
ostendes matri brachia laesa tuae.
necdum inclinatae prohibent te ludere mammae,
viderit hoc, si quam iam peperisse pudet

quorum color mire discrepat a praecedentibus, hinc eximamus. Sed neutro loco transponendo, si iam invenire possemus sedem in quam aliquo modo inferciri posset, quidquam proficeremus.

Age iam de paucis versiculis separatim et breviter agamus

1 o me felicem! o nox mihi candida

Quidni, obsecro, non magis cum metri quam cum enuntiationis emolumento legamus

o me felicem! nox o mihi candida...?

An ea solum causa est quod „deteriores" sic habent? Perversa, hercle, ratio. Aequius foret vel hoc uno nomine eos „meliores" appellitare.

25 sq. atque utinam haerentes sic nos vincire catena
vellet ut nunquam solveret ulla dies.

Sic F invito metro, D V N *velles ut,* Baehrensius *vellet uti.* Num forte Lachmannus suo *Idalie* pro *ulla dies* rem acu tetigit? Vel sic hoc vix credibile. Sed accedit quod *solveret* non idem quod *vincire* habere subiectum potest. Neque magnopere placet Guyeti *Cythera* pro *catena*; omnino lectiones *catena* et *ulla dies* omni dubitationi exemptae videntur. Tentandum tamen aliquid est, nam *velles ut* plane ferri non potest: non enim Mars sed Vulcanus Martem et Venerem catena iunxit. Baehrensii vero *vellet uti* hoc mali habet quod *catena* parum aptum τῷ *vellet* subiectum videtur. Neque quidquam nos adiuvat Sulpicia (Tib. IV, 5, 15 sq.) cuius haec sunt:

sed potius valida teneamur uterque catena,
nulla queat posthac nos soluisse dies

nam licet ibi eadem fere legantur vocabula quae nunc apud Propertium consideramus, ne specie decipiamur cavendum est. Vide enim quid praemittat Sulpicia:

> nec tu sis iniusta, Venus, sed serviat aeque
> vinctus uterque tibi vel mea vincla leva.

En in duorum distichorum spatium viginti versuum contractum argumentum. Cerinthi amore se captam Sulpicia fatetur; mutuum hunc fore amorem sperat; metuit tamen omnia; quodsi a Cerintho spernatur, se quoque amore vacare mavult quam ultra ab iniusta torqueri Venere; denique ad optima quaeque speranda semet ipsa excitat. At apud Propertium nullam cernis in utramque partem, nedum in tres quatuorve partes, disputationem. Nihil ergo duo hi loci inter se habent commune quam *catenam* illam. Qua metaphora in disputatione de quovis amore nihil tritius vel decantatius esse opinor. Quodsi verum est quod Cartaltius coniecit, et verissimum esse ego, ut olim (vide libellum meum c. t. „Flos Delibatus", a Brilliis a. 1911 editum, p. 26 sqq.), sic nunc quoque mihi habeo persuasum, Sulpiciae quae dicuntur elegiae ipsius sunt Tibulli, qui in iusta carmina Sulpiciae redegerit „epistolia". Ergo ipsa temporis ratio tantum non vetat nos ea quae e Tibulli l. IV el. 5, 15 sq. citavimus:

> sed potius valida teneamur uterque catena,
> nulla queat posthac nos soluisse dies

tamquam e nostro Propertii loco sumpta huc trahere, praesertim si cum Italis *quam* legimus pro vitioso *nos* (vide libelli citati p. 17). Sed quod tentem nihil ipse habeo.

refutatur. Nemo enim, ut opinor, non sentit quam misere hic langueat istud *en*. Tum puer, qui sic compellatur, aut revera alibi agere aliquid iubetur, ut est apud Propertium III, 23 in fine:

> i puer, et citus haec aliqua propone columna,
> et dominum Esquiliis scribe habitare tuum

Revera enim et serio poeta tabellas suas recuperare studet. Aut simulat qui sic loquitur puerum facere a se iuberi id quod ipse iamdudum fecerit et facere pergat. Sic Horatius postquam magistellis quibusdam pessima quaeque est imprecatus (S. I, 10 in fine):

> Demetri teque Tigelli
> discipularum inter iubeo plorare cathedras

hoc etiam addit dictum mordacissimum:

> i puer, atque meo citus haec subscribe libello.

Saepe etiam illud *i* adhibetur cum nemo adsit qui vel fingatur ire iuberi. Novimus Cobeti illud, qui multa conquestus de puerorum, quae tunc erat, prava institutione (quid nunc diceret si ab inferis rediret?) exclamat: „i nunc atque istos literas antiquas doce." Sed quocumque vocis sono tota pronuntiatur locutio, primaria eius pars in subsequente cernitur imperativo, cui *i* tantum suum sibi praebet colorem. At in Baehrensiano

> i, puer, en alio traiice tela tua

omnia in una illa insunt litera: dummodo *abeat* Amor, bene habet, nihil amplius poeta optat. Sed de ea coniectura verbum non addo. Quamvis enim breviter admonitum neminem Propertium legentium non statim intelligere quam sit illa aliena ab usu atque adeo ab ipsa Latinae linguae indole persuasissimum mihi est. Contra id quod codicis V altera praebet manus:

> si pudor est, alio traiice tela, puer

quam aptum est proposito, quam egregie depingit miseri poetae tristitiam et desperationem! Fere eodem redit si quis *si pudor est* atque si quis *miserere mei* vel *iam noli ultra crudelis esse* lamentatur.

Elegia 13.

Bene cohaeret egregia haec elegia, neque quidquam ei deest.

Quae ad singulos locos annotem neque multa sunt et parvi momenti.

vs. 11 me iuvet in gremio doctae legisse puellae,
auribus et puris scripta probasse mea.

Nullus isto coniunctivo hic opus. Recte ut solet fieri C: *iuvat*. Sic hoc distichon bene cohaerebit cum praecedenti:

non ego sum formae tantum mirator honestae,
nec si qua illustres femina iactat avos.

23 desit odoratis ordo mihi lancibus....

Quis ille *ordo* sit non facile exputabis. Recipiatur Fonteinii coniectura *nardus*.

25 Reducatur in textum codicum C lectio.
sat mea sat magna est si tres sint pompa libelli.

35 .....qui nunc iacet horrida pulvis.

Quis istud *horrida* tueatur, Italorum correctione *arida* cognita?

49 sq. (Si Nestor numquam ad senectutem pervenisset)
non ille Antilochi vidisset corpus humari
diceret aut „o mors, cur mihi sera venis?"

Potuitne pulchrius? Non placet Baehrensio, sed *unde* legit pro *aut*, credo propter diversitatem temporum in *vidisset* et *diceret*. Quem talia movent?

Elegia 14.

Poeta, postquam iam non supplex iacuit ante ostium Cynthiae, voti compos factus, confidenter monet alios:

19 hoc sensi prodesse magis: contemnite, amantes

quoniam sequenti pentametro:

sic hodie veniet, si qua negavit heri

consilium poetae huc fere redit: „perferte et perdurate" nescio an varia lectio *contendite* vulgatae *contemnite* praestet.

29 sq. Desperati loci sensum recte restituisse sic mihi quidem Heinsius videtur:

nunc in te, mea lux veniat sua litora navis
servata, an mediis sidat onusta vadis.

Certe non probanda Housmani coniectura:

nunc a te, mea lux, pendet mea litore navis
solvat, an in mediis sidat onusta vadis.

Qui enim in medio mari sidere potest navis, quae ne solverit quidem a litore?

Elegia 15.

Hanc elegiam paulo lasciviorem quidem sed omnium quotquot umquam scriptae sunt veri ardoris plenissimam, ita dilaniavit Housmanus ut duos inde locos (41—48 et 31—36) in alias transferret elegias et ceteros tantum non omnes suam in hac sedem mutare iuberet. Sic ultro nos monuit ut totum quo tradita est ordinem aequi bonique consuleremus et omnia crederemus potius quam tam duro simulque tam absurdo et ridiculo fuisse obnoxium fato textum Propertianum. Nam, obsecro, quis hanc elegiam legere et intelligere non potest nisi prius eam ad suam exegerit normam redegeritque? Utrum est verisimilius natura ad saltus interdum (neque tamen ita vehementes) faciendos paulo propensiorem fuisse Propertium an elegiam aliquam, semel ad logicae artis praecepta ab eo compositam dispositamque, ab aliquo Fauno vel Satyro ita disiectam ut singulae partes tamquam oraculorum sortes huc illuc volitarent? Nam Housmaniano clivo qui semel institerit nusquam non habet ubi δός μοι ποῦ στῶ lamentetur. Sic de versu 36 nihil dicit ille omnium quotquot sunt vel fuerunt χωριζόντων vehementissimus, et tamen cui non homini ceteroquin placidissimo, cum legat

huius ero semper, mortuus huius ero

in mentem venire possit hunc olim fuisse elegiae nostrae finem versusque qui etiam sequantur 18 huc aliunde aberrasse? Manum tamen abstinebit cum observaverit locum qui sic incipiat:

quod mihi si tales iterum concedere noctes
  illa velit, vitae longus et annus erit

nullo modo divelli posse ab ea elegia cuius hoc est initium:

O me felicem, nox o mihi candida et o tu
  lectule deliciis facte beate meis!

Et ipsi illi 18 versus quo modo cohaerent? Primum poeta universo elegiae consilio convenienter declarat se Cynthiae amore perfrui decrevisse, eosque — et est hic quoque lenissimus transitus — sibi opponit qui aliam sequantur sectam:

41 qualem si cuncti cuperent decurrere vitam

MNEMOSYNE.

BIBLIOTHECA PHILOLOGICA BATAVA.

COLLEGERUNT

P. H. DAMSTÉ, J. J. HARTMAN, C. W. VOLLGRAFF.

OPERAM SUAM POLLICITI SUNT

K. KUIPER, J. C. NABER, M. C. VALETON, I. VAN WAGENINGEN.

NOVA SERIES.
VOLUMEN QUADRAGESIMUM NONUM.

LUGDUNI-BATAVORUM
E. J. BRILL.

LIPSIAE,
O. HARRASSOWITZ.
1921.

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA ET BIBLIOPOLIO QUAE ANTEHAC E. J. BRILLII FUERUNT.

INDEX

non ferrum crudele esset neque bellica navis
nec nostra Actiacum verreret ossa mare.
45 nec totiens propriis circum expugnata triumphis
lassa foret crines solvere Roma suos

Verissimum hoc minimeque a praecedentibus alienum. Versiculi vero ipsi sunt eiusmodi ut a solo Propertio potuisse componi quivis in hoc poeta paulo versatior lubenter credat. Nunc ad se redire debet poeta et redit

nos certe merito poterunt laudare minores:
laeserunt nullos pocula nostra deos.

Quid sibi hic *pocula* illa vellent multos quaesivisse opinor, certe quaesivit elegantissimus ille Fonteinius et *proelia* proposuit, vel *oscula*; quorum hoc languet misere, utrumque a poetae consilio abhorret. Apparet hoc e versu 42 quem consulto in praesentia omisi. Est enim huiuscemodi:

nec pressi multo membra iacere mero

ubi nemini umquam in mentem venturum arbitror quidquam esse mutandum atque adeo mutari posse.

Non tamen facile dixeris quam viam hic poetae sit secuta mens. Coniicio tamen sic fere eum secum esse ratiocinatum: „aut amori indulgent adolescentes aut vino; atqui multo est tutius Veneri quam Baccho obsequi; saepe enim qui poculis incaluerunt dicunt aliquid quod deorum moveat iram. Cui autem dii sunt irati saepe adigitur ad insaniam et ipsi et toti patriae nocituram. Ergo ego iure insons dici possum: nihil enim tale e temulentia commisi".

Esto: versus 37—54 dissecari nullo modo possunt, et totus hic 18 versuum locus cum tota elegiae parte quae praecedit quam artissime cohaeret. Ultimi vero versus:

ac veluti folia arentes liquere corollas
quae passim calathis strata natare vides,
sic nobis, qui nunc magnum spiramus amantes
forsitan includet crastina fata dies

egregiam efficiunt clausulam, qua totum elegiae argumentum: „brevis est vita, perfrui ea properemus" satis accurate refertur.

Denique multo malim totum hunc 18 versuum (37—54) locum impostoris esse credere, sua pro Propertianis venditan-

tis, quam ipsum Propertium, aut multo aut, quod minus etiam credibile, paulo post eum addidisse et sic ultro suum corrupisse opus quod versu 36 tam late sonantem clausulam

huius ero vivus, mortuus huius ero

iam esset nactum.

Neque magnopere obsto quominus cum Fonteinio vs. 17—22

quod si pertendens animo vestita cubaris,
scissa veste meas experiere manus.
quin etiam, si me ulterius provexerit ira,
ostendes matri brachia laesa tuae.
necdum inclinatae prohibent te ludere mammae,
viderit hoc, si quam iam peperisse pudet

quorum color mire discrepat a praecedentibus, hinc eximamus. Sed neutro loco transponendo, si iam invenire possemus sedem in quam aliquo modo inferciri posset, quidquam proficeremus.

Age iam de paucis versiculis separatim et breviter agamus

1 o me felicem! o nox mihi candida

Quidni, obsecro, non magis cum metri quam cum enuntiationis emolumento legamus

o me felicem! nox o mihi candida...?

An ea solum causa est quod „deteriores" sic habent? Perversa, hercle, ratio. Aequius foret vel hoc uno nomine eos „meliores" appellitare.

25 sq. atque utinam haerentes sic nos vincire catena
vellet ut nunquam solveret ulla dies.

Sic F invito metro, D V N *velles ut,* Baehrensius *vellet uti.* Num forte Lachmannus suo *Idalie* pro *ulla dies* rem acu tetigit? Vel sic hoc vix credibile. Sed accedit quod *solveret* non idem quod *vincire* habere subiectum potest. Neque magnopere placet Guyeti *Cythera* pro *catena*; omnino lectiones *catena* et *ulla dies* omni dubitationi exemptae videntur. Tentandum tamen aliquid est, nam *velles ut* plane ferri non potest: non enim Mars sed Vulcanus Martem et Venerem catena iunxit. Baehrensii vero *vellet uti* hoc mali habet quod *catena* parum aptum *τῷ vellet* subiectum videtur. Neque quidquam nos adiuvat Sulpicia (Tib. IV, 5, 15 sq.) cuius haec sunt:

sed potius valida teneamur uterque catena,
nulla queat posthac nos soluisse dies

nam licet ibi eadem fere legantur vocabula quae nunc apud Propertium consideramus, ne specie decipiamur cavendum est. Vide enim quid praemittat Sulpicia:

nec tu sis iniusta, Venus, sed serviat aeque
vinctus uterque tibi vel mea vincla leva.

En in duorum distichorum spatium viginti versuum contractum argumentum. Cerinthi amore se captam Sulpicia fatetur; mutuum hunc fore amorem sperat; metuit tamen omnia; quodsi a Cerintho spernatur, se quoque amore vacare mavult quam ultra ab iniusta torqueri Venere; denique ad optima quaeque speranda semet ipsa excitat. At apud Propertium nullam cernis in utramque partem, nedum in tres quatuorve partes, disputationem. Nihil ergo duo hi loci inter se habent commune quam *catenam* illam. Qua metaphora in disputatione de quovis amore nihil tritius vel decantatius esse opinor. Quodsi verum est quod Cartaltius coniecit, et verissimum esse ego, ut olim (vide libellum meum c. t. „Flos Delibatus", a Brilliis a. 1911 editum, p. 26 sqq.), sic nunc quoque mihi habeo persuasum, Sulpiciae quae dicuntur elegiae ipsius sunt Tibulli, qui in iusta carmina Sulpiciae redegerit „epistolia". Ergo ipsa temporis ratio tantum non vetat nos ea quae e Tibulli l. IV el. 5, 15 sq. citavimus:

sed potius valida teneamur uterque catena,
nulla queat posthac nos soluisse dies

tamquam e nostro Propertii loco sumpta huc trahere, praesertim si cum Italis *quam* legimus pro vitioso *nos* (vide libelli citati p. 17). Sed quod tentem nihil ipse habeo.

ELEGIA 16.

1 praetor ab Illyricis venit modo, Cynthia, terris,
maxima praeda tibi, maxima cura mihi.
non potuit saxo vitam posuisse Cerauno?
a Neptune, tibi qualia dona darem!
5 nunc sine me plena fiunt convivia mensa,
nunc sine me tota ianua nocte patet.
quare, si sapis, oblatas ne desere messes,
et stolidum pleno vellere carpe pecus;
deinde, ubi consumpto restabit munere pauper,
10 dic alias iterum naviget Illyrias.
Cynthia non sequitur fasces, nec curat honores:
semper amatorum ponderat illa sinus.
At tu nunc nostro, Venus, o succurre dolori,
rumpat ut assiduis membra libidinibus.
15 ergo muneribus quivis mercatur amorem?
Iuppiter, indigna merce puella perit.
semper in Oceanum mittit me quaerere gemmas,
et iubet ex ipsa tollere dona Tyro.
atque utinam Romae nemo esset dives e. q. s.

Quod saepe iam dixi, neque umquam iusto saepius dici potest, nullas in arte critica certas esse normas sed quemque locum per se esse considerandum atque quod cuique placeat maxime ubique esse eligendum, id hic quoque usu venit. Omnino mihi ratio illa, quam brevitati consulens Housmanianam dico, parum placet, utpote quae pro poeta ipso disiecta nobis poetae det membra. Sed sunt loci, ubi nihil transponi velle plane sit insanientis. Velut hic istud *quare* e. q. s. (nunc vs. 6) ubi nunc leguntur ferri nullo modo posse nemo est quin sentiat, nemo qui sibi sententiarum connexum vel divinare posse videatur. Iam vss. 11 sq.

Cynthia non sequitur fasces, nec curat honores:
semper amatorum ponderat illa sinus

et 17 sq.

semper in Oceanum mittit me quaerere gemmas,
et iubet ex ipsa tollere dona Tyro

inter se esse iungenda perspexit cuius in textu tradito con-

demnando ne dubitationi quidem obnoxium fuit iudicium Fonteinius. Nunc quaternionem illum Fonteinianum (Cynthia—Tyro) statim post vs. 6 pone, videbis omnia, etiam illud *quare*, suum sibi obtinere locum.

21 sqq. (Si Romae nemo esset dives)

> numquam venales essent ad munus amicae,
> atque una fieret cana puella domo.

Haec perspicua. Sed sequitur:

> *non quia* septenas noctes seiuncta *cubaris*,
> candida tam foedo brachia fusa viro

verba haec, ut opinor, eius sunt qui aut nihil a Cynthia commissum credat, aut huius certe peccati ei det veniam. Quod a proposito quam alienissimum. Lege ergo cum Italis: *numquam... cubares.* Vitium quomodo natum sit statim apparet. Incipit enim vs. 25 et ipse a vocabulis *non quia.* Et ut est intolerabilis anaphora *non quia... non quia,* ita aptissimam huic loco vim habet altera illa *numquam... numquam.*

Versu 20 sic pergitur „non quia peccaris". At, o bone, modo declarasti te certo scire et aegre ferre peccasse Cynthiam! Et estne Cynthia adhibenda suae ipsius an tuae integritatis testis? Hoc ut opinor. Restituamus ergo codicum O lectionem: „non quia peccarim (testor te)."

De rivale sibi praelato sic poeta lamentatur:

> 27 sq. barbarus excussis agitat vestigia lumbis
> et subito felix nunc mea regna tenet

haec ego (a codicibus ς accepto *excussis* pro *exclusis*) sic verti ut comparatio institueretur barbari istius cum gallo gallinaceo quem ipsa Venus reddiderit superbum.

Vellem nunc statim transiretur ad versum 43:

> sed quascumque tibi vestes quoscumque smaragdos
> quosque dedit flavo lumine chrysolithos
> haec videam rapidas in vanum ferre procellas
> qua tibi terra, velim, qua tibi fiat aqua

(*qua-qua* Scaliger pro *quae... quae*)
tum Cynthia admoneretur poenae quae semper perfidas maneat puellas; sic enim aptissime totum carmen his clauderetur versibus:

quare ne tibi sit tanti Sidonia vestis
ut timeas, quotiens nubilus Auster erit.

Nam versus 29—42 de Eriphyle, de Creusa, de Antonio et Cleopatra, de Augusto, plane hinc sunt alieni, et quae de poetae et Cynthiae amoribus interiiciuntur ea languidissime sunt enuntiata et Propertio prorsus indigna. Multo vero facilius mihi fingo sciolos qui sua commenta in textum inseruerint, quam importunos insanosque homines, qui textum bene compositum ventis tradiderint huc illuc ferendum.

Sed nostram elegiam hoc ordine relege:

1—6
11 sq.
17 sq.
7—10
13—16
19—28
43—56

pauculis quas ego commendavi receptis emendationibus: concedes te numquam quidquam legisse venustius et in se teres magis atque rotundum.

Elegia 17.

Transpositionibus, quas Lachmannus est commentus, ego hic non utendum censeo. Vel sic haec elegiola, ut paulo languidior, ita Propertio minime indigna videtur. Modo vs. 13 quod habent codices *iuvat* retineamus: in *iubet* mutavit Lachmannus, credo ut haberet quod transponeret et vs. 15 cum Beroaldo *nunc* pro *nec* legamus. Triplex illud *nunc* brevi intervallo in versus initio positum (12, 13, 15) bene depingit exclusi amatoris desperationem et indignationem. Aurati *in freta* (vs. 15) pro *impia* displicet; illo enim

nunc iacere *e saxo* corpus iuvat *in freta* saxo

quid potuit excogitari putidius? Nisi illud est quod versu 14 non *sumere in manus* legitur sed „sumere in *nostras* manus"; importunum istud *nostras* quo modo sit emendandum in tenebris latet. Sed praeterea non video quidni hasce poetae aequi bonique consulamus querimonias:

12 nunc decimo admittor vix ego quoque die:
nunc iacere e duro corpus iuvat, impia, saxo.
sumere et in nostras(?) trita venena manus;
nunc licet in triviis sicca requiescere luna,
aut per rimosas mittere verba fores

cum praesertim tam bene ad sanam se iam mentem rediisse declaret clausula:

quod quamvis ita sit, dominam mutare cavebo:
tum flebit cum in me senserit esse fidem

qua, nescio quomodo, toti elegiolae sua sibi vis atque ardor praebetur.

Elegia 18.

Corrumpitur suavissima haec elegia si in duas dividitur partes et si identidem lacunae significatur suspicio; ipsis enim ab alio ad aliud argumentum transitionibus peculiarem quandam obtinet venustatem. Sic a vs. 4 ad 5 ita transitur ut mente supplendum sit: „probe novi illam legem, sed parere ei non possum miser" similiterque poeta subito vs. 23 sq. infert.

vs. 5 optima mihi Heinsii videtur lectio:

quid mea si canis aetas candesceret annis?

vs. 9 sq. sic fere cum Housmano constituerim:

illum saepe prius decedens fovit in ulnis

(*ulnis* Ꞓ pro *undis*)

quam stadiis functos sedula lavit equos

atque cum Hertzbergio praemiserim 10 sq., ut totus locus fiat:

illum ad vicinos cum amplexa quiesceret Indos
maturos nimium est questa redire dies

(*nimium* optima est Baehrensii correctio pro *iterum*)

illum saepe prius decedens fovit in ulnis
quam stadiis functos sedula lavit equos

(nisi quod recte *pavit* pro *lavit* coniecit Paleius, et quod pro *decedens* contrarium requiritur potius: equos enim curare, sive lavando sive pascendo, domum reversi potius est quam iter instaurantis).

Post vs. 28 egregie statim sequitur 31. Sic etiam Baehrensii *desine* pro *de me* (29) fit venustissimum. Tum *per te* cum Hoeufftio legendum est pro *certe*.

Vs. 33 sqq. lepidissime iam multo ante refutantur mendacia quibus uti possit Cynthia ad semet ipsam purgandam quod a tot viris visatur. Risum vero movet *filius* ille.

Ultimo versu Guyeti *terras* praestat tradito *terram* et Francii *transvolat* vulgato *transsilit.*

(Continuabuntur).

AD CICERONIS OR. PRO SESTIO § 46.

Ad semetipsum defendendum contra eorum reprehensionem, qui quod in voluntarium iisset exilium non probarent, pulchra hac Cicero utitur imagine: si in navem, in qua ego navigarem, praedones impetum facerent, promitterentque se, si ego deditus essem, ceteris esse parsuros vectoribus, ego, si se id facturos negassent vectores, me in mare iniicerem. Tum sic pergit (affero nunc ipsius verba):

Cum vero in hanc reipublicae navem, ereptis [senatui] gubernaculis fluitantem in alto tempestatibus seditionum ac discordiarum, armatae tot classes, nisi essem ego unus deditus, incursurae viderentur, cum proscriptio, caedes, direptio denuntiarentur.... (cetera quivis facile mente supplebit).

Vides quo dehonestamento hunc locum purgandum censeam. Scio quidem apud antiquos scriptores non tam severe quam apud recentiores imaginibus arceri vocabula non ad imaginem sed ad rem propter quam imago instituitur pertinentia, sed nusquam tam audacter atque adeo tam absurde ea licentia Cicero abutitur.

I. I. H.

MNEMOSYNE.

BIBLIOTHECA PHILOLOGICA BATAVA.

COLLEGERUNT

P. H. DAMSTÉ, J. J. HARTMAN, C. W. VOLLGRAFF.

OPERAM SUAM POLLICITI SUNT

K. KUIPER, J. C. NABER, M. C. VALETON, I. VAN WAGENINGEN.

NOVA SERIES.

VOLUMEN QUINQUAGESIMUM. PARS I.

LUGDUNI-BATAVORUM

E. J. BRILL.

LIPSIAE,

O. HARRASSOWITZ.

1922.

INDEX.

OBSERVATIUNCULAE DE IURE ROMANO.

SCRIPSIT

J. C. NABER.

(Continuantur ex vol. XLIX pag. 171).

CXVII.

Quid Paulus scripserit de literis dimissoriis.

Miror, ad hunc usque diem Paulo relictum [1]): *qui intra tempora praestituta dimissorias non postulaverit vel acceperit vel reddiderit, praescriptione ab agendo removetur et poenam appellationis inferre cogetur*, unde oritur iuris vitium gravissimum. Puniendum legimus eum, qui dimissorias *non postulaverit*. Facile credimus: peccavit enim. Puniendum praeterea, qui appellationis iudici dimissorias (*non*) *reddiderit*. Ne id quidem miramur. Sed quid peccavit, qui dimissorias (*non*) *accepit*? Cuius rei culpa tota est penes iudicem, nec litigatori officere debet secundum illud Marciani [2]): *sufficit autem petisse intra tempus dimissorias instanter et saepius, ut, etsi non accipiat, id ipsum contestetur; nam instantiam petentis constitutiones desiderant* [3]). Postea quoque *observatam hanc rationem*, ut dimissorias *postulari suffic(eret)*, docet in Codice Theodosiano [4]) Constantinus pater vel Constantius filius; unde sequitur harum denegationem litigatori non posse nocere, qui

---

1) V 34 § 2. 2) L. 1 § 2 D. 49. 6.

3) Quae sequuntur: *aequum est igitur, si per eum steterit, qui debebat dare litteras, quo minus det, ne hoc accipienti noceat*, equidem Marciano adiudicare vix ausim. Sed nihil ad rem.

4) c. 18 C. Th. 11. 30. Constantino magno adscribit eam Mommsen.

iuxta antiquum ius ex die sententiae plenum annum habet ad conveniendum ex integro adversarium apud eum iudicem, qui de appellatione cogniturus fuerit [1]). Quapropter admiratio subit animum, quidni Ulpiano l. 5 § 5 D. 49. 5 pro *constituta.... appellatoria tempora* reddiderit *annum* in Palingenesia [2]) Lenel. Ad Paulum ut redeamus, tollemus apud eum vitium rescribendo: *qui... non postulaverit vel acceperit (nec) reddiderit.* Insinuavit autem se retrorsum in praecedentem paragraphum [3]) vitium: *ab eo*, *a quo appellatum est*, *ad eum*, *qui de appellatione cogniturus est*, *literae dimissoriae diriguntur*, *quae vulgo apostoli appellantur*, *quorum postulatio* [et acceptio] *intra quintum diem ex officio facienda est* [4]). Siquidem praescribi potest litigatori, ut apostolos *ex officio*, id est [5]), ab officiali postulet; illud non, ut accipiat eas a non dante. Itaque eadem opera utramque paragraphum probabili, nisi fallor, modo sanavimus. Restat de ipsa poena vel non postulantis apostolos vel acceptos non reddentis disquisitio. Cui subiecta materies duplex, punitur enim, Visigothis si fides, quum quod *praescriptione ab agendo submovetur*, tum quod *poenam appellationis inferre cogetur.* Ergo de priore specie nemo dubitat, quin sibi revera desertor appellationis praeiudicet, proinde, nisi ex iusta causa in integrum restitutio implorabitur [6]), sententia olim lata nunc futurum sit ut exsecutioni mandetur [7]); ex diverso de altera specie valde contenditur, vel, quod in multis codicibus, deterioribus licet, clausula deest, vel, quod de poena appellationis cavendum est post quinque dies *ex die acceptarum litterarum* [8]),

---

1) c. 67 C. Th. 11. 30 (= c. 31 C. 7. 62). Cf. Kipp, *Festgabe* etc. (1889) p. 77[34].

2) Not. 2 ad II p. 383. Ne alter quidem Otto vidit *annum* subesse. (*Ztschr. der Sav.-St.* VII (1) p. 56/7.)

3) Sent. V 34 § 1.

4) Etiam *ad reddendos* tempus praestitutum fuit (c. 5 C. 7. 62).

5) Cf. l. 45 § 8 D. 49. 14; Bruns, font. (1909) n⁰ 123 IV lin. 3; Marini not. 16 ad Pap. 74.

6) c. 5 C. 7. 62.

7) c. 8 C. 7. 62. Idem separatim sanxit Constantinus (c. 14 C. Th. 11. 30) in appellatione per consultationem pro fisco; idem Valens (c. 6 C. Th. 11. 31) in temporis reparatione; idem denique Iustinianus (c. 5 § 4 C. 7. 63) in ipsa causae actione. Sed videtur ibi (c. 5 § 4 cit.) in parenthesi legendum: *cum (appellator) potest et minime praesente (adversario) litem exercere.*

8) Paul. Sent. V 33 § 1.

quocirca qui *non postulaverit* litteras poenam committere posse non videtur. Qua ratione ductus clausulam aperte damnat Cuiacius et hunc secutus Schulting, tacite Bethmann-Hollweg [1]). Qui generaliter docet [2]) appellationis poenam eum dumtaxat constringere, cuius iniusta appellatio pronuntiaretur, ex diverso deserentis factum, veluti acceptos apostolos qui non reddidisset, vacuum solutumque poena esse. Atqui refellit eius sententiam magnus testis, Asiae proconsul, in inscriptione Coa postea reperta [3]), ubi diserte declaratur [4]) poenam appellationis διὰ τοὺς φυγοδικοῦντας introductam esse. Ubi φυγοδικεῖν vertendum quidem putat Mommsen (p. 36) „*unterliegen*", ne scilicet impingatur in Bethmanni Hollwegii auctoritatem, quae nos religio non tenet. Ergo pecuniae periculum faciet desertor, utique si caverit. Quid, si non caverit propterea, quod literas *non postulaverit* et multo minus acceperit? Hunc poenam committere absurdum videbatur Cuiacio Antonioque Schulting, idque fraudis Visigothicae certissimum indicium. Erit autem res absurda, si poena debeatur propter cautionem, non, si cautio interponatur de poena iam per se debita. Quamobrem fraudis suspicione absolvendi sunt Visigothi, ipsa vero clausula interim ut genuina retinenda. Simul corroboratur Bethmanni Hollwegii opinio [5]): cautionem *de exercenda provocatione*, quae abrogatur c. 6 § 6 C. 7. 62, et Pauli [6]) *in poena(m) appellationis* eandem esse. Quae si vera videatur suspicio, dicendum erit, Tribonianum sane multos fefellisse, qui sub Diocletiani persona cautionem abrogaverit istis nihil sentientibus, quae sub Visigothis duraverit. Aliam fraudem praemiserat eidem obtrudendo: *apostolos post interpositam provocationem etiam non petente appellatore sine aliqua dilatione iudicem dare oportet*, ubi deprehenditur luculento testimonio vel Constantini vel Constantii [7]): *apostolis datis, quod iuxta observatam rationem postulari sufficiet*, si quidem, cui *sufficere* videatur

1) *Civilprozess* § 116[61] (II p. 708).
2) Op. cit. § 116[40] (II p. 706).
3) *Ztschr. der Sav.-St.* XI p. 34/5.
4) Lin. 11 (pag. 35),
5) Op. cit. 116[40] (II p. 706). Adstipulatur Mommsen, *Ztschr.* cit. XI p. 36.
6) Sent. V 33 § 1.
7) c. 18 C. Th. 11. 30.

postulatio, is postulationem non remittit. Itaque aut non remisit postulationem Diocletianus aut frustra vocem emisit. Quorum quia probabilius est non remisisse, censeo c. 6 cit. ultimam paragraphum Triboniano reddendam, idem non intercedam, paenultimam quoque et quartam reddere qui voluerit, quum nova poena appellationis (*ne temere autem ac passim provocandi omnibus facultas praeberetur, arbitramur eum, qui malam litem fuerit persecutus, mediocriter poenam a competenti iudice sustinere*) possit videri successisse in locum poenae gravissimae atque adeo crudelissimae [1]), quam statuerat Constantinus [2]). Vetus poena *in omnibus pecuniariis causis* auctore Paulo [3]) *terti(a) part(e) eius pecuniae* continebatur. Quam sententiam omiserunt Visigothi, utrum contemplatione Constantinianae legis [4]) nescio, sed receperunt pedissequam [5]): ut adsertor periculum faciat, *quanti causa* [6]) *aestimata (si)t*, eius tertiae partis. Erat autem in eam summam *cavendum* [7]) fideiussoribus idoneis [8]) apud iudicem primum, quem eleganter hodie appellant *a quo*. Quod efficit Mitteis [9]) apud Paulum [10]) tacite supplendo: *morans in eo loco, ubi appellavit, (ibi) cavere debet, ut ex die acceptarum litterarum continui quinque dies computentur. Si vero longius, salva dinumeratione itineris* [11]) *quinque dies cum eo ipso, quo literas acceperit computantur*. Idem efficitur inscriptione Coa, quam superius laudavimus [12]). Nam ibi proconsul ex appellatione iudex futurus magistratibus, qui primum iudicium fuerant, praescribit (lin. 8) ab appellatore ἀξιόχρεως λαβεῖν,

1) Ita videtur Bethmanno Hollwegio, op. cit. § 160 post notam 78 (III p. 337).

2) c. 3 (Vis. 1) C. Th. 1. 5.

3) Sent. V 33 § 8. Summa exprimitur inscriptione Coa (*Ztschr.* cit. XI p. 34), sed non refertur ad quantitatem condemnationis. Ne Tacitus quidem rationem manifestat (Ann. XIV 28).

4) c. 3 (Vis. 1) cit. (C. Th. 1. 5).

5) Sent. V 33 § 7.

6) *Causam* intelligo, quidquid praeter *corpus ipsum* (l. 20 D. 6. 1) in restitutionem venit. Itaque conicio Paulum scripsisse: *in eius mod(o) tertiam.*

7) Sent. V 33 § 1.

8) Sent. V 33 § 3.

9) *Ztschr.* cit. XXXVIII (1917) p. 293¹.

10) Sent. V 33 § 1.

11) A loco, ubi consistat, ad locum ubi cavendum est.

12) E *Ztschr.* cit. XI p. 34/5.

nimirum ἐγγυητὰς, quod vocabulum excidit [1]). Cautionis vice permittitur [2]) atque adeo expedit [3]) *poenam ipsam vel quid aliud pro ea deponere* [4]). Quod fieri videmus in papyro quodam Oxyrrhynchita [5]), sed, quod observavit Mitteis [6]), apud ipsum appellationis, non, ut superius, apud primum iudicem. Datis enim ibi [7]) diebus quindecim instruendi sese, arbitror, gratia [8]) — quamquam improbat dilationem Constantinus [9]) in appellationis iudicio *interpositae appellationis*, id est, ab interposita appellatione *tempore sufficiente litigatoribus ad perferendam instructionem plenissimam* — instituta appellatione [10]) pars iubetur (lin. 8/9) ἐντὸς τῶν ιε′ ἡμερῶν κατελθεῖν καὶ τὸ πρόστειμον.... θεματίσαι. Ergo, quia dubitari vix potest [11]), num iubeatur κατελθεῖν ad appellationis iudicem, consequens est, ut iubeatur apud eundem poenam deponere. Praeterea, quia κατελθεῖν simpliciter iubens intelligendus est iubere *ad se* rediri [12]), fuerit oportet, qui iussit, Sopater appellationis iudex, non, ut est hactenus creditum [13]), primus. Ad deponendum igitur illic a redditis literis quindecim, non, ut apud Paulum, ab acceptis quinque dies dantur. Vel sic tamen dubitandi causa non est, alio licet modo, de eadem re actum.

---

1) Vocabulum excidisse non vidit, qui reliqua vidit, Mommsen, *Ztschr.* cit. XI p. 35[1]. Maluit certe vertere „*verantwortlich machen*" (proxime supra lineam), quam lapidicidam arguere.

2) Sent. V. 33 § 2.

3) *Ne quis in captionem verborum in cavendo incidat.*

4) Diversum esse in stipulationibus praetoriis (l. 7 D. 46. 5) adnotaverunt Cuiacius atque Schulting. Cf. Keller, *Civilproz.* not. 888 (p. 387); Bethmann-Hollweg, *Civilproz.* § 119[18] (II p. 732).

5) P. Oxy. 1408, 1—10 (*Ztschr.* cit. XXXVIII p. 291). Nondum ibi correctum est (lin. 3) τοῦτο(ν), quod pendet a (lin. 5) τὸ πιστόν.

6) *Ztschr.* cit. XXXVIII p. 293 (cum not. 1).

7) Lin. 2: Σώπατρος εἶπεν· ἀρκέσουσί σοι πεντεκαίδεκα.

8) P. Argentor. 41 (Chrestom. II 93), 6: (πρὸς) παρασκευὴν τῆς δίκης.

9) c. 3 (i. f.) C. Th. 11. 36, quam illustravit, ut solet, Gradenwitz, *Ztschr.* cit. XXXVIII p. 37—41.

10) Lin. 7: ἔκκλητος.... ἐστίν.

11) Quum iam sit finitum primum iudicium.

12) Dissentit Mitteis, *Ztschr.* cit. XXXVIII p, 292: „*denn* κατελθεῖν *heisst: hinreisen (zu einem Abwesenden)*". Stant contra lexica.

13) Etiam a Paulo Jörs, *Ztschr.* cit. XL (1919) p. 94/5, sed ad alia intento.

CXVIII.

De donatione mortis causa vel directa depositi genere instituta.

Frequens est, ut quis deposito legem dicat, sibi ut reddatur superstiti, post mortem Titio, si vivet. Est ex eo genere lapis Tegeaticus Xuthiae [1]), ad quem rectissime adnotat Bruck [2]) esse conventionem pro extraneo [3]) mortis causa donandi consilio interpositam („*Zuwendung von Todeswegen, die durch... Vertrag zugunsten Dritter verwirklicht werden soll*"). Sunt similia apud Papinianum [4]) Paulumque [5]) experimenta, quorum de effectu quaeritur [6]). Negat enim Papinianus in proposita specie *perfectam* (Tribon.: celebratam) *donationem*, ex diverso Paulus, cui convenerat, ei actionem secundum legem depositi accommodare prima utique facie videtur. Excutiamus igitur utriusque sententiam. Et quidem Papinianus donationem cur rescindat [7]), perspicuum est, modo teneamus salva nova Iustiniani constitutione [8]) Cincia quoque remota [9]) in tota hac quaestione de donationibus perficiendis omnia communia esse mortis causa et inter vivos [10]), nisi quod illa mortis exspectat eventum. Quia igitur *nec paciscendo nec legem dicendo nec stipulando quisquam alteri cavere potest* [11]), ideo non potest lex tenere, ut sive quandoque [12]) sive post mortem eius qni depo-

1) *Inscr. jur. grecq.* XXIII B.

2) *Ztschr. der Sav.-St.* XXXII (1911) p. 356^3.

3) Quam eleganter hodie appellant *in favorem tertii.*

4) L. 31 § 3 D. 39. 5 (= Vat. 257). 5) L. 26 pr. D. 16. 3.

6) Cf. e. g. Mitteis, *Ztschr.* cit. XIX p. 246^1.

7) Longe aliter interpretatur locum Bähr, *Archiv f. d. civ. Praxis* 67 (1884) p. 172: „*der Ausspruch* non videri celebratam donationem *soll muthmasslich nur den Zweifel beseitigen, ob diese Art der Zuwendung unter die gesetzlichen Beschränkungen der Schenkung falle*".

8) c. 4 C. 8. 56 (57). Ex diverso Constantinus Vat. 249 § 3 donationem sive *directa(m)* sive *mortis causa instituta(m)* eodem modo ordinat.

9) Quia morte removetur, in donatione mortis causa locum habere non potest.

10) Perspexit Keller, *Institutionen* (1861) § 339 (p. 344). Cf. quoque Savigny, *System* IV § 172 (p. 261) = Keller p. 355.

11) L. 73 § 4 D. 50. 17.

12) Ita contraxerat cum Pasione Lyco (Demosth. 52 § 3), quo de negotio docte, ut solet, disputat Mitteis, *Ztschr.* cit. XIX p. 245^1.

nat, extraneo depositum reddatur [1]), nisi hic a depositario reddi sibi stipulatus sit [2]). Est igitur expeditissimus Papiniani responsi intellectus, sed eo obscurior Pauli, qui, quum ad novum maritum pergens mulier hac lege deposuisset *„cum sana salv(a) venero, restitues mihi: certe, si aliquid mihi humanum contigerit, filio meo, quem ex alio marito suscepi"*, et intestata mortua esset, et quaestio orta esset, utrum *filio an marito* depositum reddendum esset, responderit *filio*. Incertos enim nos dimittit, quo iure depositum reposcerit filius, quo maritus. Et in filio quidem cogitari potest aut lege depositi actum aut iure hereditatis legitimae, quod tamen utrumque suas habet molestias; conventionis argumentum: quia non videtur matris pactio posse prodesse filio, hereditatis: quia neque unus filius ex maiore parte intestatae heres esse potest, quod ad reposcendum sufficere *dicitur* [3]), neque exprimitur filium hunc unum et solum fuisse. In marito vel maior est ἀπορία, quia non facile perspicitur, manus ad depositum quo praetextu porrigere potuerit, cui mulier utique in manum non convenisset [4]). Fuit, qui diceret [5]): per communes liberos in potestate retentos factum uxoris heredem maritum, si plures erant, etiam ex maiore parte, proinde in hac causa certatum inter heredes et eum, cui convenisset, responsum autem pro eo, cui convenisset. Concedimus, si quod certamen fuit, necessario certatum esse inter heredem unum pluresve et eum, cui convenisset, quia hoc sublato omnis controversia tollitur. Remanet, uter pro heredibus steterit: filius an maritus? Videt quisque, filio matris

---

1) In utraque specie perinde regulam obstare vidit Savigny, *System* IV § 157 not. r (p. 123). Sed putat Hellwig, *Verträge auf Leistung an Dritte* (1899) p. 23[33]: quod mortis causa sic donetur, morte convalescere, quasi *non perfectam* sit = *nondum perfectam* et Papiniano operae pretium fuerit docere mortis causa donationem superstite donatore in pendenti esse.

2) L. 11 D. 33. 4; l. 34 pr. D. 39. 5; c. 2, c. 19 C. 5. 12; c. 4 C. 5. 14. Diversum postea benigna iuris interpretatione in donationum legibus decretum est: ut haberet, qui stipulatus non esset, utilem actionem (c. 3 C. 8. 54 (55) = Vat. 286).

3) L. 14 pr. D. 16. 3. Cf. l. 1 § 36 eod.

4) Si convenisset, testatae et *intestatae* idem ius futurum erat.

5) Hellwig, op. cit. (*Verträge auf Leistung an Dritte*) p. 3[3], ad exemplum Antonii Fabri, Coniect. XIX 18 § 2. Nihil invenerat Bähr, *Archiv* cit. 67 p. 172: *„was der* maritus *mit der Sache zu thun hat, ist völlig unklar"*.

CXVIII.

De donatione mortis causa vel directa depositi genere instituta.

Frequens est, ut quis deposito legem dicat, sibi ut reddatur superstiti, post mortem Titio, si vivet. Est ex eo genere lapis Tegeaticus Xuthiae [1]), ad quem rectissime adnotat Bruck [2]) esse conventionem pro extraneo [3]) mortis causa donandi consilio interpositam („*Zuwendung von Todeswegen, die durch... Vertrag zugunsten Dritter verwirklicht werden soll*"). Sunt similia apud Papinianum [4]) Paulumque [5]) experimenta, quorum de effectu quaeritur [6]). Negat enim Papinianus in proposita specie *perfectam* (Tribon.: celebratam) *donationem*, ex diverso Paulus, cui convenerat, ei actionem secundum legem depositi accommodare prima utique facie videtur. Excutiamus igitur utriusque sententiam. Et quidem Papinianus donationem cur rescindat [7]), perspicuum est, modo teneamus salva nova Iustiniani constitutione [8]) Cincia quoque remota [9]) in tota hac quaestione de donationibus perficiendis omnia communia esse mortis causa et inter vivos [10]), nisi quod illa mortis exspectat eventum. Quia igitur *nec paciscendo nec legem dicendo nec stipulando quisquam alteri cavere potest* [11]), ideo non potest lex tenere, ut sive quandoque [12]) sive post mortem eius qni depo-

---

1) *Inscr. jur. grecq.* XXIII B.

2) *Ztschr. der Sav.-St.* XXXII (1911) p. 356³.

3) Quam eleganter hodie appellant *in favorem tertii.*

4) L. 31 § 3 D. 39. 5 (= Vat. 257). 5) L. 26 pr. D. 16. 3.

6) Cf. e. g. Mitteis, *Ztschr.* cit. XIX p. 246¹.

7) Longe aliter interpretatur locum Bähr, *Archiv f. d. civ. Praxis* 67 (1884) p. 172: „*der Ausspruch* non videri celebratam donationem *soll muthmaasslich nur den Zweifel beseitigen, ob diese Art der Zuwendung unter die gesetzlichen Beschränkungen der Schenkung falle*".

8) c. 4 C. 8. 56 (57). Ex diverso Constantinus Vat. 249 § 3 donationem sive *directa(m)* sive *mortis causa instituta(m)* eodem modo ordinat.

9) Quia morte removetur, in donatione mortis causa locum habere non potest.

10) Perspexit Keller, *Institutionen* (1861) § 339 (p. 344). Cf. quoque Savigny, *System* IV § 172 (p. 261) = Keller p. 355.

11) E. 73 § 4 D. 50. 17.

12) Ita contraxerat cum Pasione Lyco (Demosth. 52 § 3), quo de negotio docte, ut solet, disputat Mitteis, *Ztschr.* cit. XIX p. 245¹.

nat, extraneo depositum reddatur [1]), nisi hic a depositario reddi sibi stipulatus sit [2]). Est igitur expeditissimus Papiniani responsi intellectus, sed eo obscurior Pauli, qui, quum ad novum maritum pergens mulier hac lege deposuisset „*cum sana salv(a) venero, restitues mihi: certe, si aliquid mihi humanum contigerit, filio meo, quem ex alio marito suscepi*", et intestata mortua esset, et quaestio orta esset, utrum *filio an marito* depositum reddendum esset, responderit *filio*. Incertos enim nos dimittit, quo iure depositum reposcerit filius, quo maritus. Et in filio quidem cogitari potest aut lege depositi actum aut iure hereditatis legitimae, quod tamen utrumque suas habet molestias; conventionis argumentum: quia non videtur matris pactio posse prodesse filio, hereditatis: quia neque unus filius ex maiore parte intestatae heres esse potest, quod ad reposcendum sufficere *dicitur* [3]), neque exprimitur filium hunc unum et solum fuisse. In marito vel maior est ἀπορία, quia non facile perspicitur, manus ad depositum quo praetextu porrigere potuerit, cui mulier utique in manum non convenisset [4]). Fuit, qui diceret [5]): per communes liberos in potestate retentos factum uxoris heredem maritum, si plures erant, etiam ex maiore parte, proinde in hac causa certatum inter heredes et eum, cui convenisset, responsum autem pro eo, cui convenisset. Concedimus, si quod certamen fuit, necessario certatum esse inter heredem unum pluresve et eum, cui convenisset, quia hoc sublato omnis controversia tollitur. Remanet, uter pro heredibus steterit: filius an maritus? Videt quisque, filio matris

---

1) In utraque specie perinde regulam obstare vidit Savigny, *System* IV § 157 not. r (p. 123). Sed putat Hellwig, *Verträge auf Leistung an Dritte* (1899) p. 23[33]: quod mortis causa sic donetur, morte convalescere, quasi *non perfectam* sit = *nondum perfectam* et Papiniano operae pretium fuerit docere mortis causa donationem superstite donatore in pendenti esse.

2) L. 11 D. 33. 4; l. 34 pr. D. 39. 5; c. 2, c. 19 C. 5. 12; c. 4 C. 5. 14. Diversum postea benigna iuris interpretatione in donationum legibus decretum est: ut haberet, qui stipulatus non esset, utilem actionem (c. 3 C. 8. 54 (55) = Vat. 286).

3) L. 14 pr. D. 16. 3. Cf. l. 1 § 36 eod.

4) Si convenisset, testatae et *intestatae* idem ius futurum erat.

5) Hellwig, op. cit. *(Verträge auf Leistung an Dritte)* p. 3[3], ad exemplum Antonii Fabri, Coniect. XIX 18 § 2. Nihil invenerat Bähr, *Archiv* cit. 67 p. 172: „*was der* maritus *mit der Sache zu thun hat, ist völlig unklar*".

intestatae utique heredi, et fortasse soli, multo magis hanc partem convenire quam marito, non heredi nisi ex accidentibus, numquam soli extante privigno, ne maiore quidem ex parte nisi ex accidentibus futuro. Consequens est, eius cui convenisset partem marito potius quam filio convenire, matrem denique pactam non, ut nunc vitio [1]) legitur: *restitues... filio meo*, sed: *restitues... (marito, non) filio meo, quem ex alio marito* [2]) *suscepi*, et respondisse Paulum pro herede contra eum, cui convenisset. Est igitur verum exemplum pacti pro extraneo [3]), sed quo demonstretur esse nullius momenti, qua re tollitur quaestio utrum valeat exemplo fideicommissi a debitore relicti, quod putabat Bähr [4]) magnoque acumine iteravit Hellwig [5]). Illa quaestio remanet: hodierno iure pactum pro extraneo an et quatenus valeat, cum conveniat ut post mortem deponentis superstiti depositum reddatur Titio; subest enim, ut initio diximus dixeratque Kübler [6]), donatio mortis causa, quae Gallorum et Batavorum legibus arcetur, quo sublato principalis quaestio superest: pactum pro extraneo an hodie valeat. Nam nova quidem Germanorum lege [7]) generaliter valere decretum est, sed, quia apud Anglos [8]) nondum (1910), apud Gallos et Batavos ambigue scripta lex est, èt vetus certamen perseverat èt vetera argumenta adhuc suum quodque pondus retinent eo vel magis, quia lex potest quidem iubere, non vero persuadere, quod praecipuum usum habet in iis, quae non contineri viden-

---

1) Vitium aliquod subesse senserat Bähr, l. l.

2) *Ex alio marito* scribere qui potuit, si nihil praecessisset de praesenti barone?

3) Hoc graviter adfirmat Rabel, *Ztschr.* cit. XXX p. 467.

4) *Archiv* cit. 67 p. 171/3. Praecesserat Faber, Coniect. XIX 18 § 4, qui non dixit, quod dixit Bähr, l. 77 D. 30 tractari eandem speciem (*„vertragsmässig(e) Aufl(age)"*).

5) Op. cit. p. 3 sqq. Pressit Ottonis illius vestigia etiam adstrictius Lambert, *la stipulation pour autrui. Thèse (Paris)* 1893 I § 78 (p. 92/3).

6) *Gött. gel. Anz.* 1915 p. 42. Negabat nuper (2 Nov. 1914) curia Hagana (*W. P. N. R.* 2358), propterea quod quasi condicio donationi iniecta sit: *nisi heres noluerit.* Quod inprimis ambigitur (Baudry, *Traité de droit civil* XII (1906) p. 221/2 (= *Oblig.* n⁰ 171); Bähr, *Archiv* 67 (1884) p. 171/173), deinde vero ad rem non facit (l. 11 § 5 D. 32).

7) *B. G.-B.* § 328.

8) Cf. Anson, *Principles of the law of contract* (1910) p. 252/7; Pollock, *Principles of contract* (1894) p. 193, 198—202.

tur arbitrio sed ratione, ut ius obligationum plerisque [1]). Inprimis autem constare debet, quid sit, quod controversiam faciat. Etenim, quum apud Romanos conventio pro extraneo intelligeretur eius, qui non esset in potestate manu mancipio futuri creditoris, hodie sublatis imperandi iuribus admissa autem per sui iuris personas adquisitione, conventio intelligitur eius, qui non sit futuri creditoris iustus vicarius, veluti tutor curator procurator. Num etiam negotiorum gestor [2])? Exigit mandatum vel speciale vel generale dialecticorum princeps Grotius [3]) me quidem iudice, si semel placeat [4]) διαλεκτικῶς καὶ κενῶς agendum esse, optimo sane iure, quibus videatur sola voluntas aut se aut sibi obstringere [5]) nec posse quisquam alii velle nisi tutor pupillo curatorve ei, quem in curatione habet [6]). His enim consequens est, ut *in omnibus rebus*, sive eae *dominium transferunt* sive alterum alteri obligant, *concurrat oporte(a)t affectus ex utraque parte* [7]), neve possint *inter alios acta.... aliis* aut *nocere* [8]) aut prodesse [9]). Quamobrem ex pacto, quod quis

---

1) E. g. Belgae oratori apud: Voorduin, *Gesch. en Begins.* V (1838), p. 13: *„dans cette partie il n'y a presque rien d'arbitraire ni de systématique; mais vous y trouverez la réunion de tous les principes, que la raison, l'équité et la conscience révèlent à tous les hommes"*.

2) Antequam scilicet ratum habeatur.

3) De iure B. ac. P. II 11 § 18. 2.

4) Displicet Aristoteli (de anim. I 1 § 8 i. f.), ut furtum Verri.

5) Cf. e. g. Gans, *Grundlage des Besitzes* (1839) p. 53: *„wir verlangen blos, dass zugegeben werde, dass der Boden des Rechts der Wille sei, und alle Stufen und Theile des Rechtsgebäudes auf dieser Grundlage ruhen"*; Bruns, *Recht des Besitzes* (1848) p. 489: *„der Wille ist vermöge seiner Geistigkeit und Freiheit überhaupt die Grundlage und der Ausgang alles Rechts"*; Jhering, *Grund des Besitzesschutzes* (1869) p. 31: *„dass der Wille die* vis agens *des ganzen Privatrechts ist, darüber bin ich mit meinen Gegnern vollkommen einverstanden"*. Propositionem non improbat, conclusionem — suo quemque velle obligari — valde probat, quo nihil hodie maius habemus, Meijers in: *Weekbl. voor privaatr.* 52 (1921) p. 142/3, quod suo cum damno non legunt exteri.

6) Cf. e. g. Drucker, *Bezitsverkrijging* etc. Diss. Leid. (1879) p. 109 ima.

7) L. 55 D. 44. 7 ia. l. 1 § 3 (*adeo autem* rell.) D. 2. 14. Pothier, *Oblig.* n⁰ 4: *„de même que je ne puis par ma seule volonté transférer à quelqu'un un droit dans mes biens, si sa volonté ne concourt pour l'acquérir, de même je ne puis pas par ma promesse accorder à quelqu'un un droit contre ma personne, jus qu'à ce que sa volonté concoure pour l'acquérir"*. 8) R. Cod. 7. 60.

9) Hoc recte, id est, secundum disputandi rationem subiungitur quum a Pomponio l. 7 D. 23. 4 tum *Cod. civ.* art. 1165.

neque ipse fecerit neque fieri mandaverit, neque tutor curatorve eius fecerit fierive mandaverit nihil potest adquirere [1]), nisi contra rationem iuris aliquid constituentium auctoritate exceptum sit. Quae quidem omnia sunt absurdissima [2]), verum, ut bene formati corporis membra ita cohaerent, ut semel concesso principio contra disputari non possit. Quocirca rectissime contendit Van der Keessel [3]) Grotii doctrinam *ex ipsa rei natura* descendere, id est, iuris naturalis ipsi fundamento innixam esse, quapropter mirum non est, multos ab eo deceptos esse, etiam cautos et sapientes, velut Ottonem Stobbe [4]). Ergo negotiorum gestor *naturaliter* pro extraneo frustra paciscitur, nisi ratum habeatur. Quid, qui suo nomine alteri stipulatur? Quod quibusdam videtur absurdum esse isque, qui alteri stipuletur, utique negotiorum gestor esse [5]). Nos vero, ne contra receptum usum negotiorum gestorem appellemus [6]), qui rem suam det [7]) vel se obliget, ut obligatio quaeratur alteri [8]), quem dicere solemus *sub modo* contrahere [9]), et, quia non agitur de rerum substantia, sed de schematis nescio quibus et

---

1) Pothier, *Oblig.*, n⁰ 87: *„l'obligation qui naît des conventions et le droit qui en résulte étant formés par le consentement et le concours des volontés des parties, elle ne peut obliger un tiers, ni donner de droit à un tiers dont la volonté n'a pas concouru"*.

2) Ceteris tamen absurdior, quem separatim demoliri aggressi sumus cap. harum observ. LXXV, de adfectuum concursu locus. Quam nuper appellabat Anson, *Principles of the english law of contract* (1910) p. 40: *„the modern* (p. 2: *Savigny's*) *analysis of contract"*. Nempe illic oritur, quum apud nos occidit, sol necdum innotuit Schlossmann.

3) Thes. 510.

4) *Handbuch* III (1878) § 172 II 4 (p. 118): *„es ist daran festzuhalten, dass ein Vertrag an sich nur Wirkungen unter den Contrahenten erzeugt"*.

5) Cf. quos laudat Gallos refutandi causa Baudry, *Traité de droit civil* XII (1906) p. 196[2] (*Oblig.* n⁰ 152), qnemve Austriacum iurisconsultum Windscheid (1891) § 316*a* not. 1 (i. f.).

6) Non propterea daturi ultro citroque negotiorum gestorum actionem, unde cavendum putat Moltzer, *Overeenk. ten beh. van derden.* Diss. Leid. (1876) p. 78/9.

7) Vel commodet vel deponat.

8) Hunc (id est, se obligantem ut actio quaeratur alteri), esse dicit Bähr, *Archiv* etc. 67 (1884) p. 160[2], stipulantem *sibi*. Redit eodem definitio Eduardi Lambert, *Thèse* cit. I § 51 (p. 62). Ex diverso Grotius, op. cit. II 11 § 19, ei, qui sibi stipuletur, promissorem sub modo adsimulat quasi propriam personam sustinentem.

9) Cf. Dernburg, *Pandekten* I (1892) § 115[3].

quasi larvarum umbris, pareamus Grotio, quum doceat [1]) *distinguendum es(se) inter promissionem mihi factam de re danda alteri et inter promissionem in ipsius nomen collatam, cui res danda est*, quo casu negotiorum gestio vertitur. Ergo, *si mihi facta est promissio, omissa inspectione, an mea privatim intersit, quam introduxit ius Romanum, naturaliter videtur mihi acceptanti ius dari efficiendi, ut ad alterum ius perveniat, si et is acceptet* [2]). Erit igitur hoc quoque pactum pro extraneo, quod ad ipsius personam attinet, antequam acceptaverit nullius momenti [3]), quia iure naturali [4]) sine acceptione nihil adquiri potest; valebit autem, quod ad stipulatoris personam attinet, a quo potest etiam remitti, sicut ab eo, qui sub modo promiserit, modus, *quamdiu a tertio acceptatum non erit* [5]). Interest inter eum, cui ex pacto alieno actio quaeratur *naturaliter* acceptatione ipsius, et eum, qui iure scripto [6]) utiliter agit adversus donatarium secundum donationis modum, *nam ex consensu omnium ex ipso pacto donationis ius dicitur absenti quaesitum* [7]), *etiamsi id pactum eave condicio a nemine absentis nomine acceptata fuerit, ut Iason explicat* [8]) *optime perpensa ipsius constitutionis decisione* [9]), huic enim iure singulari [10]) agere permittitur, quamvis *stipulatus non sit*, id est,

---

1) Op. cit. II 11 § 18. 1.

2) Haec Grotius, cui quoad acceptationis necessitatem testimonium dicit, quem laudat, Covarruvias ad c. *Quamvis*, P. 2 § 4 n⁰ 13 *(secuta absentis acceptatione eiusque praestito consensu teneatur praesens stipulator ei actione cedere)*. Scribit nihilominus Lambert, *La stipulation pour autrui, Thèse (Paris)* 1893 I p. 169 (§ 159): „*la théorie de l'acceptation de la stipulation pour autrui... a été découverte par les premiers commentateurs de notre code civil*".

3) Consequens est, ut, si interim resiliat promissor, stipulatori quidem teneatur, non vero ei, cui convenerat. Quod vidit Windscheid (1891) § 316*a*. 1, corrigitque quasi ipsius arbitrio permissum.

4) Ergo nihil agitur locis iuris Romani, quibus demonstrat Regelsberger, *Archiv* cit. 67 (1884) p. 12, ignoranti posse adquiri, sed ipsum ius naturale (Baudry, *Traité* cit. XII (1906) p. 202 lin. 11 (*Oblig.* n⁰ 154. 5): „*(les) principes*" = (Fenet IX p. 139 lin. 30) „*(le) droit naturel*") detrudendum est possessione.

5) De iure B. ac. P. II 11 § 19.

6) c. 3 C. 8. 54 (55) = Vat. 286.

7) Covarruvias, Var. Resol. I 14 n⁰ 13 vs. 10 (*quamobrem*).

8) Num. 22 ad l. 122 § 2 D. 45. 1. Contuli.

9) Covarruv., Var. Resol. I 14 n⁰ 11.

10) *Benigna iuris interpretatione.*

non acceptaverit: nam iure Romano, quia non est ex pacto actio, nisi per stipulationem acceptari non potest. Quod ut tenuisset Lambert [1] — non tenuisse certum est [2] — fortius dicturus erat [3] utilem actionem ei, propter quem sub modo donatum sit, sine acceptione quaeri. De eo tantum dissentiunt Doctores, utrum possit *re integra* [4] modus a donatore remitti [5] atque sic utilis actio intercipi. Quod absurdum videbatur Fachinaeo [6]; praevaluisse tamen videtur opinio Bartoli [7]: ut possit, non propter ipsa verba constitutionis [8], sed propter Pauli in re simili responsum [9], proinde, ibi ut legitur, *heredis voluntatem non esse exquirendam*, sed ipsius tantum qui donaverit [10]. Quamdiu autem integra res est? Respondet Covarruvias [11]: *post absentis acceptationem nequaquam posse donatorem etiam ex consensu donatarii a praedicto pacto in favorem tertii apposito re(ced)ere*, ideo, ni fallor, quia post acceptationem directam actionem absens nactus est. Quae sententia omnia fere suffragia tulit eorum nimirum, qui ad exemplum Bartoli modum remitti posse sentirent [12], quocirca mirari non debemus, cur, postquam est reditum ad sententiam Bartoli, quam deseruerat Gallicus legislator, quum fideicommissa ordinabat [13], simul sit

1) *La stipulation pour autrui. Thèse (Paris)* 1893.

2) *Thèse* cit. I § 181 (p. 192/3).

3) *Thèse* cit. I p. 166 (§ 151).

4) Fachinaeus, Controv. VIII 89.

5) Ita scilicet, ut donatario potestas fiat, cui liberum erit vel nunc exsequi *invito donatore* modum (Covarruv. Resol. cit. (I 14) n⁰ 9 ad exemplum l. 8 D. 18. 7), quocirca supervacanea est disputatio, quam instituit Baudry, *Traité* cit. XII (1906) p. 217 (*Oblig.* n⁰ 169. 2).

6) L. l. (Contr. VIII 89).

7) Ad l. 122 § 2 (i. f.) D. 45. 1.

8) *Iuxta donatoris voluntatem*, quae potuisse in propositam sententiam laudari, recte observat Glück IV p. 471[26].

9) L. 3 D. 18. 7.

10) *Hoc proba(re) omnes, qui Bartoli opinionem sequuntur*, testis est Covarruvias, Var. Resol. I 14 n⁰ 17.

11) Var. Resol. I 14 n⁰ 13 vs. 3 (*tertio apparet*).

12) Cf. Lambert, *Thèse* cit. II § 74 (p. 86) = d'Aguesseau, *Oeuvres* XII (*Brux.* 1829) p. 526/7.

13) *Ordonn. sur les substitutions* (1747) tit. I art. 11, quem laudat Pothier, *Oblig.* n⁰ 73. 3. Editur mendose (*acceptées* pro *acceptée*) apud: d'Aguesseau, *Oeuvres* XII (*Brux.* 1829) p. 481.

reditum ad Covarruviae interpretationem (*Cod. civ.* art. 1121). Post quod videndum, numquid intersit inter hanc novissimam iuris Romani interpretationem et ius naturale Grotii. Aiunt dialectici propterea, quod non possit promissio acceptari ab herede [1]), sed possit heres eius, cui actio quaesita sit, acceptando rem in tutum redigere [2]). Quos refellit eiusdem nationis divina quadam mente cancellarius, quum doceat [3]) hanc acceptationem verum esse contractum („*un véritable contrat*"), quocirca, si potest ab herede interponi, nihil oberit, quominus promissio ab herede acceptetur; si non potest ab herede promissio acceptari, ne res quidem in tutum acceptando redigi. Apparet igitur hactenus nihil referre, quum statuebat modum post acceptationem non posse remitti, sequine voluerit, ut sentit Lambert [4]), Gallicus legislator veterum pragmaticorum doctrinam, an, quorum ille rationem omnino non habet [5]), dialecticorum novorum ex Grotiano genere oracula. Qui priore utique articulo (1119, nobis 1351) iuris Romani regulam aperte confirmavit [6]), Grotii denique haeresin *inspectione(m)* eius *omi(ttentis)* rebus et factis damnavit, vel sic tamen potest non omne venenum, quod ex hoc fonte bibisset, reddidisse. Cuius si quid mansit, unica sedes sit posterioris articuli (1121, nobis 1353) particula, qua tenere iubetur pactio pro extraneo, „*lorsque*

---

1) Baudry, *Traité* cit. XII (1906) p. 204 (*Oblig.* n⁰ 156 i. f.). Descendit sententia recto limite ex Grotii de iure B. ac P. II 11 § 16 (Pufend. III 9 § 6).

2) Baudry, ibid. p. 202/3 (n⁰ 154 I).

3) *Oeuvres* XII (*Brux.* 1829) p. 531 lin. 34. Eodem redeunt sententiae ipsius Codicis civilis rogatorum, quas recepit Fenet XIII p. 225 (Bigot): „*si la tierce personne a déclaré qu'elle entend profiter de la stipulation* l'engagement (= *le consentement*) *devient réciproque*", p. 316 (Favart): „*sa déclaration équivaut à une acceptation*", p. 417 (Mouricault): „*son consentement étant réuni à celui des autres parties, le contrat se trouve réellement scellé par trois volontés*".

4) *Thèse* cit. II § 5 (p. 5), § 79 (p. 89).

5) Iuris naturalis expertem totum diceres, nisi, *Thèse* cit. II § 54 (p. 68), alteri sine mandato non suo nomine stipulantem, id est, negotiorum gestorem adsimularet *testi*, quod mutuatus est a Ioanne Barbeyrac not. 5 ad Grotii de iure B. ac P. II 11 § 18.

6) Hoc fatetur Lambert, *Thèse* cit. II § 1 (p. 1/2), longe aliud dicturus § 10 (p. 10), § 54 (p. 68/9): pertinere art. 1119 ad pactum negotiorum gestoris („*il s'applique lorsque d'une part le stipulant n'a aucun intérêt personnel à l'exécution de l'obligation et que d'autre part il ne s'est point engagé lui-même envers le promettant*").

telle est la condition d'une stipulation que l'on fait pour soi-même", quae sic interpretatur rogatorum unus ex quatuorviro Bigot [1]: *„il suffit que ce soit la condition d'une stipulation que l'un des contractants fait pour lui-même; telle est l'obligation contractée au profit d'un tiers* par une (= *comme condition d'une) donation: alors* [2]) *l'équité ne permet point que la personne ainsi obligée ne remplisse pas la condition de son* contrat (= *acquisition)*". Quorum sensus hic est [3]: cui promittatur vel donetur [4]) ea lege eave sub conditione ut alii det vel faciat, eum ad dandum vel faciendum adstringi. Descendit praeceptum ex Grotiana officina [5]) institore, opinor, Wolffio [6]), cuius octavo decimo saeculo medio *regnabat* iuris doctrina *per plerasque Europae regiones* [7]), ne Gallia quidem hominem aversante [8]). Ergo, si fideliter textum interpretatus est Bigot, conicias tres quatuorviros in perniciem Grotianae constitutionis coniurasse, eosdem concordiae causa quarto adiunctae propositionis gratiam fecisse eo vel magis, quod adiuncta propositio de promissione sub modo aliquid commune habere videretur, etsi revera non habebat [9]), cum Diocletiani constitutione de donatione sub modo [10]), quam forum dudum receperat. Sed molestum est, quod secundum hanc interpretationem in uno legis articulo

---

1) Apud: Fenet XIII p. 224/5.

2) Quae sequuntur, mutuatus est a Roberto Pothier, *Oblig.* n° 72 (ad c. 3 C. 8. 54 (55) = Vat. 286), qui potest ipse mutuatus esse a minore Pufendorf (Moltzer, *Overeenk. ten beh. vau derden.* Diss. Leid. (1876) p. 246 not. 1).

3) Vidit praeceptor meus J. P. Moltzer, *Overeenk. ten beh. van derden.* Diss. Leid. (1876) p. 319.

4) Id est, detur, quo ducit recta Baudry, *Traité* cit. XII (1906) p. 190/1 (*Oblig.* n° 148. 6), adhibito art. 1973.

5) De iure B. ac P. II 11 § 19: *ex superioribus intelligi etiam potest, quid sentiendum sit de onere adiecto promissioni... in commodum tertii.* Quod hic expressum volebat, expressit Bigot.

6) *Institutions du droit de la nat.* (Leid. 1772) § 435: *„si l'on attache en faveur d'un tiers une charge à* la *(= sa) promesse*". Ex hoc libro in Codicem civilem nonnihil influxit. Cf. modo *Instit.* § 593 cum C. Civ. art. 1599; § 551 cum C. Civ. art. 1984 *(en son nom)*.

7) Den Tex, Encycl. jurispr. (1839) § 222.

8) In fronte maioris operis, quod quasi Pandectas iuris naturalis continet, unde huc pertinet III § 756, etiam academiae Parisinae *membrum* se qualificat.

9) Quid intersit, diximus supra.

10) c. 3 C. 8. 54 (55) = Vat. 286.

pronomen indefinitum significat semel legem dicentem, iterum legem accipientem, tertium legem dicentem. Quod vitant vitium reliqui oratores duo, dum „*condition d'une stipulation qu'on fait pour soi-même*" interpretantur „*(stipulation faite) à la suite d'une stipulation que je fais pour moi-même*" [1]) „*stipulation accessoire*" [2]), qua cum definitione convenit locus quidam Roberti Pothier [3]), qui potest quatuorviris obversatus esse. Fatetur denique Baudry-Lacantinerie [4]) hanc quam maxime interpretationem cum ipsius legis verbis consentire. Sed nihilominus verba „*stipulation que l'on fait pour soi-même*" interpretatur [5]) promissionem, qua quis suo nomine se obstringat, quo rem effectu deducit eodem, quo Bigot. Sunt apud nos, qui latius interpretantur: conventionem iustam cui quis suo nomine interveniat sive stipulando sive promittendo, pro qua sententia laudari potest rubrica Roberti Pothier [6]): „*que ce qui concerne une autre personne que les parties contractantes peut être le mode ou la condition d'une convention*", quam possunt rubricam auctores codicis respexisse. Sed possunt etiam respexisse ab illo positum [7]) exemplum: posse quem utiliter stipulari sibi sub condicione: nisi detur alteri, etsi non docet Pothier hoc casu extraneo actionem quaeri. Hoc tamen adsumi potuit ex Wolffio [8]), qui condicionem et modum tantundem valere praecipit. Ergo oriuntur quatuor interpretum sententiae: posse pro extraneo utiliter stipulari, qui promittendo se obstringat [9]), qui stipulando alterum sibi [10]), cuius alioquin iusta

---

1) Fenet XIII p. 316 (Favart).

2) Fenet XIII p. 417 (Mouricault).

3) *Constitution de rente* n⁰ 241. 2. Appellat quidem *clause* (non condicionem).

4) *Traité* cit. XII (1906) p. 189^3 (*Oblig.* n⁰ 148).

5) Ibid. p. 189/90 (n⁰ 148).

6) *Oblig.* ante nnm. 70. Sed in textu ex *conventione* mox fit *datio* (n⁰ 71. 1: „*je puis aliéner ma chose à la charge* etc.") ex datione *donatio* (n⁰ 71. 3: „*le tiers qui n'avait pas été partie au contrat de donation*").

7) *Oblig.* n⁰ 70.

8) *Instit. du droit de la nat.* § 435. Ex hoc libro in Codicem civilem nonnihil influxit. Cf. modo *Instit.* § 593 cum C. Civ. art. 1599; § 551 cum C. Civ. art. 1984 (*en son nom*). — Bis cecini ne sic quidem Baudrycolas excitaturus.

9) Bigot; Baudry.

10) Favart; Mouricault; Ferrini, *Enciclop. giurid. ital.* XII 1 (v. *Obbligazione*) p. 721; Diephuis X (1886) p. 429; suprema nostra curia 1914.

sit conventio [1]), qui stipuletur extraneo et poenam sibi [2]). Ex quibus quidem rebus gerundis aptissima est tertia, quia effectu tollit regulam, ne liceat pacisci pro extraneo; quando enim non licebit, si omni iustae conventioni potest hoc accedere? Itaque tantundem valet ita interpretari atque contendere, ut contendit Lambert [3]), ex art. 1121 semper valere pactum („*les rédacteurs de notre code.... ont bien nettement prouvé*, *dans l'article 1973*, *que les termes de l'art. 1121* n'avaient (= *n'ont*) *rien de limitatif*"). Sed mihi sufficiat demonstrasse, huius articuli interpretationem unam [4]) alteramve [5]) stare non posse, quin simul constet ex Wolffiana penu aliquid ipsius conditores traxisse, inde qui traxerunt quum mandati definitionem [6]) tum celeberrimam regulam, quae rescindit alienae rei venditionem [7]), quod neutrum observatum vidi usquam [8]).

CXIX.

Quae sint testamenti.

Vidimus olim [9]), quid esset testamentum; modo videamus, quae sint testamenti, id est, quae testamento naturaliter insint. Nam codicilli, etiamsi *pars intelliguntur testamenti* [10]), re tamen vera accedunt, quorum *ius singulare est*, *ut quaecumque in his scribentur*, *perinde haberentur*, *acsi in testamento scripta essent* [11]), quocirca non obtinebit *in illis*, *quae non iuris sed facti sunt* [12]).

1) Ita videbatur supremae nostrae curiae 1913. Indidem stat collega P. Scholten, *W. P. N. R.* 1916 p. 367 (*overdr.* p. 33/4).

2) W. H. de Sav. Lohman (apud: Land, *Verklaring* IV 1 (1907) p. 207/8), qui nunc supremae nostrae curiae praesidet. Adfinis est sententia viri clarissimi Meijers, in Themide nostra 66 (1905) p. 434/5, 436[3].

3) *Thèse* cit. II § 2 (p. 2).

4) Quae nobis fuit prima.

5) Nobis quartam.

6) Cod. civ. art. 1984 (*en son nom*). Cf. *Instit. du droit de la nat.* § 551.

7) Cod. civ. art. 1599. Cf. *Instit.* cit. § 593.

8) Ter cecini ne sic quidem Baudrycolas excitaturus.

9) Cap. harum observ. XCIV.

10) L. 11 D. 29. 3; l. 14 D. 29. 7; Windsch. (1891) § 630[7].

11) L. 2 § 2 D. 29. 7.

12) L. 7 § 1 D. 29. 7. Plura dabit Windscheid (1891) § 630[11], qui recte appellat *fictionem*.

Eadem causa est *secun(darum) tabul(arum)* [1]), quum *alia hora factae sint* [2]); alioquin non tantum videbuntur, sed revera erunt pars principalium tabularum. Naturaliter autem insunt omnia, quae vox testantis nuncupavit, atque praeterea [3]), si tabulas ordinavit, quae in tabulis scripta leguntur, quasi voce nuncupata sint [4]), nisi tabulas excipit Iulianus [5]), *quibus heres scriptus non (si)t*, ne ipse quidem, opinor, negaturus posse testamento heredes partim nuncupari partim scribi eosque ad hereditatem pariter venturos. Plane, si quis heredes quosdam nuncupavit quosdam scripsit, etsi iure civili concurrunt, non possunt simul accipere bonorum possessionem, quia secundum tabulas bonorum possessio defertur, *si tabulae testamenti*, signatae utique [6]), *extabunt* [7]); *secundum* [8]) *nuncupationem* [9]) *tabulis . . . non signatis* [10]) vel *sine scriptis testamento condito* [11]). Sed fallit sententia in eo, *qu(i) testamentum in tabulis sibi fecit, filio autem impuberi per nuncupationem substituit*, de quo Iulianus *respondi(t)* [12]) *sententiam praetoris in danda bonorum possessione eam esse, ut separatim patris separatim filii heredes aestimari debeant: nam* [13]), *quemadmodum scripto filii heredi separatim*

---

1) L. 11 D. 29. 3. 2) Cf. l. 16 § 1 D. 28. 6.

3) Iure civili testamentum fieri posse partim scripto partim sine scripto demonstratur exemplo testamenti principalis et pupillaris (l. 20 § 1 D. 28. 6: *si pater sibi per scripturam filio per nuncupationem, vel contra, fecerit testamentum, valebit*).

4) Gai. II § 104. Cf. l. 1 § 5, l. 9 § 2 D. 28. 5.

5) L. 20 D. 29. 7. Adstipulatur in Pandectis Paulus. Sed potest videri fraude Triboniani ibi suppressa esse diversa sententia, quam revera hic probaverit (*et hoc puto rectius dici*).

6) Gord. c. 2 pr. C. 6. 11. Ergo graviter fallit Tribonianus § 1 ia. § 3 Inst. III 9, quum doceat *illis* (§ 3: *omnibus*), *qui recte facto testamento heredes instituti s(i)nt* (§ 3: *iure scriptis heredibus) da(ri) secundum tabulas bonorum possessionem.* — Ceterum non est necesse, ut totum testamentum signatum sit, quamobrem, ut in *uno* testamento, *sufficit tabulas esse patris signatas etsi resignatae sint filii, et (filii) septem signa patri* (sic libri) *sufficiunt* (l. 20 pr. D. 28. 6; concurrit ex parte l. 9 D. 37. 11).

7) R. Dig. 37. 2.

8) Vel *contra* (Papin., Resp. V § 20; c. 1 C. 6. 13).

9) *Secundum nuncupationem* bonorum possessionem decretalem fuisse credendum non est Cuiacio Paris. I 1073 B, 1112 C/D; III 64 A (Obs. III 3).

10) Papin., Resp. V § 20.

11) Gord. c. 2 § 1 C. 6. 11; c. 1 C. 6. 13.

12) L. 8 § 4 D. 37. 11. 13) Id est, ergo.

intestatae utique heredi, et fortasse soli, multo magis hanc partem convenire quam marito, non heredi nisi ex accidentibus, numquam soli extante privigno, ne maiore quidem ex parte nisi ex accidentibus futuro. Consequens est, eius cui convenisset partem marito potius quam filio convenire, matrem denique pactam non, ut nunc vitio [1]) legitur: *restitues... filio meo*, sed: *restitues... (marito, non) filio meo, quem ex alio marito* [2]) *suscepi*, et respondisse Paulum pro herede contra eum, cui convenisset. Est igitur verum exemplum pacti pro extraneo [3]), sed quo demonstretur esse nullius momenti, qua re tollitur quaestio utrum valeat exemplo fideicommissi a debitore relicti, quod putabat Bähr [4]) magnoque acumine iteravit Hellwig [5]). Illa quaestio remanet: hodierno iure pactum pro extraneo an et quatenus valeat, cum conveniat ut post mortem deponentis superstiti depositum reddatur Titio; subest enim, ut initio diximus dixeratque Kübler [6]), donatio mortis causa, quae Gallorum et Batavorum legibus arcetur, quo sublato principalis quaestio superest: pactum pro extraneo an hodie valeat. Nam nova quidem Germanorum lege [7]) generaliter valere decretum est, sed, quia apud Anglos [8]) nondum (1910), apud Gallos et Batavos ambigue scripta lex est, èt vetus certamen perseverat èt vetera argumenta adhuc suum quodque pondus retinent eo vel magis, quia lex potest quidem iubere, non vero persuadere, quod praecipuum usum habet in iis, quae non contineri viden-

1) Vitium aliquod subesse senserat Bähr, l. l.

2) *Ex alio marito* scribere qui potuit, si nihil praecessisset de praesenti barone?

3) Hoc graviter adfirmat Rabel, *Ztschr.* cit. XXX p. 467.

4) *Archiv* cit. 67 p. 171/3. Praecesserat Faber, Coniect. XIX 18 § 4, qui non dixit, quod dixit Bähr, l. 77 D. 30 tractari eandem speciem (*„vertragsmässig(e) Aufl(age)"*).

5) Op. cit. p. 3 sqq. Pressit Ottonis illius vestigia etiam adstrictius Lambert, *la stipulation pour autrui. Thèse (Paris)* 1893 I § 78 (p. 92/3).

6) *Gött. gel. Anz.* 1915 p. 42. Negabat nuper (2 Nov. 1914) curia Hagana (*W. P. N. R.* 2358), propterea quod quasi condicio donationi iniecta sit: *nisi heres noluerit*. Quod inprimis ambigitur (Baudry, *Traité de droit civil* XII (1906) p. 221/2 (= *Oblig.* n° 171); Bähr, *Archiv* 67 (1884) p. 171/173), deinde vero ad rem non facit (l. 11 § 5 D. 32).

7) *B. G.-B.* § 328.

8) Cf. Anson, *Principles of the law of contract* (1910) p. 252/7; Pollock, *Principles of contract* (1894) p. 193, 198—202.

tur arbitrio sed ratione, ut ius obligationum plerisque [1]). Inprimis autem constare debet, quid sit, quod controversiam faciat. Etenim, quum apud Romanos conventio pro extraneo intelligeretur eius, qui non esset in potestate manu mancipio futuri creditoris, hodie sublatis imperandi iuribus admissa autem per sui iuris personas adquisitione, conventio intelligitur eius, qui non sit futuri creditoris iustus vicarius, veluti tutor curator procurator. Num etiam negotiorum gestor [2])? Exigit mandatum vel speciale vel generale dialecticorum princeps Grotius [3]) me quidem iudice, si semel placeat [4]) διαλεκτικῶς καὶ κενῶς agendum esse, optimo sane iure, quibus videatur sola voluntas aut se aut sibi obstringere [5]) nec posse quisquam alii velle nisi tutor pupillo curatorve ei, quem in curatione habet [6]). His enim consequens est, ut *in omnibus rebus*, sive eae *dominium transferunt* sive alterum alteri obligant, *concurrat oporte(a)t affectus ex utraque parte* [7]), neve possint *inter alios acta.... aliis* aut *nocere* [8]) aut prodesse [9]). Quamobrem ex pacto, quod quis

---

1) E. g. Belgae oratori apud: Voorduin, *Gesch. en Begins.* V (1838), p. 13: *„dans cette partie il n'y a presque rien d'arbitraire ni de systématique; mais vous y trouverez la réunion de tous les principes, que la raison, l'équité et la conscience révèlent à tous les hommes"*.

2) Antequam scilicet ratum habeatur.

3) De iure B. ac. P. II 11 § 18. 2.

4) Displicet Aristoteli (de anim. I 1 § 8 i. f.), ut furtum Verri.

5) Cf. e. g. Gans, *Grundlage des Besitzes* (1839) p. 53: *„wir verlangen blos, dass zugegeben werde, dass der Boden des Rechts der Wille sei, und alle Stufen und Theile des Rechtsgebäudes auf dieser Grundlage ruhen"*; Bruns, *Recht des Besitzes* (1848) p. 489: *„der Wille ist vermöge seiner Geistigkeit und Freiheit überhaupt die Grundlage und der Ausgang alles Rechts"*; Jhering, *Grund des Besitzesschutzes* (1869) p. 31: *„dass der Wille die* vis agens *des ganzen Privatrechts ist, darüber bin ich mit meinen Gegnern vollkommen einverstanden"*. Propositionem non improbat, conclusionem — suo quemque velle obligari — valde probat, quo nihil hodie maius habemus, Meijers in: *Weekbl. voor privaatr.* 52 (1921) p. 142/3, quod suo cum damno non legunt exteri.

6) Cf. e. g. Drucker, *Bezitsverkrijging* etc. Diss. Leid. (1879) p. 109 ima.

7) L. 55 D. 44. 7 ia. l. 1 § 3 (*adeo autem* rell.) D. 2. 14. Pothier, *Oblig.* nº 4: *„de même que je ne puis par ma seule volonté transférer à quelqu'un un droit dans mes biens, si sa volonté ne concourt pour l'acquérir, de même je ne puis pas par ma promesse accorder à quelqu'un un droit contre ma personne, jusqu'à ce que sa volonté concoure pour l'acquérir"*. 8) R. Cod. 7. 60.

9) Hoc recte, id est, secundum disputandi rationem subiungitur quum a Pomponio l. 7 D. 23. 4 tum *Cod. civ.* art. 1165.

neque ipse fecerit neque fieri mandaverit, neque tutor curatorve eius fecerit fierive mandaverit nihil potest adquirere [1]), nisi contra rationem iuris aliquid constituentium auctoritate exceptum sit. Quae quidem omnia sunt absurdissima [2]), verum, ut bene formati corporis membra ita cohaerent, ut semel concesso principio contra disputari non possit. Quocirca rectissime contendit Van der Keessel [3]) Grotii doctrinam *ex ipsa rei natura* descendere, id est, iuris naturalis ipsi fundamento innixam esse, quapropter mirum non est, multos ab eo deceptos esse, etiam cautos et sapientes, velut Ottonem Stobbe [4]). Ergo negotiorum gestor *naturaliter* pro extraneo frustra paciscitur, nisi ratum habeatur. Quid, qui suo nomine alteri stipulatur? Quod quibusdam videtur absurdum esse isque, qui alteri stipuletur, utique negotiorum gestor esse [5]). Nos vero, ne contra receptum usum negotiorum gestorem appellemus [6]), qui rem suam det [7]) vel se obliget, ut obligatio quaeratur alteri [8]), quem dicere solemus *sub modo* contrahere [9]), et, quia non agitur de rerum substantia, sed de schematis nescio quibus et

---

1) Pothier, *Oblig.*, n⁰ 87: *„l'obligation qui naît des conventions et le droit qui en résulte étant formés par le consentement et le concours des volontés des parties, elle ne peut obliger un tiers, ni donner de droit à un tiers dont la volonté n'a pas concouru"*.

2) Ceteris tamen absurdior, quem separatim demoliri aggressi sumus cap. harum observ. LXXV, de adfectuum concursu locus. Quam nuper appellabat Anson, *Principles of the english law of contract* (1910) p. 40: *„the modern* (p. 2: *Savigny's*) *analysis of contract"*. Nempe illic oritur, quum apud nos occidit, sol necdum innotuit Schlossmann.

3) Thes. 510.

4) *Handbuch* III (1878) § 172 II 4 (p. 118): *„es ist daran festzuhalten, dass ein Vertrag an sich nur Wirkungen unter den Contrahenten erzeugt"*.

5) Cf. quos laudat Gallos refutandi causa Baudry, *Traité de droit civil* XII (1906) p. 196² (*Oblig.* n⁰ 152), quemve Austriacum iurisconsultum Windscheid (1891) § 316*a* not. 1 (i. f.).

6) Non propterea daturi ultro citroque negotiorum gestorum actionem, unde cavendum putat Moltzer, *Overeenk. ten beh. van derden.* Diss. Leid. (1876) p. 78/9.

7) Vel commodet vel deponat.

8) Hunc (id est, se obligantem ut actio quaeratur alteri), esse dicit Bähr, *Archiv* etc. 67 (1884) p. 160², stipulantem *sibi*. Redit eodem definitio Eduardi Lambert, *Thèse* cit. I § 51 (p. 62). Ex diverso Grotius, op. cit. II 11 § 19, ei, qui sibi stipuletur, promissorem sub modo adsimulat quasi propriam personam sustinentem.

9) Cf. Dernburg, *Pandekten* I (1892) § 115³.

quasi larvarum umbris, pareamus Grotio, quum doceat [1]) *distinguendum es(se) inter promissionem mihi factam de re danda alteri et inter promissionem in ipsius nomen collatam, cui res danda est*, quo casu negotiorum gestio vertitur. Ergo, *si mihi facta est promissio, omissa inspectione, an mea privatim intersit, quam introduxit ius Romanum, naturaliter videtur mihi acceptanti ius dari efficiendi, ut ad alterum ius perveniat, si et is acceptet* [2]). Erit igitur hoc quoque pactum pro extraneo, quod ad ipsius personam attinet, antequam acceptaverit nullius momenti [3]), quia iure naturali [4]) sine acceptione nihil adquiri potest; valebit autem, quod ad stipulatoris personam attinet, a quo potest etiam remitti, sicut ab eo, qui sub modo promiserit, modus, *quamdiu a tertio acceptatum non erit* [5]). Interest inter eum, cui ex pacto alieno actio quaeratur *naturaliter* acceptatione ipsius, et eum, qui iure scripto [6]) utiliter agit adversus donatarium secundum donationis modum, *nam ex consensu omnium ex ipso pacto donationis ius dicitur absenti quaesitum* [7]), *etiamsi id pactum eave condicio a nemine absentis nomine acceptata fuerit, ut Iason explicat* [8]) *optime perpensa ipsius constitutionis decisione* [9]), huic enim iure singulari [10]) agere permittitur, quamvis *stipulatus non sit*, id est,

---

1) Op. cit. II 11 § 18. 1.

2) Haec Grotius, cui quoad acceptationis necessitatem testimonium dicit, quem laudat, Covarruvias ad c. *Quamvis*, P. 2 § 4 n⁰ 13 *(secuta absentis acceptatione eiusque praestito consensu teneatur praesens stipulator ei actione cedere)*. Scribit nihilominus Lambert, *La stipulation pour autrui, Thèse (Paris)* 1893 I p. 169 (§ 159): „*la théorie de l'acceptation de la stipulation pour autrui... a été découverte par les premiers commentateurs de notre code civil*".

3) Consequens est, ut, si interim resiliat promissor, stipulatori quidem teneatur, non vero ei, cui convenerat. Quod vidit Windscheid (1891) § 316*a*. 1, corrigitque quasi ipsius arbitrio permissum.

4) Ergo nihil agitur locis iuris Romani, quibus demonstrat Regelsberger, *Archiv* cit. 67 (1884) p. 12, ignoranti posse adquiri, sed ipsum ius naturale (Baudry, *Traité* cit. XII (1906) p. 202 lin. 11 (*Oblig.* n⁰ 154. 5): „*(les) principes*" = (Fenet IX p. 139 lin. 30) „*(le) droit naturel*") detrudendum est possessione.

5) De iure B. ac. P. II 11 § 19.

6) c. 3 C. 8. 54 (55) = Vat. 286.

7) Covarruvias, Var. Resol. I 14 n⁰ 13 vs. 10 (*quamobrem*).

8) Num. 22 ad l. 122 § 2 D. 45. 1. Contuli.

9) Covarruv., Var. Resol. I 14 n⁰ 11.

10) *Benigna iuris interpretatione.*

non acceptaverit: nam iure Romano, quia non est ex pacto actio, nisi per stipulationem acceptari non potest. Quod ut tenuisset Lambert [1]) — non tenuisse certum est [2]) — fortius dicturus erat [3]) utilem actionem ei, propter quem sub modo donatum sit, sine acceptione quaeri. De eo tantum dissentiunt Doctores, utrum possit *re integra* [4]) modus a donatore remitti [5]) atque sic utilis actio intercipi. Quod absurdum videbatur Fachinaeo [6]); praevaluisse tamen videtur opinio Bartoli [7]): ut possit, non propter ipsa verba constitutionis [8]), sed propter Pauli in re simili responsum [9]), proinde, ibi ut legitur, *heredis voluntatem non esse exquirendam*, sed ipsius tantum qui donaverit [10]). Quamdiu autem integra res est? Respondet Covarruvias [11]): *post absentis acceptationem nequaquam posse donatorem etiam ex consensu donatarii a praedicto pacto in favorem tertii apposito re(ced)ere*, ideo, ni fallor, quia post acceptationem directam actionem absens nactus est. Quae sententia omnia fere suffragia tulit eorum nimirum, qui ad exemplum Bartoli modum remitti posse sentirent [12]), quocirca mirari non debemus, cur, postquam est reditum ad sententiam Bartoli, quam deseruerat Gallicus legislator, quum fideicommissa ordinabat [13]), simul sit

---

1) *La stipulation pour autrui. Thèse (Paris)* 1893.

2) *Thèse* cit. I § 181 (p. 192/3).

3) *Thèse* cit. I p. 166 (§ 151).

4) Fachinaeus, Controv. VIII 89.

5) Ita scilicet, ut donatario potestas fiat, cui liberum erit vel nunc exsequi *invito donatore* modum (Covarruv. Resol. cit. (I 14) n⁰ 9 ad exemplum l. 8 D. 18. 7), quocirca supervacanea est disputatio, quam instituit Baudry, *Traité* cit. XII (1906) p. 217 (*Oblig.* n⁰ 169. 2).

6) L. l. (Contr. VIII 89).

7) Ad l. 122 § 2 (i. f.) D. 45. 1.

8) *Iuxta donatoris voluntatem*, quae potuisse in propositam sententiam laudari, recte observat Glück IV p. 471[26].

9) L. 3 D. 18. 7.

10) *Hoc proba(re) omnes, qui Bartoli opinionem sequuntur*, testis est Covarruvias, Var. Resol. I 14 n⁰ 17.

11) Var. Resol. I 14 n⁰ 13 vs. 3 (*tertio apparet*).

12) Cf. Lambert, *Thèse* cit. II § 74 (p. 86) = d'Aguesseau, *Oeuvres* XII (*Brux.* 1829) p. 526/7.

13) *Ordonn. sur les substitutions* (1747) tit. I art. 11, quem laudat Pothier, *Oblig.* n⁰ 73. 3. Editur mendose (*acceptées* pro *acceptée*) apud: d'Aguesseau, *Oeuvres* XII (*Brux.* 1829) p. 481.

reditum ad Covarruviae interpretationem (*Cod. civ.* art. 1121). Post quod videndum, numquid intersit inter hanc novissimam iuris Romani interpretationem et ius naturale Grotii. Aiunt dialectici propterea, quod non possit promissio acceptari ab herede [1]), sed possit heres eius, cui actio quaesita sit, acceptando rem in tutum redigere [2]). Quos refellit eiusdem nationis divina quadam mente cancellarius, quum doceat [3]) hanc acceptationem verum esse contractum („*un véritable contrat*"), quocirca, si potest ab herede interponi, nihil oberit, quominus promissio ab herede acceptetur; si non potest ab herede promissio acceptari, ne res quidem in tutum acceptando redigi. Apparet igitur hactenus nihil referre, quum statuebat modum post acceptationem non posse remitti, sequine voluerit, ut sentit Lambert [4]), Gallicus legislator veterum pragmaticorum doctrinam, an, quorum ille rationem omnino non habet [5]), dialecticorum novorum ex Grotiano genere oracula. Qui priore utique articulo (1119, nobis 1351) iuris Romani regulam aperte confirmavit [6]), Grotii denique haeresin *inspectione(m)* eius *omi(ttentis)* rebus et factis damnavit, vel sic tamen potest non omne venenum, quod ex hoc fonte bibisset, reddidisse. Cuius si quid mansit, unica sedes sit posterioris articuli (1121, nobis 1353) particula, qua tenere iubetur pactio pro extraneo, „*lorsque*

---

1) Baudry, *Traité* cit. XII (1906) p. 204 (*Oblig.* n⁰ 156 i. f.). Descendit sententia recto limite ex Grotii de iure B. ac P. II 11 § 16 (Pufend. III 9 § 6).

2) Baudry, ibid. p. 202/3 (n⁰ 154 I).

3) *Oeuvres* XII (*Brux.* 1829) p. 531 lin. 34. Eodem redeunt sententiae ipsius Codicis civilis rogatorum, quas recepit Fenet XIII p. 225 (Bigot): „*si la tierce personne a déclaré qu'elle entend profiter de la stipulation* l'engagement (= *le consentement*) *devient réciproque*", p. 316 (Favart): „*sa déclaration équivaut à une acceptation*", p. 417 (Mouricault): „*son consentement étant réuni à celui des autres parties, le contrat se trouve réellement scellé par trois volontés*".

4) *Thèse* cit. II § 5 (p. 5), § 79 (p. 89).

5) Iuris naturalis expertem totum diceres, nisi, *Thèse* cit. II § 54 (p. 68), alteri sine mandato non suo nomine stipulantem, id est, negotiorum gestorem adsimularet *testi*, quod mutuatus est a Ioanne Barbeyrac not. 5 ad Grotii de iure B. ac P. II 11 § 18.

6) Hoc fatetur Lambert, *Thèse* cit. II § 1 (p. 1/2), longe aliud dicturus § 10 (p. 10), § 54 (p. 68/9): pertinere art. 1119 ad pactum negotiorum gestoris („*il s'applique lorsque d'une part le stipulant n'a aucun intérêt personnel à l'exécution de l'obligation et que d'autre part il ne s'est point engagé lui-même envers le promettant*").

telle est la condition d'une stipulation que l'on fait pour soi-même", quae sic interpretatur rogatorum unus ex quatuorviro Bigot [1]: *„il suffit que ce soit la condition d'une stipulation que l'un des contractants fait pour lui-même; telle est l'obligation contractée au profit d'un tiers* par une (= *comme condition d'une) donation: alors* [2]) *l'équité ne permet point que la personne ainsi obligée ne remplisse pas la condition de son* contrat (= *acquisition*)". Quorum sensus hic est [3]): cui promittatur vel donetur [4]) ea lege eave sub conditione ut alii det vel faciat, eum ad dandum vel faciendum adstringi. Descendit praeceptum ex Grotiana officina [5]) institore, opinor, Wolffio [6]), cuius octavo decimo saeculo medio *regnabat* iuris doctrina *per plerasque Europae regiones* [7]), ne Gallia quidem hominem aversante [8]). Ergo, si fideliter textum interpretatus est Bigot, conicias tres quatuorviros in perniciem Grotianae constitutionis coniurasse, eosdem concordiae causa quarto adiunctae propositionis gratiam fecisse eo vel magis, quod adiuncta propositio de promissione sub modo aliquid commune habere videretur, etsi revera non habebat [9]), cum Diocletiani constitutione de donatione sub modo [10]), quam forum dudum receperat. Sed molestum est, quod secundum hanc interpretationem in uno legis articulo

---

1) Apud: Fenet XIII p. 224/5.

2) Quae sequuntur, mutuatus est a Roberto Pothier, *Oblig.* n° 72 (ad c. 3 C. 8. 54 (55) = Vat. 286), qui potest ipse mutuatus esse a minore Pufendorf (Moltzer, *Overeenk. ten beh. vau derden.* Diss. Leid. (1876) p. 246 not. 1).

3) Vidit praeceptor meus J. P. Moltzer, *Overeenk. ten beh. van derden.* Diss. Leid. (1876) p. 319.

4) Id est, detur, quo ducit recta Baudry, *Traité* cit. XII (1906) p. 190/1 (*Oblig.* n° 148. 6), adhibito art. 1973.

5) De iure B. ac P. II 11 § 19: *ex superioribus intelligi etiam potest, quid sentiendum sit de onere adiecto promissioni... in commodum tertii.* Quod hic expressum volebat, expressit Bigot.

6) *Institutions du droit de la nat.* (Leid. 1772) § 435: *„si l'on attache en faveur d'un tiers une charge à* la *(= sa) promesse"*. Ex hoc libro in Codicem civilem nonnihil influxit. Cf. modo *Instit.* § 593 cum C. Civ. art. 1599; § 551 cum C. Civ. art. 1984 *(en son nom).*

7) Den Tex, Encycl. jurispr. (1839) § 222.

8) In fronte maioris operis, quod quasi Pandectas iuris naturalis continet, unde huc pertinet III § 756, etiam academiae Parisinae *membrum* se qualificat.

9) Quid intersit, diximus supra.

10) c. 3 C. 8. 54 (55) = Vat. 286.

pronomen indefinitum significat semel legem dicentem, iterum legem accipientem, tertium legem dicentem. Quod vitant vitium reliqui oratores duo, dum „*condition d'une stipulation qu'on fait pour soi-même*" interpretantur „*(stipulation faite) à la suite d'une stipulation que je fais pour moi-même*" [1]) „*stipulation accessoire*" [2]), qua cum definitione convenit locus quidam Roberti Pothier [3]), qui potest quatuorviris obversatus esse. Fatetur denique Baudry-Lacantinerie [4]) hanc quam maxime interpretationem cum ipsius legis verbis consentire. Sed nihilominus verba „*stipulation que l'on fait pour soi-même*" interpretatur [5]) promissionem, qua quis suo nomine se obstringat, quo rem effectu deducit eodem, quo Bigot. Sunt apud nos, qui latius interpretantur: conventionem iustam cui quis suo nomine interveniat sive stipulando sive promittendo, pro qua sententia laudari potest rubrica Roberti Pothier [6]): „*que ce qui concerne une autre personne que les parties contractantes peut être le mode ou la condition d'une convention*", quam possunt rubricam auctores codicis respexisse. Sed possunt etiam respexisse ab illo positum [7]) exemplum: posse quem utiliter stipulari sibi sub condicione: nisi detur alteri, etsi non docet Pothier hoc casu extraneo actionem quaeri. Hoc tamen adsumi potuit ex Wolffio [8]), qui condicionem et modum tantundem valere praecipit. Ergo oriuntur quatuor interpretum sententiae: posse pro extraneo utiliter stipulari, qui promittendo se obstringat [9]), qui stipulando alterum sibi [10]), cuius alioquin iusta

---

1) Fenet XIII p. 316 (Favart).

2) Fenet XIII p. 417 (Mouricault).

3) *Constitution de rente* n⁰ 241. 2. Appellat quidem *clause* (non condicionem).

4) *Traité* cit. XII (1906) p. 189³ (*Oblig.* n⁰ 148).

5) Ibid. p. 189/90 (n⁰ 148).

6) *Oblig.* ante nnm. 70. Sed in textu ex *conventione* mox fit *datio* (n⁰ 71. 1: „*je puis aliéner ma chose à la charge* etc.") ex datione *donatio* (n⁰ 71. 3: „*le tiers qui n'avait pas été partie au contrat de donation*").

7) *Oblig.* n⁰ 70.

8) *Instit. du droit de la nat.* § 435. Ex hoc libro in Codicem civilem nonnihil influxit. Cf. modo *Instit.* § 593 cum C. Civ. art. 1599; § 551 cum C. Civ. art. 1984 (*en son nom*). — Bis cecini ne sic quidem Baudrycolas excitaturus.

9) Bigot; Baudry.

10) Favart; Mouricault; Ferrini, *Enciclop. giurid. ital.* XII 1 (v. *Obbligazione*) p. 721; Diephuis X (1886) p. 429; suprema nostra curia 1914.

sit conventio [1]), qui stipuletur extraneo et poenam sibi [2]). Ex quibus quidem rebus gerundis aptissima est tertia, quia effectu tollit regulam, ne liceat pacisci pro extraneo; quando enim non licebit, si omni iustae conventioni potest hoc accedere? Itaque tantundem valet ita interpretari atque contendere, ut contendit Lambert [3]), ex art. 1121 semper valere pactum („*les rédacteurs de notre code.... ont bien nettement prouvé, dans l'article 1973, que les termes de l'art. 1121* n'avaient (= *n'ont*) *rien de limitatif*"). Sed mihi sufficiat demonstrasse, huius articuli interpretationem unam [4]) alteramve [5]) stare non posse, quin simul constet ex Wolffiana penu aliquid ipsius conditores traxisse, inde qui traxerunt quum mandati definitionem [6]) tum celeberrimam regulam, quae rescindit alienae rei venditionem [7]), quod neutrum observatum vidi usquam [8]).

CXIX.

Quae sint testamenti.

Vidimus olim [9]), quid esset testamentum; modo videamus, quae sint testamenti, id est, quae testamento naturaliter insint. Nam codicilli, etiamsi *pars intelliguntur testamenti* [10]), re tamen vera accedunt, quorum *ius singulare est, ut quaecumque in his scribentur, perinde haberentur, acsi in testamento scripta essent* [11]), quocirca non obtinebit *in illis, quae non iuris sed facti sunt* [12]).

---

1) Ita videbatur supremae nostrae curiae 1913. Indidem stat collega P. Scholten, *W. P. N. R.* 1916 p. 367 (*overdr.* p. 33/4).

2) W. H. de Sav. Lohman (apud: Land, *Verklaring* IV 1 (1907) p. 207/8), qui nunc supremae nostrae curiae praesidet. Adfinis est sententia viri clarissimi Meijers, in Themide nostra 66 (1905) p. 434/5, 436[3].

3) *Thèse* cit. II § 2 (p. 2).

4) Quae nobis fuit prima. 5) Nobis quartam.

6) Cod. civ. art. 1984 (*en son nom*). Cf. *Instit. du droit de la nat.* § 551.

7) Cod. civ. art. 1599. Cf. *Instit.* cit. § 593.

8) Ter cecini ne sic quidem Baudrycolas excitaturus.

9) Cap. harum observ. XCIV.

10) L. 11 D. 29. 3; l. 14 D. 29. 7; Windsch. (1891) § 630[7].

11) L. 2 § 2 D. 29. 7.

12) L. 7 § 1 D. 29. 7. Plura dabit Windscheid (1891) § 630[11], qui recte appellat *fictionem*.

Eadem causa est *secun(darum) tabul(arum)* [1]), quum *alia hora* factae sint [2]); alioquin non tantum videbuntur, sed revera erunt pars principalium tabularum. Naturaliter autem insunt omnia, quae vox testantis nuncupavit, atque praeterea [3]), si tabulas ordinavit, quae in tabulis scripta leguntur, quasi voce nuncupata sint [4]), nisi tabulas excipit Iulianus [5]), *quibus heres scriptus non (si)t*, ne ipse quidem, opinor, negaturus posse testamento heredes partim nuncupari partim scribi eosque ad hereditatem pariter venturos. Plane, si quis heredes quosdam nuncupavit quosdam scripsit, etsi iure civili concurrunt, non possunt simul accipere bonorum possessionem, quia secundum tabulas bonorum possessio defertur, *si tabulae testamenti*, signatae utique [6]), *extabunt* [7]); *secundum* [8]) *nuncupationem* [9]) *tabulis*... *non signatis* [10]) vel *sine scriptis testamento condito* [11]). Sed fallit sententia in eo, *qu(i) testamentum in tabulis sibi fecit, filio autem impuberi per nuncupationem substituit*, de quo Iulianus *respondi(t)* [12]) *sententiam praetoris in danda bonorum possessione eam esse, ut separatim patris separatim filii heredes aestimari debeant: nam* [13]), *quemadmodum scripto filii heredi separatim*

---

1) L. 11 D. 29. 3. 2) Cf. l. 16 § 1 D. 28. 6.

3) Iure civili testamentum fieri posse partim scripto partim sine scripto demonstratur exemplo testamenti principalis et pupillaris (l. 20 § 1 D. 28. 6: *si pater sibi per scripturam filio per nuncupationem, vel contra, fecerit testamentum, valebit*).

4) Gai. II § 104. Cf. l. 1 § 5, l. 9 § 2 D. 28. 5.

5) L. 20 D. 29. 7. Adstipulatur in Pandectis Paulus. Sed potest videri fraude Triboniani ibi suppressa esse diversa sententia, quam revera hic probaverit (*et hoc puto rectius dici*).

6) Gord. c. 2 pr. C. 6. 11. Ergo graviter fallit Tribonianus § 1 ia. § 3 Inst. III 9, quum doceat *illis* (§ 3: *omnibus*), *qui recte facto testamento heredes instituti s(i)nt* (§ 3: *iure scriptis heredibus) du(ri) secundum t a b u l a s bonorum possessionem.* — Ceterum non est necesse, ut totum testamentum signatum sit, quamobrem, ut in *uno* testamento, *sufficit tabulas esse patris signatas etsi resignatae sint filii, et (filii) septem signa patri* (sic libri) *sufficiunt* (l. 20 pr. D. 28. 6; concurrit ex parte l. 9 D. 37. 11).

7) R. Dig. 37. 2.

8) Vel *contra* (Papin., Resp. V § 20; c. 1 C. 6. 13).

9) *Secundum nuncupationem* bonorum possessionem decretalem fuisse credendum non est Cuiacio Paris. I 1073 B, 1112 C/D; III 64 A (Obs. III 3).

10) Papin., Resp. V § 20.

11) Gord. c. 2 § 1 C. 6. 11; c. 1 C. 6. 13.

12) L. 8 § 4 D. 37. 11. 13) Id est, ergo.

ab heredibus patris (nuncupatis), ita nuncupato potest videri separatim a scriptis patris heredibus bonorum possessio dari. Apparet ex eodem testamento dari posse bonorum possessionem secundum tabulas et secundum nuncupationem, quum altera petatur ab heredibus patris, altera ab heredibus filii [1]), quod ad observandum operae pretium non fuisset, si etiam in unius bonorum possessione petenda iungerentur heredes scripti et nuncupati, *separatim* ad suam cuiusque causam *aestima(ti)*. Qui si non iunguntur, videndum utri praeponantur. Et mihi quidem videtur, qua ratione in possessione danda is qui tabulas habet praefertur ab intestato ius habenti: quia de tabulis facilius constare potest quam de iure, eadem ratione, quum tabulae extant, quamdiu potest locum habere secundum tabulas, cessare secundum nuncupationem; quod si iam locum habuit, multo magis. Ex diverso, si tabulae non extant, quia iam non agitur de possessione [2]) sed de successione [3]), cessat bonorum possessio intestati, quamdiu locum habere potest secundum nuncupationem [4]). Ergo, quod scribit Ulpianus [5]): *bonorum possessio potest peti ab intestato, si certum sit tabulas non extare septem testium signis signatas*, hoc modo est interpretandum: ut possit peti bonorum possessio intestati, non sufficere esse intestatum, sed praeterea requiri, ut desint tabulae; converso igitur ordine non sufficiet deesse tabulas, si vel sic testatus sit ore. Ex diverso Ciceronis tempore deesse sufficiebat, ut daretur bonorum possessio intestati [6]), quod *quare... sit aequissimum, facile es(se) dicere* pronuntiat [7]), sed non dicit [8]).

1) Exheredati vel ex parte heredis instituti. 2) *Interim* habenda.

3) Nisi superior gradus petere omisit habens ius legitimum.

4) Hoc ideo certum est, quia adhaeret bonorum possessioni contra nuncupationem (Papin., Resp. V § 20), quae liberis praeteritis quum adversus extraneos heredes institutos supervacanea esset, tum adversus fratres exheredatos inutilis, si praecederet intestati *unde liberi*.

5) L. 3 D. 38. 6. Similiter Modestini l. 1 § 1 D. 38. 15 ita est interpretanda, ut bonorum possessio intestati cesset *s(i) tabulae testamenti... extent, (ni)si secundum eas vel contra eas bonorum possessionem nemo accepit.* Est enim bonorum possessioni contra vel secundum nuncupationem quovis modo locus faciendus.

6) Accus. III 45 § 115. Non puto testamenta per nuncupationem illis temporibus nondum fuisse rata. 7) Ibid. 44 § 114.

8) Tantundem Fabricius, *Ursprung* etc. *der* bon. poss. (1837) p. 25/6.

Sapienter; cur enim facilius constet de iure sui heredis, cui moveatur status vel generis quaestio, quam de iure testamenti tabulis non extantibus? Sed redeamus eo, unde digressi sumus: testamenti esse ea, quae in tabulis ante conditum testamentum scripta sunt [1]) et leguntur. Et quidem *script(a)* intelliguntur, quae litteris scripta sint [2]) *iussu domini*, id est, ipsius testatoris, quidquid enim *non iussu domini scriptum* [inductum deletumve] *est*, *pro nihilo est* [3]). *Legi* autem intelliguntur, quae *oculis perspici(untur)... sufficit autem*, *si legibilia sint* [4]). Scripta, deinde *inconsulto deleta et inducta nihilominus valent*, modo legi possint [5]). Nihil autem interest, utrum testator tantum induxerit, an praeterea supra scripserit induxisse se, *proinde*, *etsi inconsulto superscripsit induxisse se*, *manebunt et* (= aut), *si ademit* [6]), [non] *erunt adempta* [7]). Quin, *etsi novissime*, *ut solet* [8]), *testamento fuerit adscriptum: „lituras inductiones superductiones* [9]) *ipse feci*", *non videbitur referri ad ea*, *quae inconsulto contigerunt* [10]). Ex diverso consulto *(deleta et inducta) non valent* [11]). Sunt igitur in eadem causa, quae consulto testatore deleta et ea, quae inconsulto testatore scripta sunt,

---

1) *Post conditum testamentum, immo signatum* aliquid adscripsit tabulis Remigius (Brisson, form. VII 160), qua de re cf. Savigny, *Gesch.* II (1834) p. 117/8.

2) L. 6 § 2 D. 37. 1.

3) L. 1 pr. D. 28. 4; l. 22 § 7 D. 48. 10.

4) L. 1 pr. D. 28. 4.

5) L. 1 pr. D. 28. 4; l. 1 D. 37. 2; c. 12 § 1 C. 6. 23.

6) I. e., si quaedam ademit, deinde hoc induxit et supra scripsit induxisse se. Negationem qui conservat Mommsen, ita refingit: *sic adempta non erunt adempta.* Mallem: *sic dempta.*

7) L. 1 § 1 D. 28. 4; c. 12 § 1 C. 6. 23.

8) Solebat adhuc Francorum temporibus. Cf. modo testamentum Remigii (Brisson, form. VII 160): *si qua litura vel caraxatura fuerit inventa, facta est me praesente, dum a me relegitur et emendatur;* Bertichranni (ibid. 162): *si quae liturae, si quae caraxaturae, si quae literae adiectae sunt vel detractae, ego feci;* form. Marc. II 17: *si quid liturae, caraxaturae, adiectiones superdictionesve factae sunt, nos eas fecimus vel facere iussimus, dum testamentum nostrum saepius recurrimus vel emendavimus* (Zeumer p. 88, Thév. p. 21).

9) *Superductiones* confirmatur Marculphi auctoritate (II 17: *superdictiones*). Quid proprie sit, quaerit Glück XXXIX (Mühlenbruch) p. 83.

10) L. 1 § 1 D. 28. 4.

11) L. 1 pr. D. 28. 4; l. 16, l. 17 D. 34. 4; c. 12 § 1 C. 6. 23. Cf. Krueger, *krit. Versuche* (1870) p. 17[1] (ad l. 16 cit.): *„selbstverständlich... vor der* consummatio testamenti".

nam neutra testamenti esse videntur [1]). Ex tali igitur heredis institutione nec cerni potest hereditas nec peti bonorum possessio [2]), ne legata quidem sic relicta debentur. Atqui legimus apud Ulpianum [3]): *consulto deleta exceptione petentes repell(i).* Referenda haec esse ad ea, quae post consummationem testamenti deleta sint, quum est perspicuum tum iam pridem [4]) intellectum; sed videndum est, an revera ab Ulpiano profecta sint. Scripserat hic [5]), si legi non possint, ne inconsulto quidem deleta *deberi, sed hoc ita demum, si ante consummationem testamenti factum est*, quibuscum ultro coeunt [6]): *quoniam* [7]), *si* [8]) *totum testamentum non extet, constat valere omnia, quae in eo scripta sunt* [9]). *Et* [10]), *si quidem illud concidit testator* [11]), *denegabuntur actiones, si vero alius invito testatore, non denegabuntur.* Ergo videntur interposita *(sed consulto quidem deleta exceptione petentes repelluntur, sive legi possunt sive non possunt)* Ulpiano abiudicanda, fortasse etiam plura, nam occurrit illud: statim rediri ad ea, quae ante [12]) consummationem contigerint, his verbis [13]): *et hereditatis portio* [a]*dempta vel tota hereditas, si forte sit substitutus* [14]), *(vacue)facta* [15]) *videbitur, non quasi*

1) L. 2 § 7 D. 37. 11. Cf. Krueger, *Versuche* cit. p. 12²: *„beides geht auf die Zeit vor Abschluss der Testamentserrichtung"*.

2) L. 8 § 3 D. 37. 11. 3) L. 1 § 3 D. 28. 4.

4) Schulting (ad ipsum locum); Krüger, *Versuche* cit. p. 4.

5) L. 1 § 2 D. 28. 4. 6) Ex l. 1 § 3 cit.

7) Mediis omissis offendere desinit *quoniam*. (Krüger, *Versuche* cit. p. 4/5: *„der Satz, dass, selbst wenn das ganze Testament zu Grunde gegangen, doch sein Inhalt in Kraft bleibe, kann nicht als Bestärkung des anderen Satzes angeführt werden, dass es für die Aufrechterhaltung des durchgestrichenen darauf ankomme, ob absichtliche oder zufällige Streichnng vorliegt"*).

8) *Etiamsi* reponit Mommsen in editione maiore (I p. LXXXV).

9) Idem docet Gaius II § 151.

10) Verba: *constat valere omnia quae in eo scripta sunt et* tamquam glossam damnat Mommsen, l. l., stomachante et obtestante Burchardo Guilielmo Leist, *Serie* etc. IV p. 194.

11) Sana mente. Ergo si *mente captus* incidit tabulas, non tantum valet testamentum (Scaevol. l. 20 D. 28. 3), sed ne denegabuntur quidem actiones.

12) Cuiac. Paris. I 1113 A, qui non debebat in eam sententiam laudare l. 14 pr. D. 30.

13) L. 1 § 4 D. 28. 4.

14) Alioquin nullum erit testamentum. Quocirca non adsentio Antonio Fabro (Coniect. XVIII 16) delenti *si forte sit substitutus*.

15) Libri: *iure facta*.

adempta ... potest ... quia ... cumscr... demum ... perfect... boniar... pauca ... libro ... sona ... exem... des. ... neque ... ris ... volun... causam ... dubita... quasi ... quae ...

...gatis po... *erit* ex ... rescriptum Al...

1) ... *non mereri* u... ... *portio non iure* 7) ... coheredibus non ad... portio 8), quin ...

3) ... l. 10 D. 49. 14 ... designatum iterumqu... ..., quod eo perti... ... *Serie* etc. IV p... ...ter Iustiniani co... ...etur. Itaque incl... ...ntatem suam nor... ... 7/8: *„(durch) di...* ... *dem Testamente d...*

4) Cf. l. 29 § 1 ...

5) L. 3 D. 28. ... divi Pii constitutio...

6) c. 4 C. 6. 3...

7) I. e., *per epi...* p. 229[13]: *„(nicht)* ...

8) De substituto ...

nam neutra testamenti esse videntur [1]). Ex tali igitur heredis institutione nec cerni potest hereditas nec peti bonorum possessio [2]), ne legata quidem sic relicta debentur. Atqui legimus apud Ulpianum [3]): *consulto deleta exceptione petentes repell(i).* Referenda haec esse ad ea, quae post consummationem testamenti deleta sint, quum est perspicuum tum iam pridem [4]) intellectum; sed videndum est, an revera ab Ulpiano profecta sint. Scripserat hic [5]), si legi non possint, ne inconsulto quidem deleta *deberi, sed hoc ita demum, si ante consummationem testamenti factum est*, quibuscum ultro coeunt [6]): *quoniam* [7]), *si* [8]) *totum testamentum non extet, constat valere omnia, quae in eo scripta sunt* [9]). *Et* [10]), *si quidem illud concidit testator* [11]), *denegabuntur actiones, si vero alius invito testatore, non denegabuntur.* Ergo videntur interposita *(sed consulto quidem deleta exceptione petentes repelluntur, sive legi possunt sive non possunt)* Ulpiano abiudicanda, fortasse etiam plura, nam occurrit illud: statim rediri ad ea, quae ante [12]) consummationem contigerint, his verbis [13]): *et hereditatis portio* [a]*dempta vel tota hereditas, si forte sit substitutus* [14]), *(vacue)facta* [15]) *videbitur, non quasi*

1) L. 2 § 7 D. 37. 11. Cf. Krueger, *Versuche* cit. p. 12[2]: *„beides geht auf die Zeit vor Abschluss der Testamentserrichtung".*

2) L. 8 § 3 D. 37. 11. 3) L. 1 § 3 D. 28. 4.

4) Schulting (ad ipsum locum); Krüger, *Versuche* cit. p. 4.

5) L. 1 § 2 D. 28. 4. 6) Ex l. 1 § 3 cit.

7) Mediis omissis offendere desinit *quoniam* (Krüger, *Versuche* cit. p. 4/5: *„der Satz, dass, selbst wenn das ganze Testament zu Grunde gegangen, doch sein Inhalt in Kraft bleibe, kann nicht als Bestärkung des anderen Satzes angeführt werden, dass es für die Aufrechterhaltung des durchgestrichenen darauf ankomme, ob absichtliche oder zufällige Streichnng vorliegt"*).

8) *Etiamsi* reponit Mommsen in editione maiore (I p. LXXXV).

9) Idem docet Gaius II § 151.

10) Verba: *constat valere omnia quae in eo scripta sunt et* tamquam glossam damnat Mommsen, l. l., stomachante et obtestante Burchardo Guilielmo Leist, *Serie* etc. IV p. 194.

11) Sana mente. Ergo si *mente captus* incidit tabulas, non tantum valet testamentum (Scaevol. l. 20 D. 28. 3), sed ne denegabuntur quidem actiones.

12) Cuiac. Paris. I 1113 A, qui non debebat in eam sententiam laudare l. 14 pr. D. 30.

13) L. 1 § 4 D. 28. 4.

14) Alioquin nullum erit testamentum. Quocirca non adsentio Antonio Fabro (Coniect. XVIII 16) delenti *si forte sit substitutus.*

15) Libri: *iure facta.*

adempta [1]), *quoniam hereditas semel data adimi* [facile] *non potest* [2]), *sed quasi nec data* [3]). Quamobrem dubito, an circumscribenda sint priora omnia incipientibus a *sed hoc ita demum* [4]). Quo non erit effectum, ut ipsa actionum denegatio perfecto testamento et cancellato patrem habere videatur Tribonianum; supersunt enim vel sic genuina testimonia non pauca. Veluti docet Papinianus libro XVI quaestionum [5]) et libro VIII responsorum [6]): *divu(m) Marcu(m) in eius persona....., cuius nomen peracto testamento testator indux(isse)t*, exemplum secutum senatus, qui, *quum quidam scripsisset heredes, quos instituere non poterat, quamvis institutio non valeret, neque superius testamentum ruptum esset, heredibus tamen* prioris testamenti, *ut indignis, qui non habu(isse)nt supremam voluntatem, abstuli(sse)t iam pridem.... hereditatem*, proinde *causam.... ad praefectos aerarii misi(sse)* [7]) *fisco portionis emolument(o) adiudicat(o)* [8]). Exstant ipsa acta [9]), nec potest dubitari, quin a Papiniano ea rata habeantur, adnectit enim quasi de suo: *de praeceptionibus eidem datis voluntatis e r i t quaestio* [10]). Quo magis est mirabile eundem iurisconsultum

---

1) Ergo initio *dempta* reponendum fuit, et refellitur opinio Cuiacii (Paris. I 1112 D) haec pertinere ad ademptionem verbis factam.

2) Cf. l. 13 § 1 D. 28. 2: *regula est iuris civilis, qua constitutum est hereditatem adimi non posse;* l. 17 § 2 D. 29. 1: *cum in paganorum testamentis sola hereditas* [exheredatione] *adimi non possit.* Qua de re cf. Cuiacius Paris. I 1089 A et ex altera parte Glück XLIV (Fein) p. 112; XXXVI (Mühlenbr.) p. 396—412; nam aberrat Leist, *Serie* etc. IV p. 155.

3) Hoc dici non potuit de hereditate quolibet modo *post* consummationem testamenti vacuefacta. Interest autem inter eodem testamento adempta et non data gestorum ordinem spectantibus, nihil enim adimi potest, quin ante sit datum. Sed iuris potestate nihil interest, quia, *quod ademptum est, nec datum vide(tur) secundum Celsi et Marcelli sententiam, quae vera est* (l. 14 pr. D. 30).

4) Similis est, ni fallor, interpolatio l. 14 § 1 D. 30 *(et hoc ante impletum testamentum fecerit);* l. 12 D. 28. 5 *(scilicet si hoc ante peractum testamentum scriptum sit).*

5) L. 12 D. 34. 9. 6) L. 16 § 2 D. 34. 9. 7) L. 12 cit.

8) L. 16 § 2 cit. Cur igitur ad praefectos misit? Ut singularum rerum actiones exercerentur, opinor.

9) L. 3 pr. D. 28. 4 (Marcelli).

10) L. 12 cit. Ergo, quae sequuntur, *et legatum ei non denegabitur* rell. non possunt esse Papiniani. Apud Marcellum (l. 3 pr. D. 28. 4) hoc tantum traditur: *dubitatum* esse *maxime de his legatis, quae adscripta erant his, quorum institutio fuerat inducta,* non traditur sententia principis.

libro VI responsorum [1]) nos docere, quum quis [2]) *testamentum suum irritum esse*[illegible]*t et intestatus esse malui(sse)t* [3]), et, quum *testa*[illegible]*redem inimicitiis gravissimis persecutus... testamentum aliud facere instituisset neque perficere potuisset* [4]), *heredum institutiones et substitutiones in eodem statu mansisse placu(isse)* [5]), nec *hereditaria(s)* propterea *actiones... denega(tum iri)* [6]). Num igitur hi potius retinuisse voluntatem videbuntur, quam, quorum nomina testator induxerat? Atqui, inquiunt, in hac utraque specie non induxerat. Fateor, sed in altera certe testamentum praeparaverat, quod quomodo potuit ad hereditatem auferendam non sufficere, quum satis fuerit heredes scribere, qui institui non possent [7])? Verene interest inter testamentum coeptum et testamentum, quod iustum heredem non habeat? Interesse volunt Cuiacius [8]) atque Leist [9]), ne secum pugnet sententia Papiniani; candidior Krueger [10]) versari pugnam admittit. Quod eo vel magis obtinendum est, quia certe initio creditum est coepti testamenti et eius, quod iustum heredem non habeat, eandem ad auferendum potestatem esse; alioquin Pertinaci constituendi causa non fuisset: *ut testamenta priora non prius essent irrita, quam alia perfecta essent* [11]) *neve ob hoc fiscus aliquando succederet.* Qua cum oratione perfecte congruit sententia Papiniani Resp. libro VI, sed abhorret eiusdem Quaest. libro XVI, Resp. libro VIII non solum in testamenti posterioris non perfecti causa, sed etiam nominis inducti, adsimulat enim causam causae [12]). Quid

---

1) L. 36 § 3 D. 29. 1; l. 22 D. 34. 4.

2) *Veteranus*, sed hoc nihil ad praesentem tractatum.

3) Ea species l. 36 § 3 cit. 4) Ea species l. 22 cit.

5) L. 36 § 3 cit.

6) L. 22 cit. Hic quoque consulti verba *(actiones ei non denegabuntur, sed, legatum si petat, exceptione... submovebitur)* adsentientis sunt ut illic (l. 12 D. 34. 9): *de praeceptionibus... voluntatis erit quaestio.*

7) L. 12 D. 34. 9.

8) Paris. IV (Q) 426 C/D. Quam torqueat eum facti conscientia his verbis ostendit ipse: *Scripti non videntur habere supremam voluntatem nec tamen sunt indigni* (posteriore testamento tantum coepto).

9) *Serie der Bücher 37 und 38* IV p. 224[10].

10) *Krit. Versuche* (1870) p. 28[1].

11) Haec pars constitutionis transiit in § 7 (6) Inst. II 17. Totam servat vit. Pertin. c. 7.

12) L. 12 D. 34. 9.

ergo est? Non sustinuisse reor iurisconsultum [1]) pro fisco statuta ad similia producere, n[illegible]amobrem fiscum libellorum magistrum vel praefectum. Quid Ulp[illegible]? *Cancellaverat quis testamentum vel induxerat et s(e) prop[illegible] unum heredem facere dixerat* [id postea testamentum signatum est [3])]. *Quaerebatur de viribus testamenti deque portione eius, propter quem se cancellasse dixerat. Dicebam, si quidem unius ex heredibus nomen induxerit, sine dubio... ipsi soli denegari actiones.... Sed, si omnia nomina induxerit, ut proponitur, adscripserit autem idcirco se id fecisse, quia unum heredem offensum habuit, multum interesse arbitror, utrum illum tantum fraudare voluit hereditate an vero causa illius totum testamentum infirmare, ut (sci)licet unus inductionis causam praebuerit, verum omnibus offuerit. Et, si quidem soli ei ademptam voluit portionem, ceteris nihil nocebit inductio, non magis, quam si volens unum heredem inducere invitus et alium induxerit. Quodsi putavit totum testamentum delendum ob unius malum meritum, omnibus denegantur actiones* etc. *Denegatis* porro *actionibus* in hac quoque specie [4]) *fisco locus erit* ex constitutione divi Marci [5]), quacum consentit rescriptum Alexandri [6]): *(quia) testatrix voluntatem suam non mereri unum ex heredibus declaraverat, merito eius portio non iure* [7]) *ad alium translata fisco vindicata est.* Ergo coheredibus non adcrescit, ne substituto quidem defertur adempta portio [8]), quin omnibus nominibus deletis ab intestato

---

1) Cf. l. 10 D. 49. 14 (Modestini). 2) L. 2 D. 28. 4.

3) Resignatum iterumque signatum testamentum *utroque iure vale(t)* (l. 23 D. 28. 1), quod eo pertinet, ut peti possit bonorum possessio secundum tabulas (Leist, *Serie* etc. IV p. 200), qua de re hic non agitur. Inseruit Tribonianus, ne propter Iustiniani constitutionem (30 C. 6. 23) testamentum utroque iure infir[m]aretur. Itaque inclusi. Etsi non vult carere iis Leist, quasi iterum signando [vo]luntatem suam non abrogandi totum testamentum testator manifestet (IV p. [...]7/8: *„(durch) die Neusignirung (hat der Erblasser) deutlich gezeigt,... dass [...]dem Testamente doch irgend eine Wirkung beilege"*).

[4]) Cf. l. 29 § 1 D. 49. 14; l. 1 pr. D. 29. 6.

[5]) L. 3 D. 28. 4; l. 12, l. 16 § 2 D. 34. 9. Ipse provocat (l. 3 cit.) ad Pii constitutionem, quam eandem laudare videtur Gaius II § 151*a* (i. f.).

[6]) c. 4 C. 6. 35.

[7]) I. e., *per epistulam vel codicillis.* Longe aliter explicat Leist, *Serie* etc. IV [...]9[13]: *„(nicht) positiv-hinweisen(d)"*.

[8]) De substituto loquebatur Ulp[...] D. 28. 4: *sed si instituti nomen*

libro VI responsorum [1]) nos docere, quum quis [2]) *testamentum* suum *irritum esse* ... *t et intestatus esse malui(sse)t* [3]), et, quum *testa* ... redem *inimicitiis gravissimis persecutus*... *testamentum aliud facere insti* ... *neque perficere potuisset* [4]), *heredum institutiones et s* ... *s in eodem* ... *mansisse placu(iss* ... [5]), nec *heredit* ... rea *actio* ... *ega(tum iri)* [6]) ... igitur hi ... isse vo ... buntur, qua ... m no ... indu ... nquiunt, i ... que ... nduxe ... in altera ... mer ... vera ... o po ... ad ... em ... n s ... tis f ... s ... e, ... ene ... r ... ne ... uod ... m ... us [8]) ... ne ... an ...) ver- ... est, quia ... od iustum ... estatem esse; ... sset: *ut testa-* ... *perfecta essent* [11]) ... *ederet.* Qua cum ... niani Resp. libro VI, ... XVI, Resp. libro VIII ... s non perfecti causa, sed ... nim causam causae [12]). Quid

... 4.
... tem fr ...
... *egabuntur, sed,* ... t illic (l. 12 D.
... facti conscientia his verbis ... *nam voluntatem nec tamen sunt*
... 4 10.
... it in § 7 (6) Inst. II 17. Totam servat vit.
12) L. 12 D. 34. 9.

ergo est? Non sustinuisse reor iurisconsultum [1]) pro fisco statuta ad similia producere, nequamobrem fiscum libellorum magistrum vel praefectum. Quid Ulpi... ? *Cancellaverat quis testamentum vel induxerat et s(e) prop... unum heredem facere dixerat* [id postea testamentum signatum est [3])]. *Quaerebatur de viribus testamenti deque portione eius, propter quem se cancellasse dixerat. Dicebam, si quidem unius ex heredibus nomen induxerit, sine dubio... ipsi soli denegari actiones.... Sed, si omnia nomina induxerit, ut proponitur, adscripserit ...tem idcirco se id fecisse, quia unum heredem offensum habuit, ...um interesse arbitror, utrum illum tantum fraudare voluit litate an vero causa illius totum testamentum infirmare, ut licet unus inductionis causam praebuerit, verum omnibus ...erit. Et, si quidem soli ei ademptam voluit portionem, cete... nihil nocebit inductio, non magis, quam si volens unum heredem inducere invitus et alium induxerit. Quodsi putavit totum testamentum delendum ob unius malum meritum, omnibus denegantur actiones* etc. *Denegatis* porro *actionibus* in hac quoque specie [4]) *fisco locus erit* ex constitutione divi Marci [5]), quacum consentit rescriptum Alexandri [6]): *(quia) testatrix voluntatem suam non mereri unum ex heredibus declaraverat, merito eius portio non iure* [7]) *ad alium translata fisco vindicata est.* Ergo coheredibus non adcrescit, ne substituto quidem defertur adempta portio [8]), quin omnibus nominibus deletis ab intestato

---

...Cf. l. 10 D. 49. 14 (Modestini). 2) L. 2 D. 28. 4.

...designatum iterumque signatum testamentum *utroque iure vale(t)* (l. 23 D. ...1), quod eo pertinet, ut peti possit bonorum possessio secundum tabulas ...Leist, *Serie* etc. IV p. 200), qua de re hic non agitur. Inseruit Tribonianus, ne propter Iustiniani constitutionem (30 C. 6. 23) testamentum utroque iure infirmaretur. Itaque inclusi. Etsi non vult carere iis Leist, quasi iterum signando voluntatem suam non abrogandi totum testamentum testator manifestet (IV p. 217/8: *„(durch) die Neusignirung (hat der Erblasser) deutlich gezeigt,... dass er dem Testamente doch irgend eine Wirkung beilege"*).

4) Cf. l. 29 § 1 D. 49. 14; l. 1 pr. D. 29. 6.

5) L. 3 D. 28. 4; l. 12, l. 16 § 2 D. 34. 9. Ipse provocat (l. 3 cit.) ad divi Pii constitutionem, qnam eandem laudare videtur Gaius II § 151*a* (i. f.).

6) c. 4 C. 6. 35.

7) I. e., *per epistulam vel codicillis.* Longe aliter explicat Leist, *Serie* etc. IV p. 229[13]: *„(nicht) positiv-hinweisen(d)"*.

8) De substituto loquebatur Ulpianus l. 2 D. 28. 4: *sed si instituti nomen*

libro VI responsorum [1]) nos docere, quum quis [2]) *testamentum* suum *irritum esse* [illegible]*t et intestatus esse malui(sse)t* [3]), et, quum *testa*[illegible]redem *inimicitiis gravissimis persecutus... testamentum aliud facere instituisset neque perficere potuisset* [4]), *heredum institutiones et substitutiones in eodem statu mansisse placu(isse)* [5]), nec *hereditaria(s)* propterea *actiones... denega(tum iri)* [6]). Num igitur hi potius retinuisse voluntatem videbuntur, quam, quorum nomina testator induxerat? Atqui, inquiunt, in hac utraque specie non induxerat. Fateor, sed in altera certe testamentum praeparaverat, quod quomodo potuit ad hereditatem auferendam non sufficere, quum satis fuerit heredes scribere, qui institui non possent [7])? Verene interest inter testamentum coeptum et testamentum, quod iustum heredem non habeat? Interesse volunt Cuiacius [8]) atque Leist [9]), ne secum pugnet sententia Papiniani; candidior Krueger [10]) versari pugnam admittit. Quod eo vel magis obtinendum est, quia certe initio creditum est coepti testamenti et eius, quod iustum heredem non habeat, eandem ad auferendum potestatem esse; alioquin Pertinaci constituendi causa non fuisset: *ut testamenta priora non prius essent irrita, quam alia perfecta essent* [11]) *neve ob hoc fiscus aliquando succederet.* Qua cum oratione perfecte congruit sententia Papiniani Resp. libro VI, sed abhorret eiusdem Quaest. libro XVI, Resp. libro VIII non solum in testamenti posterioris non perfecti causa, sed etiam nominis inducti, adsimulat enim causam causae [12]). Quid

---

1) L. 36 § 3 D. 29. 1; l. 22 D. 34. 4.

2) *Veteranus*, sed hoc nihil ad praesentem tractatum.

3) Ea species l. 36 § 3 cit. 4) Ea species l. 22 cit.

5) L. 36 § 3 cit.

6) L. 22 cit. Hic quoque consulti verba *(actiones ei non denegabuntur, sed, legatum si petat, exceptione... submovebitur)* adsentientis sunt ut illic (l. 12 D. 34. 9): *de praeceptionibus... voluntatis erit quaestio.*

7) L. 12 D. 34. 9.

8) Paris. IV (Q) 426 C/D. Quam torqueat eum facti conscientia his verbis ostendit ipse: *Scripti non videntur habere supremam voluntatem nec tamen sunt indigni* (posteriore testamento tantum coepto).

9) *Serie der Bücher 37 und 38* IV p. 224[10].

10) *Krit. Versuche* (1870) p. 28[1].

11) Haec pars constitutionis transiit in § 7 (6) Inst. II 17. Totam servat vit. Pertin. c. 7. 12) L. 12 D. 34. 9.

ergo est? Non sustinuisse reor iurisconsultum [1]) pro fisco statuta ad similia producere, no[illegible]amobre[illegible] fiscum libellorum magistrum vel praefectum. Quid Ulp[illegible] ? *Cancellaverat quis testamentum vel induxerat et s(e) propo[illegible] unum heredem facere dixerat* [id postea testamentum signatum est [3])]. *Quaerebatur de viribus testamenti deque portione eius, propter quem se cancellasse dixerat. Dicebam, si quidem unius ex heredibus nomen induxerit, sine dubio... ipsi soli denegari actiones.... Sed, si omnia nomina induxerit, ut proponitur, adscripserit autem idcirco se id fecisse, quia unum heredem offensum habuit, multum interesse arbitror, utrum illum tantum fraudare voluit hereditate an vero causa illius totum testamentum infirmare, ut (sci)licet unus inductionis causam praebuerit, verum omnibus offuerit. Et, si quidem soli ei ademptam voluit portionem, ceteris nihil nocebit inductio, non magis, quam si volens unum heredem inducere invitus et alium induxerit. Quodsi putavit totum testamentum delendum ob unius malum meritum, omnibus denegantur actiones* etc. *Denegatis* porro *actionibus* in hac quoque specie [4]) *fisco locus erit* ex constitutione divi Marci [5]), quacum consentit rescriptum Alexandri [6]): *(quia) testatrix voluntatem suam non mereri unum ex heredibus declaraverat, merito eius portio non iure* [7]) *ad alium translata fisco vindicata est.* Ergo coheredibus non adcrescit, ne substituto quidem defertur adempta portio [8]), quin omnibus nominibus deletis ab intestato

---

1) Cf. l. 10 D. 49. 14 (Modestini). 2) L. 2 D. 28. 4.

3) Resignatum iterumque signatum testamentum *utroque iure vale(t)* (l. 23 D. 28. 1), quod eo pertinet, ut peti possit bonorum possessio secundum tabulas (Leist, *Serie* etc. IV p. 200), qua de re hic non agitur. Inseruit Tribonianus, ne propter Iustiniani constitutionem (30 C. 6. 23) testamentum utroque iure infirmaretur. Itaque inclusi. Etsi non vult carere iis Leist, quasi iterum signando voluntatem suam non abrogandi totum testamentum testator manifestet (IV p. 217/8: *„(durch) die Neusignirung (hat der Erblasser) deutlich gezeigt,... dass er dem Testamente doch irgend eine Wirkung beilege"*).

4) Cf. l. 29 § 1 D. 49. 14; l. 1 pr. D. 29. 6.

5) L. 3 D. 28. 4; l. 12, l. 16 § 2 D. 34. 9. Ipse provocat (l. 3 cit.) ad divi Pii constitutionem, qnam eandem laudare videtur Gaius II § 151*a* (i. f.).

6) c. 4 C. 6. 35.

7) I. e., *per epistulam vel codicillis.* Longe aliter explicat Leist, *Serie* etc. IV p. 229[13]: *„(nicht) positiv-hinweisen(d)"*.

8) De substituto loquebatur Ulpianus l. 2 D. 28. 4: *sed si instituti nomen*

nemo vocabitur, etiamsi maxime *se consecuturum* testator *puta(verit), ut intestati exitum faceret* [1]. Cui sententiae non obstat genuinus sermo Pauli [2]: *sed si, ut intestatus moreretur incidit tabulas* [et hoc approbaverint hi qui ab intestato venire desiderant], *scriptis avocabitur hereditas* [3]. Sed revera negotium facit, quod auctore Paulo [4]) *intestati dicuntur, qui.... ipsi linum, ut intestati decederent, abruperunt.* Quod quodammodo confirmat Gaius, quum doceat, eius, qui linum inciderit, intestati bonorum possessionem peti posse [5], etiamsi testamentum iure civili valeat [6]; ergo videtur praetor ex eiusmodi testamento bonorum possessionem [7] denegasse [8]. Nam, si tantum promisisset exceptionem doli mali adversus eum, qui testati bonorum possessionem petisset, nihilomagis potuit intestati bonorum possessio peti [9]. Ergo, quia lino inciso testati bonorum possessio denegatur, potest intestati bonorum possessio peti, quin videtur adversus heredem ex testamento esse cum re, proinde fiscus excludi [10]. Denegantur enim actiones, siquidem denegantur, ei qui non denegatis hereditatem habiturus sit, non sine re futuro heredi vel bonorum possessori [11]. Veluti, quum quis liberos praeterierit et scriptorum heredum nomina induxerit, quia bonorum contra testamentum possessione data sine re heredes efficiuntur [12], quamdiu potest dari, actiones eis non denegabuntur. Similiter, quum quis non iure fecerit testamentum et sint legitimi, quia salvis Hadriani [13] et

---

induxit et substituti reliquit, (sub)stitutus emolumentum hereditatis non habebit. Emendavit Cuiacius.

1) Cf. l. 3 D. 28. 4 (ubi adimitur hereditas); l. 36 § 3 D. 29. 1 (ubi non adimitur). Voluntatis rationem haberi docet Leist, *Serie* etc. IV § 43 (p. 228—231).

2) L. 4 (i. f.) D. 28. 4.

3) Non avocaret scriptis heredibus hereditatem Paulus ob id tantum, *quod testator aliud testamentum mutata voluntate facere voluit* (l. 19 D. 34. 9).

4) Sentent. IV 8 § 1 (Coll. XVI 3 § 1).

5) II § 151*a*. 6) II § 151.

7) Secundum nuncupationem. Quod dissimulat Leist, *Serie* etc. IV p. 202.

8) Cf. R. Dig. 38. 13 (Lenel, *das* edictum § 163).

9) Contrarium docet Leist, *Serie* etc. IV p. 148/9, p. 256, quasi exceptio possit efficere, ne bonorum possessio data videatur.

10) Ad hunc sensum Gai textum (II § 151*a*) ab anno 1877 explevit Krueger, me quidem iudice, omnino recte.

11) Res teste non eget, quandoquidem, qui nihil habet, ei nihil potest auferri.

12) Gai. II § 125. 13) L. 12 pr. D. 28. 3.

Antonini [1] constitutionibus bonorum possessio adversus legitimos heredes sine re futura est, non invitabitur fiscus tabulis deletis; ne tum quidem is invitabitur, modo sint legitimi, *si quis.... supremas tabulas incid(eri)t, ut priores supremas relinqu(a)t* [2]. Interest tamen, quod in his speciebus, id est, quum quis liberos praeterierit, et quum non iure fecerit testamentum, etiamsi tabulas non deleverit, scripti ab hereditate repelluntur, quocirca deletis nulla causa invitandi fisci, ex diverso, quum nec liberos praeterierit et testamentum iure fecerit, nisi nomina induxerit, hereditatem scripti obtinebunt, quocirca in hac specie dubitari reapse potest, utrum fisci causa praeveniat intestati causam necne. Erat rescripto divi Pii, quod laudat Gaius [3], bonorum possessio ante fiscum, quod divi Marci decreto mutatum censeo. Decedebat quidem etiam postea, qui testamentum iure factum cancellasset, quoad eius ad ius praetorium attinebat, intestatus; poterat igitur intestati bonorum possessio peti et poterat fortasse etiamtunc a bonorum possessore heredi opponi doli mali exceptio [4], sed non perinde fisco post huic datas actiones. Nova quidem Iustiniani constitutione [5], *si quidem testator linum vel signacula inciderit vel abstulerit utpote voluntate eius mutata, testamentum non vale(t)*; erit igitur utroque iure intestatus [6] nec fisco locus; ex diverso, si denuo signavit, *utroque iure valebit* [7]; quodsi etiam heredum

1) Gai. IV § 149.

2) L. 11 § 2 D. 37. 11. Quodsi prius testamentum iure civili valet, etiamsi desint legitimi fiscus excludetur. Cf. Leist, *Serie* etc. IV § 39 (p. 210/2).

3) II § 151*a*.

4) Clausula l. 4 § 10 D. 44. 4 *(et ideo heres, qui non habet voluntatem, per exceptionem doli repellitur)* genuina non videtur. Nihilo magis integra videtur l. 1 § 8 D. 38. 6 *(si heres institutus non habeat voluntatem vel quia incisae sunt tabulae vel quia cancellatae vel quia alia ratione voluntatem testator mutavit voluitque intestato decedere dicendum est* [ab intestato] *rem habituros eos, qui (ab intestato) bonorum possessionem acceperunt)*. Sed ad propositam quaestionem non multum refert.

5) c. 30 C. 6. 23 (anni 531). Cf. Leist, *Serie* etc. IV § 49 (p. 263/5).

6) Quid si redire voluit ad prius testamentum? Valebit utique ad bonorum possessionem petendam (l. 11 § 2 D. 37. 11). Etiam iure civili valiturum contendit Leist, *Serie* etc. IV p. 266. Rem non decernit Windscheid (1891) § 565 ante notam 7. Interest, quia bonorum possessio secundum tabulas, etiam novo iure, non semper est *cum re*. Quod demonstravimus cap. XCII.

7) L. 23 D. 28. 1.

nomina induxit, denegabuntur iis actiones [1]) cessurae fisco [2]). Idem ius erit, sive posteriore testamento heredes scripserit, *quos instituere non poterat* [3]), sive *per epistulam vel codicillos... voluntatem suam non mereri unum ex heredibus* vel omnes [4]) *declaraver(i)t* [5]). Alioquin voluntas mutata neque fisco prodest neque scripto heredi obest [6]), si nemo sit ab intestato successurus. Potest enim ab intestato successurus non habenti voluntatem opponere exceptionem [7]). Legatorum proprium ius est et ante Iustinianum semper fuit. Sive enim testator ea praestari noluit, denegabitur ex testamento actio [8]), sive onerati nomen induxit, ipsa praestabuntur [9]).

CXX.

Ad edictum de edendo [10]).

Edixit praetor, *qua quisque actione agere v(el)let*, ut *eam edere(t)* adversario [11]) tot forte diebus, antequam eum in ius vocaret [12]). Edi praeterea voluit *exempla instrumentorum* [13]), quod praeceptum non, ut superius, generale est, sed ad eum dumtaxat pertinet, qui ex stipulatu acturus est, is ut edat verba stipulationis. Fefellit Tribonianus interpolando [14]) haec:

---

1) L. 1 § 3, l. 2 D. 28. 4. Cf. l. 22 D. 34. 4.

2) L. 3 D. 28. 4; l. 12, l. 16 § 2 D. 34. 9. Cf. Windsch. (1891) § 673[1].

3) L. 12 D. 34. 9.

4) Cf. l. 2 D. 28. 4.

5) c. 4 C. 6. 35.

6) L. 36 § 3 D. 29. 1; l. 22 D. 34. 4; § 7 (6) Inst. II 17.

7) L. 4 § 10 D. 44. 4 (Leist, *Serie* etc. IV p. 256/7). Nam l. 1 § 8 D. 38. 6 commode potest aptari ad novam Iustiniani constitutionem (Leist, *Serie* etc. IV p. 265). Cf. Windscheid (1891) § 564[7].

8) L. 4 § 10 D. 44. 4; l. 36 § 3 D. 29. 1; l. 3 § 11, l. 15, l. 22 D. 34. 4; Windscheid (1891) § 640[2].

9) L. 2, l. 3 D. 28. 4; l. 16 § 2, l. 12 D. 39. 4.

10) Lenel, *das* edictum (1907) § 9.

11) L. 1 pr., § 1 D. 2. 13.

12) Cf. Lenel, *Ztschr. der Sav.-St.* XV (1894) p. 386/8 (ubi redit in viam, quam monstraverat pridem Cuiacius (Obs. X 10 (Paris. III 282 C): *editio actionis... in ius vocationem praecedit,* sed in Paratitlis vacillat), deinde vero, quem laudat, Rudorff, *Ztschr. für Rechtsgesch.* IV (non II) p. 26); Partsch, *Ztschr. der Sav.-St.* XXX (1909) p. 496/7.

13) L. 11 D. 2. 13.

14) L. 1 § 3 D. 2. 13.

edenda sunt omnia, quae quis apud iudicem editurus est [1]), docet enim praetorem non comprehendisse nisi solas stipulationes genuina vox Ulpiani [2]): *edere non videtur, qui stipulationem totam non ed*[id]*it*, quod etiam confirmatur a Paulo [3]): *si legatum petatur, non iubet praetor verba testamenti edere*, nam solent iurisconsulti haec fere componere: *ex testamento* et *ex stipulatu*, quum res pertineat ad stricta iudicia [4]), sicut hic, nam, quia in strictis dumtaxat verba captamus, syllabas aucupamur, ideo in strictis propria causa fuit edicendi, ut ipsa verba, propter quae quis acturus esset, ad literam ederentur adversario. Quae tamen cessat causa, si verum vidit Paulus [5]), in legatorum actione, *quia heredes solent habere exemplum testamenti.* Quocirca praetor de stipulationibus tantum, ut edantur, edixit. Et scripsit fortasse Ulpianus [6]): *(stipula)tiones sine die et consule (ed)i debent* [7]), nam sequitur proxime: *rationes tamen cum die et consule edi debent.* Erat autem poena quaedam eorum, qui non edidissent, nam *subvenie(ndum)* scribit Ulpianus [8]) *eis, qui ob aetatem vel ob sexum lapsi non edider(i)nt vel ob iustam causam.* Puniendi causa, ni fallor, quod praetori visum est non expedire, si lis a dilatione incipiat; erit autem utique a dilatione incipiendum, si reus nulla re cognita in ius venerit. Quod rectissime perspexit Noodt, sed non recte putat puniendi causam non fuisse [9]). Restat, quem praetor punire soleat quoque poenae genere. Qua de re putabat Rudorff [10]) ei, qui non, ut oportet, edidisset, obiciendam dilatoriam exceptionem; Lenel in pristina edicti editione [11]) ei, qui formulam non edidisset, *iurisdictionem denegari* [12]), qui in-

1) Insulsum est, quod addit: *non tamen, ut et instrumenta, quibus quis usurus non est, compellatur edere.*

2) L. 1 § 4 D. 2. 13. 3) L. 2 eod.

4) Steph., sch. 1 ad Bas. 22. 6. 6: ἔθος... τοῖς νομικοῖς, ἀπὸ τῆς *ex stipulatu*... καὶ τῆς *ex testamento*... πάσας σημαίνειν τὰς στρίκτας.

5) L. 2 cit. 6) L. 1 § 2 D. 2. 13.

7) Legitur: *editiones sine die et consule fieri debent.*

8) L. 1 § 5 D. 2. 13. 9) Idcirco l. 1 § 5 cit. loco movet.

10) *Ztschr. f. Rechtsgesch.* IV p. 27. Locum landat Corodeanu, *sur la fonction du* vindex (*Bucarest* 1919) p. 40 not. 3 (p. 41). Est similis sententia Bethmanni Hollwegii, *Civilproz.* II § 86 (p. 213/4) praeterquam quod tuetur eam per c. 8 C. 2. 1 (perperam. Cf. Cuiac. Paris. IX 18 A).

11) 1883 p. 49. 12) Cf. l. 26 § 6 D. 4. 6.

strumentum non ediderit, eum pertinere ad *repromissionem decimae partis* [1]). Postea [2]) in eum, qui formulam non edidisset, promissam edicto poenalem in factum actionem [3]) suspicatus est, ultimo [4]) utrumque repromissioni decimae partis vel, si quis maluerit, poenali in factum actioni subiecturus. De quibus sententiis ea, quae loquitur de repromissione decimae partis, omnino ferri non potest, siquidem repromissio non tenet nisi calumniatorem [5]), calumniator autem non est per se, qui formulam vel stipulationem non, quum oportet, ediderit. Haud magis horum convenit utri denegatio iurisdictionis, qua coercetur is, qui decreto praesentis praetoris actor non obtemperat [6]), quod longe gravius quam in edictum committere. Dilatoria exceptio ne ipsa quidem convenire videtur, qnia nullam non edentis poenam continet. Potest enim evitari differendo actionem et coercebitur [7]) is demum, qui non distulerit, non, quod non edidit, sed, quod non distulit [8]). Ergo sola restat poenalis in factum actio, nisi quis putaverit, quod negabat Accursius [9]), dicere ausus est Cuiacius [10]): propter eiusmodi vitium litem perdendam, quasi par causa sit non edentis et plus petentis [11]). Paucis verbis ante dixerat in ius vocantem, *nisi prius edat... nihil ag(ere)*. Illa sententia tota displicet Antonio Schulting [12]), altera placet in eo, qui formulam non edat, proinde reum, cui formula edita non sit, *in ius venire... non cogi*, sed, qui instrumenta non edat, sine instrumentis litigaturum [13]). Non vidit praetorem proprie hoc voluisse, ut ederetur *stipulatio*, proinde,

---

1) Cf. (quam laudat) Consult VI § 13 ad eamque Bethmann-Hollweg, *Civilproz.* II § 104[49] (p. 536); Keller, *Civilproz.* not. 693 (p. 296). Fuitne *re(cuperat)ionem*? Cf. Bruns, font. (1909) 14 II 4; 16 II 23?

2) *Ztschr. der Sav.-St.* XV (1894) p. 388[1].

3) Huic proxima est sententia Accursii, gl. *subvenitur* ad l. 1 § 5 cit.: teneri hominem *ad interesse*. Atqui nihil interest dilationem utique accepturi.

4) *Das* edictum (1907) p. 60/1.

5) Consult. VI § 13.

6) L. 26 § 6 D. 4. 6.

7) Litis damno (Gai. IV § 123).

8) Erit igitur ipsum non edendi factum impunitum.

9) Gl. *subvenitur* ad l. 1 § 5 cit.

10) Obs. X 14 (Paris III 288 B).

11) Hoc demonstrat per Consult. V 7.

12) Enarr. II 13 § 12.

13) Eam poenam instrumenta non edenti statuit etiam Dernburg, *Pandekten* I (1892) § 131[5]. Cf. Endemann, *Civilprozessr.* (1868) § 124 I B 1 (p. 467).

si non edita reicienda sint, ipsam ex stipulatu actionem interceptum iri, quo rem deducere non vult. Sicut poenam, ita ipsam actionis et stipulationis editionem unam fuisse verisimile mihi videtur [1]), quemadmodum hodie quoque actio et instrumenta simul edenda sunt [2]). Poena sane hodie non est una; actionem enim non, uti oportet, edentis in eo consistit, quod libelli ut frustra dati instantia casurus [3]), instrumenta tempore non edentis, quod suo sumptu, licet vincat, postea editurus est [4]). Editionis occasione eius, quae interponenda est propter iudicium, subiungit praetor [5]) clausulam dissimilem huiusmodi: *argentariae mensae exercitores rationem, quae ad se pertinet, edent* [6]) *adiecto die et consule.* Ubi, quo referatur, quia non habet pronomen reflexivum, atque praeterea requiritur calumniae iurisiurandi mentio [7]), ideo valde placet Ottonis Lenel restitutio: *argentariae mensae exercitores (ei, qui iuraverit non calumniae causa postulare edi sibi) rationem quae ad se pertinet* [8]), *edent adiecto die et consule* cum appendicula [9]): *argentario eive, qui iterum edi postulabit, causa cognita edi iubebo,* deinde [10]) formula *in id, quod interfuit,* quam praeivit ei Ulpianus [11]): *ex hoc edicto in id quod interfuit actio competit,* quod paulo post [12]) sic explicat: *id praest(andum), quod inter-*

1) Et item Cuiacio (Paris. IX 3 B) atque Bethmanno Hollwegio, *Civilprozess* § 86 (II p. 213).

2) *Code de proc. civ.* art. 65: *„il sera donné avec l'exploit copie des pièces sur lesquelles la demande est fondée".* Similis est *(deutsche) Civilprozessordn.* § 131 (122) ia. § 253 (230) i. f.

3) Datur scilicet reo *exceptio* quam vocant *obscuri libelli,* cuius iura ad legem nostram iudiciariam, quae tunc erat, exposui in: *Rechtsgeleerd Magazijn* IX (1890) p. 1—18.

4) Cf. *(deutsche) Civilprozessordn.* § 95 (90).

5) L. 4 pr. D. 2. 13.

6) Futurum pro imperativo, sicut lege repetund. inscr. lin. 25: *(pe)r eum pr(aetorem) advorsariumve mor(a) non er(it)* (cf. lin. 35: *is praetor ei moram ne fa(cito)....*), et in edicto de iumentis (l. 38 pr. D. 21. 1).

7) L. 6 § 2, l. 9 § 3 D. 2. 13.

8) *Pertine(a)t* potius.

9) L. 6 § 8 D. 2. 13.

10) Quod olim interponebat edictum, quo formulam praetor promitteret, id nunc (1907) omittit.

11) L. 6 § 4 D. 2. 13.

12) L. 8 § 1 D. eod.

fu(er)it mea rationes edi, *cum decerneretur a praetore.* Quae verba non pro suo ingenio pertinere docet Lenel [1]) ad interpretationem vocis *interfuit*, dum ipsa non interpretatur. Observandum erat, quod observavit Demelius [2]): sicut vindex in ius vocati, qui tenetur ex edicto, ut reum, si defensionem eius omittit, exhibeat [3]), decreto praetoris id ipsum facere iubeatur antequam actio detur [4]), ita argentariae mensae exercitorem non tantum ex appendicula edicti, ubi dubitari non potest, sed etiam ex edicto principali *decreto* conveniri, ut intra certum diem edat, deinde, *cum dolo malo non exhibe(a)t* [5]) coerceri. Quam in rem erat *in factum acti(o)* [6]), non, quod Gaium aliud agentem testem habet [7]): *quanti intersit agentis editas sibi* rationes esse, sed, quod Ulpianum docentem audivimus: *in id quod interfuit* [8]). Hactenus enim Ulpianus recte potior est Ottoni testis, sed non debebat Lenel illo duce formulam fingere, omittere vero edictum non tantum de actione danda [9]), sed etiam de decreto interponendo, quo molestius multo carendum fuit. Qua de re crediderim in haec fere verba praetorem edixisse: *(qui) dolo malo non ediderit* [10]) *(intra eum diem, quem decreto comprehendam, in eum,) quanti ea res fuit* [11]), *iudicium in factum dabo* [12]). Quod decretum sicut superius in causa desistentis vindicis quia non adversus solum confitentem interponitur, ideo ei specie potius quam re simile est illud, quo praetor vel *praeses provinciae exhiberi (ancilla)m iubebit* [13]) vel testamentum, *si* quis *(non)*

---

1) *Das* edictum p. 63 (52).

2) *Exhibitionspflicht* (1872) p. 253 (§ 51).

3) Diximus cap. XLV.

4) L. 4 D. 2. 8.

5) L. 8 pr. D. 2. 13.

6) L. 9 pr. D. 2. 13.

7) L. 10 § 3 D. 2. 13.

8) Similiter in vadimoniis *aestimationem eius, quod intersit agentis ad illud tempus referendum est, quo sisti debuit....* (l. 12 § 1 D. 2. 11). Ex diverso propter stipulationem aediliciam *consequar, quant(um) mea intersit aut post stipulationem interfuerit....* (Procul. l. 16 § 2 (i. f.) D. 21. 2), id est, quantum post stipulationem *umquam* mea interfuerit.

9) Hoc se tantum omisisse putat: *das* edictum (1907) p. 62 ima.

10) Cf. l. 8 pr. D. 2. 13 (Lenel, *das* edictum (1907) p. 64 not. 3).

11) Lenel: *quanti* actoris *interfuit.*

12) Cf. l. 9 pr. D. 2. 13.

13) c. 1 C. 3. 42. Intelligunt Thalelaeus (Bas. 15. 4. 21) et Demelius (*Exhi-*

neget se exhibere posse vel oportere [1]), alioquin daturus actionem ad exhibendum vel interdictum de tabulis exhibendis. Quo casu quaeri potest, quis futurus sit exitus, si quis post eiusmodi decretum dolo non exhibet? Cui quaestioni respondisse videtur Diocletianus [2]): *exhibitionis necessitate tenetur, qui facultatem habens culpam vel dolum in explendo praecepto* [3]) *committit, ita ut, qui rem deteriorem exhibuit, aequitas exhibitionis proficiat, ut, quamvis ad exhibendum agi non potest, in factum tamen actio contra eum detur.* Sed habet ea constitutio non multum genuini, quin paene nihil. Inprimis enim, quod observavit Biondi [4]) decedere debet integra clausula (*ita ut* rell.), quae partim (*aequitas exhibitionis* rell.) descripta est ex Salvio Iuliano [5]) partim in factum actionem, quae datur ad exemplum actionis ad exhibendum, applicat speciei (*qui rem deteriorem exhibet*), cui tali auxilio minime opus est: *exhibuit enim et nihil impedit directam actionem*, id est, rei vindicationem *talis exhibitio* [6]). Detracta clausula quae pars remanet (*exhibitionis necessitate tenetur, qui facultatem habens culpam vel dolum in explendo praecepto committit*) tam est absurda, ut genuina esse non possit. Quis enim dubitet, quin, qui *facultatem*, exhibendi opinor, habeat, *exhibitionis necessitate* teneatur? Quis praeterea requirat, ut *culpam vel dolum in explendo* quolibet *praecepto* committat? Difficile dictu, quid revera Diocletianus rescripserit, sed potest fuisse tale: *(in factum actione) tenetur, qui (exhibere* [7]) *iussus) culpam* [8])

---

bitionspflicht p. 42 not. 3 i. f.) actionis ad exhibendum dationem. Cui sententiae obstat, quod *apud iudicem* statim *de rei veritate*, id est, de proprietate *quaer(e)tur* (c. 1 cit.).

1) L. 1 § 1 D. 43. 5; l. 2 § 8 D. 29. 3. 2) c. 7 C. 3. 42.

3) Formulam hic rursus intelligit Demelius (op. cit. p. 215) itaque vertit: „*während des Prozesses*".

4) Iudic. bon. fid. I (1920) p. 53 not. f.

5) L. 3 § 14 D. 10. 4.

6) L. 17 D. 10. 4. Ergo reprehenditur (l. 9 § 3 eod.) Sabini sententia: *si quis rem deteriorem exhibuerit, (us)que ad exhibendum eum teneri.* Sed nostra nihil interest, quia sic quoque in factum actio abundaret.

7) A praetore, quum contendere nollet. *Reus* enim apud iudicem datum *contumax* sine mora *damnari po(tes)t* (l. 3 § 2, l. 7 § 4, § 6, l. 9 § 3 (ia. l. 17), § 6, l. 11 § 2 D. 10. 4).

8) Non sollicito, quia etiam *post iudicium acceptum* venire videtur *culpa*: l.

vel dolum in explendo praecepto committit. Ex superioribus apparet decretum praetoris, quo iubetur aut vindex reum sistere aut argentarius rationem edere, simile esse interdicto exhibitorio, nisi *exitu* differt [1]), qnia statim ab initio in factum actio promittitur, ex diverso, quod in confitentem se exhibere oportere redditur, non tantum exitu dissimile, sed etiam re, quia hoc decreto *peractum est negotium* [2]), nisi postea quid contigerit.

Absoluto capite CXX liceat mihi paulisper subsistere et respirare et emensum iter oculis retro lustrare. Incipiam autem ab indice titulorum.

I. De exceptione rei iudicatae. II. De actione ex vadimonio. III. Ad edictum de procuratoribus. IV. De mancipationis utilitate (1889). V. De erroribus quibusdam Romanorum circa probationum materiem. VI. Ad regulam XII tabularum rerum venditarum alienationem inhibentem donec pro pretio satisfactum sit. VII. An pignus valeat sine credito. VIII. De iure eius qui in rem impenderit. IX. An suae rei pignus consistat. X. Quid sit iure suo pignus distrahere (l. 13 D. 20. 5) (1890). XI. Ad interdictum „ne vis fiat aedificanti". XII. Quid sit remittere. XIII. Quando remittatur (1891). XIV. Ab Ulpiano interpolatus Iulianus. XV. Suum Celso restitutum. XVI. Abiudicatur Ulpiano l. 3 § 4 D. 12. 4. XVII. Apud Ulpianum ex stipulatione non nasci condictionem. XVIII. Quid sibi velint verba „si certum petetur". XIX. Abiudicandum Ulpiano fragmentum de certi condictione (l. 9 pr. — § 3 D. 12. 1). XX. Ulpiano abiudicandum fragmentum de triticaria condictione (l. 1 pr. D. 13. 3). XXI. De certis formulis. XXII. Ad Ulpiani de condictione commentarium. XXIII. Quid sit condictio. XXIV. De condictione certi vel incerti. XXV. De condictione certi (1892). XXVI. Emendatur Pauli fragmentum, quod est hodie l. 21 D. 16. 2. XXVII. De bonae fidei iudiciorum exitu. XXVIII. Ad iudicium depositi et ad formulam Octavianam.

---

12 § 4 D. 10, 4. Non enim obstat l. 7 § 5 eod. (cf. l. 27 § 1 D. 6. 1 iis. l. 15 § 3, l. 16 § 1 eod., quosque praeterea laudat locos Savigny, *System* VI p. 167).

1) Cf. Gai. IV § 161—165. 2) Cf. Gai. IV § 141.

XXIX. Quid divus rescripserit Marcus circa doli mali exceptionem. XXX. Quid sit compensare. XXXI. Quid sit compensatio debiti. XXXII. Pensatae pecuniae condictio Triboniano restituitur. XXXIII. De compensationis natura. XXXIV. Restituitur Macri fragmentum, hodie l. 1 § 4 D. 49. 8. XXXV. Quid intersit, re vel facto compensari dicas. XXXVI. De argentarii periculo. XXXVII. An et quatenus ex dispari causa compensetur. XXXVIII. An supersint in Digestis eius vestigia deductionis quam patitur bonorum emptor. XXXIX. Quid sit quod dicitur dotem peculiumve minui. XL. Quid sit ipso iure compensari quod dicitur. XLI. De iure retentionis. XLII. An retentio compensatioque salva sit mutui rei bonis venditis. XLIII. De stipulationibus quae actionum instar habeant. XLIV. Ad stipulationem de rato. XLV. De vindicibus et defensoribus [1]) (1893). XLVI. An civitatium bona veneant. XLVII. Ad actionem de aestimato. XLVIII. De praescriptis verbis actione. XLIX. De actione quae competit ex rerum permutatione. L. Quid sit actio. LI. De traditionis utilitate. LII. Ad actionem proiudicati. LIII. Ad iudicati actionem. LIV. Quomodo succedatur in locum debitoris. LV. Ad lapidem A. Furii Rufi. LVI. De actione impetranda. LVII. De actione edenda. LVIII. De condictione propter poenitentiam. LIX. De possessionis condictione. LX. De condictione fructuum. LXI. De constitutione ad Aufidium Victorinum (1894). LXII. Cui competat in rem actio. LXIII. Quid sit legitimum. LXIV. De lege nata, lata, data (1895). LXV. De strictis iudiciis. LXVI. Repetitio quotuplex. LXVII. De triticaria condictione. LXVIII. De publica praediorum traditione. LXIX. De clandestina possessione recuperanda. LXX. Quando possessio ab iusto possessore transferatur. LXXI. Interdictis retinendae possessionis recuperandi vim inesse. LXXII. De censualium librorum auctoritate. LXXIII. De finali controversia (1896). LXXIV. De bonorum possessione Carboniana. LXXV. Quomodo fiat conventio. LXXVI. Ad edictum divi Hadriani. LXXVII. De cen-

1) Hoc capite continentur (quod ibi praemisi), quae de vindice in ius vocati dederam in *Themide* nostra 1888, praeveniendus, ut fere solemus Batavi, a Gauckleró in *Nouv. rev. histor.* 1889. Bonum factum, quod Gallo suum restituit Lenel, *das* edictum (1907) p. 67 lin. 3.

tumvirali iudicio. LXXVIII. De pignore praetorio (1897). LXXIX. De iudicati actionis natura. LXXX. Cui detur et in quem iudicati actio. LXXXI. De actionibus utilibus ad exemplum legis Aquiliae. LXXXII. Ad hereditatis petitionem (1898). LXXXIII. Ad praeiudicii exceptionem (1899). LXXXIV. De actionis denegatione (1900). LXXXV. Quomodo fiat litis contestatio (rescr. 1920). LXXXVI. Ad noxales actiones. LXXXVII. Ad formulam actionis arbitrariae. LXXXVIII. Quid sit in rem actio (1902). LXXXIX. De pignoris historici origine (1903). XC. De lege commissoria. XCI. Ad sextam Isaei (1904). XCII. Ad interdictum quorum bonorum (1905). XCIII. De deposito usurario. XCIV. Quid sit testamentum. XCV. Ad legem damnatam (19 Dig. 5. 2). XCVI. De sacramento denegando (1906). XCVII. De pignore legitimo. XCVIII. Quomodo satisdatio evitetur (1907). XCIX. Compensatio quotuplex (1908). C. Quid proprie in iudicium deducatur. CI. Quando ex usu recesserit rei in iudicium deductae clausula (1909). CII. Quibus modis in ius pignoris succedatur (1910). CIII. De hereditatis possessore. CIV. Ad edictum de inofficioso (1912). CV. De iudiciis in rem duplicibus [1]) (1913/4). CVI. Ἐξούλης δίκη cui competat et de lege sacrata Halicarnasensi [2]) (1915). CVII. De Nilo censitore (1915/7). CVIII. De dominiorum incerto tollendo. CIX. De publicis determinationis monumentis. CX. Quid vindicari possit (1917). CXI. De mensurae generibus (1918/9). CXII. Ad bonorum possessionem litis ordinandae gratia. CXIII. Ad noxalem iniuriarum actionem [3]). CXIV. Quando in usu esse desierit mancipatio (1920). CXV. An semper probet actor. CXVI. De formularum origine [4]) (1921). CXVII. Quid Paulus scripserit de literis dimissoriis. CXVIII. De donatione mortis causa vel directa depositi genere instituta. CXIX. Quae sint

---

1) Inest libellus quem obtuleram Paulo Friderico Girard viro clarissimo de me optime merito (*Mélanges* (1912) vol. II).

2) Inest pars commentationis, quam patri dicaveram in Serto Naberico (1908), a pag. 275 (*Verba sunt Aristotelis*) ad pag. 280[3]. Quae praecedunt, leguntur in cap. CXVI.

3) Inest libellus, quo a me honoratus est Gérardin vir clarissimus (*Mélanges* 1907).

4) Inest commentatio, quam patri dicaveram in Serto Naberico (1908), usque ad pag. 275 (*Verba sunt Aristotelis*). Quae sequuntur usque ad pag. 280[3], transierunt in cap. CVI.

testamenti. CXX. Ad edictum de edendo (1922). CXXI. De concurrentibus actionibus (prodibit).

Ex his pertinent [1]) praecipue

ad pactum omne capita	75; 118.
ad possessionis causam	69—71.
ad proprietatis causam	4; 6; 51; 68; 108; 114.
ad pignoris causam	7—10; 55; 78; 89; 90; 97; 102.
ad ius hereditarium	74; 76; 77; 91; 92; 94; 95; 103; 104; 112; 119.
ad actionem omnem	50; 54; 121.
ad in rem actiones	62; 82; 88; 105; 106; 110.
ad agrorum controversias	73; 109; 111.
ad operis novi nuntiationem	11—13.
ad condictionem omnem	14—25; 58—61; 65—67.
ad praescriptis verbis actionem	47—49.
ad causam depositi	93.
ad noxarum genus	81; 86; 113.
ad compensationem	26—42; 99.
ad rei iudicatae vel in iudicium deductae exceptionem	1; 100; 101.
ad iudicati actionem	52; 53; 79; 80.
ad omne ius solemne	2; 56; 57; 63; 64; 83—85; 87; 96; 116; 117; 120.
ad alieno nomine agentes	3; 43—45; 98.
ad probandi genus	5; 115.
ad censum	72; 107.
ad civitates vendendas	46.

Horum omnium domi servatur textus emendatus et auctus cum locorum indicibus locupletissimis. Unde δείγματος ἕνεκα deprompsi cap. LXXXV (rescriptum).

Observatiunculas scribere institui, postquam mature intellexi apud cives meos quacumque tandem de causa abiectum et contemptum me futurum, proinde operae pretium non esse eorum in usum componere, quae ut lectitarent, nullo pacto eos

1) Rubrica interdum fallit, cum ab ingressu petita est, ut CXVIII.

nomina induxit, denegabuntur iis actiones [1]) cessurae fisco [2]). Idem ius erit, sive posteriore testamento heredes scripserit, *quos instituere non poterat* [3]), sive *per epistulam vel codicillos... voluntatem suam non mereri unum ex heredibus* vel omnes [4]) *declaraver(i)t* [5]). Alioquin voluntas mutata neque fisco prodest neque scripto heredi obest [6]), si nemo sit ab intestato successurus. Potest enim ab intestato successurus non habenti voluntatem opponere exceptionem [7]). Legatorum proprium ius est et ante Iustinianum semper fuit. Sive enim testator ea praestari noluit, denegabitur ex testamento actio [8]), sive onerati nomen induxit, ipsa praestabuntur [9]).

CXX.

Ad edictum de edendo [10]).

Edixit praetor, *qua quisque actione agere v(el)let*, ut *eam edere(t)* adversario [11]) tot forte diebus, antequam eum in ius vocaret [12]). Edi praeterea voluit *exempla instrumentorum* [13]), quod praeceptum non, ut superius, generale est, sed ad eum dumtaxat pertinet, qui ex stipulatu acturus est, is ut edat verba stipulationis. Fefellit Tribonianus interpolando [14]) haec:

---

1) L. 1 § 3, l. 2 D. 28. 4. Cf. l. 22 D. 34. 4.

2) L. 3 D. 28. 4; l. 12, l. 16 § 2 D. 34. 9. Cf. Windsch. (1891) § 673¹.

3) L. 12 D. 34. 9. 4) Cf. l. 2 D. 28. 4.

5) c. 4 C. 6. 35.

6) L. 36 § 3 D. 29. 1; l. 22 D. 34. 4; § 7 (6) Inst. II 17.

7) L. 4 § 10 D. 44. 4 (Leist, *Serie* etc. IV p. 256/7). Nam l. 1 § 8 D. 38. 6 commode potest aptari ad novam Iustiniani constitutionem (Leist, *Serie* etc. IV p. 265). Cf. Windscheid (1891) § 564⁷.

8) L. 4 § 10 D. 44. 4; l. 36 § 3 D. 29. 1; l. 3 § 11, l. 15, l. 22 D. 34. 4; Windscheid (1891) § 640².

9) L. 2, l. 3 D. 28. 4; l. 16 § 2, l. 12 D. 39. 4.

10) Lenel, *das* edictum (1907) § 9.

11) L. 1 pr., § 1 D. 2. 13.

12) Cf. Lenel, *Ztschr. der Sav.-St.* XV (1894) p. 386/8 (ubi redit in viam, quam monstraverat pridem Cuiacius (Obs. X 10 (Paris. III 282 C): *editio actionis... in ius vocationem praecedit,* sed in Paratitlis vacillat), deinde vero, quem laudat, Rudorff, *Ztschr. für Rechtsgesch.* IV (non II) p. 26); Partsch, *Ztschr. der Sav.-St.* XXX (1909) p. 496/7.

13) L. 11 D. 2. 13. 14) L. 1 § 3 D. 2. 13.

edenda sunt omnia, quae quis apud iudicem editurus est[1]), docet enim praetorem non comprehendisse nisi solas stipulationes genuina vox Ulpiani[2]): *edere non videtur, qui stipulationem totam non ed*[id]*it*, quod etiam confirmatur a Paulo[3]): *si legatum petatur, non iubet praetor verba testamenti edere*, nam solent iurisconsulti haec fere componere: *ex testamento* et *ex stipulatu*, quum res pertineat ad stricta iudicia[4]), sicut hic, nam, quia in strictis duntaxat verba captamus, syllabas aucupamur, ideo in strictis propria causa fuit edicendi, ut ipsa verba, propter quae quis acturus esset, ad literam ederentur adversario. Quae tamen cessat causa, si verum vidit Paulus[5]), in legatorum actione, *quia heredes solent habere exemplum testamenti*. Quocirca praetor de stipulationibus tantum, ut edantur, edixit. Et scripsit fortasse Ulpianus[6]): *(stipula)tiones sine die et consule (ed)i debent*[7]), nam sequitur proxime: *rationes tamen cum die et consule edi debent*. Erat autem poena quaedam eorum, qui non edidissent, nam *subvenie(ndum)* scribit Ulpianus[8]) *eis, qui ob aetatem vel ob sexum lapsi non edider(i)nt vel ob iustam causam*. Puniendi causa, ni fallor, quod praetori visum est non expedire, si lis a dilatione incipiat; erit autem utique a dilatione incipiendum, si reus nulla re cognita in ius venerit. Quod rectissime perspexit Noodt, sed non recte putat puniendi causam non fuisse[9]). Restat, quem praetor punire soleat quoque poenae genere. Qua de re putabat Rudorff[10]) ei, qui non, ut oportet, edidisset, obiciendam dilatoriam exceptionem; Lenel in pristina edicti editione[11]) ei, qui formulam non edidisset, *iurisdictionem denegari*[12]), qui in-

1) Insulsum est, quod addit: *non tamen, ut et instrumenta, quibus quis usurus non est, compellatur edere.*

2) L. 1 § 4 D. 2. 13. 3) L. 2 eod.

4) Steph., sch. 1 ad Bas. 22. 6. 6: ἔθος... τοῖς νομικοῖς, ἀπὸ τῆς *ex stipulatu*... καὶ τῆς *ex testamento*... πάσας σημαίνειν τὰς στρίκτας.

5) L. 2 cit. 6) L. 1 § 2 D. 2. 13.

7) Legitur: *editiones sine die et consule fieri debent.*

8) L. 1 § 5 D. 2. 13. 9) Idcirco l. 1 § 5 cit. loco movet.

10) *Ztschr. f. Rechtsgesch.* IV p. 27. Locum landat Corodeanu, *sur la fonction du* vindex (*Bucarest* 1919) p. 40 not. 3 (p. 41). Est similis sententia Bethmanni Hollwegii, *Civilproz.* II § 86 (p. 213/4) praeterquam quod tuetur eam per c. 8 C. 2. 1 (perperam. Cf. Cuiac. Paris. IX 18 A).

11) 1883 p. 49. 12) Cf. l. 26 § 6 D. 4. 6.

strumentum non ediderit, eum pertinere ad *repromissionem decimae partis* [1]). Postea [2]) in eum, qui formulam non edidisset, promissam edicto poenalem in factum actionem [3]) suspicatus est, ultimo [4]) utrumque repromissioni decimae partis vel, si quis maluerit, poenali in factum actioni subiecturus. De quibus sententiis ea, quae loquitur de repromissione decimae partis, omnino ferri non potest, siquidem repromissio non tenet nisi calumniatorem [5]), calumniator autem non est per se, qui formulam vel stipulationem non, quum oportet, ediderit. Haud magis horum convenit utri denegatio iurisdictionis, qua coercetur is, qui decreto praesentis praetoris actor non obtemperat [6]), quod longe gravius quam in edictum committere. Dilatoria exceptio ne ipsa quidem convenire videtur, quia nullam non edentis poenam continet. Potest enim evitari differendo actionem et coercebitur [7]) is demum, qui non distulerit, non, quod non edidit, sed, quod non distulit [8]). Ergo sola restat poenalis in factum actio, nisi quis putaverit, quod negabat Accursius [9]), dicere ausus est Cuiacius [10]): propter eiusmodi vitium litem perdendam, quasi par causa sit non edentis et plus petentis [11]). Paucis verbis ante dixerat in ius vocantem, *nisi prius edat... nihil ag(ere)*. Illa sententia tota displicet Antonio Schulting [12]), altera placet in eo, qui formulam non edat, proinde reum, cui formula edita non sit, *in ius venire... non cogi*, sed, qui instrumenta non edat, sine instrumentis litigaturum [13]). Non vidit praetorem proprie hoc voluisse, ut ederetur *stipulatio*, proinde,

---

1) Cf. (quam laudat) Consult VI § 13 ad eamque Bethmann-Hollweg, *Civilproz.* II § 104[49] (p. 536); Keller, *Civilproz.* not. 693 (p. 296). Fuitne *re(cuperat)ionem*? Cf. Bruns, font. (1909) 14 II 4; 16 II 23?

2) *Ztschr. der Sav.-St.* XV (1894) p. 388[1].

3) Huic proxima est sententia Accursii, gl. *subvenitur* ad l. 1 § 5 cit.: teneri hominem *ad interesse*. Atqui nihil interest dilationem utique accepturi.

4) *Das* edictum (1907) p. 60/1.

5) Consult. VI § 13.

6) L. 26 § 6 D. 4. 6.

7) Litis damno (Gai. IV § 123).

8) Erit igitur ipsum non edendi factum impunitum.

9) Gl. *subvenitur* ad l. 1 § 5 cit.

10) Obs. X 14 (Paris III 288 B).

11) Hoc demonstrat per Consult. V 7.

12) Enarr. II 13 § 12.

13) Eam poenam instrumenta non edenti statuit etiam Dernburg, *Pandekten* I (1892) § 131[5]. Cf. Endemann, *Civilprozessr.* (1868) § 124 I B 1 (p. 467).

si non edita reicienda sint, ipsam ex stipulatu actionem interceptum iri, quo rem deducere non vult. Sicut poenam, ita ipsam actionis et stipulationis editionem unam fuisse verisimile mihi videtur [1]), quemadmodum hodie quoque actio et instrumenta simul edenda sunt [2]). Poena sane hodie non est una; actionem enim non, uti oportet, edentis in eo consistit, quod libelli ut frustra dati instantia casurus [3]), instrumenta tempore non edentis, quod suo sumptu, licet vincat, postea editurus est [4]). Editionis occasione eius, quae interponenda est propter iudicium, subiungit praetor [5]) clausulam dissimilem huiusmodi: *argentariae mensae exercitores rationem, quae ad se pertinet, edent* [6]) *adiecto die et consule.* Ubi, quo referatur, quia non habet pronomen reflexivum, atque praeterea requiritur calumniae iurisiurandi mentio [7]), ideo valde placet Ottonis Lenel restitutio: *argentariae mensae exercitores (ei, qui iuraverit non calumniae causa postulare edi sibi) rationem quae ad se pertinet* [8]), *edent adiecto die et consule* cum appendicula [9]): *argentario eive, qui iterum edi postulabit, causa cognita edi iubebo,* deinde [10]) formula *in id, quod interfuit,* quam praeivit ei Ulpianus [11]): *ex hoc edicto in id quod interfuit actio competit,* quod paulo post [12]) sic explicat: *id praest(andum), quod inter-*

1) Et item Cuiacio (Paris. IX 3 B) atque Bethmanno Hollwegio, *Civilprozess* § 86 (II p. 213).

2) *Code de proc. civ.* art. 65: *„il sera donné avec l'exploit copie des pièces sur lesquelles la demande est fondée".* Similis est *(deutsche) Civilprozessordn.* § 131 (122) ia. § 253 (230) i. f.

3) Datur scilicet reo *exceptio* quam vocant *obscuri libelli,* cuius iura ad legem nostram iudiciariam, quae tunc erat, exposui in: *Rechtsgeleerd Magazijn* IX (1890) p. 1—18.

4) Cf. *(deutsche) Civilprozessordn.* § 95 (90).

5) L. 4 pr. D. 2. 13.

6) Futurum pro imperativo, sicut lege repetund. inscr. lin. 25: *(pe)r eum pr(aetorem) advorsariumve mor(a) non er(it)* (cf. lin. 35: *is praetor ei moram ne fa(cito)....*), et in edicto de iumentis (l. 38 pr. D. 21. 1).

7) L. 6 § 2, l. 9 § 3 D. 2. 13.

8) *Pertine(a)t* potius.

9) L. 6 § 8 D. 2. 13.

10) Quod olim interponebat edictum, quo formulam praetor promitteret, id nunc (1907) omittit.

11) L. 6 § 4 D. 2. 13.

12) L. 8 § 1 D. eod.

fu(er)it mea rationes edi, *cum decerneretur a praetore.* Quae verba non pro suo ingenio pertinere docet Lenel [1]) ad interpretationem vocis *interfuit*, dum ipsa non interpretatur. Observandum erat, quod observavit Demelius [2]): sicut vindex in ius vocati, qui tenetur ex edicto, ut reum, si defensionem eius omittit, exhibeat [3]), decreto praetoris id ipsum facere iubeatur antequam actio detur [4]), ita argentariae mensae exercitorem non tantum ex appendicula edicti, ubi dubitari non potest, sed etiam ex edicto principali *decreto* conveniri, ut intra certum diem edat, deinde, *cum dolo malo non exhibe(a)t* [5]) coerceri. Quam in rem erat *in factum acti(o)* [6]), non, quod Gaium aliud agentem testem habet [7]): *quanti intersit agentis editas sibi* rationes esse, sed, quod Ulpianum docentem audivimus: *in id quod interfuit* [8]). Hactenus enim Ulpianus recte potior est Ottoni testis, sed uon debebat Lenel illo duce formulam fingere, omittere vero edictum non tantum de actione danda [9]), sed etiam de decreto interponendo, quo molestius multo carendum fuit. Qua de re crediderim in haec fere verba praetorem edixisse: *(qui) dolo malo non ediderit* [10]) *(intra eum diem, quem decreto comprehendam, in eum,) quanti ea res fuit* [11]), *iudicium in factum dabo* [12]). Quod decretum sicut superius in causa desistentis vindicis quia non adversus solum confitentem interponitur, ideo ei specie potius quam re simile est illud, quo praetor vel *praeses provinciae exhiberi (ancilla)m iubebit* [13]) vel testamentum, *si* quis *(non)*

---

1) *Das* edictum p. 63 (52).

2) *Exhibitionspflicht* (1872) p. 253 (§ 51).

3) Diximus cap. XLV.

4) L. 4 D. 2. 8. 5) L. 8 pr. D. 2. 13.

6) L. 9 pr. D. 2. 13. 7) L. 10 § 3 D. 2. 13.

8) Similiter in vadimoniis *aestimationem eius, quod intersit agentis ad illud tempus referendum est, quo sisti debuit....* (l. 12 § 1 D. 2. 11). Ex diverso propter stipulationem aediliciam *consequar, quant(um) mea intersit aut post stipulationem interfuerit....* (Procul. l. 16 § 2 (i. f.) D. 21. 2), id est, quantum post stipulationem *umquam* mea interfuerit.

9) Hoc se tantum omisisse putat: *das* edictum (1907) p. 62 ima.

10) Cf. l. 8 pr. D. 2. 13 (Lenel, *das* edictum (1907) p. 64 not. 3).

11) Lenel: *quanti* actoris *interfuit.*

12) Cf. l. 9 pr. D. 2. 13.

13) c. 1 C. 3. 42. Intelligunt Thalelaeus (Bas. 15. 4. 21) et Demelius (*Exhi-*

neget se exhibere posse vel oportere [1]), alioquin daturus actionem ad exhibendum vel interdictum de tabulis exhibendis. Quo casu quaeri potest, quis futurus sit exitus, si quis post eiusmodi decretum dolo non exhibet? Cui quaestioni respondisse videtur Diocletianus [2]): *exhibitionis necessitate tenetur, qui facultatem habens culpam vel dolum in explendo praecepto* [3]) *committit, ita ut, qui rem deteriorem exhibuit, aequitas exhibitionis proficiat, ut, quamvis ad exhibendum agi non potest, in factum tamen actio contra eum detur.* Sed habet ea constitutio non multum genuini, quin paene nihil. Inprimis enim, quod observavit Biondi [4]) decedere debet integra clausula (*ita ut* rell.), quae partim (*aequitas exhibitionis* rell.) descripta est ex Salvio Iuliano [5]) partim in factum actionem, quae datur ad exemplum actionis ad exhibendum, applicat speciei (*qui rem deteriorem exhibet*), cui tali auxilio minime opus est: *exhibuit enim et nihil impedit directam actionem*, id est, rei vindicationem *talis exhibitio* [6]). Detracta clausula quae pars remanet (*exhibitionis necessitate tenetur, qui facultatem habens culpam vel dolum in explendo praecepto committit*) tam est absurda, ut genuina esse non possit. Quis enim dubitet, quin, qui *facultatem*, exhibendi opinor, habeat, *exhibitionis necessitate* teneatur? Quis praeterea requirat, ut *culpam vel dolum in explendo* quolibet *praecepto* committat? Difficile dictu, quid revera Diocletianus rescripserit, sed potest fuisse tale: *(in factum actione) tenetur, qui (exhibere* [7]) *iussus) culpam* [8])

---

bitionspflicht p. 42 not. 3 i. f.) actionis ad exhibendum dationem. Cui sententiae obstat, quod *apud iudicem* statim *de rei veritate*, id est, de proprietate *quaer(e)tur* (c. 1 cit.).

1) L. 1 § 1 D. 43. 5; l. 2 § 8 D. 29. 3. 2) c. 7 C. 3. 42.

3) Formulam hic rursus intelligit Demelius (op. cit. p. 215) itaque vertit: *„während des Prozesses"*.

4) Iudic. bon. fid. I (1920) p. 53 not. f.

5) L. 3 § 14 D. 10. 4.

6) L. 17 D. 10. 4. Ergo reprehenditur (l. 9 § 3 eod.) Sabini sententia: *si quis rem deteriorem exhibuerit, (us)que ad exhibendum eum teneri.* Sed nostra nihil interest, quia sic quoque in factum actio abundaret.

7) A praetore, quum contendere nollet. *Reus* enim apud iudicem datum *contumax* sine mora *damnari po(tes)t* (l. 3 § 2, l. 7 § 4, § 6, l. 9 § 3 (ia. l. 17), § 6, l. 11 § 2 D. 10. 4).

8) Non sollicito, quia etiam *post iudicium acceptum* venire videtur *culpa*: l.

vel dolum in explendo praecepto committit. Ex superioribus apparet decretum praetoris, quo iubetur aut vindex reum sistere aut argentarius rationem edere, simile esse interdicto exhibitorio, nisi *exitu* differt [1]), qnia statim ab initio in factum actio promittitur, ex diverso, quod in confitentem se exhibere oportere redditur, non tantum exitu dissimile, sed etiam re, quia hoc decreto *peractum est negotium* [2]), nisi postea quid contigerit.

Absoluto capite CXX liceat mihi paulisper subsistere et respirare et emensum iter oculis retro lustrare. Incipiam autem ab indice titulorum.

I. De exceptione rei iudicatae. II. De actione ex vadimonio. III. Ad edictum de procuratoribus. IV. De mancipationis utilitate (1889). V. De erroribus quibusdam Romanorum circa probationum materiem. VI. Ad regulam XII tabularum rerum venditarum alienationem inhibentem donec pro pretio satisfactum sit. VII. An pignus valeat sine credito. VIII. De iure eius qui in rem impenderit. IX. An suae rei pignus consistat. X. Quid sit iure suo pignus distrahere (l. 13 D. 20. 5) (1890). XI. Ad interdictum „ne vis fiat aedificanti". XII. Quid sit remittere. XIII. Quando remittatur (1891). XIV. Ab Ulpiano interpolatus Iulianus. XV. Suum Celso restitutum. XVI. Abiudicatur Ulpiano l. 3 § 4 D. 12. 4. XVII. Apud Ulpianum ex stipulatione non nasci condictionem. XVIII. Quid sibi velint verba „si certum petetur". XIX. Abiudicandum Ulpiano fragmentum de certi condictione (l. 9 pr. — § 3 D. 12. 1). XX. Ulpiano abiudicandum fragmentum de triticaria condictione (l. 1 pr. D. 13. 3). XXI. De certis formulis. XXII. Ad Ulpiani de condictione commentarium. XXIII. Quid sit condictio. XXIV. De condictione certi vel incerti. XXV. De condictione certi (1892). XXVI. Emendatur Pauli fragmentum, quod est hodie l. 21 D. 16. 2. XXVII. De bonae fidei iudiciorum exitu. XXVIII. Ad iudicium depositi et ad formulam Octavianam.

---

12 § 4 D. 10, 4. Non enim obstat l. 7 § 5 eod. (cf. l. 27 § 1 D. 6. 1 iis. l. 15 § 3, l. 16 § 1 eod., quosque praeterea laudat locos Savigny, *System* VI p. 167).

1) Cf. Gai. IV § 161—165. 2) Cf. Gai. IV § 141.

XXIX. Quid divus rescripserit Marcus circa doli mali exceptionem. XXX. Quid sit compensare. XXXI. Quid sit compensatio debiti. XXXII. Pensatae pecuniae condictio Triboniano restituitur. XXXIII. De compensationis natura. XXXIV. Restituitur Macri fragmentum, hodie l. 1 § 4 D. 49. 8. XXXV. Quid intersit, re vel facto compensari dicas. XXXVI. De argentarii periculo. XXXVII. An et quatenus ex dispari causa compensetur. XXXVIII. An supersint in Digestis eius vestigia deductionis quam patitur bonorum emptor. XXXIX. Quid sit quod dicitur dotem peculiumve minui. XL. Quid sit ipso iure compensari quod dicitur. XLI. De iure retentionis. XLII. An retentio compensatioque salva sit mutui rei bonis venditis. XLIII. De stipulationibus quae actionum instar habeant. XLIV. Ad stipulationem de rato. XLV. De vindicibus et defensoribus [1] (1893). XLVI. An civitatium bona veneant. XLVII. Ad actionem de aestimato. XLVIII. De praescriptis verbis actione. XLIX. De actione quae competit ex rerum permutatione. L. Quid sit actio. LI. De traditionis utilitate. LII. Ad actionem proiudicati. LIII. Ad iudicati actionem. LIV. Quomodo succedatur in locum debitoris. LV. Ad lapidem A. Furii Rufi. LVI. De actione impetranda. LVII. De actione edenda. LVIII. De condictione propter poenitentiam. LIX. De possessionis condictione. LX. De condictione fructuum. LXI. De constitutione ad Aufidium Victorinum (1894). LXII. Cui competat in rem actio. LXIII. Quid sit legitimum. LXIV. De lege nata, lata, data (1895). LXV. De strictis iudiciis. LXVI. Repetitio quotuplex. LXVII. De triticaria condictione. LXVIII. De publica praediorum traditione. LXIX. De clandestina possessione recuperanda. LXX. Quando possessio ab iusto possessore transferatur. LXXI. Interdictis retinendae possessionis recuperandi vim inesse. LXXII. De censualium librorum auctoritate. LXXIII. De finali controversia (1896). LXXIV. De bonorum possessione Carboniana. LXXV. Quomodo fiat conventio. LXXVI. Ad edictum divi Hadriani. LXXVII. De cen-

---

1) Hoc capite continentur (quod ibi praemisi), quae de vindice in ius vocati dederam in *Themide* nostra 1888, praeveniendus, ut fere solemus Batavi, a Gauckleró in *Nouv. rev. histor.* 1889. Bonum factum, quod Gallo suum restituit Lenel, *das* edictum (1907) p. 67 lin. 3.

tumvirali iudicio. LXXVIII. De pignore praetorio (1897). LXXIX. De iudicati actionis natura. LXXX. Cui detur et in quem iudicati actio. LXXXI. De actionibus utilibus ad exemplum legis Aquiliae. LXXXII. Ad hereditatis petitionem (1898). LXXXIII. Ad praeiudicii exceptionem (1899). LXXXIV. De actionis denegatione (1900). LXXXV. Quomodo fiat litis contestatio (rescr. 1920). LXXXVI. Ad noxales actiones. LXXXVII. Ad formulam actionis arbitrariae. LXXXVIII. Quid sit in rem actio (1902). LXXXIX. De pignoris historici origine (1903). XC. De lege commissoria. XCI. Ad sextam Isaei (1904). XCII. Ad interdictum quorum bonorum (1905). XCIII. De deposito usurario. XCIV. Quid sit testamentum. XCV. Ad legem damnatam (19 Dig. 5. 2). XCVI. De sacramento denegando (1906). XCVII. De pignore legitimo. XCVIII. Quomodo satisdatio evitetur (1907). XCIX. Compensatio quotuplex (1908). C. Quid proprie in iudicium deducatur. CI. Quando ex usu recesserit rei in iudicium deductae clausula (1909). CII. Quibus modis in ius pignoris succedatur (1910). CIII. De hereditatis possessore. CIV. Ad edictum de inofficioso (1912). CV. De iudiciis in rem duplicibus [1]) (1913/4). CVI. Ἐξούλης δίκη cui competat et de lege sacrata Halicarnasensi [2]) (1915). CVII. De Nilo censitore (1915/7). CVIII. De dominiorum incerto tollendo. CIX. De publicis determinationis monumentis. CX. Quid vindicari possit (1917). CXI. De mensurae generibus (1918/9). CXII. Ad bonorum possessionem litis ordinandae gratia. CXIII. Ad noxalem iniuriarum actionem [3]). CXIV. Quando in usu esse desierit mancipatio (1920). CXV. An semper probet actor. CXVI. De formularum origine [4]) (1921). CXVII. Quid Paulus scripserit de literis dimissoriis. CXVIII. De donatione mortis causa vel directa depositi genere instituta. CXIX. Quae sint

1) Inest libellus quem obtuleram Paulo Friderico Girard viro clarissimo de me optime merito (*Mélanges* (1912) vol. II).

2) Inest pars commentationis, quam patri dicaveram in Serto Naberico (1908), a pag. 275 (*Verba sunt Aristotelis*) ad pag. 280³. Quae praecedunt, leguntur in cap. CXVI.

3) Inest libellus, quo a me honoratus est Gérardin vir clarissimus (*Mélanges* 1907).

4) Inest commentatio, quam patri dicaveram in Serto Naberico (1908), usque ad pag. 275 (*Verba sunt Aristotelis*). Quae sequuntur usque ad pag. 280³, transierunt in cap. CVI.

testamenti. CXX. Ad edictum de edendo (1922). CXXI. De concurrentibus actionibus (prodibit).

Ex his pertinent [1]) praecipue

ad pactum omne capita	75; 118.
ad possessionis causam	69—71.
ad proprietatis causam	4; 6; 51; 68; 108; 114.
ad pignoris causam	7—10; 55; 78; 89; 90; 97; 102.
ad ius hereditarium	74; 76; 77; 91; 92; 94; 95; 103; 104; 112; 119.
ad actionem omnem	50; 54; 121.
ad in rem actiones	62; 82; 88; 105; 106; 110.
ad agrorum controversias	73; 109; 111.
ad operis novi nuntiationem	11—13.
ad condictionem omnem	14—25; 58—61; 65—67.
ad praescriptis verbis actionem	47—49.
ad causam depositi	93.
ad noxarum genus	81; 86; 113.
ad compensationem	26—42; 99.
ad rei iudicatae vel in iudicium deductae exceptionem	1; 100; 101.
ad iudicati actionem	52; 53; 79; 80.
ad omne ius solemne	2; 56; 57; 63; 64; 83—85; 87; 96; 116; 117; 120.
ad alieno nomine agentes	3; 43—45; 98.
ad probandi genus	5; 115.
ad censum	72; 107.
ad civitates vendendas	46.

Horum omnium domi servatur textus emendatus et auctus cum locorum indicibus locupletissimis. Unde δείγματος ἕνεκα deprompsi cap. LXXXV (rescriptum).

Observatiunculas scribere institui, postquam mature intellexi apud cives meos quacumque tandem de causa abiectum et contemptum me futurum, proinde operae pretium non esse eorum in usum componere, quae ut lectitarent, nullo pacto eos

1) Rubrica interdum fallit, cum ab ingressu petita est, ut CXVIII.

adduci posse cernebam. Erat igitur aut iugiter silendum [1]) aut Latine addiscendum, ut cum exteris loqui possem, quorum pars Batave nesciunt veluti omnes Galli, postquam sepultus est Esmein [2]), pars nescire se fingunt veluti Teutoni, quam dedit iis tesseram Savigny [3]), ut semper possent, quod nostri invenissent, priores invenisse [4]). Quam in rem multos habent συνεργοὺς quum apud hanc gentem tum apud Helvetios Scandinaviosque stultissimum quemque. Profecturus autem mihi videbar variis quaestionibus breviter enodandis curaturo verba patre, quo nostra memoria nemo maiorem antiqui sermonis usum adeptus est [5]). Nec me omnino spes fefellit; nam, ne sim ineptus, quod mihi dant ceteri, id possidere me dissimulando, ingenue fatebor me mihi videri eam Latine scribendi scientiam consecutum esse ut sine fastidio ab omnibus, quorum interest, legi perspicueque [6]) tractare possim, quaequae subiecta stylo sit materies, quantumvis longe a iure Romano remota videatur, veluti monumenta publica (cap. LXVIII, CVIII), agrorum formas (cap. LXXIII), vasaria (cap. LXXII, CVII), vehicula αὐτοκίνητα vel volantia, filo vel sine filo aut nuntios aut colloquia alia id genus, quo nondum pervenit disputatio nostra. Sed, quod erat praeterea in votis, ut post tirocinium exiret iustum aliquod volumen nostro nomine inscriptum, id relinquere cogor maior sexagenario inter ludicra factus, adde, editore [7]) destitutus. Observatiunculas tamen, dum licet et voltum servat fortuna benignum, pergam ut coepi.

---

1) Ut foras Hungaris, postquam Latine scire desierunt nec viri fortes et patriae suae dignitatis conscii Teutonice voluerunt (*krit. Vierteljahrsschr.* 54 (1919) p. 160).

2) Nempe is indignabatur, quod putabam eum Batave nescire.

3) *Gesch.* I (1834) p. 13. Nihilominus cooptavit eum academia nostra inter primos (1855). Adeo nescit haec gens tueri dignitatem suam. Remedium quaeris? Naviget Budam (not. 1).

4) Velut, ius perfectum nihil esse nisi consuetudinem quandam, invenit primus Frenzel, *Recht und Rechtssätze* (1892) p. V, secundus Hamaker quadriennio ante: *Het recht en de maatschappij* (1888) p. 114. Rem esse consilii, non casus, candide fatetur Wlassak, *Ztschr. der Sav.-St.* XXXI (1910) p. 197: „*in deutschen Werken* (ex abundanti addit: *romanistischen Inhalts) ist zumeist der heimischen Literatur stillschweigend eine Art Vorzugsrecht eingeräumt. Gewiss wird kein Verständiger unsere Schriftsteller deshalb tadeln*". Profecto nemo: ut tamen inter vafros cauti versemur.

5) Vidit capita I—CIV.

6) Velim alius dicat: eleganterque.

7) Quaeritur barathro donaturus.

DE INSCRIPTIONE GRAECA ANTIQUISSIMA.

SCRIPSIT

GUILIELMUS VOLLGRAFF.

Inter inscriptiones Ionicas saeculi sexti non ultimo loco habendum est decretum Cyzicenum, quo progenies Medicae et Aesepi honoratur [1]). In lapide, cuius pars superior deest, legitur primum ultima pars decreti *βουστροφηδόν* priscis litteris conscripti, deinde rursus idem decretum verbo tenus repetitum litteris primi ante Christum saeculi. Quingentis igitur fere post annis decretum in inferiore parte eiusdem lapidis redintegratum est. Atque veri simile est hoc factum esse ab iis, quorum interesset, dico seros nepotes Medicae vel Aesepi, qui adhuc immunitate vectigalium fruerentur. Verba decreti sunt haec:

ἐπὶ Μαιανδρίου. πόλις Μηδίκεω καὶ τοῖσιν Αἰσήπου παισὶν καὶ τοῖσιν ἐκγόνοισιν ἀτελείην καὶ πρυτανεῖον. δέδοται παρὲξ ναύσσου καὶ τοῦ ταλάντου καὶ ἱππωνίης καὶ ἀνδραποδωνίης· τῶν δὲ ἄλλων πάντων ἀτελέας. καὶ ἐπὶ τούτοισιν δῆμος ὅρκιον ἔταμον. τὴν δὲ στήλην τήνδε πόλις Μανῆ ἔδωκε τῷ Μηδίκεω.

Prima sententia post vocem *πρυτανεῖον* finienda est. Nam si verbum *δέδοται* cum viris doctis Roehl Dittenberger Michel cum praecedentibus coniungas, soloece pro *δέδωκε* dictum sit; quod mendum nemini, ne quadratario quidem, cum aliqua veritatis specie tribui potest. Sane nunc prima sententia verbo caret, sed mente facile suppletur: *πόλις* (*ἔδωκε*). Ellipsis quae

1) Mordtmann, Herm. 1880, p. 92 sqq. Roehl, I. G. A. 491; Dittenberger, Syll.[2] 464; Syll.[3] 4; Michel, Recueil, 532; Bechtel, S. G. D. I. 5522; Solmsen, Inscr. graec. ad inl. dial. sel.[3] 51.

dicitur verbi dandi non inaudita est [1]). Quacum inprimis comparanda est ellipsis verbi dedicandi ubique usitata. Minime igitur necessarium est obtemperare viro docto Wackernagel [2]), quem sequuntur Bechtel et Solmsen, qui ex coniectura verbum ἔδωκε, tamquam a lapicida aetatis Romanae neglegentia praeteritum, primae sententiae adiecit. Sed non de hac ellipsi quicquam in medium proferre in animo mihi est, sed de verbis: Μηδίκεω καὶ τοῖσιν Αἰσήπου παισίν, quae insolito ordine disposita esse quivis videt. Haec primus Roehl [3]), deinde Bechtel et Solmsen audaci coniectura vexaverunt, qui verba in lapide insculpta exhibuerunt in hunc modum correcta: πόλις (Μανῆ ἔδωκε τῶι) Μηδίκεω καὶ τοῖσιν Αἰσήπου παισὶν καὶ τοῖσιν ἐκγόνοισιν ἀτελείην καὶ πρυτανεῖον. Scilicet persuaserunt sibi lapicidam in ipso exordio decreti, quod ei describendum mandatum erat, duo triave vocabula praeteriisse, atque adeo ipsum nomen civis, pro quo decretum latum esset. Hoc illis probabile visum esse quis non mirabitur? Licet enim quadratarii in parvis rebus non raro peccent [4]), tamen tantam socordiam iis imputare nefas est. Qua re autem inducti sunt illi, ut ad aliquid tale confugerent? Indoli linguae Graecae ea quae in lapide leguntur, repugnare iis videbantur. Iam igitur hoc nobis perpendendum est, possitne Graece dici: Μεδίκεω καὶ τοῖσιν Αἰσήπου παισίν pro: τοῖσι Μεδίκεω παισὶ καὶ τοῖσιν Αἰσήπου παισίν.

Dudum litteratis exploratum est [5]) apud epicos et lyricos et tragicos poetas Graecorum praepositionem, quae ad duo substantiva pertineat, saepe alteri demum praefigi [6]). Duo exempla demonstrabunt tibi, quid dicam:

---

1) Cf. e. g. Hom. Il. II, 413:

μὴ πρὶν ἐπ' ἠέλιον δῦναι καὶ ἐπὶ κνέφας ἐλθεῖν

cum Od. IX, 530:

δὸς μὴ Ὀδυσσῆα πτολιπόρθιον οἰκάδ' ἱκέσθαι.

Di meliora (duint). Blaydes ad Aristoph. Ach. 247, Thesm. 287.

2) Wackernagel, Stud. zum griech. Perf. p. 10.

3) Adnotatio Roehlii haec est: „Post vocem πόλις deest Μανῆ τῷ vel sim.".

4) Veluti hic noster in voce ἀτελείην Δ pro Λ exaravit et pro Μεδίκεω scripsit Μηδίκεω.

5) Burmannus Bentleius Valckenaerius Ruhnkenius huius rei gnari erant.

6) Cf. Hermann. ad Viger. p. 854; Soph. Ai. ed. Lobeck, ad vs. 397—400; Matthiae, Griech. Gramm. II, § 595, 4; Kuehner—Gerth, Griech. Gramm. II, 2, p. 550, 3.

ποτὲ μὲν κακόν, ἄλλοτ' ἐπ' ἐσθλὸν ἕρπει
(Soph. Ant. 366),
οἱ δὲ νέοι μολπήν τε καὶ ἐς χορὸν ἐντύνεσθε
(Call. Hymn. II, 8).

Habetur autem eiusmodi verborum ordo pro artificioso. In libro de syntaxi Graeca certe, quem post Kuehnerum curavit Gerth a. 1898, adhuc explicationis loco adferuntur haec verba Dissenii: „quum in continuata constructione facilius languescat oratio, hoc artificio poetico nova vis et alacritas secundo membro conciliatur, eaque vera causa est huius collocationis".

Sed hic peculiaris ordo verborum in figura ἀπὸ κοινοῦ non ad solas praepositiones pertinet, sed quodvis vocabulum, quod per grammaticam et sensum cum duobus vocabulis cohaeret, saepenumero a poetis alteri demum apponitur. Rursus duobus exemplis contentus ero:

ἡδὺς οὐδὲ μητρὶ δυσμενής
(Soph. El. 929),
ἄλλο μὲν ἐξεσάωσεν ὑπ' ἰλύος, ἄλλο δ' ἔνερθεν
κάλλιπεν αὖθι πέδιλον ἐνισχόμενον προχοῇσιν
(Ap. Rhod. I, 10 sq.).

Magnam copiam consimilium locorum e poetis Graecis collegit Wilamowitzius Her.[2] II, p. 62 sq. [1]), qui cum de hac re ageret, simul dubitare se significavit, num etiam in prosa oratione tale quid inveniatur. Statuit tamen particulas negativas secundo loco ἀπὸ κοινοῦ positas etiam prosae proprias esse. Velut apud Herodotum legitur: ἐκ δέ οἱ ταύτης τῆς γυναικὸς οὐδ' ἐξ ἄλλης παῖδες ἐγίνοντο [2]).

Eadem apud scriptores Latinos figura usu venit et quod ad praepositiones et quod ad alia vocabula attinet. Exempla e poetis Romanis petita Burmannus ad locos Ovidii et Vergilii, Bentleius et Peerlkampius collegerunt ad Hor. Carm. III, 25, 2:

quae nemora aut quos agor in specus?

Artificiosam, ut dixi, hanc figuram esse persuasum habent. Sed Vahlen iam in editione sua Aristotelis libri περὶ ποιητικῆς

---

1) Cf. Kuehner—Gerth, o. l. II, 2, p. 601 sq. Soph. ed. Bruhn, Anhang, p. 95 sqq.

2) Herod. V, 92, β, 2.

ad pag. 1449, a: Ἰλιὰς καὶ ἡ Ὀδύσσεια [1]) exemplis satis multis ex Aristotele Platone Aeschine delibatis non raro articulum secundo loco ἀπὸ κοινοῦ poni ostendit. Postmodo copiam locorum a Vahleno collectorum Radermacher [2]) adauxit loco ex Epicteto petito: εἰς μέμψεις καὶ τὰ ἐγκλήματα τῷ θεῷ ἐκτρεπόμενοι [3]). Tum Leo a. 1896 in Analectis Plautinis, ubi copiosissime de figura ἀπὸ κοινοῦ apud poetas Romanos egit, locum Platonis (Euthyd. p. 278, a) tractavit, ubi in codice Bodleiano haec leguntur: ταὐτὸν ὄνομα ἐπ' ἀνθρώποις ἐναντίως ἔχουσι κείμενον, τῷ τε εἰδότι καὶ ἐπὶ τῷ μή [4]). Idem apud Latinos vestigia huius positurae vocabulorum etiam per pedestrem sermonem patere ostendit (p. 5), cum exempli gratia in Ciceronis oratione pro Murena (§ 21) sit traditum: „quam ego... pari atque in eadem laude ponam" (p. 42). De sermone Graeco iudicium non tulit, sed de sermone Latino certe rectissime haec dixit: „multis persuasum esse video, cultissimae tantum et deliciarum plenae carminum arti eius figurae usum convenire. sed non facile poetarum subtilitati placet frequenter usurpare figuram cuius non ad intimam linguae naturam radices pertineant". Denique magna gratia acumini et industriae Guilielmi Baehrens referenda est, qui cum in Mnemosyne [5]) tum in Philologi supplementis [6]) plurima huius figurae exempla e sermone pedestri Latino omnium aetatum petita congessit, quorum maior pars ab editoribus obscurata fuerat, et nunc in Glottae vol IX° [7]) etiam prosae Graecae aliquid suorum studiorum impertire coepit. Neque solum varias eruditorum sententias exposuit, quas ego quoque post illum legentium in gratiam memoravi, sed etiam ipse nova quaedam in medium protulit. Docuit enim hanc de qua agimus ἀπὸ κοινοῦ figuram ad articulum pertinentem inveniri apud Simplicium, ad prae-

---

1) Bywater (Aristotle, On the art of poetry, p. 131 sq.) cum Spengelii coniecturam (ἡ) Ἰλιάς contra Vahlenum defenderet, iniuria de quaestione, num articulus eiusmodi locis ἀπὸ κοινοῦ positus esse censeri possit, quid sentiret non dixit.

2) G. G. A. 1899, p. 709.

3) Epict. Diss. I, 6, 42.

4) Cf. Baehrens, Glott. 1918, p. 179.

5) Mnemos. 1910, p. 395 sqq.

6) Philol. Suppl. XII (1911) p. 235 sqq.: Beitraege zur lateinischen Syntax.

7) Glott. 1918, p. 178 sqq.

positiones apud Simplicium et Porphyrium. Mihi aliud exemplum apud Arrianum indagare contigit: *καὶ τίς ὑμῶν πονήσας οἶδεν ἐμοῦ μᾶλλον ἢ ἐγὼ ὑπὲρ ἐκείνου* [1]). Nonnulli editores Arriani, velut Krueger et Roos, hanc sententiam lacuna laborare sumpserunt. Sed manifestum videtur nihil desiderari; intellegamus modo necesse est *ἐμοῦ μᾶλλον* brevius dictum esse pro: *ὑπὲρ ἐμοῦ μᾶλλον*. Praeterea Baehrens animadvertit etiam in verbis compositis praepositionem secundo loco *ἀπὸ κοινοῦ* poni posse. Nam apud Dionem Chrysostomum: *ὁ δὲ φιλόδοξος ἄγει τε καὶ ἀφέλκει τῶν ἡδονῶν* [2]) iure dixit idem esse atque: *ἀπάγει τε καὶ ἀφέλκει τῶν ἡδονῶν*. Huius quoque rei consimile exemplum mihi praesto est. Etenim quae leguntur apud Polybium: *ἐπειδὰν γὰρ ἐξοιδοῦν τι τῶν μερῶν φιλονικῇ καὶ πλέον τοῦ δέοντος ἐπικρατῇ, δῆλον ὡς οὐδενὸς αὐτοτελοῦς ὄντος κατὰ τὸν ἄρτι λόγον, ἀντισπᾶσθαι δὲ καὶ παραποδίζεσθαι δυναμένης τῆς ἑκάστου προθέσεως ὑπ' ἀλλήλων, οὐδὲν ἐξοιδεῖ τῶν μερῶν οὐδ' ὑπερφρονεῖ, πάντα δ' ἐμμένει τοῖς ὑποκειμένοις, τὰ μὲν κωλυόμενα τῆς ὁρμῆς, τὰ δ' ἐξ ἀρχῆς δεδιότα τὴν ἐκ τοῦ πέλας ἐπίστασιν* [3]), tum demum apte congruenterque dicta esse videntur, cum statuimus intellegendum esse: *οὐδὲν ὑπερεξοιδεῖ τῶν μερῶν οὐδ' ὑπερφρονεῖ.*

Itaque demonstratum est hanc de qua agimus figuram, quae pertineat ad particulam negativam vel praepositionem vel articulum, etiam in prosa oratione Graecorum inveniri. Quod cum ita sit, quod iudicium iam nobis ferendum est de Herodoti l. VII c. 209, ubi codices A B haec praebent: *νῦν γὰρ πρὸς βασιλήιην τε καὶ καλλίστην πόλιν τῶν ἐν Ἕλλησι προσφέρεαι καὶ ἄνδρας ἀρίστους*, codices R S V, quorum aequa est auctoritas: *νῦν γὰρ πρὸς βασιλήιην τε καλλίστην τῶν ἐν Ἕλλησι προσφέρεαι καὶ ἄνδρας ἀρίστους*? Verba sunt Demarati apud Xerxem de patria sua Sparta. Id quod est in codicibus A B praestare mihi videtur, primum quod in universum veri similius est aliquid excidisse quam aliquid a grammatico scribave interpolatum esse, tum quod Sparta, quae sola inter civitates

1) Arr. Anab. VII, 10.
2) Dio Chrys. de regno, IV, 136.
3) Polyb. VI, 18, 7 sq.

Graecas gubernaretur a regibus, absurde diceretur *βασιλήίη καλλίστη τῶν ἐν Ἕλλησι*. Statuamus igitur necesse est vocem *πόλιν* positam esse *ἀπὸ κοινοῦ*, eoque libentius id consilium capiemus, cum Vahlen Radermacher Baehrens ostenderint, quantopere coniunctiones *τε-καί* huic figurae faveant.

Ad extremum revertor ad inscriptionem Cyzicenam, unde orsus sum. Nonne iam in: Μεδίκεω *καὶ τοῖσιν* Αἰσήπου *παισίν* voces *τοῖσι παισίν* positas esse *ἀπὸ κοινοῦ* tibi videntur? Fatendum quidem est apud scriptores Graecos nullum adhuc locum huius plane consimilem repertum esse. Sed apud Latinos talia non desunt [1]:

„spectaculorum quoque omnis generis magnificentia superiores reges vicit, reliquorum sui moris et copia Graecorum artificum" [2];

„responsum ab senatu esse: Rhodios nec utilitatium neque cura impensarum populi Romani, sed pro Perseo legationem eam misisse". [3])

Haec si recte disputata sunt, apparet figuram et apud Romanos et apud Graecos minime artificiosam, sed popularem esse. Popularem inquam et simul poeticam: sola oratio pedestris artificialis eam aut respuit aut rarissime ei indulget, poetae se eiusmodi legibus astringi non patiuntur. Considerent velim iam harum rerum prudentes, num huic figurae populari Graecae et Latinae communis origo tribui possit. [4])

---

1) Cf. Baehrens, Beitr. p. 268.

2) Liv. XLI, 20, 10. 3) Liv. XLV, 3, 6.

4) Cf. exempla e carminibus epicis Germanicis et hodiernis scriptoribus petita, quae Leo Anal. Plaut. p. 6 attulit. Versiculi, quos commemoravit Franciscus Harder Glott. vol. X a. 1919 p. 139:

Der Papst der wil durch Thun, Calvin wil durch Verstehn,
In Himmel aber wil durch Glauben Luther gehn,

vix huc facere mihi videntur. Recte enim Leo o. l. p. 5: „quod si verbum commune", inquit, „in fine demum totius periodi ponitur, figura plerumque nulla est". Nihil hic statuendum nisi hyperbaton vocum „in Himmel", quo ordo ceterorum vocabulorum paulo immutatus est.

Mihi potius comparanda videntur verba, quibus Goethe usus est in libro primo operis cui inscribitur „Dichtung und Wahrheit": „der Schoepfer und Erhalter Himmels und der Erden".

AD T. LIVII LIB. XLI ET XLII NOTULAE.

SCRIPSIT

P. H. DAMSTÉ.

T. Livi ab urbe condita. Ed. A. Zingerle.
Editio maior. Vindobonae 1899—1901,

Lib. XLI.

1. 6: *inter mare et castra* [*e t*], *ut idem aquatoribus ad fluvium esset praesidium*, *M. Aebutius tribunus militum secundae legionis duos manipulos militum ducere iussus est.*

Vocabulum *et*, quod uncinis cinxi, expungendum est.

4. 1: *Sub haec A. Baeculonium, signiferum suum, notae fortitudinis virum, inferre signum iussit. ille, si u n u m s e sequerentur, quo celerius fieret, facturum dixit.*

Zingerle Novakium secutus voc. *unum* tamquam delendum significavit atque aliorum multa proposita in apparatu commemorat, quae sunt: *signum si* — *si signum seque* — *si nunc* aut *tum* — *unum si se* — *si uno animo se.*

Legendum credo: *si u n i v e r s i sequerentur.*

Ceterum pronomen *suum*, quod post *signiferum* nunc legitur et Dukero iam suspectum fuit, nescio an traiciendum sit ante voc. *inferre.*

5. 3: *quo non capta tantum castra ab hostibus nec fuga quae vera e r a t, sed perditas res deletumque exercitum omnem allatum est.*

Auctore I. F. Gronovio editor pro *erat* scripsit: *erant*, sed

sic voc. *fuga* casu nominativo positum ferri posse non credo neque crediderunt qui *deserta* inserendum esse post *fuga* putarent.

Dubito an vera sit tradita lectio, quam ita intellegere velim ut verba *fuga quae vera erat* = *quae vera fuga erat* pro uno nomine sint.

6. 9: *non publice tantum se premi imperio, sed singulos iustum pati servitium. [iustos] coniuges liberosque vexari; in corpus, in tergum saeviri*, e. q. s.

Hartelio suadente Zingerle voc. *iustos* damnavit: Sigonius *iuxta se* — Weissenborn *ipsos* coniecit.

Corrigas quaeso: *sed singulos iustum pati servitium* *iussos: coniuges liberosque vexari* e. q. s.

8. 8: *Fregellas quoque milia quattuor familiarum transisse ab se Samnites Paelignique querebantur, neque eo minus aut hos aut illos in dilectu militum dare.*

Verba postrema interpretes multum vexarunt atque I. F. Gronovius etiam *neque eo minus hos aut plus illos* corrigendum esse censuit. Utrum tamen Fregellates plus an minus militum darent, Samnites Paelignosque non curavisse opinor: hoc querebantur se semper eundem numerum dare debere quamvis imminuta civium copia. Ideo *illos* ad Fregellates pertinere nullus credo neque igitur sententiam quam Gronovius voluit auctori obtrudendam esse opinor. Samnites Paelignique hoc unum querebantur, numerum militum dandorum sibi numquam levari, qua de causa *hos* — *illos* ad Paelignos et Samnites utique referre arbitror et argumentum querelae *neque... dare* tamquam ex persona Livii additum accipio.

10. 2: *ubi cum effuse popularentur, dolor magis et indignatio diripi res suas cernentes Histros, quam certa spes, satis sibi virium adversus duos exercitus esse, excivit.*

Zingerle cum Madvigio *esse* post *excercitus* addere maluit quam post *satis*, ut Kreyssigio — vel post *duos*, ut Hertzio visum est. Nonne potius credendum est, verbum *adesse* excidisse ante voc. *adversus*, cum praesertim haec sequantur: „concursu ex omnibus populis iuventutis facto repentinus et tumultuarius exercitus acrius primo impetu quam perseverantius pugnavit."

11. 2: *Claudius ... oppidum ... oppugnare intendit, amnemque praeterfluentem moenia, qui et impedimento oppugnantibus erat et aquationem Histris praebebat, multorum dierum opere exceptum novo alveo avertit. ea res barbaros miraculo terruit abscisae aquae: et ne tum quidem memores pacis* e. q. s.

R. Novák verba *abscisae aquae* (in codice est *abscisaquae*) inducenda esse recte monuit; nimirum a nescio quo ascriptus est ad illustranda verba *ne tum quidem* ablativus absolutus *abscisa aqua,* qui cum post voc. *terruit* in textum migravisset tamquam a voce *miraculo* pendens genitivi formam adeptus est. Ceterum alterum quoque tollendum est vitium: pro *et ne tum quidem* restituendum est: *sed ne tum quidem.*

12. 5: *exercitum in agrum Sardorum Iliensium induxit. Balarorum magna auxilia Iliensibus venerant; cum utraque gente signis conlatis conflixit.*

Exaratum est in codice *auxilia Iliensium*, quam scripturam inde ortam esse suspicor ut olim fuerit: *Iliensibus subvenerant.*

24. 15: *valeant ad* ⟨id⟩ *nunc eadem illa, non ut praecipue amici, sed ne praecipue inimici simus.*

Ita Zingerle recensuit cum H. I. Muellero pro Vindobonensis lectione quae est: *valeantacnunc*; Hartel suspicatus est *valeant ac* ⟨*faciant*⟩ *nunc*, Madvig *valeant nunc*, Harant *valeant itaque nunc.*

Legendum esse credo: *valeant ut antea nunc.*

24. 19: *indignatione principum, quod, quam rem ne legatione quidem dignam iudicasset Perseus, litteris paucorum versuum impetraret, decretum differtur. legati deinde postea missi ab rege, cum Megalopoli concilium esset* e. q. s.

Pro *deinde postea* Hartel coniecit *de eadem re postea*, Heusinger *de ea re postea*, Crevier *deinde* vel *postea* delere voluit.

Emendandum censeo: *deinde praepostere.*

25. 6: *Proxenus ... paucos post dies ab Orthobula uxore veneno est sublatus: damnataque eo crimine in exsilium abiit.*

Perizonius *damnata quae*, I. F. Gronovius *quae damnata*

proposuit. Equidem nescio an post *sublatus* omissum sit verbum *insimulata*, quod propter litterarum similitudinem facile excidere potuit.

Lib. XLII.

1. 4: *praetores deinde provincias sortiti sunt, A. Atilius Serranus urbanam, C. Cluvius Saxula inter cives et peregrinos, N. Fabius Buteo Hispaniam citeriorem, M. Matienus ulteriorem, M. Furius Crassipes Siciliam, C. Cicereius Sardiniam.*

Eo quod inter varia senatus decreta, quae deinceps enumerantur, haec quoque provinciarum sortitio est, vide an non Livius potius scripsisse putandus sit: *praetores deinde provincias ⟨sortiri iussi.⟩ sortiti sunt A. Atilius Serranus urbanam* e. q. s. Cf. XXXVIII 42, 6: et extemplo, priusquam inirent magistratum, sortiri iussi. Ser. Sulpicius urbanam, Q. Terentius peregrinam est sortitus cet.

5. 6: Graeciae civitates Perseo magis favebant quam Eumeni sive aliis de causis *seu quia ⟨sua⟩ non obiecta esse Romanis volebant.*

Sic editor Novakio obsecutus scripsit pro codicis lectione: *quianonobiectaesse*, alii alia. Praetulerim: *quia non obiectos sese R. v.*

11. 9: Eumenes in senatu et alia arguit et Perseo *accessisse ad vires eam, quae longo tempore multis magnisque meritis pareretur, auctoritatem.*

Ante voc. *longo* propter litterarum similitudinem excidisse videtur *volgo*. Cf. ea quae in capite sequenti disseruntur et c. 26 i. f.

14. 6: *et legatio Rhodiorum ⟨aderat Romae, cuius ferox⟩ erat nec falsa dicturus princeps, haud dubius, quin Eumenes civitatis quoque suae ⟨insectationem⟩ Persei criminibus iunxisset.*

Zingerleum huic loco male consuluisse existimo. In codice post *Rhodiorum* haec sunt: *erat hac falsa iturus princeps*, quae Drakenborch probabiliter sic restituit: *⟨ven⟩erat ac Satyrus*

princeps, quamquam etiam verbum *erat* retineri atque cum editore Basiliensi (1531) legi posse concedo: *et legatio Rhodiorum erat ac Satyrus princeps;* nomen enim principis hoc loco omnino requiritur et puerile additamentum *nec falsa dicturus* haud dubie reiciendum est. Recipienda igitur est editionis Basiliensis lectio, quae supplementa omnia, a viris doctis excogitata, supervacua reddit. Neque magis opus est vocabulo *insectationem* Madvigio auctore a Zingerleo inserto, qui ipse in apparatu suo *insimulationem* proposuit: verba tradita optime enuntiata sunt neque quicquam amplius desiderant.

17. 1: *Sub idem tempus C. Valerius ex Graecia, quo legatus ad visendum statum regionis eius speculandaque consilia Persei regis [eius] erat, rediit.*

Sine iusta causa editor Drakenborchii coni. *quo legatus ad* pro codicis lectione *legatusquiad* recepisse videtur; Weissenborn melius cum editione Bas. 1531, una transpositione contentus, dedit: *qui legatus ad.* In codicis scriptura *regiseiuserat* non cum Hartelio, quem Zingerle secutus est, *eius* resecandum esse credo, neque pro hoc pronomine corrigendum *missus*, ut editori Bas. 1531 visum est, sed latere suspicor: *regis ire iussus erat*, cl. c. 19 i. f.

19. 5: Ariarathes rex filium suum per legatos Romam misit educandum, ut iam a puero moribus Romanis hominibusque adsuesceret. *ea legatio grata senatui fuit.*

Exaratum est in codice: *etregemetlegatio*, quod varie interpretati sunt, editor Bas. 1531 per *ea regis legatio*, Madvig *egregie ea legatio* reponendum esse putavit, alii alia. Equidem scriptum fuisse credo: *et regis mens et legatio grata senatui fuit.*

34. 9: *expulso rege Antiocho, subactis Aetolis reportati sumus in Italiam; et deinceps bis, quae annua merebant legiones, stipendia feci, bis deinde in Hispania militavi* cet.

In stipendiis suis enumerandis Sp. Ligustinus regiones, ubi ea fecit, ubique significavit excepto hoc loco, quo non solum indefinite loquitur, sed etiam putide addit id quod nemo Romanus ignorabat, legiones annua stipendia merere solitas esse.

Non tamen A. Roobol (Exercitationes criticae in T. Livi Libr. XLI—XLV, Trai. ad Rh. 1916, p. 27 sq.) mihi persuadere potuit, verba *quae annua merebant legiones* tamquam emblema in marginem releganda esse, neque verum esse credo id quod Madvig dubitanter coniecit *bis* ⟨*in iis*⟩, *quae annua merebant legiones, stipendia feci*. Legendum puto: *et deinceps bis, qua omnino merebant legiones, stipendia feci.*

In codice scriptum est: *bisque!*

43. 4: *Ab hoc conloquio, fide indutiarum interposita, legati Romani in Boeotiam conparati sunt.*

Locum exscripsi qualis in codice legitur. Lectio autem *conparati sunt* nimirum corrupta est atque editores vulgo Douiatii coniecturam *profecti sunt* recipiunt neque aliter Zingerle fecit, qui multa aliorum proposita insuper commemorat. Nemo tamen ex iis de comparandi notione quae hoc loco aptissima est cogitasse videtur: suspicor enim Livium scripsisse aliquid quale est: *in Boeotiam ut conpararant inter se eunt.* supra in c. 37 init. comparationem atque provinciarum divisionem enarravit, quae inter legatos facta est.

43. 10: *utriusque tamen partis legati ad Romanos venerunt, et exules accusatoresque Ismeniae et Ismenias ipse.*

Vocabulum *tamen*, quod quo pertineat se nescire iam Madvig annotavit, Zingerle inclusit tamquam ex litteris praecedentibus *(certamen)* repetitum. Equidem vix dubito quin restituendum sit: *tum.*

45. 6: *trepidaturos tum repente* ⟨*in*⟩ *paranda classe, cum mittenda esset, nisi reficere naves, nisi instruere navalibus sociis coepissent.*

H. I. Muellero iubente editor praepositionem *in* addidit, sed docet locus a Weissenbornio allatus (XLI 27, 13) ea opus non esse; alibi vero in hac sententia describenda librarius peccavit: nempe vocabulum *tum* non suo loco nunc legitur, sed reponendum est in versu sequenti: *nisi tum reficere naves* e. q. s.

51. 7: *tria milia Threcum liberorum suum ducem habebant.*

Cretensium par paene numerus suos duces sequebatur, Susum Phalasarneum et Syllum Gnosium.

Nomen ducis, quem Threces liberi habebant, post hoc verbum excidisse credo.

53. 9: *Cyretias oppugnare coactus, primo [etiam] die acri concursu ad portas armatorum est repulsus; postero die omnibus copiis adortus in deditionem omnes ante noctem accepit.*

Iniuria editorem voc. *etiam* inclusisse opinor tamquam ortum ex altera parte voc. *Cyretias* repetita neque melius H. I. Muellerum pro eo coniecisse: *item*. Recte Weissenborn monuit, id non tantum ad *primo*, sed ad totam sententiam pertinere. Livius enim hoc voluit: primo die res etiam eo pervenit ut repulsus sit, postridie vero urbem cepit. Nihil igitur mutandum videtur.

54. 2: *quae res cum infestiorem hostem ad oppugnandum fecisset, ipsos desperatione veniae ad tuendos sese acrius accendit.*

Ante *ipsos* excidisse *tum* mihi quidem est persuasissimum.

57. 8: *duas inde ex agmine turmas Threcum, duas Macedonum cum binis Cretensium cohortibus et Threcum misit.*

Corrigas quaeso: *emisit*. Cf. C. 58. 11: consul, intra vallum peditum acie instructa, et ipse equitatum omnem cum levi armatura emisit.

60. 7: *Romanis quidem praesens pavor demptus erat, in tuto castra habentibus; damnum inter cetera praecipue famae movebat.*

Pro *movebat* scriptum fuisse puto: *mordebat*, cum praesertim verbum movendi significatione prorsus diversa (§ 6: ut neminem alium suorum moveret) positum sit.

63. 1: *non enim solum qui partis Macedonum erant, sed plerique ingentibus Romanorum obligati beneficiis, quidam vim superbiamque experti* <*Persei*>, *laeti eam famam accepere.*

Lacunam manifestam, quam alii aliter explere voluerunt, Zingerle cum Weissenbornio ita explevit ut post *experti* inseruerit *Persei*: nescio an insuper post *quidam* addendum sit: *etiam*.

AD HERODAM.

SCRIPSIT

P. GROENEBOOM.

I 1: Θ[ρεῖσ]σα, *ἀ ρ ά σ σ ε ι* τὴν θύρην τισ.

Identidem Herodam ab Atticorum scriptorum usu recedere notum est; in promptu sunt exempla:

II 32 laudes civium *καλῶν κἀγαθῶν* praedicantur, qui *τῆι γενῆι Φ υ σ ῶ ν τ ε σ — πρὸσ τοὺσ νόμουσ βλέπουσι*; vulgo tamen (*μέγα*) *Φυσᾶν* (idem fere quod *μέγα Φρονεῖν*, cf. Eur. I. A. 125) dicitur de eis, qui insolenter et arroganter se gerunt: Men. Discept. 492 K. *ὦ τρισκακόδαιμον καὶ μέγα* (*καιμεγαλα* p., corr. v. Leeuwen, Leo) *Φ υ σ ᾶ ι σ καὶ λαλεῖσ*, fr. 302_2 Kock III p. 86 *οἱ Φυσῶντεσ ἐΦ' ἑαυτοῖσ μέγα* et sensu transitivo [Dem.] XIII 12 *μετεωρίσασ καὶ Φ υ σ ή σ α σ ὑμᾶσ.*

IV 17: *νούσων — τὰς ἀ π έ ψ η σ α σ = ἀπέμαξασ*, cf. Dem. XVIII 259 *καθαίρων τοὺσ τελουμένουσ καὶ ἀπομάττων τῶι πηλῶι κτέ.*, Rohde, Psyche$^{7/8}$ p. 75, 406, Soph. fr. 34 Pearson *ἀπομαγμάτων ἴδρισ*, cum editoris adnotatione, Harpocr. *ἀπομάττων — ἀντὶ τοῦ ἀποψῶν.*

V 50: *ὡσ ἤν τι τούτων ὧν λέγω π α ρ α σ τ ε ί ξ η ι σ* (ita enim scribendum et lectio *παραστίξηισ* omnino repudianda est), ubi *παραστείχειν* (*περιστείχειν* legitur δ 277) = *παραβαίνειν, ὑπερβαίνειν*; similiter Plato bis *ἐκβαίνειν* utitur, ubi *παραβαίνειν* exspectatur: Symp. 183 b *συγγνώμη παρὰ θεῶν ἐκβάντι τὸν ὅρκον* (v. l. *τῶν ὅρκων*), Politic. 295 d *μὴ ἐκβαίνειν τἀρχαῖά ποτε νομοθετηθέντα.*

VI 6: *κὴ⟨ν⟩ τοσοῦτ' ἀ π ο σ τ ά ξ η ι* (cf. Call. fr. 205 Schn. *καὶ κρῖμνον κυκεῶνοσ ἀποστάζοντος ἔραζε*, quem locum contulit Crusius), ubi *ἀποστάζειν = ἀπορρεῖν*, cf. VII 82; alterum huius

usus exemplum praebet Soph. Ant. vs. 959 οὕτω τᾶσ μανίασ δεινὸν ἀ π ο σ τ ά ζ ε ι / ἀνθηρόν τε μένοσ, ubi ἀποστάζει iterum = ἀποῤῥεῖ, cf. El. vs. 1000 ἡμῖν δ' ἀποῤῥεῖ κἀπὶ μηδὲν ἔρχεται.

VI 22 : δ ι α β α λ ε ῖ σ ἥν σοι εἴπω, ubi διαβαλεῖσ = differes; fortasse eodem modo explicandus est locus Herodoteus (VIII 22) ἵνα ἢ — ἢ ἐπείτε ἀνενειχθῆι καὶ δ ι α β λ η θ ῆ ι πρὸσ Ξέρξην (scil. τὰ γράμματα), ἀπίστουσ ποιήσηι τοὺσ Ἴωνασ, ubi Schweighaeuseri explicatio „si literae istae ad Xerxem relatae, et in calumniam et criminationem apud eum fuissent adductae" minus mihi placet.

VI 32: χἠτέρην τιν' ἀνθ' ἡμέων / Φίλην ἀ θ ρ ε ί τ ω = ὁράτω, σκοπείτω: Theocr. XV 2 ὅρη δίφρον Εὐνόα αὐτᾶι, Soph. Ai. 1165, Dem. XIX 338 δεῖ — εὔφωνον (κήρυκα) σκοπεῖν, Is. II 18 ἐσκόπει ὁ Μενεκλῆσ γυναῖκά μοι.

VII 7: μέχρισ τὸν ὕπνον ἐ κ χ έ η ι πάντα = ἀποβάλληι, ἐκβάλληι.

VIII 15: Φρένασ β ό σ κ ε ι σ = τρέφεισ; exempla congessit Headlam Cl. Rev. XIII p. 153, XVIII p. 313.

Accedunt locutiones quales sunt ἐ ξ ἀ γ ρ ο ι κ ί η σ (I 2) = ἐξ ἀγροῦ: occurrit vocabulum hoc sensu Dittenberger Syll.[3] 344_{100} (v. Herwerden), id. Or. Gr. Inscr. Sel. 519_{29} et apud seriores (Plut. 311 b, 519 a, Diod. I 36, 8, Luc. de Saltu 34, Sext. Empir. adv. gramm. 228, Erotici; plura dabit Passow-Crönert s. v.); τῆσ ἀωρίησ (III 29) = senectutis; constructio insolita τῶν σ ε γουνάτων δ ε ῦ μ α ι, cui respondet locus suspectus Thuc. V 36, 2 ἐδέοντο Βοιωτούσ (Beare Hermath. XIII p. 82).

Iam sequuntur loci nonnulli, quos editores silentio praeterire solent:

I 6: ἄγγειλον ἔ ν δ ο ν Μητρίχηι παρεῦσάν με.

Iterum ab Atticorum usu recedit Herodas, nam ἔνδον εἰσέρχομαι, βάρβαρον declarat Phrynichus L. p. 127; apud seriores tamen satis frequens hic usus est: Ael. H. An. IX 61 ὠθεῖται ἔνδον, V. H. XIII 2 ἐσαγαγὼν ἔνδον, Babr. 74_4 παρῆγον ἔνδον, Dio Chrys. VII 56 εἰσάγει ἡμᾶσ ἔνδον, Aristaen. I 5 εἰσπεπήδηκεν ἔνδον. Corruptus esse videtur locus ex com. fr. ad. (K. III p. 605): γάμοσ κράτιστόσ ἐστιν ἀνδρὶ σώφρονι / τρόπον γυναικὸσ χρηστὸν ἔνδον λαμβάνειν. / αὕτη γὰρ ἡ προὶξ οἰκίαν σώιζει μόνη, ubi M. Haupt Opusc. III 637 pro ἔνδον coniectura incertissima ἕδνον restituit.

IX I: ἕζεσθε πᾶσαι legimus, VI 1 contra Coritto mulierculam intrantem adloquitur:

κάθησο, Μητροῖ („be seated").

Mirum hoc; nam κάθισον stanti, κάθησο sedenti dici recte ait Lucianus LXXVI 10 (v. Herwerden Lex. Graec. Suppl.[2] s. v. καθιζησόμεθα; posterioribus demum temporibus formis κάθισον et κάθησο promiscue uti videntur), ut e. g. docet Arist. Ach. vs. 59 κάθησο σῖγα „in sede tua tacitus remane" ad sedentem, vs. 123 κάθιζε „conside" ad stantem dictus; nec repugnat Thesm. 1184, ubi ὁ τοξότησ saltatricem invitat: κάτησο, ναὶ κάτησο, ναῖκι, τυγάτριο (corr. v. Leeuwen); ibi enim loquitur *Scythes*, non Atheniensis. Cum nostro loco Plat. Symp. 175 d confero — Agatho Socratem intrantem appellat — παρ' ἐμὲ κατάκεισο, et Terent. Phorm. 195 „sta ilico", ubi Phormio servum currentem adloquitur.

Sed, ut iam tandem revertar unde profectus sum, praeter consuetudinem I 1 Θ[ρέϊσ]σα, ἀράσσει τὴν θύρην τισ poeta verbo ἀράσσειν (ἀράττειν) utitur, quod apud scriptores Atticos notionem *fortiter* pulsandi, *arietandi* habere solet: iuvenis temulentus, qui nocte intempesta domum redit, Hercules esuriens, amator morae impatiens ἀράττει τὴν θύραν, arietat aedes; anus vero debilis κόπτει, κρούει τὴν θύραν. Quod egregie demonstrat locus festivus (Arist. Eccl. 976): οὗτοσ, τί κόπτεισ; μῶν ἐμὲ ζητεῖσ; — πόθεν; — καὶ τὴν θύραν γ' ἤραττεσ! i. e., ut loquar cum Leeuwenio: „Heus tu, quid pulsas?... atque adeo arietabas ianuam!" Cf. etiam Theocr. II 6, cui respondet vs. 160, (iterum de amatore agitur) οὐδὲ θύρασ ἄραξεν ἀνάρσιοσ, Eur. Hec. 1044. Apud posteriores demum verba ἀράττειν, κρούειν, κόπτειν promiscue, ut videtur, usurpantur; legimus enim Anacreont. XXXIII 7—8 Preis. θυρέων ἔκοπτ' ὀχῆασ scil. Amor et vs. seq. τίσ θύρασ ἀράσσει, cf. Hes. ἀράττων· κρούων. Statuendum igitur h. l. verbum ἀράττειν non „arietare", sed simpliciter „pulsare" significare.

Cum hoc loco coniungo III 11:

οὐκ ἂν ταχέωσ λήξειε.

Hicksium secuti λέξειε edere solent: sed quis sanus vocabulum λέξειε, vel pueris notum, in λήξειε mutavisset? Optimo iure igitur λήξειε (a verbo λάσκειν) defendit Meister: ἔληξα:

ἔλακον = ἔδηξα: ἔδακον. Obloquitur Headlam (Cl. Rev. XVIII p. 308), qui verbum λακεῖν semper significare „to scream, to shriek, to cry aloud" contendit: rectissime, sed nonne potius confitendum est iterum Herodam a sollemni usu recessisse et verbo λάσκειν notionem „dicendi" non „clamandi" dedisse, ut VIII 15 φρένασ βόσκεισ = τρέφεισ, I 1 ἀράσσει = κρούει?

I 26: κεῖ δ' ἐστὶν οἶκοσ τῆσ θεοῦ.

De nomine deae h. l. ambigitur; longa bonorum series ut Τύχη dea nobis in mentem veniat efficit, sed potius facio cum iis, qui interpretantur: „Veneris aedes." Gyllis enim unam tantum novit deam — Venerem, cf. vs. 62 — et ut Pindarus Pyth. V 24 Cyrenam κᾶπον 'Αφροδίτασ, Pyth. IX 53 Libyam Διὸσ κᾶπον, Pyth. II 2 Syracusas τέμενοσ "Αρεοσ vocat (cf. B 506 'Ογχηστόν — Ποσιδήϊον ἀγλαὸν ἄλσοσ, 696) ita h. l. Aegyptus οἶκοσ τῆσ θεοῦ (Veneris) audit.

Imaginem suggesserunt verba praecedentia πέπωκεν ἐκ καινῆσ; vocabulum autem γυναῖκεσ (vs. 32) — Veneris ancillae pulcherrimae —, omnium quae enumerata sunt bonorum veluti summum, magno cum pondere in fine sententiae positum est, cf. Arist. Vesp. 676 ὕρχασ, οἶνον, δάπιδασ, τυρόν, μέλι, σήσαμα, προσκεφάλαια, / φιάλασ, χλανίδασ, στεφάνουσ, ὅρμουσ, ἐκπώματα, πλουθυγίειαν.

Antiquissima vocis οἶκοσ significatio („grande maison", „domein", cf. Meillet, Aperçu d'une Histoire de la Langue Grecque p. 99) ut nostro loco etiam alibi apud scriptores Graecos hic illic dilucet (e. g. Xen. Hell. III 4, 12).

In vs. sequenti vocabula ἔστι κου καὶ γίνεται iniuria tentantur (Weil κἠγίνετ'): eadem tautologia e. g. Hdt. VIII 86 ἦσάν γε καὶ ἐγένοντο occurrit.

I 29: θέαι, φιλόσοφοι, χρυσίον, νεηνίσκοι κτέ.

Quod Gyllis de Museo et de philosophis loquitur, diu νεηνίσκουσ bibliothecae regiae praefecti adiutores esse censebam et conferebam Tzetzem, in Aristophanem Prooemia (Kaibel C. G. F. p. 31, 13) ὡσ ὁ Καλλίμαχοσ νεανίσκοσ ὢν τῆσ αὐλῆσ ἱστορεῖ, ὃσ (Dziatzko: ὑστέρωσ) μετὰ τὴν ἀνόρθωσιν τοὺσ πίνακασ αὐτῶν ἀνεγράψατο (Weinberger, Fleckeis. Jahrb. 1892 p. 272)

et eundem (Kaibel p. 25, 3) Ἀλέξανδροσ ὤρθου τὰ τραγικά, Λυκόφρων τὰ κωμικά· νεανίαι ἦσαν Καλλίμαχοσ καὶ Ἐρατοσθένησ, cf. Schol. Plaut. (Dziatzko, Rh. Mus. XLVI p. 349): sicuti refert Callimacus aulicus Regius bibliothecarius qui etiam singulis voluminibus titulos inscripsit.

Quia vero tales adiutores perpaucos numero fuisse consentaneum est, hanc explicationem iam reieci et nunc, doctus papyris, potius interpretor „tirones" (recruten): Lesquier, Les Institutions Milit. de l'Egypte sous les Lagides p. 62 n. 3, Preisigke, Fachw. des öff. Verw. Äg. s. v., Gelzer, Sitzungsb. d. Heid. Akad., Phil. Hist. Kl. 1914, 2 p. 65; addo Dem. XVIII 116 ἐκ τῶν ἰδίων ἀναλωμάτων καθώπλισαν τοὺσ νεανίσκουσ ἀσπίσιν ὀκτακοσίαισ, cum Weilii adnotatione.

Ptolemaei II temporibus cives advenaeque procul dubio cotidie in Alexandriae plateis tirones conspiciebant.

I 32: μὰ τὴν [῞Αι]δεω κούρην.

Δεωκούρην legit et edidit Meister: α̣δεω κ. legit Crusius (sed litteram α vix dispicio).

Headlam (Cl. Rev. XIII p. 151), quem sequitur Nairn, dubitabundus „the daughter of Hades — Hecate?" vertit: comparari potest Ἀδμήτου (= Plutonis: K. O. Müller, Proleg. 306) κόρη· Ἑκάτη (Hes.), Hymn. Orph. LXXII 3, Rohde, Psyche[7/8] II p. 80 adn. 2. Strigam apte per Hecaten iurare negari non potest: fieri tamen potest ut alia explicatio magis placeat.

Alibi enim (Epicr. fr. 9_2) ἡ κατάρατοσ μαστροπόσ pingitur ἐπομνύουσα τὰν Κόραν, τὰν ῎Αρτεμιν, / τὰν Φερρέφατταν. Eodem modo me iudice Gyllis, quae vs. 86 formula ναὶ Δήμητρα utitur, h. l. per *Proserpinam*, *Plutonis uxorem* iurat: scribo igitur μὰ τὴν [῞Αι]δεω Κούρην.

Eadem constructio legitur Eur. Or. 1686 τῆι θ' Ἡρακλέουσ ῞Ηβηι, cf. Arist. Eccl. 46 τὴν Σμικυθίωνοσ — Μελιστίχην, Verg. Aen. III 319 Hectoris Andromache, v. Leeuwen ad Arist. Eq. 448.

Formam Κούρην boni codices servaverunt Hdt. VIII 65; fluctuat nominis orthographia, ut e. g. docet tabella devotionis Cnidia (aetas est incerta), ubi legitur και μη τυχη Δαματροσ και Κουρασ et paullo post μη τυχοι Δαματροσ και Κορασ (Meillet l. l. p. 311).

I 35 sqq.:

λάθοιμ' αὐτὰσ 35
εἰποῦσα]. κοίην οὖν, τάλαιν[α], σὺ ψυχὴν
ἔχουσα] θάλπεισ τὸν δίφρον; κατ' οὖν λήσεισ
γηρᾶσα], καί σευ τὸ ὥριμον τέφρη κάψει.

εἰποῦσα suppl. Blass, Danielsson, ἔχουσα Rutherford, Blass, γηρᾶσα (supplementum incertissimum!) Rutherford, cf. vs. 63.

Ut matrona illa Romana „premens altum rubicunda sedile" (Ov. Med. Fac. 13: locum iam contulerunt alii), ita hoc quoque loco Metricha θάλπειν τὸν δίφρον dicitur, cf. infra vs. 76 et VII 48 ὄκωσ νεοσσο[ὶ] τὰσ κοχώνασ θά[λ]π[ο]ντεσ; comparatur igitur muliercula cum gallina, ut docet fragmentum non invenustum scriptoris anonymi, a Grenfellio et Huntio editum (Pap. Oxyr. II 39 seq.):

ὁ γὰρ ἀλέκτωρ ἠστόχηκέ μου
καὶ Θακαθαλπάδοσ ἐρασθεὶσ ἐμὲν ἐνκατέλιπε,

ubi Θακαθαλπάσ (leg. Θακοθαλπάσ cum Bechtelio, Herm. XXXV p. 348) procul dubio gallinae nomen est; adde Aesch. fr. 157 ἐφημένη τάφον τέκνοισ ἐπῶιζε τοῖσ τεθνηκόσιν, ubi Nioba sepulcro filiorum defixa cum gallina ovis insidente comparatur: v. Wilamowitz, Aischylos, Interpretationen p. 57 adn. 1.

Addo nomen Διφρίδασ Xen. Hell. IV 8, 21 (Bechtel, Die einst. männl. Personennamen des Gr. p. 79), Hes. s. v. δίφρισ· ὁ ἑδραῖοσ, καὶ καθήμενοσ ἀεί, οἷον ἀργόσ, R. Herzog, Die Wiskottens c. II: „Du sähst wohl am liebsten, wenn man schon eine Stunde vor der Post *die Kontorstühle* wärmte".

Sequentia nondum expedita sunt, sed hoc certum κατὰ nullo modo cum γηρᾶσα coniungi posse, ut vult Nairn. Novo igitur verbo κατλήθειν (καταλήθομαι iam legitur X 389) sensu τοῦ λήθειν, λανθάνειν usus est Herodas, ut καταδοκέειν, κατεικάζειν, κατελπίζειν, καταφρονέειν apud Herodotum idem fere significant quod verba simplicia δοκέειν, εἰκάζειν, ἐλπίζειν, φρονέειν.

Quid autem sibi velit οὖν (vs. 37), quod fortasse e vs. 36 irrepsit, dicere non possum; praeterea manus prima ου scripsit, ν (et circumflexum?) addidit m. rec.[2]; fieri igitur potest ut rectius scribatur:

κατ' οὐ λήσεισ
γηρᾶσα] καί σευ τὸ ὥριμον τέφρη κάψει;
cum signo interrogationis, ut iam indicavit Crusius.

Sed ne tunc quidem omnia recte se habent; nam εἰπεῦσα (vs. 36), ἔχουσα (vs. 37), γηρᾶσα (vs. 38) parum eleganter h. l. coniuncta esse quivis videt: praestat fortasse initio vs. 38 substantivum supplere (e. g. τὴν κῆρα Meister, Πλούτωνα vel tale quid):

κατ' οὐ λήσεισ
τὴν κῆρα] καί σευ τὸ ὥριμον τέφρη κάψει.

Iam sequuntur vocabula καί σευ τὸ ὥριμον τέφρη κάψει, quibuscum confero Theocr. XIV 69 ἐσ γένυν ἕρπει / λευκαίνων ὁ χρόνοσ· ποιεῖν τι δεῖ, ἆσ γόνυ χλωρόν. De rogo enim h. l. cogitari non posse mihi persuasum est: busti *flamma* (neque cinis, τέφρη) cadavera consumere solet neque Metricham iuvenem morituram esse, sed florem aetatis celeriter evanescere monet Gyllis, cf. vs. 63, Eur. fr. 24 θήλεια δ' ἥβη θᾶσσον ἐκλείπει δέμασ, Theocr. XXVII 9 (ad virginem) τάχα γάρ σε παρέρχεται ὡσ ὄναρ ἥβη, Cats:

Siet, vrijsters, met den snellen tijt,
Die staegh en ongevoeligh glijt,
Soo worden blonde vlechten grijs,
Soo worden blijde sinnen vys,
Soo worden roode lippen blaeu cet.

Iure igitur Sharpley cum Headlamio (Cl. Rev. XIII p. 151) vertit:

you'll waste away,
youth swallowed in *the ashes of decay.*

Affero A. P. IX 62 Ἴλιον ἰρὴν — αἰῶνοσ τέφρη κατεδήδοκεν.

I 41:

ἱλαρὴ κατάστηθι 40
—] π[ρὸ]σ ἄλλον·

π..σ P praebere videtur, super π littera ρ scripta: ante litteram σ potius ι quam ο distinguere mihi videor; lectio incerta.

E multis supplementis, quae excogitaverunt viri docti, maxime placet *ἱλαρὸν] π[ρὸ]σ ἄλλον* (Crusius), coll. e. g. Plaut. Bacch. 81 apud me, mi anime, ut *lepidus cum lepida* accubet. Exquisitius vero, quamvis prorsus incertum, fortasse aliud supplementum videbitur, quod mihi in mentem venit: *Μάνδριν] π[ρὸ]σ ἄλλον*; confero Theocr. XI 76 — loquitur Cyclops a Galatea repudiatus — *εὑρησεῖσ Γαλάτειαν ἴσωσ καὶ καλλίον' ἄλλαν*, Verg. Ecl. II 73 invenies alium, si te hic fastidit, Alexim, Dem. IV 11, Tac. Hist. IV 73. [Eodem modo se ante multos annos hunc versum restituisse per litteras mecum communicavit v. Leeuwen].

I 50:

ὁ Ματαλ[ί]νησ τῆσ Παταικίου Γρύλλοσ.

ομᾱτᾰκ . νησ superscr. λ P (cf. Wright, Harv. Studies in Cl. Phil. IV p. 178); *·γυλλοσ·* P, in margine *γρυλ·* manus recentissima.

In hoc versu vestigium „metronymiae" detexisse sibi videntur viri docti, quae tamen consuetudo a Graecis aliena est (v. Wilamowitz, Staat u. Gesellsch. der Gr. u. R. p. 33); Herodotus I 173 de Lyciis, qui „weder Griechen noch Arier" sunt, narrat: *καλέουσι ἀπὸ τῶν μητέρων ἑωυτοὺσ καὶ οὐκὶ ἀπὸ τῶν πατέρων*, cf. Nic. Dam. F. H. G. III 461. De hac quaestione comparari possunt: Töpffer, Att. Geneal. p. 192, Meister, die Mimiamben des Herodas p. 680, Paton-Hicks, Inscr. of Cos n⁰ 368, Herzog, Koische Forsch. u. Funde p. 183, Paton-Hicks l. l. p. 256.

Utcumque res se habet, Herodas nihil nos docere potest; in censum veniunt duo loci, versus, de quo agitur et III 48 *τοῦ Μητροτίμησ ἔργα Κοττάλου ταῦτα*, ubi simplici ratione locutio explicari potest: Metrotima enim regnat, maritus debilis — *γέρων ἀνὴρ ὦσίν τε κὤμμασιν κάμνων* — nullo in numero est, ut diu est observatum.

Sed redeo ad I 50: Aristophanem Ach. 614 (*ὁ Κοισύρασ*) neque de filio e concubina nato neque de „metronymia" nescio qua cogitare consentaneum est; ita hoc quoque loco, ubi mulier adloquitur mulierculam, filium a matre, quae cum Metrichae tum Gyllidi bene cognita est, potius appellari facile in-

tellegitur. Fieri tamen potest ut iocus lateat et Gyllis imprudentia labatur: nobilis ille victor patrem non habet, τῆσ μητρὸσ καλεῖται i. e. „filius est non legitimus".

„At nomen Grylli in indicibus victorum legitur (Förster, die Sieger in den Olympischen Spielen n^0 383), quinquies teste poeta vicit".

Respondeo nomen saepius occurrere — Xenophontis filio e. g. nomen erat Gryllus, cf. etiam X 2 — et claras iuvenis victorias eiusdem esse generis atque illas, de quibus agit Luc. Tim. 50; ibi Demeas parasitus exclamat νενίκηκε δὲ πὺξ καὶ πάλην καὶ δρόμον ἐν Ὀλυμπίαι μιᾶσ ἡμέρασ καὶ τελείωι ἅρματι καὶ συνωρίδι πωλικῆι — cui Timon: ἀλλ' οὐδὲ ἐθεώρησα ἐγὼ πώποτε εἰσ Ὀλυμπίαν respondet.

Obiter moneo vs. 48 σύνεγγυσ ἧμιν pronomen ἧμιν in papyro ex ἡμῶν correctum esse: praetuli vocabuli ante Aristotelis aetatem satis rari (Thuc. IV 24, 4, Xen. Hell. VI 5, 17, Mayser, Gramm. der Gr. Pap. p. 484) constructionem, quae minus vulgaris esse videtur; similiter Hdt. VII 33 deteriores nonnulli Ἀβύδου καταντίον correxerunt, boni codices constructionem insolitam Ἀβύδωι καταντίον servaverunt.

I 71: χωλὴν δ' ἀείδειν χὠλ' ἂν ἐξεπαίδευσα.
χωλὸν (α superscr.), add. α m. rec. 2 P.

Cf. Eur. Hec. 1050 τυφλὸν τυφλῶι στείχοντα παραφόρωι ποδί.

Omnes ad h. l. coniecturae (ἀείρειν κῶλον, ἀείρειν κῶλ' ἂν similia) prorsus supervacaneae sunt nec dubito quin recte vertatur „je lui aurais appris à chanter à cloche-pied de ces chansons qui clochent" (Boisacq): claudam clauda canere edocuissem. Adiectivum enim χωλόσ cum de pede et manu (Eupol. fr. 343, Luc. Alex. 55), tum sensu translato usurpatur, cf. A. P. XI 273 χωλὸν ἔχεισ τὸν νοῦν ὡσ τὸν πόδα, Lys. XXIV 3, ubi ὁ ἀδύνατοσ „εἰ γάρ, inquit, ἐξ ἴσου τῆι συμφορᾶι καὶ τὴν διάνοιαν ἕξω καὶ τὸν ἄλλον βίον διάξω, τί τούτου διοίσω", Xen. Hell. III 3, 3. Eodem modo, ut hoc exemplo utar, Dem. VIII 36 duplex τοῦ ὑγιαίνειν (sanum esse) significatio locum acriter iocandi praebet: ὑμῶν οἴκοι μενόντων, σχολὴν ἀγόντων, ὑγιαινόντων (εἰ δὴ τοὺσ τὰ τοιαῦτα ποιοῦντασ ὑγιαίνειν φήσαιεν) κτέ.

Illustrat imaginem Arist. Eccl. 208 τὸ δὲ κοινὸν ὥσπερ Αἴσιμοσ

κυλίνδεται, ubi Schol. adnotat *Αἴσιμοσ· χωλὸσ ἄτιμοσ καὶ ἀμαθήσ*. — *ἄτιμοσ οὗτοσ καὶ χωλόσ*; vir claudus enim κυκλοῖ τὴν βάσιν, τὸν πόδα, κυλίνδεται: itaque claudus est Aesimus, claudicat res publica, ut optime locum explicavit v. Leeuwen; cf. Dickens, Our Mutual Friend cp. VII: „his (Mr. Wegg's) sensations in this regard halt as to their strict morality, as he halts in his gait".

I 81: *ὅσσ πιεῖ[ν ἰ]δρῶι.*
πιεῖν Kenyon; *ἰδρῶι* Blass, qui *ιδρωι* dignoscit; *ἀδρῶι* Crusius, qui *δρω* legere sibi videtur.

Quod legit Crusius *ἀδρῶι*, coll. Hes. *ἀδρῶι· μεγάλωι* (sc. *ἐκπώματι*), pugnat cum *μελαινίδα* (vs. 79); Bücheler *ἀδρῶσ* (largiter) praefert: optime, sed ultima littera potius *ι* quam *σ* mihi esse videtur. Legendum igitur *ἰδρῶι* (Blass), quod explico (σὺν) *σπουδῆι*, coll. Xen. Cyr. II 2, 30 *οὐδὲν ἀνιδρωτί ποτε αὐτὸν εἶδον ποιοῦντα.*

II 13—14:

. . . . *η ἔστ' ἀλ[ηθ]έα ταῦτα το[ῦ ἡλ]ίου δύντοσ*
. . . . *θε* . . . . *ων, ἄνδρεσ, ἡ[ν ἔ] χει χλαῖναν·*

13. . . . . *η εσταλ* . . *εα* P, suppl. Blass (*κεὶ μὴ ἔστ' κτέ.*); *τοῦ ἡλίου* Kenyon, Blass alii.

14. Dignoscere mihi videor: . . . . *θ* (*ο*?) *ε* . . . . *ων ανδρεσ η* . . *χι χλαιναν*: Crusius . . *σ* (*λ*?) *ο ε τ ο* (*πισ*?) . . . *ων* — *η* . . *χι*: Blass . . . . *λοστολ* . . *ων* — *η* . . *χε*: Kenyon . . . . *θε* . . . . *ων ανδρεσ* . . . *χε χλαιναν.*

Aristophon, nobilis ille Battari patronus, *ἔτι νῦν ἄγχει* (vs. 12) i. e. *ἔτι λωποδυτεῖ*: Hes. *ἄγχει* explicat *πνίγει* (Theocr. V 106); vocabulum artis proprium esse suspicor coll. Philostr. Imag. II 6, 3 — agitur de *παγκρατιασταῖσ* — *δεῖ δὲ αὐτοῖσ καὶ τέχνησ ἐσ τὸ ἄλλοτε ἄλλωσ ἄγχειν.*

Sequentia perobscura sunt; Nairn cum Blassio edidit:

κεὶ μ]ὴ ἔστ' ἀλ[ηθ]έα ταῦτα, το[ῦ ἡλ]ίου δύντοσ
ἐξέλ]θετ' ὀ[λέσ]ων, ἄνδρεσ, ἡ[ν εἶ]χε χλαῖναν·

Vocabula *ἐξέλθετ' ὀλέσων* explicat *ἐξελθέτω ὀλέσων* sc. *πᾶσ*

τισ, quam constructionem „decidedly harsh" vocat: sed hoc balbutire, non Graece loqui est.

Suspicor Battarum hoc fere modo disputasse: „nonne creditis, iudices, patronum meum virum esse robustissimum? Insigne documentum vobis dabo: ipsam togam, quam gerit, post solis occasum furatus est!"

Suppleo igitur in vs. 13 Crusium secutus:

χῶσ δ]ή ἐστ' ἀλ[ηθ]έα ταῦτα — το[ῦ ἡλ]ίου δύντοσ
ἐπέ]θε[το κλέψ]ων, ἄνδρεσ, ἥ[ν ἔ]χει χλαῖναν.

Eadem constructio occurrit Dem. XX 115 ὅτι (= ἵν' εἰδῆθ' ὅτι) τοίνυν ἀληθῆ λέγω — λαβέ μοι τὸ ψήφισμα τουτί; pulchrius exemplum legitur Xen. Hell. II 3, 27 ὡσ δὲ ταῦτα ἀληθῆ — ἢν κατανοῆτε, εὑρήσετε οὔτε ψέγοντα οὐδένα μᾶλλον Θηραμένουσ τουτουὶ τὰ παρόντα οὔτε ἐναντιούμενον κτέ., ubi rectissime Dindorf adnotat: „post hoc sequi debebat μαρτύριον vel tale quid, quod latet in oratione ad iudices conversa".

Optime scio talia supplementa prorsus esse incerta; praeterea — quamquam participium quale est κλέψ]ων, μάρψ]ων h. l. aptissimum est — spatium fortasse vix sufficit: ἐξῆλ]θε [κλέψ]ων?

Alio modo sensum idoneum restituere possum supplementa Crusii in vs. 13 et Headlamii in vs. 14 coniungens:

χῶσ δ]ή ἐστ' ἀλ[ηθ]έα ταῦτα — το[ῦ ἡλ]ίου δύντοσ
ἄνευ]θε [μόχθ]ων, ἄνδρεσ, [εἴλη]χε χλαῖναν!

II 28—29:

ὃν χρῆν ἑαυτὸν ὅστισ ἐστὶ κἀκ ποίου
πηλοῦ πεφύρητ' εἰδότ', ὡσ ἐγὼ ζώειν.

28. ονεχρην αυτον P: correxerunt Ellis, Bücheler, Weil, Blass.

29. ζώειν Crusius, Blass: ζωιην P.

Fabulam Promethei respici docent interpretes: Call. fr. 133 Schn. εἴ σ' ὁ Προμηθεὺσ / ἔπλασε, καὶ πηλοῦ μὴ 'ξ ἑτέρου γέγονασ, cf. H 99 ὕδωρ καὶ γαῖα γένοισθε i. e. „redeatis ad πηλὸν ἐξ οὗ πεφύρησθε", Arist. Av. 685 ἄνδρεσ — πλάσματα πηλοῦ, Aeschyl. fr. 369 τοῦ πηλοπλάστου σπέρματοσ, Iuven. VI 13, Pers. III 23, Ep. ad Rom. IX 20 cett.

Imago tamen paululum mutata est addito pronomine ποίου

et potius afferendi sunt loci, quales sunt Iuv. XIV 35 quibus arte benigna / et *meliore luto* finxit praecordia Titan, cf. „an abominable little clod of *common* clay, with the soul of a servant", „*whatever clay* I'm made of, youre made of the same" (Shaw, Arms and the Man). Moneo allitteratione litterae π pulchre Battari furorem pingi: Γ 50 πατρί τε σῶι μέγα πῆμα πόληΐ τε παντί τε δήμωι, Soph. El. 210 ποίνιμα πάθεα παθεῖν πόροι (Lindner, Cothurnus Sophocleus § 35), „one huge *P*reternatural *P*uppet*p*lay of *P*lots; *P*itt *p*ulling the wires" (Carlyle).

II 31: τῆσ πόλιοσ καλυπτῆρεσ.

Minus recte Dalmeyda „les gros bonnets de la ville", Crusius „die Spitzen der Stadt" (quod melius quadrat in Theocr. XV 142 Ἄργεοσ ἄκρα) vertit: rectius explicant alii „imbrices" (dakpannen).

Confero Xen. Mem. III 1, 7—8, ubi exercitus bene instructus comparatur cum domo firme constructa in qua οἵ τε λίθοι καὶ ὁ κέραμοσ (τάττονται) ἐπιπολῆσ.

INSCRIPTIO TIPASENSIS.

SCRIPSIT

J. VAN WAGENINGEN.

Anno superiore Tipasae in oppido Mauretaniae Caesariensis a Francogallis inventa est inscriptio Latina, quae exarata erat in opere musivo vestibuli ad aedificium pertinentis, quae olim Iudaeorum proseucha fuisse, post in ecclesiam Christianam mutata esse videbatur. Inscriptio autem, quae ab intrantibus templum facile legi poterat, edita est a viro doctissimo Albertini hunc in modum [1]:

qui potuit cunctos operum superare labores
explicitamq(ue) domum variis ornare te(s)sellis
[*Christus*] *ut immensum coniungeret aed*[*i*]*bus amplis,*
mox sumet laetus debitam cum laude [*coronam*]
nominis ut compos maneat praemiumq(ue) reportet.

Inscriptio, ut recte docuit Albertini, saeculo quarto non posterior est, nam versus bene compositi et pacti sunt praeter paucos errores metricos. In *tessellis* enim et in *praemiumque* prima syllaba correpta est. Nomen *Christus*, pro quo in ipso pavimento legitur ·X· compendium, et accusativus *coronam* addita sunt ab editore, qui versus sic Francogallice vertit:

„celui qui a su vaincre toutes les difficultés des travaux et décorer de mosaiques variées une vaste demeure, pour que le Christ vînt ajouter sa grandeur à l'ampleur de l'édifice, recevra bientôt avec joie la couronne et la gloire, qui lui sont dues, de façon à rester en possession de sa renommée et à remporter le prix".

Sed ipse haesit in hac versione additque hanc annotationem: „l'inconvénient de cette explication est qu'elle oblige à admettre une construction pénible: ni l'emploi de *immensum* avec la valeur d'un substantif abstrait 'immensité, grandeur', ni le

1) Académie des inscriptions et belles lettres 1920, p. 387—391.

tour *immensum coniungere aedibus*, joindre, ajouter sa grandeur à un édifice, ni le changement de sujet (ita sane!) ne sont très satisfaisants. Cette difficulté tombe, si l'on accepte l'interprétation séduisante de M. Gsell: ·X· étant une *crux decussata*, doit se lire *decus*. Il y aurait là un rébus-calembour qui serait assez dans le goût du IVe siècle africain et *decus immensum coniungere* serait une periphrase pour 'embellir'."

Verum tamen antequam ad hanc Gsellii interpretationem confugimus, quae aenigma tam perplexum iocumque tam arcessitum ingenio poetae Africani obtrudit, iam videamus, possitne illud compendium ·X· etiam aliter explicari atque Albertini id enodavit. Iam apud Diogenem Laertium legimus III 66: „X περιεστιγμένον πρὸς τὰς ἐκλογὰς καὶ καλλιγραφίας. Itaque iam in Platonis codicibus librarii ad locos pulchros ·X· = χρηστόν adscribere solebant, neque temerarium videtur in Latina inscriptione Christiani cuiusdam idem compendium Graecum non per χρηστόν sed per accusativum Χριστόν interpretari, ita ut versus egregius exsistat:

Χριστὸν *ut immensum coniungeret aedibus amplis*

h. e. ut (idem architectus, qui in versibus antecedentibus commemoratur) Christi immensum imperium [1]) coniungeret aedibus amplis. Ita poeta Africanus optime significat aedes e profanis sacras esse factas [2]). In accusativi forma Graeca (-ον) adhibenda, quae metro postulatur, poeta exempla luculenta Vergilii Ovidii aliorumque secutus est (Neue-Wagener p. 204—205), quamquam confitendum est alibi in carminibus Christianis poetas a forma Graeca abstinuisse et compendio X vulgo additum esse exitum declinationis Latinae: X^{i}, X^{o} X^{m} (Cappelli Lexicon Abbrev. 417). Raro exitus in accusativo omnino omittitur, cf. Engström C. L. E. 222 (in praescripto): *i p*(er) X *a*(d) *m*(eliora) [3]). Ac ne quis offendatur verbis *Christus immen-*

---

1) Buecheler A. L. II 2, 1359, 3—4:
qui mortem vicit meritis mundumque relinquens
immensum Christi possidet imperium.

2) Albertini, l. l. 390: „le caractère chrétien de l'édifice, affirmé par le troisième vers, est surabondamment établi par la représentation des colombes et par les objets trouvés dans la terre".

3) Buecheler A. L. II 2, 1840: 'accipite, sancti, vobis fratrem dignumque minestrum X' (= Christo).

sus, lectores monere velim de exemplo Horatiano, C. IV 2, 7: „immensusque ruit profundo Pindarus ore".

Fieri potest, ut etiam ambiguitas quaedam insit in verbis Χριστὸν *immensum*, et poetae aequales hunc versum legentes simul audiverint χρηστὸν *immensum*, ingentem pulchritudinem, sed hoc veri simile non duco.

Verum in postremis versibus poematii Tipasensis reapse tecte aliquid, scilicet nomen ipsius architecti, significatum esse mihi videtur, quod nunc in animo est demonstrare.

Nempe interpretatio illa Francogallica verborum *nominis ut compos maneat*, quam dedit Albertini, non ab omni parte recte se habet. Nam sicut is *voti compos* dicitur, qui id quod deos rogavit, assecutus est, ita is *nominis compos manet* [1]) sive est, qui id quod in eius nomine latet sive nomine eius portenditur atque praemonstratur, adeptus est. *Nomen* enim, ut hoc loco sine attributo positum est, non famam indicat, quemadmodum Albertini arbitratur, sed nihil aliud est nisi vocabulum, quo quis nuncupatur. Quae cuncta si tenemus, facilis est coniectura. Is enim

mox sumet laetus debitam cum laude coronam,
nominis ut compos maneat praemiumque reportet,

qui appellatur Stephanus.

Coronae illius, ut notum est, saepius in carminibus sepulchralibus mentio fit, quorum conditores forsitan memores fuerint epistulae I Petri 5, 4: καὶ φανερωθέντος τοῦ ἀρχιποίμενος κομιεῖσθε τὸν ἀμαράντινον τῆς δόξης στέφανον, cf. Buecheler A. L. II 2, 1617: „Castula puella annorum XLVIII reddidit spiritum VI idus Martias properans kastitatis sumere premia digna. meruit immarcibilem coronam. perseverantibus tribuet deus gratiam. in pace".

Ibid. II 1, 317: „qui bene confessi vicerunt arma maligna, / praemia victores Cristi meruere coronam" 309: „marmoribus vestita novis veneranda sepulcra, / quae intemerata fides decorat Christique corona."

Ita Stephanus, templi Christiani architectus, aliquando a Christo coronam accipiet, qua propter merita dignus est, atque hoc modo *nominis* sui *compos* fiet.

1) Mnem. 47, 341—344.

HERODOTEA.

SCRIPSIT

GUILIELMUS VOLLGRAFF.

III, 39. Copiae Polycratis enarrantur: *ἔκτητο δὲ πεντηκοντέρους τε ἑκατὸν καὶ χιλίους τοξότας*. Ex his efficias tyrannum praeter *πεντηκοντέρους* alias naves longas non habuisse. Nihilominus c. 44 triremes commemorantur, quas ille Cambysi auxilio misit: *ὁ δὲ ἐπιλέξας τῶν ἀστῶν τοὺς ὑπώπτευε μάλιστα ἐς ἐπανάστασιν ἀπέπεμπε τεσσαράκοντα* [1]) *τριήρεσι*. Thucydides quoque Polycrati triremes fuisse tradit; nam Ionibus Polycrate Massiliensibus, qui saeculo sexto plurimum mari pollebant, memoratis, ita pergit: *δυνατώτατα γὰρ ταῦτα τῶν ναυτικῶν ἦν. Φαίνεται δὲ καὶ ταῦτα τριήρεσι μὲν ὀλίγαις χρώμενα, πεντηκοντέροις δ' ἔτι καὶ πλοίοις μακροῖς ἐξηρτυμένα ὥσπερ ἐκεῖνα*. Difficultati ita subvenire conati sunt viri docti nonnulli, ut contenderent Polycrati tantum naves Samias [2]) fuisse, quae cum neque triremes essent neque naves quinquaginta remorum, modo *πεντηκόντεροι* modo *τριήρεες* ab Herodoto nuncupatae essent. Explicatione tam ludicra nos ludificari non sinemus. Praestabit suspicari c. 39 post verba *πεντηκοντέρους τε ἑκατόν* excidisse numerum triremium, quas Polycrates aedificandas curaverat.

In fine eiusdem capitis leguntur haec: *ἐν δὲ δὴ καὶ Λεσβίους πανστρατιῇ βωθέοντας Μιλησίοισι ναυμαχίῃ κρατήσας εἷλε, οἳ*

1) Numerum in codicibus manuscriptis maiorem esse, quam cui fides habeatur, animadvertit Cobetus.

2) De *Σαμαίναις* cf. Plut. Per. 26; Didymus ap. Hesych. s. v. *Σαμιακὸς τρόπος*; Cratinus et Choerilus in Phot. lex.; Athen. XII, p. 540, e.

κατ' οὐ λήσεισ
γηρᾶσα] καί σευ τὸ ὥριμον τέφρη κάψει;
cum signo interrogationis, ut iam indicavit Crusius.

Sed ne tunc quidem omnia recte se habent; nam εἰποῦσα (vs. 36), ἔχουσα (vs. 37), γηρᾶσα (vs. 38) parum eleganter h. l. coniuncta esse quivis videt: praestat fortasse initio vs. 38 substantivum supplere (e. g. τὴν κῆρα Meister, Πλούτωνα vel tale quid):

κατ' οὐ λήσεισ
τὴν κῆρα] καί σευ τὸ ὥριμον τέφρη κάψει.

Iam sequuntur vocabula καί σευ τὸ ὥριμον τέφρη κάψει, quibuscum confero Theocr. XIV 69 ἕσ γένυν ἕρπει / λευκαίνων ὁ χρόνοσ· ποιεῖν τι δεῖ, ἇσ γόνυ χλωρόν. De rogo enim h. l. cogitari non posse mihi persuasum est: busti *flamma* (neque cinis, τέφρη) cadavera consumere solet neque Metricham iuvenem morituram esse, sed florem aetatis celeriter evanescere monet Gyllis, cf. vs. 63, Eur. fr. 24 θήλεια δ' ἥβη θᾶσσον ἐκλείπει δέμασ, Theocr. XXVII 9 (ad virginem) τάχα γάρ σε παρέρχεται ὡσ ὄναρ ἥβη, Cats:

Siet, vrijsters, met den snellen tijt,
Die staegh en ongevoeligh glijt,
Soo worden blonde vlechten grijs,
Soo worden blijde sinnen vys,
Soo worden roode lippen blaeu cet.

Iure igitur Sharpley cum Headlamio (Cl. Rev. XIII p. 151) vertit:

you'll waste away,
youth swallowed in *the ashes of decay*.

Affero A. P. IX 62 Ἴλιον ἱρὴν — αἰῶνοσ τέφρη κατεδήδοκεν.

I 41:

ἱλαρὴ κατάστηθι 40
—] π[ρὸ]σ ἄλλον·

π..σ P praebere videtur, super π littera ρ scripta: ante litteram σ potius ι quam ο distinguere mihi videor; lectio incerta.

E multis supplementis, quae excogitaverunt viri docti, maxime placet ἱλαρὸν] π[ρὸ]σ ἄλλον (Crusius), coll. e. g. Plaut. Bacch. 81 apud me, mi anime, ut *lepidus cum lepida* accubet. Exquisitius vero, quamvis prorsus incertum, fortasse aliud supplementum videbitur, quod mihi in mentem venit: Μάνδριν] π[ρὸ]σ ἄλλον; confero Theocr. XI 76 — loquitur Cyclops a Galatea repudiatus — εὑρησεῖσ Γαλάτειαν ἴσωσ καὶ καλλίον' ἄλλαν, Verg. Ecl. II 73 invenies alium, si te hic fastidit, Alexim, Dem. IV 11, Tac. Hist. IV 73. [Eodem modo se ante multos annos hunc versum restituisse per litteras mecum communicavit v. Leeuwen].

I 50:

ὁ Ματαλ[ί]νησ τῆσ Παταικίου Γρύλλου.

ομᾶτᾶκ.νησ superscr. λ P (cf. Wright, Harv. Studies in Cl. Phil. IV p. 178); ·γυλλοσ· P, in margine γρυλ· manus recentissima.

In hoc versu vestigium „metronymiae" detexisse sibi videntur viri docti, quae tamen consuetudo a Graecis aliena est (v. Wilamowitz, Staat u. Gesellsch. der Gr. u. R. p. 33); Herodotus I 173 de Lyciis, qui „weder Griechen noch Arier" sunt, narrat: καλέουσι ἀπὸ τῶν μητέρων ἑωυτοὺσ καὶ οὐκὶ ἀπὸ τῶν πατέρων, cf. Nic. Dam. F. H. G. III 461. De hac quaestione comparari possunt: Töpffer, Att. Geneal. p. 192, Meister, die Mimiamben des Herodas p. 680, Paton-Hicks, Inscr. of Cos n⁰ 368, Herzog, Koische Forsch. u. Funde p. 183, Paton-Hicks l. l. p. 256.

Utcumque res se habet, Herodas nihil nos docere potest; in censum veniunt duo loci, versus, de quo agitur et III 48 τοῦ Μητροτίμησ ἔργα Κοττάλου ταῦτα, ubi simplici ratione locutio explicari potest: Metrotima enim regnat, maritus debilis — γέρων ἀνὴρ ὠσίν τε κὤμμασιν κάμνων — nullo in numero est, ut diu est observatum.

Sed redeo ad I 50: Aristophanem Ach. 614 (ὁ Κοισύρασ) neque de filio e concubina nato neque de „metronymia" nescio qua cogitare consentaneum est; ita hoc quoque loco, ubi mulier adloquitur mulierculam, filium a matre, quae cum Metrichae tum Gyllidi bene cognita est, potius appellari facile in-

tellegitur. Fieri tamen potest ut iocus lateat et Gyllis imprudentia labatur: nobilis ille victor patrem non habet, *τῆσ μητρὸσ καλεῖται* i. e. „filius est non legitimus".

„At nomen Grylli in indicibus victorum legitur (Förster, die Sieger in den Olympischen Spielen n⁰ 383), quinquies teste poeta vicit".

Respondeo nomen saepius occurrere — Xenophontis filio e. g. nomen erat Gryllus, cf. etiam X 2 — et claras iuvenis victorias eiusdem esse generis atque illas, de quibus agit Luc. Tim. 50; ibi Demeas parasitus exclamat *νενίκηκε δὲ πὺξ καὶ πάλην καὶ δρόμον ἐν Ὀλυμπίαι μιᾶσ ἡμέρασ καὶ τελείωι ἅρματι καὶ συνωρίδι πωλικῆι* — cui Timon: *ἀλλ' οὐδὲ ἐθεώρησα ἐγὼ πώποτε εἰσ Ὀλυμπίαν* respondet.

Obiter moneo vs. 48 *σύνεγγυσ ἧμιν* pronomen *ἧμιν* in papyro ex *ἡμῶν* correctum esse: praetuli vocabuli ante Aristotelis aetatem satis rari (Thuc. IV 24, 4, Xen. Hell. VI 5, 17, Mayser, Gramm. der Gr. Pap. p. 484) constructionem, quae minus vulgaris esse videtur; similiter Hdt. VII 33 deteriores nonnulli *Ἀβύδου καταντίον* correxerunt, boni codices constructionem insolitam *Ἀβύδωι καταντίον* servaverunt.

I 71: *χωλὴν δ' ἀείδειν χῶλ' ἂν ἐξεπαίδευσα.*
χωλ$\overset{α}{ό}$ν, add. *α* m. rec. 2 P.

Cf. Eur. Hec. 1050 *τυφλὸν τυφλῶι στείχοντα παραφόρωι ποδί.*

Omnes ad h. l. coniecturae (*ἀείρειν κῶλον, ἀείρειν κῶλ' ἂν* similia) prorsus supervacaneae sunt nec dubito quin recte vertatur „je lui aurais appris à chanter à cloche-pied de ces chansons qui clochent" (Boisacq): claudam clauda canere edocuissem. Adiectivum enim *χωλόσ* cum de pede et manu (Eupol. fr. 343, Luc. Alex. 55), tum sensu translato usurpatur, cf. A. P. XI 273 *χωλὸν ἔχεισ τὸν νοῦν ὡσ τὸν πόδα*, Lys. XXIV 3, ubi *ὁ ἀδύνατοσ „εἰ γάρ*, inquit, *ἐξ ἴσου τῆι συμφορᾶι καὶ τὴν διάνοιαν ἕξω καὶ τὸν ἄλλον βίον διάξω, τί τούτου διοίσω*", Xen. Hell. III 3, 3. Eodem modo, ut hoc exemplo utar, Dem. VIII 36 duplex *τοῦ ὑγιαίνειν* (sanum esse) significatio locum acriter iocandi praebet: *ὑμῶν οἴκοι μενόντων, σχολὴν ἀγόντων, ὑγιαινόντων (εἰ δὴ τοὺσ τὰ τοιαῦτα ποιοῦντασ ὑγιαίνειν φήσαιεν)κτέ.*

Illustrat imaginem Arist. Eccl. 208 *τὸ δὲ κοινὸν ὥσπερ Αἴσιμοσ*

κυλίνδεται, ubi Schol. adnotat *Αἴσιμοσ· χωλὸσ ἄτιμοσ καὶ ἀμαθήσ. — ἄτιμοσ οὗτοσ καὶ χωλόσ*; vir claudus enim *κυκλοῖ τὴν βάσιν, τὸν πόδα, κυλίνδεται*: itaque claudus est Aesimus, claudicat res publica, ut optime locum explicavit v. Leeuwen; cf. Dickens, Our Mutual Friend cp. VII: „his (Mr. Wegg's) sensations in this regard halt as to their strict morality, as he halts in his gait".

I 81: *δὸσ πιεῖ[ν ἱ]δρῶι.*
πιεῖν Kenyon; *ἱδρῶι* Blass, qui *ιδρωι* dignoscit; *ἁδρῶι* Crusius, qui *δρω* legere sibi videtur.

Quod legit Crusius *ἁδρῶι*, coll. Hes. *ἁδρῶι· μεγάλωι* (sc. *ἐκπώματι*), pugnat cum *μελαινίδα* (vs. 79); Bücheler *ἁδρῶσ* (largiter) praefert: optime, sed ultima littera potius *ι* quam *σ* mihi esse videtur. Legendum igitur *ἱδρῶι* (Blass), quod explico (*σὺν*) *σπουδῆι*, coll. Xen. Cyr. II 2, 30 *οὐδὲν ἀνιδρωτί ποτε αὐτὸν εἶδον ποιοῦντα.*

II 13—14:
. . . . *η ἐστ' ἀλ[ηθ]έα ταῦτα το[ῦ ἡλ]ίου δύντοσ*
. . . . *θε* . . . . *ων, ἄνδρεσ, ἥ[ν ἔ] χει χλαῖναν·*

13. . . . . *η εσταλ* . . *εα* P, suppl. Blass (*κεὶ μή ἐστ' κτέ.*); *τοῦ ἡλίου* Kenyon, Blass alii.
14. Dignoscere mihi videor: . . . . *θ* (*ο*?) *ε* . . . . *ων ανδρεσ η* . . *χι χλαιναν*: Crusius . . *σ* (*λ*?) *ο ε τ ο* (*πισ*?) . . . *ων — η* . . *χι*: Blass . . . . *λοστολ* . . *ων — η* . . *χε*: Kenyon . . . . *θε* . . . . *ων ανδρεσ* . . . *χε χλαιναν.*

Aristophon, nobilis ille Battari patronus, *ἔτι νῦν ἄγχει* (vs. 12) i. e. *ἔτι λωποδυτεῖ*: Hes. *ἄγχει* explicat *πνίγει* (Theocr. V 106); vocabulum artis proprium esse suspicor coll. Philostr. Imag. II 6, 3 — agitur de *παγκρατιασταῖσ* — *δεῖ δὲ αὐτοῖσ καὶ τέχνησ ἐσ τὸ ἄλλοτε ἄλλωσ ἄγχειν.*
Sequentia perobscura sunt; Nairn cum Blassio edidit:
κεὶ μ]ή ἐστ' ἀλ[ηθ]έα ταῦτα, το[ῦ ἡλ]ίου δύντοσ
ἐξέλ]θετ' ὀ[λέσ]ων, ἄνδρεσ, ἥ[ν εἶ]χε χλαῖναν·
Vocabula *ἐξέλθετ' ὀλέσων* explicat *ἐξελθέτω ὀλέσων* sc. *πᾶσ*

τισ, quam constructionem „decidedly harsh" vocat: sed hoc balbutire, non Graece loqui est.

Suspicor Battarum hoc fere modo disputasse: „nonne creditis, iudices, patronum meum virum esse robustissimum? Insigne documentum vobis dabo: ipsam togam, quam gerit, post solis occasum furatus est!"

Suppleo igitur in vs. 13 Crusium secutus:

> χῶσ δ]ή ἐστ' ἀλ[ηθ]έα ταῦτα — το[ῦ ἡλ]ίου δύντοσ
> ἐπέ]θε[το κλέψ]ων, ἄνδρεσ, ἥ[ν ἔ]χει χλαῖναν.

Eadem constructio occurrit Dem. XX 115 ὅτι (= ἴν' εἰδῆθ' ὅτι) τοίνυν ἀληθῆ λέγω — λαβέ μοι τὸ ψήφισμα τουτί; pulchrius exemplum legitur Xen. Hell. II 3, 27 ὡσ δὲ ταῦτα ἀληθῆ — ἢν κατανοῆτε, εὑρήσετε οὔτε ψέγοντα οὐδένα μᾶλλον Θηραμένουσ τουτουὶ τὰ παρόντα οὔτε ἐναντιούμενον κτέ., ubi rectissime Dindorf adnotat: „post hoc sequi debebat μαρτύριον vel tale quid, quod latet in oratione ad iudices conversa".

Optime scio talia supplementa prorsus esse incerta; praeterea — quamquam participium quale est κλέψ]ων, μάρψ]ων h. l. aptissimum est — spatium fortasse vix sufficit: ἐξῆλ]θε [κλέψ]ων?

Alio modo sensum idoneum restituere possum supplementa Crusii in vs. 13 et Headlamii in vs. 14 coniungens:

> χῶσ δ]ή ἐστ' ἀλ[ηθ]έα ταῦτα — το[ῦ ἡλ]ίου δύντοσ
> ἄνευ]θε [μόχθ]ων, ἄνδρεσ, [εἴλη]χε χλαῖναν!

II 28—29:

> ὃν χρῆν ἑαυτὸν ὅστισ ἐστὶ κἀκ ποίου
> πηλοῦ πεφύρητ' εἰδότ', ὡσ ἐγὼ ζώειν.

28. ονεχρην αυτον P: correxerunt Ellis, Bücheler, Weil, Blass.

29. ζώειν Crusius, Blass: ζωιην P.

Fabulam Promethei respici docent interpretes: Call. fr. 133 Schn. εἴ σ' ὁ Προμηθεὺσ / ἔπλασε, καὶ πηλοῦ μὴ 'ξ ἑτέρου γέγονασ, cf. H 99 ὕδωρ καὶ γαῖα γένοισθε i. e. „redeatis ad πηλὸν ἐξ οὗ πεφύρησθε", Arist. Av. 685 ἄνδρεσ — πλάσματα πηλοῦ, Aeschyl. fr. 369 τοῦ πηλοπλάστου σπέρματοσ, Iuven. VI 13, Pers. III 23, Ep. ad Rom. IX 20 cett.

Imago tamen paululum mutata est addito pronomine ποίου

et potius afferendi sunt loci, quales sunt Iuv. XIV 35 quibus arte benigna/ et *meliore luto* finxit praecordia Titan, cf. „an abominable little clod of *common* clay, with the soul of a servant", „*whatever clay* I'm made of, youre made of the same" (Shaw, Arms and the Man). Moneo allitteratione litterae *π* pulchre Battari furorem pingi: Γ 50 *πατρί τε σῶι μέγα πῆμα πόληϊ τε παντί τε δήμωι*, Soph. El. 210 *ποίνιμα πάθεα παθεῖν πόροι* (Lindner, Cothurnus Sophocleus § 35), „one huge *P*reternatural *P*uppet*p*lay of *P*lots; *P*itt *p*ulling the wires" (Carlyle).

II 31: *τῆσ πόλιοσ καλυπτῆρεσ.*

Minus recte Dalmeyda „les gros bonnets de la ville", Crusius „die Spitzen der Stadt" (quod melius quadrat in Theocr. XV 142 *Ἄργεοσ ἄκρα*) vertit: rectius explicant alii „imbrices" (dakpannen).

Confero Xen. Mem. III 1, 7—8, ubi exercitus bene instructus comparatur cum domo firme constructa in qua *οἵ τε λίθοι καὶ ὁ κέραμοσ* (*τάττονται*) *ἐπιπολῆσ*.

INSCRIPTIO TIPASENSIS.

SCRIPSIT

J. VAN WAGENINGEN.

Anno superiore Tipasae in oppido Mauretaniae Caesariensis a Francogallis inventa est inscriptio Latina, quae exarata erat in opere musivo vestibuli ad aedificium pertinentis, quae olim Iudaeorum proseucha fuisse, post in ecclesiam Christianam mutata esse videbatur. Inscriptio autem, quae ab intrantibus templum facile legi poterat, edita est a viro doctissimo Albertini hunc in modum [1]):

qui potuit cunctos operum superare labores
explicitamq(ue) domum variis ornare te(s)sellis
[*Christus*] *ut immensum coniungeret aed*[*i*]*bus amplis,*
mox sumet laetus debitam cum laude [*coronam*]
nominis ut compos maneat praemiumq(ue) reportet.

Inscriptio, ut recte docuit Albertini, saeculo quarto non posterior est, nam versus bene compositi et pacti sunt praeter paucos errores metricos. In *tessellis* enim et in *praemiumque* prima syllaba correpta est. Nomen *Christus*, pro quo in ipso pavimento legitur ·X· compendium, et accusativus *coronam* addita sunt ab editore, qui versus sic Francogallice vertit:

„celui qui a su vaincre toutes les difficultés des travaux et décorer de mosaiques variées une vaste demeure, pour que le Christ vînt ajouter sa grandeur à l'ampleur de l'édifice, recevra bientôt avec joie la couronne et la gloire, qui lui sont dues, de façon à rester en possession de sa renommée et à remporter le prix".

Sed ipse haesit in hac versione additque hanc annotationem: „l'inconvénient de cette explication est qu'elle oblige à admettre une construction pénible: ni l'emploi de *immensum* avec la valeur d'un substantif abstrait 'immensité, grandeur', ni le

---

1) Académie des inscriptions et belles lettres 1920, p. 387—391.

tour *immensum coniungere aedibus*, joindre, ajouter sa grandeur à un édifice, ni le changement de sujet (ita sane!) ne sont très satisfaisants. Cette difficulté tombe, si l'on accepte l'interprétation séduisante de M. Gsell: ·X· étant une *crux decussata*, doit se lire *decus*. Il y aurait là un rébus-calembour qui serait assez dans le goût du IVe siècle africain et *decus immensum coniungere* serait une periphrase pour 'embellir'."

Verum tamen antequam ad hanc Gsellii interpretationem confugimus, quae aenigma tam perplexum iocumque tam arcessitum ingenio poetae Africani obtrudit, iam videamus, possitne illud compendium ·X· etiam aliter explicari atque Albertini id enodavit. Iam apud Diogenem Laertium legimus III 66: „X περιεστιγμένον πρὸς τὰς ἐκλογὰς καὶ καλλιγραφίας. Itaque iam in Platonis codicibus librarii ad locos pulchros ·X· = χρηστόν adscribere solebant, neque temerarium videtur in Latina inscriptione Christiani cuiusdam idem compendium Graecum non per χρηστόν sed per accusativum Χριστόν interpretari, ita ut versus egregius exsistat:

Χριστὸν ut immensum coniungeret aedibus amplis

h. e. ut (idem architectus, qui in versibus antecedentibus commemoratur) Christi immensum imperium [1]) coniungeret aedibus amplis. Ita poeta Africanus optime significat aedes e profanis sacras esse factas [2]). In accusativi forma Graeca (-ον) adhibenda, quae metro postulatur, poeta exempla luculenta Vergilii Ovidii aliorumque secutus est (Neue-Wagener p. 204—205), quamquam confitendum est alibi in carminibus Christianis poetas a forma Graeca abstinuisse et compendio X vulgo additum esse exitum declinationis Latinae: X^{i}, X^{o} X^{m} (Cappelli Lexicon Abbrev. 417). Raro exitus in accusativo omnino omittitur, cf. Engström C. L. E. 222 (in praescripto): *i p*(er) X *a*(d) *m*(eliora) [3]). Ac ne quis offendatur verbis *Christus immen-*

1) Buecheler A. L. II 2, 1359, 3—4:
qui mortem vicit meritis mundumque relinquens
immensum Christi possidet imperium.

2) Albertini, l. l. 390: „le caractère chrétien de l'édifice, affirmé par le troisième vers, est surabondamment établi par la représentation des colombes et par les objets trouvés dans la terre".

3) Buecheler A. L. II 2, 1840: 'accipite, sancti, vobis fratrem dignumque minestrum X' (= Christo).

sus, lectores monere velim de exemplo Horatiano, C. IV 2, 7: „immensusque ruit profundo Pindarus ore".

Fieri potest, ut etiam ambiguitas quaedam insit in verbis Χριστὸν *immensum*, et poetae aequales hunc versum legentes simul audiverint χρηστὸν *immensum*, ingentem pulchritudinem, sed hoc veri simile non duco.

Verum in postremis versibus poematii Tipasensis reapse tecte aliquid, scilicet nomen ipsius architecti, significatum esse mihi videtur, quod nunc in animo est demonstrare.

Nempe interpretatio illa Francogallica verborum *nominis ut compos maneat*, quam dedit Albertini, non ab omni parte recte se habet. Nam sicut is *voti compos* dicitur, qui id quod deos rogavit, assecutus est, ita is *nominis compos manet* [1]) sive est, qui id quod in eius nomine latet sive nomine eius portenditur atque praemonstratur, adeptus est. *Nomen* enim, ut hoc loco sine attributo positum est, non famam indicat, quemadmodum Albertini arbitratur, sed nihil aliud est nisi vocabulum, quo quis nuncupatur. Quae cuncta si tenemus, facilis est coniectura. Is enim

mox sumet laetus debitam cum laude coronam,
nominis ut compos maneat praemiumque reportet,

qui appellatur Stephanus.

Coronae illius, ut notum est, saepius in carminibus sepulchralibus mentio fit, quorum conditores forsitan memores fuerint epistulae I Petri 5, 4: *καὶ φανερωθέντος τοῦ ἀρχιποίμενος κομιεῖσθε τὸν ἀμαράντινον τῆς δόξης στέφανον*, cf. Buecheler A. L. II 2, 1617: „Castula puella annorum XLVIII reddidit spiritum VI idus Martias properans kastitatis sumere premia digna. meruit immarcibilem coronam. perseverantibus tribuet deus gratiam. in pace".

Ibid. II 1, 317: „qui bene confessi vicerunt arma maligna, / praemia victores Cristi meruere coronam" 309: „marmoribus vestita novis veneranda sepulcra, / quae intemerata fides decorat Christique corona."

Ita Stephanus, templi Christiani architectus, aliquando a Christo coronam accipiet, qua propter merita dignus est, atque hoc modo *nominis* sui *compos* fiet.

1) Mnem. 47, 341—344.

HERODOTEA.

SCRIPSIT

GUILIELMUS VOLLGRAFF.

III, 39. Copiae Polycratis enarrantur: ἔκτητο δὲ πεντηκοντέρους τε ἑκατὸν καὶ χιλίους τοξότας. Ex his efficias tyrannum praeter πεντηκοντέρους alias naves longas non habuisse. Nihilominus c. 44 triremes commemorantur, quas ille Cambysi auxilio misit: ὁ δὲ ἐπιλέξας τῶν ἀστῶν τοὺς ὑπώπτευε μάλιστα ἐς ἐπανάστασιν ἀπέπεμπε τεσσαράκοντα [1]) τριήρεσι. Thucydides quoque Polycrati triremes fuisse tradit; nam Ionibus Polycrate Massiliensibus, qui saeculo sexto plurimum mari pollebant, memoratis, ita pergit: δυνατώτατα γὰρ ταῦτα τῶν ναυτικῶν ἦν. Φαίνεται δὲ καὶ ταῦτα τριήρεσι μὲν ὀλίγαις χρώμενα, πεντηκοντέροις δ' ἔτι καὶ πλοίοις μακροῖς ἐξηρτυμένα ὥσπερ ἐκεῖνα. Difficultati ita subvenire conati sunt viri docti nonnulli, ut contenderent Polycrati tantum naves Samias [2]) fuisse, quae cum neque triremes essent neque naves quinquaginta remorum, modo πεντηκόντεροι modo τριήρεες ab Herodoto nuncupatae essent. Explicatione tam ludicra nos ludificari non sinemus. Praestabit suspicari c. 39 post verba πεντηκοντέρους τε ἑκατόν excidisse numerum triremium, quas Polycrates aedificandas curaverat.

In fine eiusdem capitis leguntur haec: ἐν δὲ δὴ καὶ Λεσβίους πανστρατιῇ βοηθέοντας Μιλησίοισι ναυμαχίῃ κρατήσας εἷλε, οἳ

1) Numerum in codicibus manuscriptis maiorem esse, quam cui fides habeatur, animadvertit Cobetus.

2) De Σαμαίναις cf. Plut. Per. 26; Didymus ap. Hesych. s. v. Σαμιακὸς τρόπος; Cratinus et Choerilus in Phot. lex.; Athen. XII, p. 540, e.

τὴν τάφρον περὶ τὸ τεῖχος τὸ ἐν Σάμῳ πᾶσαν δεδεμένοι ὤρυξαν. Steinius coniecit post vocem *εἷλε* excidisse vocabulum quale *πολλούς*, ne Herodotus dixisse videatur Polycratem Lesbios *ἀπαξάπαντας* in acie cepisse. Neque iniuria ita argumentatus est. Mihi autem semper veri similius visum est deesse nomen numerale una litterula notatum. Quod nunc confirmare videtur papyrus Oxyrrhynchius 1619 [1]), primo p. C. saeculo exeunti tribuendus, qui fragmenta libri III[i] Herodoti historiarum continet, dummodo certum sit, quod editori Bernardo Grenfell non plane constat, ad c. 39 pertinere frustulum hocce:

[βοηθέοντ]α[ς]
κρατή[σας]
[τάφρο]ν περ[ὶ].

Cum versus in hoc volumine XXV vel XXIV litteris constent, hic quoque ab initio vocis *κρατήσας* usque ad finem vocis *τάφρον* totidem litterae exaratae fuisse debent. In verbis traditis: *κρατήσας εἷλε, οἳ τὴν τάφρον* numerantur litterae XXIII. Ergo non plures quam una duaeve litterulae in codicum archetypo excidisse videntur.

40: *καί κως βούλομαι καὶ αὐτὸς καὶ τῶν ἂν κήδωμαι τὸ μέν τι εὐτυχέειν τῶν πρηγμάτων, τὸ δέ τι* [2]) *προσπταίειν, καὶ οὕτω διαφέρειν τὸν αἰῶνα ἐναλλὰξ πρήσσων ἢ εὐτυχέειν τὰ πάντα.* Impedita sententiae constructio compta et nitida fiet, si licebit verba *καὶ αὐτός* transponere hoc modo: *καί κως βούλομαι καὶ τῶν ἂν κήδωμαι τὸ μέν τι εὐτυχέειν τῶν πρηγμάτων, τὸ δέ τι προσπταίειν καὶ αὐτὸς οὕτω διαφέρειν τὸν αἰῶνα ἐναλλὰξ πρήσσων ἢ εὐτυχέειν τὰ πάντα.*

42. Codices A B: *καί σε ἐπὶ δεῖπνον καλέομεν,* R S V: *καὶ ἐπὶ δεῖπνόν σε καλέομεν.* Legendum esse mihi videtur: *καὶ σὲ ἐπὶ δεῖπνον καλέομεν,* te quoque ad cenam invitamus. Cf. Hom. Il. XXIV, 543:

καὶ σέ, γέρον, τὸ πρὶν μὲν ἀκούομεν ὄλβιον εἶναι.

Aesch. Prom. 973: *καὶ σὲ δ' ἐν τούτοις λέγω.*

1) Ox. Pap. XIII (a. 1919), p. 185.
2) Alterum *τι* inseruit Cobetus.

Hanc sententiam si cum praecedenti connectere voluisset scriptor, dicendum ei fuisset: *καὶ δὴ καὶ σὲ ἐπὶ δεῖπνον καλέομεν*. Sed in asyndeto non offendo.

43: *ὁ Ἄμασις... ἔμαθε ὅτι ἐκκομίσαι τε ἀδύνατον εἴη ἀνθρώπῳ ἄνθρωπον ἐκ τοῦ μέλλοντος γίνεσθαι πρήγματος καὶ ὅτι οὐκ εὖ τελευτήσειν μέλλοι Πολυκράτης εὐτυχέων τὰ πάντα, ὃς καὶ τὰ ἀποβάλλει εὑρίσκει.* Ultima verba, si indicativa sint, imperfectum flagitent. Quapropter ea optativis praecedentibus assimilanda esse censeo scribendo: *ὃς καὶ τὰ ἀποβάλλοι εὑρίσκοι.*

48: *συνεπελάβοντο δὲ τοῦ στρατεύματος τοῦ ἐπὶ Σάμον ὥστε γενέσθαι καὶ Κορίνθιοι προθύμως· ὕβρισμα γὰρ καὶ ἐς τούτους εἶχε ἐκ τῶν Σαμίων γενόμενον γενεῇ πρότερον τοῦ στρατεύματος τούτου, κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον τοῦ κρητῆρος τῇ ἁρπαγῇ γεγονός.* Lacedaemonii Samiis bellum intulerunt circa annum 525, ludibrium Samiorum in Corinthios commissum est regnante Alyatte, ut paulo infra diserte dicitur, rapina crateris, ipso Herodoto teste (I, 70), facta est ultimis temporibus regni Croesi, qui in locum Alyattis successit. Ergo verba supra exscripta, quod ad temporum rationem attinet, magnopere atque etiam, ut verum fateamur, inepte inter se pugnant. Exstat tamen testimonium minime spernendum, quo nisus olim Panofka Herodotum haec non ita scripsisse ostendit, ut in codicibus nostris legantur. In libelli enim de Herodoti malignitate c. XXII° expeditio Lacedaemoniorum et Corinthiorum contra Samios *μετὰ τρεῖς γενεὰς* post *ὕβρισμα* illud Corinthiis illatum suscepta esse perhibetur. Totum caput qui perleget videbit scriptorem hac in re non impugnare vel corrigere rationem temporum apud Herodotum, sed ea ipsa referre quae apud illum legerat, ut deinde lamentetur de auctoris incuria ac stoliditate. Patet igitur illum, quisquis fuit, apud Herodotum scriptum invenisse non: *γενόμενον γενεῇ*, sed *γενόμενον τρίτῃ γενεῇ πρότερον τοῦ στρατεύματος τούτου.* Mendum e ratione veteris scripturae facilem explicatum habet: scilicet pro $\overline{\Gamma}$ΓΕΝΕΗΙ in archetypo codicum per communem haplographiam exaratum erat ΓΕΝΕΗΙ. Emendatio Panofkae vulgo non suo pretio aestimata quamque postremus pro argumentis invectione usus

explosit Belochius [1]), omnibus editoribus Herodoti diligenter perpendenda est. Quin etiam grammaticos antiquos, quibus chronographia curae erat, cum adhuc non exploratum esse videatur, qua ratione aetatem Periandri indagaverint [2]), ab hoc loco Herodoti ad eam computandam profectos esse persuasum habeo. Teste enim Sosicrate apud Diogenem Laertium [3]), Periander mortuus est a. 585: *Σωσικράτης δέ φησι πρότερον Κροίσου τελευτῆσαι αὐτὸν ἔτεσι τετταράκοντα, καὶ ἑνὶ πρὸ τῆς τεσσαρακοστῆς ἐνάτης Ὀλυμπιάδος*. Obiisse igitur eum statuit sexaginta annis, id est, ut Graeci loquuntur, *τρίτῃ γενεῇ* ante expeditionem Lacedaemoniorum contra Polycratem. Sed praecipue agere velim de verbis, quae apud Herodotum subsequuntur: *κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον τοῦ κρητῆρος τῇ ἁρπαγῇ γεγονός*. Hic enim versatur cardo quaestionis, in his inest manifesta rerum repugnantia. Potuitne Herodotus in ratione temporum definienda occupatus rem, quae regnante Alyatte facta erat, diserte eidem aetati tribuere atque rem, quam Samii sub finem regni Croesi commiserant? Non potuit, ideoque eum scripsisse arbitror: *οὐ κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον τοῦ κρητῆρος τῇ ἁρπαγῇ γεγονός*. Memineris oportet capite praecedenti rerum scriptorem narrasse rapinam crateris Lacedaemoniis causam fuisse, ut arma Samiis inferrent; iam Corinthiis Lacedaemoniorum sociis similiter praetextum contra illos fuisse addit, quamquam non eidem aetati tribuendum, sed aliquanto vetustius. Particula *οὐ* post *τούτου* haplographia interiit. *Οὐ κατά* legitur etiam l. II[1] c. 10: *εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλοι ποταμοί, οὐ κατὰ τὸν Νεῖλον ἐόντες μεγάθεα*, et c. 134: *κατὰ Ἄμασιν βασιλεύοντα ἦν ἀκμάζουσα Ῥοδῶπις, ἀλλ' οὐ κατὰ τοῦτον*. Particula *δέ* etiam alibi apud Herodotum tertio loco collocata invenitur; cf. I, 138; VII, 8, δ: *ὃς ἂν δέ*; VII, 9: *μετ' αὐτὸν δέ*. Hoc loco verba ita disposuisse videtur positurae *οὐ δὲ κατά* devitandae causa, siquidem *οὐδέ* plerumque [4]) non eandem significationem habet atque

---

1) Beloch, Griech. Gesch. I, 2[2], p. 276.

2) Ibid. p. 275: Auf Grund welcher Kombinationen die Chronographen zu diesen Ansätzen gekommen sind, wissen wir nicht.

3) Diog. Laert. I, 95.

4) Inprimis apud Homerum hic usus particulae *οὐδέ* invenitur. Cf. Fraenkel, Alb. Gratul. in hon. H. van Herwerden, p. 63 sq. sub VIII. In universum tamen

ἀλλ' οὔ. Quamquam non semper tale quid ab Herodoto detrectatum est. Veluti l. VIII[1] c. 60, γ legitur: *οἰκότα μέν νυν βουλευομένοισι ἀνθρώποισι ὡς τὸ ἐπίπαν ἐθέλει γίνεσθαι, μὴ δὲ οἰκότα βουλευομένοισι οὐκ ἐθέλει οὐδὲ ὁ θεὸς προσχωρέειν πρὸς τὰς ἀνθρωπηΐας γνώμας*. Contra de industria consecutionem particularum *οὐ* et *δέ* vitasse videtur l. IX[1] c. 42: *εἰδότων μέν, ἐν ἀδείῃ δὲ οὐ ποιευμένων τὸ λέγειν*, et l. VI[1] c. 52, quem locum Cobetus [1]) correxit particulam negativam inserendo: *εἰδυῖαν μὲν καὶ τὸ κάρτα λέγειν ταῦτα, οὐ βουλομένην δέ*.

Quo magis conclusiones meae, si in controversiam vocentur, perspicuae sint, moneo me quaestionem, quanam aetate Periander et Alyattes vixerint, ne tetigisse quidem: de sola temporum ratione, quae Herodoto propria erat, quaesitum est.

49. Corinthiis, ex quo in insulam Corcyram colonos deduxerint, Corcyraeos semper infensos fuisse docet Herodotus hisce: *νῦν δὲ αἰεὶ ἐπείτε ἔκτισαν τὴν νῆσον, εἰσὶ ἀλλήλοισι διάφοροι ἐόντες ἑωυτοῖσι*. Sic in archetypo omnium codicum scriptum

---

rarissimus est. Dabo exempla quae mihi suppetunt: Il. XXII, 78: *ἦ ῥ' ὁ γέρων... οὐ δ' Ἕκτορι θυμὸν ἔπειθε*; cf. VI, 160: *ἀλλὰ τὸν οὔ τι πεῖθ'*. Il. XXIV, 25: *ἔνθ' ἄλλοις μὲν πᾶσιν ἑήνδανεν, οὐ δέ ποθ' Ἥρῃ*; cf. I, 22: *ἔνθ' ἄλλοι μὲν πάντες ἐπευφήμησαν Ἀχαιοί... ἀλλ' οὐκ Ἀτρεΐδῃ Ἀγαμέμνονι ἥνδανε θυμῷ*. Il. XXIV, 413: *δυωδεκάτη δέ οἱ ἠώς κειμένῳ, οὐ δέ τί οἱ χρὼς σήπεται*. Il. XXIV, 433: *πειρᾷ ἐμεῖο, γεραιέ, νεωτέρου, οὐ δέ με πείσεις*. Od. VIII, 343: *ἐν δὲ γέλως ὦρτ' ἀθανάτοισι θεοῖσιν. οὐ δὲ Ποσειδάωνα γέλως ἔχε*. Od. X, 318: *αὐτὰρ ἐπεὶ δῶκέν τε καὶ ἔκπιον, οὐ δέ μ' ἔθελξεν*, Od. XI, 324: *ἦγε μέν, οὐ δ' ἀπόνητο*. Orac. ap. Oenom. ap. Eus. Praep. Ev. V, 22: *ἔστιν ἐν Τρηχῖνος αἴῃ κῆπος Ἡρακλήιος πάντ' ἔχων θάλλοντα, πᾶσι δρεπόμενος πανημαδόν, οὐ δ' ὀλιζοῦται*, Soph. Oed. Col. 480: *τοῦ τόνδε πλήσας θῶ; δίδασκε καὶ τόδε. — ὕδατος, μελίσσης· μὴ δὲ προσφέρειν μέθυ*. Scriptores, ut *οὐ δέ* pro *sed non* ponere devitent, his praecipue utuntur artificiis: 1⁰ pro *δέ* ponitur *οὖν*; cf. Herod. V, 96: *Ἀρταφρένης ἐκέλευέ σφεας... καταδέκεσθαι ὀπίσω Ἱππίην· οὐκ ὦν δὴ ἐνεδέκοντο τοὺς λόγους*, VII, 15: *ἔγνων ταῦτά μοι ποιητέα ἐόντα τά συ ὑπεθήκαο· οὐκ ὦν δυνατός τοί εἰμι ταῦτα βουλόμενος ποιέειν*, Kühner-Gerth, Griech. Gramm. II, 2, p. 161. 2⁰ pro *δέ* ponitur *καί*, cf. Nonn. Dion. XV, 310: *ἆ, πόσα Φοίβου ἔκλυε μελπομένοιο καὶ οὐ φρένα θέλγετο Δάφνη*. Aristot. Rhet. III, 9, p. 1409, 8: *δεῖ δὲ τὴν περίοδον καὶ τῇ διανοίᾳ τετελειῶσθαι, καὶ μὴ διακόπτεσθαι*. 3⁰ inter *οὐ* et *δέ* inseruntur vocabula quaelibet; cf. schol. Aristot. rhet. ed. Rabe, p. 195, 25: *ἡ ὅλη γοῦν περίοδος ὀφείλει ἀπαρτίζειν διάνοιαν..., μὴ μέντοι γε δὲ διακόπτεσθαι*. 4⁰ ordo particularum *οὐ* et *δέ* invertitur; cf. Epict. Enchir. 53: *ἐμὲ δὲ Ἄνυτος καὶ Μέλητος ἀποκτεῖναι μὲν δύνανται, βλάψαι δὲ οὔ*.

1) Var. Lect. p. 421.

fuit; nam quod praebent codices R S V ἑωυτοί plane nihili est. Sed haec nemini sana esse visa sunt propter pleonasmos: εἰσὶ... ἐόντες et ἀλλήλοισι... ἑωυτοῖσι. Quorum ille defendi non potest ope l. II¹ c. 30: ἤσάν οἱ διάφοροί τινες γεγονότες τῶν Αἰθιόπων vel l. III¹ c. 108: ἡ προνοίη... ἐστὶν ἐοῦσα σοφή, sive hoc recte traditum est, sive non est [1]). Quapropter Cobeto in mentem venit εἰσὶ... ἐόντες mutare in διατελεῦσι... ἐόντες [2]). Alterum pleonasmum ut tollerent, Gaisford Schweighaeuser Baehr vocem ἀλλήλοισι deleverunt. Cobetus contra ἑωυτοῖσι sustulit, quod setius est, cum ἑωυτοῖσι per ἀλλήλοισι, non ἀλλήλοισι per ἑωυτοῖσι explicari potuerit. Nec defuerunt qui unum alterumve vocabulum mutarent vel de suo insererent, ut et ἀλλήλοισι et ἑωυτοῖσι vindicare possent. Veluti Valckenaerio rescribere placuit: (συγγενέες) ἐόντες ἀλλήλοισι, Kruegero: ἐρίζοντες ἑωυτοῖσι. Admodum ingeniose uterque. Iam vero papyrus Oxyrrhynchius 1619 et horum et ceterorum conamina irrita fuisse demonstrat. Idem tamen simul viros doctos iure ac merito hoc loco corruptelam odoratos esse ostendit. Leguntur enim haec:

τε ἔκτισ[αν τὴν νῆσον, εἰσὶ ἀλλή-]
λοισι διάφ[οροι . . . . τού-]
των εἶν[εκεν]

(Inde a voce τούτων incipit alia sententia.) Cum igitur post vocem διάφοροι tantum novem litteris locus restet, in volumine Aegyptio non exaratum erat istud ἐόντες ἑωυτοῖσι. Veri simile mihi videtur solum ἑωυτοῖσι vel ἑωυτοῖσιν scriptum fuisse. Reputent iam critici et grammatici qui nunc sunt, num ἀλλήλοισι iuxta ἑωυτοῖσι ferri possit. Fatendum quidem est haec nusquam coniuncta adhuc inventa esse. Ipsa tamen natura linguae non obstare videtur, quominus coniungantur.

55. Spartae Herodotus incidit in Archiam aliquem, Samii filium, Archiae nepotem, ὃς ξείνων πάντων μάλιστα ἐτίμα τε Σαμίους καί οἱ τῷ πατρὶ ἔφη Σάμιον οὔνομα τεθῆναι, ὅτι οἱ ὁ πατὴρ Ἀρχίης ἐν Σάμῳ ἀριστεύσας ἐτελεύτησε. τιμᾶν δὲ Σα-

1) Cf. Philostr. Heroic. p. 708: πρὸ γὰρ δὴ τοῦ Παλαμήδους ὧραι μὲν οὔπω ἦσαν οὖσαι.

2) Mnemos. 1883, p. 281.

μίους ἔφη, διότι ταφῆναί οἱ τὸν πάππον δημοσίῃ ὑπὸ Σαμίων. Haec legenti mihi semper mirum visum est, ut Spartanus ille Samiis gratias redderet perpetuas et tamquam beneficio se ab illis affectum arbitraretur, quod avum suum, cum intra muros telis obrutus cecidisset, in sepulcro condidissent. Quid enim de corpore eius fecissent? Nam canibus et corvis Graeci non nisi proditores patriae relinquere solebant. Gratia tum demum Samiis referenda fuisset, si eum, cum sepeliretur, iustis pro virtute honoribus prosecuti essent. Hoc Steinius quoque intellexisse videtur, cum in commentariis suis per vocem ταφῆναι Herodotum dixisse monumentum mortuo factum esse poneret; quae sententia neque hic neque alibi ex hoc verbo elici potest. Alia vero difficultatis solutio in promptu est. Nam id ipsum quod in lectione codicum A B desideratur, exstat in lectione codicum R S V, quae nunc ab omnibus spernitur. Ibi enim legitur: διότι ταφῆναί οἱ τὸν πάππον δημοσίῃ εὖ ὑπὸ Σαμίων. Εὖ ταφῆναι est καλῶς καὶ μεγαλοπρεπῶς ταφῆναι, ut Platonis verbis utar [1]). Ipse Herodotus iterum hanc locutionem usurpavit l. VI[i] c. 30: τὴν κεφαλὴν τοῦ Ἱστιαίου λύσαντάς τε καὶ περιστείλαντας εὖ ἐνετείλατο θάψαι, ubi Steinius adverbium εὖ perperam cum participiis praecedentibus coniunxit, et Theocritus epigr. XI, 3:

εὖ μιν ἔθαψαν ἑταῖροι ἐπὶ ξείνης ξένον ὄντα.

Notum est scriptores vocem εὖ non raro consulto a sua sede removere et a verbo separare. Cf. Demosth. pro cor. 144: καὶ γὰρ εὖ πρᾶγμα συντεθὲν ὄψεσθε [2]).

59. Samiorum exules a Polycrate pulsi Siphniis centum talenta irrogaverunt, παρὰ δὲ Ἑρμιονέων νῆσον ἀντὶ χρημάτων παρέλαβον, Ὑδρέαν τὴν ἐπὶ Πελοποννήσῳ, καὶ αὐτὴν Τροιζηνίοισι παρακατέθεντο. Verba ἀντὶ χρημάτων vulgo ita interpretantur, ut dicat Herodotus Samios insulam Hydream ab Hermionensibus pecunia emisse. Sed quam ob rem insulam emissent, ut eam ilico Trozeniis traderent? Si ipsi in Hydrea consedissent, aliter res se haberet; nunc vero absurdius est quod Herodo-

---

1) Plat. Hipp. mai. p. 291, e.
2) V. Wilamowitz, Leseb. Erl. I, p. 46.

tum dixisse credunt. Verum vidisse videtur Larcherius, cuius opinio apud Schweighaeuserum memorata est. Scilicet hoc dicit rerum scriptor: „ab Hermionensibus vero pro pecunia insulam acceperunt”. Aurum ab illis quoque exegisse videntur, sed cum gravarentur et in vicem pecuniae insulam Hydream pollicerentur, hac contenti fuisse. Deinde, quoniam eiusmodi insula ipsis non opus erat, Trozeniis eam permiserunt, non gratis, puto, sed pretio.

Pergit Herodotus hoc modo: *αὐτοὶ δὲ Κυδωνίην τὴν ἐν Κρήτῃ ἔκτισαν οὐκ ἐπὶ τοῦτο πλέοντες, ἀλλὰ Ζακυνθίους ἐξελόντες ἐκ τῆς νήσου.* Rursus hodie non bene intellegunt, quid dicat. Ἐκ τῆς νήσου enim pro ἐκ τῆς Κρήτης dictum esse, Samios in Cretam navigasse putant, ut colonos Zacynthios inde expellerent. Cum tamen nusquam alibi traditum sit e parva insula Zacyntho in Cretam coloniam esse deductam neque hoc veri simile videatur, manifestum videtur mihi verba *ἐκ τῆς νήσου* significare: *ἐκ τῆς Ζακύνθου.* Zacynthios ex sua insula deturbare statuerant, ut eam occuparent ipsi, sed tempestate, priusquam Maleam flexissent, coacti ad litora Cretae appulerunt, ut olim Menelaus post bellum Troianum finitum [1]).

Sequuntur haec: *ἔμειναν δ' ἐν ταύτῃ καὶ εὐδαιμόνησαν ἐπ' ἔτεα πέντε, ὥστε τὰ ἱρὰ ἐν Κυδωνίῃ ἐόντα νῦν οὗτοί εἰσι οἱ ποιήσαντες καὶ τὸν τῆς Δικτύνης νηόν.* Ultima verba: *καὶ τὸν τῆς Δικτύνης νηόν* Steinius tamquam emblema eiecit, et quod in fine sententiae posita languere viderentur et quod Graecis, inprimis Samiis, nihil esset cum cultu Dictynnae et quia templum Dictynnae non Cydoniae neque prope Cydoniam, sed in finibus oppidi Polyrrheniae situm fuisse autumat. Haec omnia inconsiderate dicta sunt. Nam et Callimachus, qui dixit:

> *ὅθεν μετέπειτα Κύδωνες*
> *νύμφην μὲν Δίκτυναν, ὄρος δ' ὅθεν ἥλατο νύμφη*
> *Δικταῖον καλέουσιν, ἀνεστήσαντο δὲ βωμοὺς*
> *ἱερά τε ῥέζουσι,* [2])

et Strabo, qui contra Callimachum pugnat cum aliis verbis

---

1) Apollod. epit. ed. Wagner, p. 226: Μενέλαος... προσσχὼν Σουνίῳ... κἀκεῖθεν εἰς Κρήτην ἀπορριφείς...

2) Callim. hymn. III, 197 sqq.

tum his: τῆς μέντοι Κυδωνίας ὄρος ἐστὶ Τίτυρος, ἐν ᾧ ἱερόν ἐστιν, οὐ Δικταῖον, ἀλλὰ Δικτύνναιον [1]), cultum Dictynnae Cydoniatis vindicant. Capite Dictynnae nummi Cydoniae ornati sunt. Neque necessarium est statuere Strabonem a se ipso dissidere, cum paulo infra scribat: .. Πολυρρήνιοι, παρ' οἷς ἐστιν τὸ τῆς Δικτύννης ἱερόν. Tityrus mons et templum Dictynnae inter Cydoniam et Polyrrheniam sita fuerint ibique, si vaticinari fas esset, repertum iri dixerim, cum rudera antiqua huius quoque regionis investigabuntur. Iam vero patere arbitror, quare Herodotus non scripserit: τὰ ἱρὰ τὰ ἐν Κυδωνίῃ ἐόντα τά τε ἄλλα... καὶ τὸν τῆς Δικτύνης νηόν, sed aedem Dictynnae, quam extra urbem sitam esse sciret, consilio a ceteris templis Cydoniatarum segregarit iisque opposuerit.

60: περὶ λιμένα χῶμα ἐν θαλάσσῃ, βάθος κατὰ εἴκοσι ὀργυιέων. Lectionem omnium codicum κατά, cui Steinius et Hudeus Eltzii coniecturam καί praetulerant, nunc confirmavit papyrus Oxyrrhynchius 1619. Grenfellius vel sic lectioni traditae fidem denegavit iamque legendum esse coniecit: κατὰ εἴκοσι ὀργυίας aut κατὰ εἰκοσιόργυιον. Κατά tamen Herodoto etiam alibi, ut nobis *om en bij*, Britannis *about*, pro adverbio est. V. l. II[i] c. 145, ubi tria exempla exstant, et l. VI[i] c. 44: λέγεται γὰρ κατὰ τριηκοσίας μὲν τῶν νεῶν τὰς διαφθαρείσας εἶναι, ubi cum scriba archetypi codicum A B voculam κατά procul dubio genuinam praeterierit, Steinius et Hudeus eam iniuria abiecerunt.

---

1) Strab. X, 4, 12.

PAULO THOMAS

SEPTUAGESIMUM ANNUM FELICITER PERACTUM GRATULATUR

CORNELIUS BRAKMAN

amico doctissimo viro clarissimo professorique Gandavensi optime merito de Terentio Manilio Velleio Paterculo Seneca Petronio Apuleio aliisque scriptoribus Latinis haec

MANILIANA.

I. Comparantur inter se Manilius et Lucretius.

Conradus Busken Huet sagacissimus ille criticus quondam ait librum q. i. *Camera Obscura* et opus commenticium, quod inscribitur *Max Havelaar*, alterum alterum abolere. Idem nobis non minore profecto iure licet affirmare de duobus poematis didascalicis Latinis, quae vocantur de Rerum Natura et Astronomica. In illo enim carmine Lucretius docet atomos numero infinitas casu conexas post longissimam seriem saeculorum mundos effecisse. Ergo hic vates procreatorem non agnoscit. At Manilius poeta Stoicus, qui condidit quinque libros Astronomicon concedens de origine mundi homines semper inter se dissensuros esse, cum eius rei scientia intellegentiam nostram superet, tamen non solum loquitur de fabricatore Olympi (V 31) aut de eo, qui moenia mundi struxit (I 486), verum etiam sibi persuasit divina sapientia mundum quem ea penetrans animet gubernari (I 250 sq. et 484 sq.). Id pernegans Epicuri sectator praedicat tam tenuem naturam esse deorum, ut eorum sedes dissimiles oporteat esse nostris (V 153 sq.). Vivunt

autem dei in intermundiis beate tanquam exempla sublimia hominibus. Haec terra tot vitiis praedita, a dis non est aedificata (V 195 sqq.) neque iis nos curae sumus: documento est inopia infantis (V 222 sqq.), cum bestiam natura omnibus rebus instruxerit. Penitus diversa est sententia Manilii, qui asseverat summi numinis iussu mortalium fata pendere a signis stellisque quae mores fingant tam gentium quam singulorum hominum (IV 122 sqq.). Talem igitur poetam consentaneum est tollere fere liberum arbitrium (IV 110 sqq.), cum Epicuri interpres hominem depingat usu et labore improbo progredientem in cultu (lib. V exeunte), verum ambitione avaritia superstitione se ipsum aliosque vexantem (in fine lib. III).

Manilius pro insignibus adversariis ducit philosophos, qui ab hortis nomen habent, quorum rationem eloquenter et fortiter impugnat (I 483—538) partim verbis ipsius Lucretii usus, ut apparet vel ex 485—7

(mundum) nec forte coisse magistra,
ut voluit credi, qui primus moenia mundi
seminibus struxit minimis inque illa resolvit.

Itaque facile intellegimus etiam Astron. I 529

nec *cadere in terram* pendentia *sidera caelo*

opponi contra De Rer. Nat. II 209

non *cadere in terram stellas et sidera* cernis?

Alibi poeta Stoicus omnes res πνεύματι perfundi ratus de silvarum incendiis sic iudicat I 857—8

silva sibi collisa crematur:
ignibus usque adeo natura est omnis abundans.

Quam rem Lucretius explanare studet in hunc modum, I 901—3

scilicet et non est lignis tamen insitus ignis,
verum semina sunt ardoris multa, terendo
quae cum confluxere, creant incendia silvis.

In rebus physicis summi illi poetae quam maxime adversarii sunt, in ethicis eundem finem non eadem via petunt, nam animi tranquillitatem uterque exoptat. Eum statum alter invenit, si perturbationibus domitis liber dolore et continens simplicem vitam degit. Eidem persuasum est mortem ad nos nihil pertinere (III 830) isque velut plenus vitae conviva recedit

PAULO THOMAS

SEPTUAGESIMUM ANNUM FELICITER PERACTUM GRATULATUR

CORNELIUS BRAKMAN

atque dedicat viro clarissimo professorique Gandavensi optime merito de Terentio Manilio Velleio Paterculo Seneca Petronio Apuleio aliisque scriptoribus Latinis haec

MANILIANA.

I. Comparantur inter se Manilius et Lucretius.

Conradus Busken Huet sagacissimus ille criticus quondam ait librum c. t. *Camera Obscura* et opus commenticium, quod inscribitur *Max Havelaar*, alterum alterum abolere. Idem nobis non minore profecto iure licet affirmare de duobus poematis didascalicis Latinis, quae vocantur de Rerum Natura et Astronomica. In illo enim carmine Lucretius docet atomos numero infinitas casu conexas post longissimam seriem saeculorum mundos effecisse. Ergo hic vates procreatorem non agnoscit. At Manilius poeta Stoicus, qui condidit quinque libros Astronomicon concedens de origine mundi homines semper inter se dissensuros esse, cum eius rei scientia intellegentiam nostram superet, tamen non solum loquitur de fabricatore Olympi (V 31) aut de eo, qui moenia mundi struxit (I 486), verum etiam sibi persuasit divina sapientia mundum quem ea penetrans animet gubernari (I 250 sq. et 484 sq.). Id pernegans Epicuri sectator praedicat tam tenuem naturam esse deorum, ut eorum sedes dissimiles oporteat esse nostris (V 153 sq.). Vivunt

autem dei in intermundiis beate tanquam exempla sublimia hominibus. Haec terra tot vitiis praedita, a dis non est aedificata (V 195 sqq.) neque iis nos curae sumus: documento est inopia infantis (V 222 sqq.), cum bestiam natura omnibus rebus instruxerit. Penitus diversa est sententia Manilii, qui asseverat summi numinis iussu mortalium fata pendere a signis stellisque quae mores fingant tam gentium quam singulorum hominum (IV 122 sqq.). Talem igitur poetam consentaneum est tollere fere liberum arbitrium (IV 110 sqq.), cum Epicuri interpres hominem depingat usu et labore improbo progredientem in cultu (lib. V exeunte), verum ambitione avaritia superstitione se ipsum aliosque vexantem (in fine lib. III).

Manilius pro insignibus adversariis ducit philosophos, qui ab hortis nomen habent, quorum rationem eloquenter et fortiter impugnat (I 483—538) partim verbis ipsius Lucretii usus, ut apparet vel ex 485—7

(mundum) nec forte coisse magistra,
ut voluit credi, qui primus moenia mundi
seminibus struxit minimis inque illa resolvit.

Itaque facile intellegimus etiam Astron. I 529

nec *cadere in terram* pendentia *sidera caelo*

opponi contra De Rer. Nat. II 209

non *cadere in terram stellas et sidera* cernis?

Alibi poeta Stoicus omnes res πνεύματι perfundi ratus de silvarum incendiis sic iudicat I 857—8

silva sibi collisa crematur:
ignibus usque adeo natura est omnis abundans.

Quam rem Lucretius explanare studet in hunc modum, I 901—3

scilicet et non est lignis tamen insitus ignis,
verum semina sunt ardoris multa, terendo
quae cum confluxere, creant incendia silvis.

In rebus physicis summi illi poetae quam maxime adversarii sunt, in ethicis eundem finem non eadem via petunt, nam animi tranquillitatem uterque exoptat. Eum statum alter invenit, si perturbationibus domitis liber dolore et continens simplicem vitam degit. Eidem persuasum est mortem ad nos nihil pertinere (III 830) isque velut plenus vitae conviva recedit

PAULO THOMAS

SEPTUAGESIMUM ANNUM FELICITER PERACTUM GRATULATUR

CORNELIUS BRAKMAN

atque dedicat viro clarissimo professorique Gandavensi optime merito de Terentio Manilio Velleio Paterculo Seneca Petronio Apuleio aliisque scriptoribus Latinis haec

MANILIANA.

I. Comparantur inter se Manilius et Lucretius.

Conradus Busken Huet sagacissimus ille criticus quondam ait librum c. t. *Camera Obscura* et opus commenticium, quod inscribitur *Max Havelaar*, alterum alterum abolere. Idem nobis non minore profecto iure licet affirmare de duobus poematis didascalicis Latinis, quae vocantur de Rerum Natura et Astronomica. In illo enim carmine Lucretius docet atomos numero infinitas casu conexas post longissimam seriem saeculorum mundos effecisse. Ergo hic vates procreatorem non agnoscit. At Manilius poeta Stoicus, qui condidit quinque libros Astronomicon concedens de origine mundi homines semper inter se dissensuros esse, cum eius rei scientia intellegentiam nostram superet, tamen non solum loquitur de fabricatore Olympi (V 31) aut de eo, qui moenia mundi struxit (I 486), verum etiam sibi persuasit divina sapientia mundum quem ea penetrans animet gubernari (I 250 sq. et 484 sq.). Id pernegans Epicuri sectator praedicat tam tenuem naturam esse deorum, ut eorum sedes dissimiles oporteat esse nostris (V 153 sq.). Vivunt

autem dei in intermundiis beate tanquam exempla sublimia hominibus. Haec terra tot vitiis praedita, a dis non est aedificata (V 195 sqq.) neque iis nos curae sumus: documento est inopia infantis (V 222 sqq.), cum bestiam natura omnibus rebus instruxerit. Penitus diversa est sententia Manilii, qui asseverat summi numinis iussu mortalium fata pendere a signis stellisque quae mores fingant tam gentium quam singulorum hominum (IV 122 sqq.). Talem igitur poetam consentaneum est tollere fere liberum arbitrium (IV 110 sqq.), cum Epicuri interpres hominem depingat usu et labore improbo progredientem in cultu (lib. V exeunte), verum ambitione avaritia superstitione se ipsum aliosque vexantem (in fine lib. III).

Manilius pro insignibus adversariis ducit philosophos, qui ab hortis nomen habent, quorum rationem eloquenter et fortiter impugnat (I 483—538) partim verbis ipsius Lucretii usus, ut apparet vel ex 485—7

(mundum) nec forte coisse magistra,
ut voluit credi, qui primus moenia mundi
seminibus struxit minimis inque illa resolvit.

Itaque facile intellegimus etiam Astron. I 529

nec *cadere in terram* pendentia *sidera caelo*

opponi contra De Rer. Nat. II 209

non *cadere in terram stellas et sidera* cernis?

Alibi poeta Stoicus omnes res πνεύματι perfundi ratus de silvarum incendiis sic iudicat I 857—8

silva sibi collisa crematur:
ignibus usque adeo natura est omnis abundans.

Quam rem Lucretius explanare studet in hunc modum, I 901—3

scilicet et non est lignis tamen insitus ignis,
verum semina sunt ardoris multa, terendo
quae cum confluxere, creant incendia silvis.

In rebus physicis summi illi poetae quam maxime adversarii sunt, in ethicis eundem finem non eadem via petunt, nam animi tranquillitatem uterque exoptat. Eum statum alter invenit, si perturbationibus domitis liber dolore et continens simplicem vitam degit. Eidem persuasum est mortem ad nos nihil pertinere (III 830) isque velut plenus vitae conviva recedit

τὴν τάφρον περὶ τὸ τεῖχος τὸ ἐν Σάμῳ πᾶσαν δεδεμένοι ὤρυξαν. Steinius coniecit post vocem εἷλε excidisse vocabulum quale πολλούς, ne Herodotus dixisse videatur Polycratem Lesbios ἀπαξάπαντας in acie cepisse. Neque iniuria ita argumentatus est. Mihi autem semper veri similius visum est deesse nomen numerale una litterula notatum. Quod nunc confirmare videtur papyrus Oxyrrhynchius 1619 [1]), primo p. C. saeculo exeunti tribuendus, qui fragmenta libri III[i] Herodoti historiarum continet, dummodo certum sit, quod editori Bernardo Grenfell non plane constat, ad c. 39 pertinere frustulum hocce:

[βοηθέοντ]ạ[ς]
κρατή[σας]
[τάφρο]ν π̣ερ[ὶ].

Cum versus in hoc volumine XXV vel XXIV litteris constent, hic quoque ab initio vocis κρατήσας usque ad finem vocis τάφρον totidem litterae exaratae fuisse debent. In verbis traditis: κρατήσας εἷλε, οἳ τὴν τάφρον numerantur litterae XXIII. Ergo non plures quam una duaeve litterulae in codicum archetypo excidisse videntur.

40: καί κως βούλομαι καὶ αὐτὸς καὶ τῶν ἂν κήδωμαι τὸ μέν τι εὐτυχέειν τῶν πρηγμάτων, τὸ δέ τι [2]) προσπταίειν, καὶ οὕτω διαφέρειν τὸν αἰῶνα ἐναλλὰξ πρήσσων ἢ εὐτυχέειν τὰ πάντα. Impedita sententiae constructio compta et nitida fiet, si licebit verba καὶ αὐτός transponere hoc modo: καί κως βούλομαι καὶ τῶν ἂν κήδωμαι τὸ μέν τι εὐτυχέειν τῶν πρηγμάτων, τὸ δέ τι προσπταίειν καὶ αὐτὸς οὕτω διαφέρειν τὸν αἰῶνα ἐναλλὰξ πρήσσων ἢ εὐτυχέειν τὰ πάντα.

42. Codices A B: καί σε ἐπὶ δεῖπνον καλέομεν, R S V: καὶ ἐπὶ δεῖπνόν σε καλέομεν. Legendum esse mihi videtur: καὶ σὲ ἐπὶ δεῖπνον καλέομεν, te quoque ad cenam invitamus. Cf. Hom. Il. XXIV, 543:

καὶ σέ, γέρον, τὸ πρὶν μὲν ἀκούομεν ὄλβιον εἶναι.

Aesch. Prom. 973: καὶ σὲ δ' ἐν τούτοις λέγω.

1) Ox. Pap. XIII (a. 1919), p. 185.
2) Alterum τι inseruit Cobetus.

Hanc sententiam si cum praecedenti connectere voluisset scriptor, dicendum ei fuisset: *καὶ δὴ καὶ σὲ ἐπὶ δεῖπνον καλέομεν*. Sed in asyndeto non offendo.

43: *ὁ Ἄμασις... ἔμαθε ὅτι ἐκκομίσαι τε ἀδύνατον εἴη ἀνθρώπῳ ἄνθρωπον ἐκ τοῦ μέλλοντος γίνεσθαι πρήγματος καὶ ὅτι οὐκ εὖ τελευτήσειν μέλλοι Πολυκράτης εὐτυχέων τὰ πάντα, ὃς καὶ τὰ ἀποβάλλει εὑρίσκει*. Ultima verba, si indicativa sint, imperfectum flagitent. Quapropter ea optativis praecedentibus assimilanda esse censeo scribendo: *ὃς καὶ τὰ ἀποβάλλοι εὑρίσκοι*.

48: *συνεπελάβοντο δὲ τοῦ στρατεύματος τοῦ ἐπὶ Σάμον ὥστε γενέσθαι καὶ Κορίνθιοι προθύμως· ὕβρισμα γὰρ καὶ ἐς τούτους εἶχε ἐκ τῶν Σαμίων γενόμενον γενεῇ πρότερον τοῦ στρατεύματος τούτου, κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον τοῦ κρητῆρος τῇ ἁρπαγῇ γεγονός.*

Lacedaemonii Samiis bellum intulerunt circa annum 525, ludibrium Samiorum in Corinthios commissum est regnante Alyatte, ut paulo infra diserte dicitur, rapina crateris, ipso Herodoto teste (I, 70), facta est ultimis temporibus regni Croesi, qui in locum Alyattis successit. Ergo verba supra exscripta, quod ad temporum rationem attinet, magnopere atque etiam, ut verum fateamur, inepte inter se pugnant. Exstat tamen testimonium minime spernendum, quo nisus olim Panofka Herodotum haec non ita scripsisse ostendit, ut in codicibus nostris legantur. In libelli enim de Herodoti malignitate c. XXII° expeditio Lacedaemoniorum et Corinthiorum contra Samios *μετὰ τρεῖς γενεὰς* post *ὕβρισμα* illud Corinthiis illatum suscepta esse perhibetur. Totum caput qui perleget videbit scriptorem hac in re non impugnare vel corrigere rationem temporum apud Herodotum, sed ea ipsa referre quae apud illum legerat, ut deinde lamentetur de auctoris incuria ac stoliditate. Patet igitur illum, quisquis fuit, apud Herodotum scriptum invenisse non: *γενόμενον γενεῇ*, sed *γενόμενον τρίτῃ γενεῇ πρότερον τοῦ στρατεύματος τούτου*. Mendum e ratione veteris scripturae facilem explicatum habet: scilicet pro Γ̄ΓΕΝΕΗΙ in archetypo codicum per communem haplographiam exaratum erat ΓΕΝΕΗΙ. Emendatio Panofkae vulgo non suo pretio aestimata quamque postremus pro argumentis invectione usus

explosit Belochius [1]), omnibus editoribus Herodoti diligenter perpendenda est. Quin etiam grammaticos antiquos, quibus chronographia curae erat, cum adhuc non exploratum esse videatur, qua ratione aetatem Periandri indagaverint [2]), ab hoc loco Herodoti ad eam computandam profectos esse persuasum habeo. Teste enim Sosicrate apud Diogenem Laertium [3]), Periander mortuus est a. 585: *Σωσικράτης δέ φησι πρότερον Κροίσου τελευτῆσαι αὐτὸν ἔτεσι τετταράκοντα, καὶ ἑνὶ πρὸ τῆς τεσσαρακοστῆς ἐνάτης Ὀλυμπιάδος.* Obiisse igitur eum statuit sexaginta annis, id est, ut Graeci loquuntur, *τρίτῃ γενεῇ* ante expeditionem Lacedaemoniorum contra Polycratem. Sed praecipue agere velim de verbis, quae apud Herodotum subsequuntur: *κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον τοῦ κρητῆρος τῇ ἁρπαγῇ γεγονός.* Hic enim versatur cardo quaestionis, in his inest manifesta rerum repugnantia. Potuitne Herodotus in ratione temporum definienda occupatus rem, quae regnante Alyatte facta erat, diserte eidem aetati tribuere atque rem, quam Samii sub finem regni Croesi commiserant? Non potuit, ideoque eum scripsisse arbitror: *οὐ κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον τοῦ κρητῆρος τῇ ἁρπαγῇ γεγονός.* Memineris oportet capite praecedenti rerum scriptorem narrasse rapinam crateris Lacedaemoniis causam fuisse, ut arma Samiis inferrent; iam Corinthiis Lacedaemoniorum sociis similiter praetextum contra illos fuisse addit, quamquam non eidem aetati tribuendum, sed aliquanto vetustius. Particula *οὐ* post *τούτου* haplographia interiit. *Οὐ κατά* legitur etiam l. II c. 10: *εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλοι ποταμοί, οὐ κατὰ τὸν Νεῖλον ἐόντες μεγάθεα*, et c. 134: *κατὰ Ἄμασιν βασιλεύοντα ἦν ἀκμάζουσα Ῥοδῶπις, ἀλλ' οὐ κατὰ τοῦτον.* Particula *δέ* etiam alibi apud Herodotum tertio loco collocata invenitur; cf. I, 138; VII, 8, δ: *ὃς ἂν δέ*; VII, 9: *μετ' αὐτὸν δέ.* Hoc loco verba ita disposuisse videtur positurae *οὐ δὲ κατά* devitandae causa, siquidem *οὐδέ* plerumque [4]) non eandem significationem habet atque

1) Beloch, Griech. Gesch. I, 2^2, p. 276.

2) Ibid. p. 275: Auf Grund welcher Kombinationen die Chronographen zu diesen Ansätzen gekommen sind, wissen wir nicht.

3) Diog. Laert. I, 95.

4) Inprimis apud Homerum hic usus particulae *οὐδέ* invenitur. Cf. Fraenkel, Alb. Gratul. in hon. H. van Herwerden, p. 63 sq. sub VIII. In universum tamen

ἀλλ' οὔ. Quamquam non semper tale quid ab Herodoto detrectatum est. Veluti l. VIII[1] c. 60, γ legitur: *οἰκότα μέν νυν βουλευομένοισι ἀνθρώποισι ὡς τὸ ἐπίπαν ἐθέλει γίνεσθαι, μὴ δὲ οἰκότα βουλευομένοισι οὐκ ἐθέλει οὐδὲ ὁ θεὸς προσχωρέειν πρὸς τὰς ἀνθρωπηίας γνώμας*. Contra de industria consecutionem particularum *οὐ* et *δέ* vitasse videtur l. IX[1] c. 42: *εἰδότων μέν, ἐν ἀδείῃ δὲ οὐ ποιευμένων τὸ λέγειν*, et l. VI[1] c. 52, quem locum Cobetus [1]) correxit particulam negativam inserendo: *εἰδυῖαν μὲν καὶ τὸ κάρτα λέγειν ταῦτα, οὐ βουλομένην δέ*.

Quo magis conclusiones meae, si in controversiam vocentur, perspicuae sint, moneo me quaestionem, quanam aetate Periander et Alyattes vixerint, ne tetigisse quidem: de sola temporum ratione, quae Herodoto propria erat, quaesitum est.

49. Corinthiis, ex quo in insulam Corcyram colonos deduxerint, Corcyraeos semper infensos fuisse docet Herodotus hisce: *νῦν δὲ αἰεὶ ἐπείτε ἔκτισαν τὴν νῆσον, εἰσὶ ἀλλήλοισι διάφοροι ἐόντες ἑωυτοῖσι*. Sic in archetypo omnium codicum scriptum

---

rarissimus est. Dabo exempla quae mihi suppetunt: Il. XXII, 78: *ἦ ῥ' ὁ γέρων... οὐ δ' Ἕκτορι θυμὸν ἔπειθε*; cf. VI, 160: *ἀλλὰ τὸν οὔ τι πεῖθ'*. Il. XXIV, 25: *ἔνθ' ἄλλοις μὲν πᾶσιν ἑήνδανεν, οὐ δέ ποθ' Ἥρῃ*; cf. I, 22: *ἔνθ' ἄλλοι μὲν πάντες ἐπευφήμησαν Ἀχαιοί... ἀλλ' οὐκ Ἀτρείδῃ Ἀγαμέμνονι ἥνδανε θυμῷ*. Il. XXIV, 413: *δυωδεκάτη δέ οἱ ἠώς κειμένῳ, οὐ δέ τί οἱ χρὼς σήπεται*. Il. XXIV, 433: *πειρᾷ ἐμεῖο, γεραιέ, νεωτέρου, οὐ δέ με πείσεις*. Od. VIII, 343: *ἐν δὲ γέλως ὦρτ' ἀθανάτοισι θεοῖσιν. οὐ δὲ Ποσειδάωνα γέλως ἔχε*. Od. X, 318: *αὐτὰρ ἐπεὶ δῶκέν τε καὶ ἔκπιον, οὐ δέ μ' ἔθελξεν*, Od. XI, 324: *ἦγε μέν, οὐ δ' ἀπόνητο*. Orac. ap. Oenom. ap. Eus. Praep. Ev. V, 22: *ἔστιν ἐν Τρηχῖνος αἴῃ κῆπος Ἡρακλήιος πάντ' ἔχων θάλλοντα, πᾶσι δρεπόμενος πανημαδόν, οὐ δ' ὀλιζοῦται*, Soph. Oed. Col. 480: *τοῦ τόνδε πλήσας θῶ; δίδασκε καὶ τόδε. — ὕδατος, μελίσσης· μὴ δὲ προσφέρειν μέθυ*. Scriptores, ut *οὐ δέ* pro *sed non* ponere devitent, his praecipue utuntur artificiis: 1⁰ pro *δέ* ponitur *οὖν*; cf. Herod. V, 96: *Ἀρταφρένης ἐκέλευέ σφεας... καταδέκεσθαι ὀπίσω Ἱππίην· οὐκ ὦν δὴ ἐνεδέκοντο τοὺς λόγους*, VII, 15: *ἔγνων ταῦτά μοι ποιητέα ἐόντα τά συ ὑπεθήκαο· οὐκ ὦν δυνατός τοί εἰμι ταῦτα βουλόμενος ποιέειν*, Kühner-Gerth, Griech. Gramm. II, 2, p. 161. 2⁰ pro *δέ* ponitur *καί*, cf. Nonn. Dion. XV, 310: *ἆ, πόσα Φοίβου ἔκλυε μελπομένοιο καὶ οὐ φρένα θέλγετο Δάφνη*. Aristot. Rhet. III, 9, p. 1409, 8: *δεῖ δὲ τὴν περίοδον καὶ τῇ διανοίᾳ τετελειῶσθαι, καὶ μὴ διακόπτεσθαι*. 3⁰ inter *οὐ* et *δέ* inseruntur vocabula quaelibet; cf. schol. Aristot. rhet. ed. Rabe, p. 195, 25: *ἡ ὅλη γοῦν περίοδος ὀφείλει ἀπαρτίζειν διάνοιαν..., μὴ μέντοι γε δὲ διακόπτεσθαι*. 4⁰ ordo particularum *οὐ* et *δέ* invertitur; cf. Epict. Enchir. 53: *ἐμὲ δὲ Ἄνυτος καὶ Μέλητος ἀποκτεῖναι μὲν δύνανται, βλάψαι δὲ οὔ*.

1) Var. Lect. p. 421.

fuit; nam quod praebent codices R S V *ἑωυτοί* plane nihili est. Sed haec nemini sana esse visa sunt propter pleonasmos: *εἰσὶ... ἐόντες* et *ἀλλήλοισι... ἑωυτοῖσι*. Quorum ille defendi non potest ope l. II[1] c. 30: *ἦσάν οἱ διάφοροί τινες γεγονότες τῶν Αἰθιόπων* vel l. III[1] c. 108: *ἡ προνοίη... ἐστὶν ἐοῦσα σοφή*, sive hoc recte traditum est, sive non est [1]). Quapropter Cobeto in mentem venit *εἰσὶ... ἐόντες* mutare in *διατελεῦσι... ἐόντες* [2]). Alterum pleonasmum ut tollerent, Gaisford Schweighaeuser Baehr vocem *ἀλλήλοισι* deleverunt. Cobetus contra *ἑωυτοῖσι* sustulit, quod setius est, cum *ἑωυτοῖσι* per *ἀλλήλοισι*, non *ἀλλήλοισι* per *ἑωυτοῖσι* explicari potuerit. Nec defuerunt qui unum alterumve vocabulum mutarent vel de suo insererent, ut et *ἀλλήλοισι* et *ἑωυτοῖσι* vindicare possent. Veluti Valckenaerio rescribere placuit: (*συγγενέες*) *ἐόντες ἀλλήλοισι*, Kruegero: *ἐρίζοντες ἑωυτοῖσι*. Admodum ingeniose uterque. Iam vero papyrus Oxyrrhynchius 1619 et horum et ceterorum conamina irrita fuisse demonstrat. Idem tamen simul viros doctos iure ac merito hoc loco corruptelam odoratos esse ostendit. Leguntur enim haec:

τε ἔκτισ[αν τὴν νῆσον, εἰσὶ ἀλλή-]
λοισι διάφ[οροι . . . . τού-]
των εἶν[εκεν]

(Inde a voce *τούτων* incipit alia sententia.) Cum igitur post vocem *διάφοροι* tantum novem litteris locus restet, in volumine Aegyptio non exaratum erat istud *ἐόντες ἑωυτοῖσι*. Veri simile mihi videtur solum *ἑωυτοῖσι* vel *ἑωυτοῖσιν* scriptum fuisse. Reputent iam critici et grammatici qui nunc sunt, num *ἀλλήλοισι* iuxta *ἑωυτοῖσι* ferri possit. Fatendum quidem est haec nusquam coniuncta adhuc inventa esse. Ipsa tamen natura linguae non obstare videtur, quominus coniungantur.

55. Spartae Herodotus incidit in Archiam aliquem, Samii filium, Archiae nepotem, *ὃς ξείνων πάντων μάλιστα ἐτίμα τε Σαμίους καί οἱ τῷ πατρὶ ἔφη Σάμιον οὔνομα τεθῆναι, ὅτι οἱ ὁ πατὴρ Ἀρχίης ἐν Σάμῳ ἀριστεύσας ἐτελεύτησε. τιμᾶν δὲ Σα-*

1) Cf. Philostr. Heroic. p. 708: *πρὸ γὰρ δὴ τοῦ Παλαμήδους ὧραι μὲν οὔπω ἦσαν οὔσαι.*

2) Mnemos. 1883, p. 281.

μίους ἔφη, διότι ταφῆναί οἱ τὸν πάππον δημοσίῃ ὑπὸ Σαμίων. Haec legenti mihi semper mirum visum est, ut Spartanus ille Samiis gratias redderet perpetuas et tamquam beneficio se ab illis affectum arbitraretur, quod avum suum, cum intra muros telis obrutus cecidisset, in sepulcro condidissent. Quid enim de corpore eius fecissent? Nam canibus et corvis Graeci non nisi proditores patriae relinquere solebant. Gratia tum demum Samiis referenda fuisset, si eum, cum sepeliretur, iustis pro virtute honoribus prosecuti essent. Hoc Steinius quoque intellexisse videtur, cum in commentariis suis per vocem ταφῆναι Herodotum dixisse monumentum mortuo factum esse poneret; quae sententia neque hic neque alibi ex hoc verbo elici potest. Alia vero difficultatis solutio in promptu est. Nam id ipsum quod in lectione codicum A B desideratur, exstat in lectione codicum R S V, quae nunc ab omnibus spernitur. Ibi enim legitur: διότι ταφῆναί οἱ τὸν πάππον δημοσίῃ εὖ ὑπὸ Σαμίων. Εὖ ταφῆναι est καλῶς καὶ μεγαλοπρεπῶς ταφῆναι, ut Platonis verbis utar [1]). Ipse Herodotus iterum hanc locutionem usurpavit l. VI[1] c. 30: τὴν κεφαλὴν τοῦ Ἱστιαίου λύσαντάς τε καὶ περιστείλαντας εὖ ἐνετείλατο θάψαι, ubi Steinius adverbium εὖ perperam cum participiis praecedentibus coniunxit, et Theocritus epigr. XI, 3:

εὖ μιν ἔθαψαν ἑταῖροι ἐπὶ ξείνης ξένον ὄντα.

Notum est scriptores vocem εὖ non raro consulto a sua sede removere et a verbo separare. Cf. Demosth. pro cor. 144: καὶ γὰρ εὖ πρᾶγμα συντεθὲν ὄψεσθε [2]).

59. Samiorum exules a Polycrate pulsi Siphniis centum talenta irrogaverunt, παρὰ δὲ Ἑρμιονέων νῆσον ἀντὶ χρημάτων παρέλαβον, Ὑδρέαν τὴν ἐπὶ Πελοποννήσῳ, καὶ αὐτὴν Τροιζηνίοισι παρακατέθεντο. Verba ἀντὶ χρημάτων vulgo ita interpretantur, ut dicat Herodotus Samios insulam Hydream ab Hermionensibus pecunia emisse. Sed quam ob rem insulam emissent, ut eam ilico Trozeniis traderent? Si ipsi in Hydrea consedissent, aliter res se haberet; nunc vero absurdius est quod Herodo-

1) Plat. Hipp. mai. p. 291, e.
2) V. Wilamowitz, Leseb. Erl. I, p. 46.

tum dixisse credunt. Verum vidisse videtur Larcherius, cuius opinio apud Schweighaeuserum memorata est. Scilicet hoc dicit rerum scriptor: „ab Hermionensibus vero pro pecunia insulam acceperunt". Aurum ab illis quoque exegisse videntur, sed cum gravarentur et in vicem pecuniae insulam Hydream pollicerentur, hac contenti fuisse. Deinde, quoniam eiusmodi insula ipsis non opus erat, Trozeniis eam permiserunt, non gratis, puto, sed pretio.

Pergit Herodotus hoc modo: *αὐτοὶ δὲ Κυδωνίην τὴν ἐν Κρήτῃ ἔκτισαν οὐκ ἐπὶ τοῦτο πλέοντες, ἀλλὰ Ζακυνθίους ἐξελόντες ἐκ τῆς νήσου.* Rursus hodie non bene intellegunt, quid dicat. *Ἐκ τῆς νήσου* enim pro *ἐκ τῆς Κρήτης* dictum esse, Samios in Cretam navigasse putant, ut colonos Zacynthios inde expellerent. Cum tamen nusquam alibi traditum sit e parva insula Zacyntho in Cretam coloniam esse deductam neque hoc veri simile videatur, manifestum videtur mihi verba *ἐκ τῆς νήσου* significare: *ἐκ τῆς Ζακύνθου.* Zacynthios ex sua insula deturbare statuerant, ut eam occuparent ipsi, sed tempestate, priusquam Maleam flexissent, coacti ad litora Cretae appulerunt, ut olim Menelaus post bellum Troianum finitum [1]).

Sequuntur haec: *ἔμειναν δ' ἐν ταύτῃ καὶ εὐδαιμόνησαν ἐπ' ἔτεα πέντε, ὥστε τὰ ἱρὰ ἐν Κυδωνίῃ ἐόντα νῦν οὗτοί εἰσι οἱ ποιήσαντες καὶ τὸν τῆς Δικτύνης νηόν.* Ultima verba: *καὶ τὸν τῆς Δικτύνης νηόν* Steinius tamquam emblema eiecit, et quod in fine sententiae posita languere viderentur et quod Graecis, inprimis Samiis, nihil esset cum cultu Dictynnae et quia templum Dictynnae non Cydoniae neque prope Cydoniam, sed in finibus oppidi Polyrrheniae situm fuisse autumat. Haec omnia inconsiderate dicta sunt. Nam et Callimachus, qui dixit:

> *ὅθεν μετέπειτα Κύδωνες*
> *νύμφην μὲν Δίκτυναν, ὄρος δ' ὅθεν ἥλατο νύμφη*
> *Δικταῖον καλέουσιν, ἀνεστήσαντο δὲ βωμούς*
> *ἱερά τε ῥέζουσι,* [2])

et Strabo, qui contra Callimachum pugnat cum aliis verbis

---

1) Apollod. epit. ed. Wagner, p. 226: *Μενέλαος... προσσχὼν Σουνίῳ... κἀκεῖθεν εἰς Κρήτην ἀπορριφείς...*

2) Callim. hymn. III, 197 sqq.

tum his: *τῆς μέντοι Κυδωνίας ὄρος ἐστὶ Τίτυρος, ἐν ᾧ ἱερόν ἐστιν, οὐ Δικταῖον, ἀλλὰ Δικτύνναιον* [1]), cultum Dictynnae Cydoniatis vindicant. Capite Dictynnae nummi Cydoniae ornati sunt. Neque necessarium est statuere Strabonem a se ipso dissidere, cum paulo infra scribat: .. *Πολυρρήνιοι, παρ' οἷς ἐστιν τὸ τῆς Δικτύννης ἱερόν.* Tityrus mons et templum Dictynnae inter Cydoniam et Polyrrheniam sita fuerint ibique, si vaticinari fas esset, repertum iri dixerim, cum rudera antiqua huius quoque regionis investigabuntur. Iam vero patere arbitror, quare Herodotus non scripserit: *τὰ ἱρὰ τὰ ἐν Κυδωνίῃ ἐόντα τά τε ἄλλα... καὶ τὸν τῆς Δικτύνης νηόν*, sed aedem Dictynnae, quam extra urbem sitam esse sciret, consilio a ceteris templis Cydoniatarum segregarit iisque opposuerit.

60: *περὶ λιμένα χῶμα ἐν θαλάσσῃ, βάθος κατὰ εἴκοσι ὀργυιέων.* Lectionem omnium codicum *κατά*, cui Steinius et Hudeus Eltzii coniecturam *καί* praetulerant, nunc confirmavit papyrus Oxyrrhynchius 1619. Grenfellius vel sic lectioni traditae fidem denegavit iamque legendum esse coniecit: *κατὰ εἴκοσι ὀργυίας* aut *κατὰ εἰκοσιόργυιον.* · *Κατά* tamen Herodoto etiam alibi, ut nobis *om en bij*, Britannis *about*, pro adverbio est. V. l. II[i] c. 145, ubi tria exempla exstant, et l. VI[i] c. 44: *λέγεται γὰρ κατὰ τριηκοσίας μὲν τῶν νεῶν τὰς διαφθαρείσας εἶναι*, ubi cum scriba archetypi codicum A B voculam *κατά* procul dubio genuinam praeterierit, Steinius et Hudeus eam iniuria abiecerunt.

---

1) Strab. X, 4, 12.

PAULO THOMAS
SEPTUAGESIMUM ANNUM FELICITER PERACTUM GRATULATUR

CORNELIUS BRAKMAN

atque dedicat viro clarissimo professorique Gandavensi optime merito de Terentio Manilio Velleio Paterculo Seneca Petronio Apuleio aliisque scriptoribus Latinis haec

MANILIANA.

I. Comparantur inter se Manilius et Lucretius.

Conradus Busken Huet sagacissimus ille criticus quondam ait librum c. t. *Camera Obscura* et opus commenticium, quod inscribitur *Max Havelaar*, alterum alterum abolere. Idem nobis non minore profecto iure licet affirmare de duobus poematis didascalicis Latinis, quae vocantur de Rerum Natura et Astronomica. In illo enim carmine Lucretius docet atomos numero infinitas casu conexas post longissimam seriem saeculorum mundos effecisse. Ergo hic vates procreatorem non agnoscit. At Manilius poeta Stoicus, qui condidit quinque libros Astronomicon concedens de origine mundi homines semper inter se dissensuros esse, cum eius rei scientia intellegentiam nostram superet, tamen non solum loquitur de fabricatore Olympi (V 31) aut de eo, qui moenia mundi struxit (I 486), verum etiam sibi persuasit divina sapientia mundum quem ea penetrans animet gubernari (I 250 sq. et 484 sq.). Id pernegans Epicuri sectator praedicat tam tenuem naturam esse deorum, ut eorum sedes dissimiles oporteat esse nostris (V 153 sq.). Vivunt

autem dei in intermundiis beate tanquam exempla sublimia hominibus. Haec terra tot vitiis praedita, a dis non est aedificata (V 195 sqq.) neque iis nos curae sumus: documento est inopia infantis (V 222 sqq.), cum bestiam natura omnibus rebus instruxerit. Penitus diversa est sententia Manilii, qui asseverat summi numinis iussu mortalium fata pendere a signis stellisque quae mores fingant tam gentium quam singulorum hominum (IV 122 sqq.). Talem igitur poetam consentaneum est tollere fere liberum arbitrium (IV 110 sqq.), cum Epicuri interpres hominem depingat usu et labore improbo progredientem in cultu (lib. V exeunte), verum ambitione avaritia superstitione se ipsum aliosque vexantem (in fine lib. III).

Manilius pro insignibus adversariis ducit philosophos, qui ab hortis nomen habent, quorum rationem eloquenter et fortiter impugnat (I 483—538) partim verbis ipsius Lucretii usus, ut apparet vel ex 485—7

(mundum) nec forte coisse magistra,
ut voluit credi, qui primus moenia mundi
seminibus struxit minimis inque illa resolvit.

Itaque facile intellegimus etiam Astron. I 529

nec *cadere in terram* pendentia *sidera caelo*

opponi contra De Rer. Nat. II 209

non *cadere in terram stellas et sidera* cernis?

Alibi poeta Stoicus omnes res πνεύματι perfundi ratus de silvarum incendiis sic iudicat I 857—8

silva sibi collisa crematur:
ignibus usque adeo natura est omnis abundans.

Quam rem Lucretius explanare studet in hunc modum, I 901—3

scilicet et non est lignis tamen insitus ignis,
verum semina sunt ardoris multa, terendo
quae cum confluxere, creant incendia silvis.

In rebus physicis summi illi poetae quam maxime adversarii sunt, in ethicis eundem finem non eadem via petunt, nam animi tranquillitatem uterque exoptat. Eum statum alter invenit, si perturbationibus domitis liber dolore et continens simplicem vitam degit. Eidem persuasum est mortem ad nos nihil pertinere (III 830) isque velut plenus vitae conviva recedit

(III 938). Manilius docet nos neque carituros esse eis, quae nobis destinata sint, neque habituros quae negata, nam fatis regi orbem, certa lege omnia stare (IV 14). Quod qui collegerit ex historia et e vita cuiuslibet hominis, eum non diutius dilaturum esse vivere aevumve quaerendo perditurum (IV 3).

Ante Manilium Diodorus rerum scriptor Stoica disciplina imbutus professus erat planetas veros ἑρμηνέας esse divini numinis (Bibl. II 30, 4). Auctor Astronomicon quotienscunque pollicitus est se de stellis errantibus acturum esse, promisso non stetit: morte videtur impeditus esse quominus fidem servaret, quocirca astrologiam zodiaci modo tradidit atque paene exclamavit: signa rogate quae vos maneant, investigate caelum! Eadem causa Lucretium prohibuit disserere de sedibus deorum, quamvis id se facturum esse promisisset (V 155). Ceterum hic quoque vates aequales monet, ut totam naturam perscrutantes metu mortis liberentur et aequo animo aetatem degant.

Qui Lucretii libros volverunt, non ignorant ibi nullum vitium gravius impensiusque peti quam luxuriam (e. g. II 20—38; III 1057 sqq., V 1122 sqq.). Idem malum Manilius quoque aggreditur tamen minus acriter (IV 10—11; V 293, 370, 388); nimirum mores Manilii aequalium erant meliores quam civium Romanorum, qui Lucretii temporibus fuerunt: sane non frustra Augustus censuram egerat multaque in antiquum statum restituerat. Quare poeta Stoicus minus vehementer in corruptos homines invectus est, pudor utique et gravitas aucta erant, ita ut Porticus plures sectatores invenisset, Epicurei vero numero decrevissent. Quae res ipsa fortasse Manilinm movit, ut iam dudum quodammodo provocatus a Lucretio pangeret poema de signis stellisque, quo mundum deum esse divinaque providentia gubernari omnia demonstraret. Et Lucretius (I 926 sqq.) et Manilius (II 57 sqq.) commemorat se viam ab aliis non tritam iniisse. Maximas difficultates quas res tractanda tulit, uterque poeta superavit Musarum dono praeditus summo ingenio. In nonnullis rebus tamen poeta Stoicus exstitit discipulus poetae antiquioris e. g. in structura poematis, nam illius exemplo splendidissima praemisit prooemia argumentorum expositionibus. In describendo autem orbe lacteo

aemulatur Vergilium in sexto Aeneïdos depingentem sedes beatas et Anchisae recensionem animarum. Iam vero Manilii artem in enarrandis zodiaci partibus damnandis (IV 444—500) merito admiramur paremque putamus Ovidii peritiae. Quin etiam illa de Andromeda digressio (V 538—619) composita secundum rhetorica praecepta omnibus numeris absoluta est. Etsi Manilius re vera summus poeta est habendus, tamen non magni fuit momenti in litteris, hac in re utique ei Lucretius praestitit, quem Vergilius Horatius Prudentius alii imitandum sibi proposuerunt. Fieri autem potest ut astrologicum illud poema non intellegeretur, constat certe Manilium saepius deceptum esse vel res confudisse interdum etiam licenter mutasse.

Cum Lucretius legentes de fonte suo non celet, Manilius neque Asclepiadem Myrleanum neque Posidonium neque alium auctorem commemorat, neque magis qui complura a Manilio mutuatus expressit Firmicus Maternus mentionem facit de poeta magistro.

Satis severe in prooemio libri III Manilius iudicat de vatibus, qui aut res gestas heroum aut materiam fabulosam celebraverunt; dubium vix est quin ibi notet Vergilium et Ovidium. Stoicus ille censor (mirabile dictu) unum Menandrum, Epicuri fautorem, maximis laudibus afficit V 475—7.

in cuncta suam produxit saecula vitam
doctior urbe sua linguae sub flore Menander,
qui vitae ostendit vitam chartisque sacravit.

Lucretius contra Empedoclem refutaturus adversarium pulcherrimis versibus extollit I 729—733 (Sicilia fertur)

nil tamen hoc habuisse viro praeclarius in se
nec sanctum magis et mirum carumque videtur.
carmina quin etiam divini pectoris eius
vociferantur et exponunt praeclara reperta,
ut vix humana videatur stirpe creatus.

Atque adeo hic poeta putat Chaldaeorum rationem de luna crescente et decrescente et diversam disciplinam „astrologorum" conciliari posse (V 720—30).

Haud temere Manilius videtur confessus esse II 581—2

idcirco nihil ex semet natura creavit
pectore amicitiae maius nec rarius unquam.

Porro qui comparat II 385—6

> iam vero nulla est haerentibus addita signis
> gratia; nam consensus hebet quia visus ademptus

et II 572—3

> sed plerumque manent inimica tertia quaeque
> lege, in transversum vultu defixa maligno

cum II 685—6

> proxima vicinis subscribunt, tertia quaeque
> hospitibus,

non potest hic controversiam non videre, verum operae pretium est laudare quae Garrod observat [1]): But the inconsistency is not perhaps considerable; a poet who believes so little in true friendship is not likely to put much faith in the ties of *vicinitas* and *hospitium*. Equidem coniecerim Manilium hic ad suos casus alludere et fortasse a parentibus amicisque indigna passum esse quae eum moverent, ut paene desperaret de amicitia. Veniunt mihi in mentem omnia quae Lucretius libro IV exeunte de amore disputat. Ibi ille quoque non pauca rettulisse videtur quae ipse expertus erat. Quod ut credam Hieronymus auctor est narrans miserum poetam primum amatorio poculo in furorem versum esse, deinde manus sibi intulisse. Ceterum neque inter Lucretium et Memmium amicitiam mansisse constat. Videtur ergo uterque poeta in vitae conditione minus felix, fortasse etiam humili loco natus fuisse. Verum statuere licet praematura morte et Lucretium et Manilium ereptum esse, ut extrema manus eorum operibus non accederet. Carmen autem de Rerum Natura magis absolutum est quam Astronomica, ubi locus de stellis errantibus desideratur. Persuasum mihi est Manilium quoque, si vita suppetivisset, sextum adiecturum fuisse librum, qui planetas tractavisset [2]). Verum quamquam neuter vates opus suum consummare potuit, poema de Rerum Natura et Astronomica iure habentur in numero summorum artificiorum: quibus vividis coloribus heroas Ho-

---

1) Manili Astronomicon Liber II edidit H. W. Garrod (Oxonii 1911); cf. pag. 132 ad vs. 685.

2) Boll (cf. Sphaera p. 402—3) et v. Wageningen (cf. Commentar. p. 317—8 demonstraverunt sextum librum non fuisse destinatum descriptioni occasuum signorum, quorum ortus referuntur in libro V.

merus, iisdem Lucretius depinxit atomos, Manilius signa.

Nemo miretur Manilium tantam operam consumpsisse in disciplina tam obscura! Meminerimus necesse est et Augustum et Tiberium et multos imperatores Romanos mathematicis fidem habuisse ac ne Tacitum quidem· Chaldaeorum rationes prorsus sprevisse. Ceterum secta Stoica docens fatis cuncta regi, docens *συμπάθειαν* esse *τῶν ὅλων* maximo opere fovit auxitque astrologiam, quae specie verae doctrinae non carebat. Neque prius emortua est quam accuratior scientia motuum corporum caelestium artem et rationem Babyloniorum omnino subruit [1]).

II. Observationes criticae et grammaticae.

Manilius homines in cultu artibus disciplinisque progredientes depingens cum alia scribit tum haec I 85—88

> tunc et lingua suas accepit barbara leges,
> et fera diversis exercita frugibus arva,
> et vagus in caecum penetravit navita pontum,
> fecit et ignotis *itiner* commercia terris.

Itiner vocabulum Lucretianum Manilio minime cascarum vocum sectatori abiudicandum esse omnes fere editores vel interpretes censent. At quid sit restituendum ab ipso poeta disci potest. Nam de Cancro legimus IV 166—170

> attribuit varios quaestus artemque lucrorum:
> merce peregrina fortunam ferre per urbes
> et, gravia annonae speculantem incendia, ventis
> credere opes orbisque orbi bona vendere posse
> totque per ignotas *commercia iungere* terras;

praeterea paulo infra de duodecim signis zodiaci auctor haec docet vs. 294—296

> sed nihil in semet totum valet; omnia vires
> cum certis sociant signis sub partibus aequis
> et velut hospitio mundi *commercia iungunt.*

Ad quae exempla sic refingi oportet I 88

> et vagus in caecum penetravit navita pontum,
> fecit et ignotas *iungi commercia* terris.

---

1) Cf. Bouché-Leclercq L'astrologie grecque pg. 626.

Fieri autem potest ut *iungi* olim extrusum sit superscripto aliquo verbo, velut medio ex *ignotas inter terras. Inter* certe exhibet codex Matritensis. Ceterum nemo offendatur locutione *fecit*... *iungi*, cum ipse Manilius ponat I 206—8

sic mundus et ipse
in convexa volans teretes *facit esse* figuras
stellarum.

De mundi axe Manilius primum tradit I 279

aera per gelidum tenuis deducitur axis,

deinde sic pergit vs. 282

immotus at ille
in binas Arctos magni per inania mundi
perque ipsum terrae directus constitit orbem.
285 nec vero e solido stat robore corporis *eius*,
nec grave pondus habet, quod onus ferat aetheris alti.
290 usque adeo tenue ut verti non possit in ipsum.

Librarii in fine versuum saepe lapsi sunt vocabulis omittendis (e.g. IV 606, 798 cet.) mutandisve. Hic (vs. 285) ultima tantum vox corrupta est: aut *ei*? aut *ei* in codicibus exaratum est. Versus vero quos attuli paene clamare mihi videntur Manilium scripsisse

nec vero e solido stat robore corporis *instar*.

Similitudo, quae non deest inter extremam syllabam verbi *corporis* et initium sequentis *instar*, librarium in errorem potest induxisse. Ubi agitur de „communi amico". quem Orion fingit, *instar* usurpatur principio versus nempe V 64

instar erit populi totaque habitabit in urbe
limina pervolitans.

In geographia astrologica de Piscibus exponuntur haec IV 800—805

Piscibus Euphrates datus est, ubi piscis opertu,
cum fugeret Typhona, Venus subsedit in undis,
magna iacet tellus magnis circumdata ripis
Parthis et a Parthis domitae per saecula gentes,
Bactraque et *aeterius* Babylon et Susa Panosque
805 nominaque innumeris vix complectenda figuris.

Cum Scaligero et Housmano credo sub *aeterius* (804) latere nomen proprium, hic edidit *Aethiopes*, nomen populi Asiatici. Sed cum paulo supra sermo sit de *Aethiopibus* incolis Africae IV 758

ardent *Aethiopes* Cancro, cui plurimus ignis;

parum verisimile videtur poetam, cuius genus dicendi haud ambiguum est, idem nomen alio sensu repetivisse. Itaque inter *Bactra* et *Babylon* potius cogitandum est de *Assyrii*, quam vocem rariorem fortasse librarius mutavit in adiectivum *aetherius* totiens obvium in Astronomicon libris. Ediderim igitur

Bactraque et *Assyrii*, Babylon et Susa Panosque.

Assyrii optime quadrat post *gentes* (vs. 803); etiam *Bactra* positum videtur pro *Bactris* apud Vergil. Aen. VIII 688

victor (sc. Antonius) ab Aurorae populis et litore rubro,
Aegyptum viresque Orientis et ultima secum
Bactra vehit.

Inter locos similes poetarum qui ante Manilium fuerunt, enumeratos a Wageningeno (edit. pag. 189 sqq.) permulta inveniuntur Lucretiana. Quin etiam haud scio an Manilio canenti IV 227 sq.

sunt quibus et *simulacra* placent et ludus in armis —
tantus amor pugnae —

obversati sint versus notissimi Lucr. II 40 sqq.

si non forte tuas legiones per loca campi
fervere cum videas, *belli simulacra* cientis
44 his tibi tum rebns timefactae religiones
effugiunt animo pavidae.

Commemorandum est, id quod interpretes fugit, Manilium cecinisse IV 667

(horrendos angues..........)
in poenas fecunda suas parit horrida tellus

praeeunte Vergilio hisce verbis (Aen. VI 598)

immortale iecur tondens *fecundaque poenis*
viscera.

Neque Manilius neque Lucretius abhorret a genetivo qui dicitur inhaerentiae. Apud illum quinquies adhibetur III 162

negotia rerum; IV 362 sortis pars (nam *sors* idem est quod *pars decanica*); IV 631 vestigia plantae; V 187 pedicarum compede; V 237 ruris campos.

At multo saepius Lucretius illo parum eleganti genere dicendi utitur; in uno quinto libro eius carminis didascalici haec exempla inveniuntur: vs. 14 liquoris laticem; 211 terraique solum; 720 globus pilai; 807 loci regio; 885 ubera mammarum; 1124 iter viai (cf. 714 cursus viam et II 626 iter viarum).

Brevitati consulens e ceteris libris affero tantummodo I 557 longa diei infinita aetas anteacti temporis omnis; II 90 totius summa; III 262 primordia principiorum; IV 817 in fraudem frustraminis; VI 1199 funera leti.

Qui diligenter Arnobium legerunt, ii probe sciunt quantas quotque res Christianus ille scriptor debeat Lucretio. At Manilium semel modo designasse videtur, equidem puto Arnobium scribentem II 25 *hic est ille pretiosus et rationibus homo augustissimis praeditus, mundus minor qui dicitur, et totius in speciem similitudinis fabricatus atque formatus* [1]) impugnasse illius poetae versus hosce IV 893—5

quid mirum, noscere mundum
si possunt homines, quibus est et mundus in ipsis,
exemplumque dei quisque est in imagine parva?

Schmalz in Syntaxi (§ 194 pag. 459) agens de coniugatione periphrastica et quidem de participio praes. coniuncto cum verbo *esse* laudat tantummodo Lucr. III 396 est coercens, Manilium ne nominat quidem. Plurima neque omnia Munro citat Lachmanno auctore. Quamobrem affero Lucr. II 1089 generatimst [2]) abundans (quocum compares velim Man. I 858 est abundans); Lucr. III 277 latens est; Man. III 579 est haerens; V 389 erit tribuens; V 397 erit capiens.

Poeta expositione de signis trigonis quadratis hexagonis adversis perfecta expedire incipit, cuius dei tutelae signum quodque zodiaci attributum sit. Ad quam quaestionem transit hisce verbis II 433—5

---

1) Hic textus a codicis lectione vix discrepat, quam Reifferscheid perturbavit.
2) Hoc verissime coniecit Munro.

his animadversis rebus quae proxima cura?
noscere tutelas adiectaque numina signis,
et quae cuique deo rerum natura dicavit.

V. Wageningen qui optime de Manilio meritus est, nunc (vid. Comment. pag. 132) verba *quae proxima cura* pro parenthesi habet, sicut fere Garrod (qui tamen pro *rebus* edidit *debes*); putat ergo interpres noster infinitivum *noscere* positum esse pro imperativo *nosce*. Sed omnia recte se habent in editione Teubneriana: interrogatio [1]) *quae proxima cura* excipitur responso *noscere*, ad quem infinitivum subaudiendum est: *proxima cura est*, sive *primum studeamus*. Ceterum notum est Manilium infinitivo liberius esse usum, quod doctissimus ille vir concedere videtur sumens infinitivum *deflere* qui legitur IV 13—14

solvite, mortales, animos curasque levate
totque supervacuis vitam *deflere* querelis

„posse pendere a verbo *desinendi*, quod audiendum est ex verbis antecedentibus *curasque levate* (et *levate* h. e. desinite deflere)".

Quodsi quis conferre vult verba Valerii Flacci (qui tamen sexaginta annis post Manilium floruit) III 411—3

ergo ubi puniceas oriens ascenderit undas,
tu socios *adhibere* sacris armentaque magnis
bina deis,

facile perspiciet vocem *adhibere* nihil pertinere ad praecedentia; itaque hic purus putus legitur infinitivus pro imperativo.

---

1) Genus demonstrandi per interrogationem familiarissimum est Lucretio, Horatio, Prudentio, Arnobio, aliis.

AD „HISTORIAM APOLLONII REGIS TYRI".

SCRIPSIT

P. THOMAS.

Hist. Apollon., c. XVI (p. 30, 2—6 ed. Riesianae II., 1893): *Rex vero videns tantam bonitatem filiae suae valde gavisus est et ait ad eam: „Nata dulcis, † me salvum habeas. Iube tibi afferre lyram et aufer iuveni lacrimas, et exhilara ad convivium.*

Locum corruptum ex altera codicum classe (β *b*) emendandum censet Riesius. In ea autem sic se habet: „*Nata dulcissima, salvum habeas. Defer lyram et aufer iuveni lacrimas et exhilara convivium*".

Nonne succurrit decantatum illud: „Incidis in Scyllam cupiens vitare Charybdim"?

Alia ingredienda est via.

Notissima est illa formula *sic* cum subiunctivo optativo, qua iubentes, orantes, precantes pondus verbis nostris addimus, v. g.: *Sic valeas, fac quod te rogo.* Pro *sic* scriptor noster, ut est sermonis latini imperitus, *si* usurpat. C. VII (p. 11, 2—4): *Indica mihi, si valeas, quae est haec causa, quod civitas in luctu moratur?* C. XXIV (p. 43, 7—8): *Dic mihi, si valeas, unde venisti?* C. XXXIV (p. 71, 2—3): *Si salva sis, indica mihi, quantum dedit ad te iuvenis, qui ad te modo introivit?*

Unde, opinor, patet locum de quo agitur ita emendandum esse: *Nata dulcis,* ⟨*si*⟩ *me salvum habeas, iube tibi afferre lyram,* etc.

Codicum alii *si* omiserunt, alii e NATADVLCISSIME *nata dulcissima* effecerunt. Distinctionem autem graviorem post *habeas* omnes perperam intulerunt.

THEOCRITUS E RHIANO, RHIANUS E THEOCRITO CORRIGITUR.

SCRIPSIT

GUILIELMUS VOLLGRAFF.

In carmine Aeolico Theocriti misere tradito leguntur haec:

τετορταῖος ἔχει παιδὸς ἔρως μῆνά με δεύτερον,
καλῶ μὲν μετρίως, ἀλλ' ὁπόσον τῷ παιδὶ περρέχει
τᾶς γᾶς, τοῦτο χάρις, ταῖς δὲ παραύαις γλυκὺ μειδιᾷ [1]).

Verba καλῶ μὲν μετρίως, quae nonnulli pro corruptis habuerunt, egregie vindicantur, collato carmine sepulcrali prope Philippos in marmore insculpto, in quo aliquis puerum amatum sic alloquitur:

te sortita Paphon pulcro minus ore notabat
diva, sed in toto cor[d]e plicata inerat [2]).

Altera pars eiusdem versus laborat vitio metrico, quod editores auctore Buechelero tollere solent scribendo:

ἀλλ' ὁπόσον τῷ ποδὶ περρέχει
τᾶς γᾶς, τοῦτο χάρις.

Collato epigrammate Rhiani, quo puer laudatur hoc modo:

τοῖον σέλας ὄμμασιν αἴθει
κοῦρος καὶ νεάτους ἐκ κορυφῆς ὄνυχας [3]),

sententiam dumtaxat loci pessumdati probabilius restituere mihi videor coniciendo:

ἀλλ' ὁπόσον κράατι περρέχει
τᾶς γᾶς, τοῦτο χάρις.

Sed Rhiani quoque verba depravata esse constat. Quae sic fere emendanda esse suspicor:

τοῖον σέλας ὄμμασιν αἴθει,
κομψὸς ἐς νεάτους ἐκ κορυφῆς ὄνυχας [4]).

---

1) Theocr. XXX, 4 sqq.
2) C. I. L. III, 686; Buecheler, Carm. epigr. 1233, vs. 5 sq.
3) Anth. Pal. XII, 93.
4) Cf. Hor. Epist. II, 2, 4; Plaut. Epid. 623.

ΕΡΙΣ-ΕΡΩΣ.

In carmine venusto e papyris Aegyptiacis recuperato a Bernardo Grenfell [1]) puella amatorem fallacem, quem misere deperit, alloquitur hisce (vs. 44 sqq.):

γίνωσχ' ὅτι
θυμὸν ἀνίκητον ἔχω,
ὅταν ἔρις λάβῃ με,

„scito me invictam esse, cum semel iurgare incipiam [2])". Megaeram quandam mortalem loqui putes, quam iure fugerent omnes. Aut probabile tibi videtur poetam scripsisse:

ὅταν ἔρως λάβῃ με?

Conferas quaeso paulo supra vs. 8 sq.:

χὠ τὴν Φιλίαν ἐκτικὼς
ἔλαβέ μ' Ἔρως,

et Theocr. XXX, 9:

ἐμέθεν δὲ πλέον τᾶς κραδίας ὤρος ἐδράξατο. [3])

G. V.

Theocriti carmen IX

incipit:

βουκολιάζεο Δάφνι, τὺ δ' ᾠδᾶς ἄρχεο πρᾶτος,
ᾠδᾶς ἄρχεο πρᾶτος, ἐφεψάσθω δὲ Μενάλκας,
μόσχως βουσὶν ὑφέντες, ὑπὸ στείραισι δὲ ταύρως.

Ridiculum hoc. Sed poetae, quisquis fuit, imputandum? An corrigendum censes:

ἐπὶ στείραισι δὲ ταύρως?

G. V.

1) Grenfell, An Alexandrian erotic fragment, Oxonii, 1896. Weil, La plainte d'une amante délaissée, Rev. des Et. grecques, 1896. Wilamowitz, Des Mädchens Klage, Gött. Nachr. 1896. (Crusius, Herond. ed. min.[5] p. 124 sqq.).

2) Weil: „Sache que j'ai un courroux indomptable, quand la rage de la querelle me prend".

3) Cf. Soph. Ant. 781: Ἔρως ἀνίκατε μάχαν; Trach. 498; Eur. Hipp. 446; Hes. Scut. 41.

QUID SIT τὸ κοινὸν γραμματεῖον.

SCRIPSIT

J. J. E. HONDIUS.

Verbis τὸ κοινὸν γραμματεῖον acta Φρατόρων significari inter viros doctos communis opinio esse videtur [1]), quae interpretatio nisi fallimur a glossario Harpocrationis profecta est, qui de Isaei or. VII^ae c. XVI° sq. haec adnotavit: κοινὸν γραμματεῖον. καὶ ληξιαρχικόν· τὸ μὲν κοινὸν γραμματεῖόν ἐστιν εἰς ὃ ἐνεγράφοντο οἱ ἀγόμενοι εἰς τοὺς φράτορας καὶ γεννήτας, τὸ δὲ ληξιαρχικὸν εἰς ὃ ἐνεγράφοντο οἱ εἰς τοὺς δήμους ἐγγραφόμενοι, ὡς δεικνύουσιν ἄλλοι τε ῥήτορες καὶ Ἰσαῖος ἐν τῶι περὶ τοῦ Ἀπολλοδώρου κλήρου. Revera verbis nostris loco quem diximus hanc vim inesse constat, nec solum singularem sed etiam pluralem τὰ κοινὰ γραμματεῖα atque etiam τὸ γραμματεῖον ita usurpari docent loci:

I. G. II 841^b [2]), II vs. 18—22: ὃς δ' ἂν δόξηι μὴ ὢν φράτηρ ἐσαχθῆναι, ἐξαλειψάτω τὸ ὄνομα αὐτο̃ ὁ ἱερεὺς καὶ ὁ φρατρίαρχος ἐκ το̃ γ ρ α μ μ α τ ε ί ο το̃ ἐν Δημοτιωνιδῶν καὶ το̃ ἀντιγράφο;

ib. III vs. 95 sq. ἐὰν δὲ ἀποψηφίσωνται οἱ θιασῶται, ὁ δὲ εἰσάγων ἐφῆι εἰς τὸς ἅπαντας, τοῖς δὲ ἅπασι δόξει ἐναι φράτηρ, ἐνγραφέσθω ε ἰ ς τ ὰ κ ο ι ν ὰ γ ρ α μ μ α τ ε ῖ α.

Attamen aliam quoque vim verbis inesse ex oratione Demosthenis cui titulus πρὸς Εὐβουλίδην (LVII) luce clarius apparet,

---

1) Cf. Schoemann—Lipsius, Gr. Altert. I p. 385; Gilbert, Handbuch II p. 186; B. Haussoullier, La vie municipale en attique, p. 12 sq.; id. Dict. d. antiq. s. v. demos; Francotte, La polis grecque p. 52, p. 72 sq.; Toepffer, das Attische Gemeindebuch, Hermes XXX (1895), p. 391 sq.; Hiller v. Gaertringen ad Ditt. Syll.³ 921_{21}. De voce τὸ ληξιαρχικὸν γραμματεῖον vid. e. g. De Sanctis Ἀτθίς², p. 335 sq. et locos ibi citatos.

2) = Syll.³ 921, Michel 961.

ubi legimus § 26: *ἀπώλετο τὸ ληξιαρχικὸν γραμματεῖον* (quo tempore Antiphilus Euboulidis pater praefectus demi erat); sed eadem res § 60 significatur hisce verbis: *ἔφη* (sc. Antiphilus) *τὸ κοινὸν γραμματεῖον ἀπολωλέναι*, et rursus § 62: *ὅτε ἠφάνισαν τὸ γραμματεῖον*, et cum his tabulis omnes cives quibus ius erat in contionem demi venire conscripti essent, hae quoque significantur cum legimus § 8: *ἦν κύριος* (sc. *ὁ δήμαρχος*)..... *τῶν γραμματείων ἐξ ὧν ἀνεκάλει τοὺς δημότας.*

Adulescentes athenienses anno decimo octavo confecto [1]) in tabulis ligneis inscribi nobis tradit Aristoteles Ἀθ. πολ. 53, 4 [2]): *οἱ δὲ ἔφηβοι ἐγγραφόμενοι πρότερον μὲν εἰς λελευκωμένα* [3]) *γραμματεῖα ἐνεγράφοντο, καὶ ἐπεγράφοντο αὐτοῖς ὅ τ' ἄρχων ἐφ' οὗ ἐνεγράφησαν καὶ ὁ ἐπώνυμος ὃ τῶι προτέρωι ἔτει δεδιαιτηκώς.*

Propriis igitur tabulis [4]) ephebi cuiusque anni inscribi solebant, qui libri in modum [5]) colligabantur; qua de causa saepe plurali numero *τὰ γραμματεῖα* dicuntur. Alba demotarum, quae vulgo *τὸ ληξιαρχικὸν γραμματεῖον* vocantur, verbis *τὸ* (*κοινὸν*) *γραμματεῖον* vel *τὰ κοινὰ γραμματεῖα* [6]) quoque designari posse loci Demosthenis supra laudati docent. Aliud huius usus exemplum locus apud Isaeum, recte si interpretamur, nobis praebere potest; legimus enim in oratione de Apollodori hereditate (VII) in § 1ᵃ [7]):

ὤιμην μέν, ὦ ἄνδρες, προσήκειν οὐ τὰς τοιαύτας ἀμφισβητεῖσθαι ποιήσεις, εἴ τις αὐτὸς ζῶν καὶ εὖ φρονῶν ἐποιήσατο καὶ ἐπὶ τὰ ἱερὰ ἀγαγὼν εἰς τοὺς συγγενεῖς ἀπέδειξε καὶ εἰς τ ὰ κ ο ι ν ὰ γ ρ α μ-

---

1) Cf. Arist. Ἀθ. πολ. 42, 1; schol. ad Aeschin. c. Tim. 18, schol. ad Lucian. Jup. Trag. 26.

2) Idem Harpocration s. v. *στρατεία ἐν τοῖς ἐπωνύμοις.*

3) Bekker, Anecd. p. 277: *λεύκωμά ἐστι πίναξ γύψωι ἀληλιμμένος, πρὸς γραφὴν πολιτικῶν γραμμάτων ἐπιτήδειος.*

4) Quomodo magistratus acta sua asservarint copiose docet Wilhelm, Beitr. z. Griech. Inschr. p. 229—299; cf. E. Weiss, Öster. Jahresh. XVII (1914), Beiblatt p. 270 sq., W. Bannier, Berl. Phil. Wochenschr. 1920, p. 48. Lapidibus d e c r e t a praesertim incidi solebant, idque solum diserte iussum si esset (cf. Ed. Meyer, Forsch. z. alt. Gesch. II p. 115); tabulis inscribebantur acta publica quae in tempus tantum, in usum magistratuum, asservabantur, sicut alba demotarum, cf. Wilhelm, l. c. p. 239 sq.

5) Wilhelm, l. c. p. 243, 248.

6) Sic etiam in inscriptione Syll.³ 921_{97} de uno tantum albo mentio fit.

7) Cf. quae adnotat Wyse ad loc.

ματεῖα ἐνέγραψεν ἅπανθ' ὅσα προσῆκεν, αὐτὸς ποιήσας, κτέ. Thrasyllus, qui Apollodoro vivo tabulis Φρατόρων [1]), tabulis demi post eius mortem (quod irritum erat) inscriptus erat, hoc a iudicibus neglegi vult, quam ob rem vocem ambiguam τὰ κοινὰ γραμματεῖα adhibet quae utrasque tabulas designare potest. Hisce persuadet iudicibus de tabulis demi (τὸ ληξιαρχικὸν γρ.) agi atque causam suam satis infirmam dissimulat.

Verba nostra autem non solum pro eo quod nonnumquam τὸ Φρατερικὸν γραμματεῖον (e. g. Dem. XLIV, 41), sed etiam pro eo quod proprio nomine τὸ ληξιαρχικὸν γραμματεῖον dici solet usurpari posse cum viderimus, generalem eis vim inesse pro certo habemus. Quod uno etiam exemplo illustrare libet: legimus I. G. II 1061 vs. 20 sq.: ἀναγράψαι δὲ τάσδε τὰς συνθήκας τοὺς μὲν ὀργεῶνας εἰς τὸ κοινὸν γραμματεῖον, ubi de actis orgeonum (sed vide infra) agitur; quo cum loco conferatur inscriptio ex insula Lemno quam legimus Rev. d. Et. grecq. XV (1902), p. 140, 2: ἐπὶ Ἀρχίου ἄρχοντος. Ὅρος χωρίου καὶ οἰκίας πεπραμένων ἐπι λύσει [H H H] H δραχμῶν ὀργεῶσι τοῦ Ἡρα[κλ]είως τοῦ ἐν Κόμει κατὰ τὸ γραμματεῖον τὸ [ὀργει]ωνικόν.

Si autem rogamus ubi hae tabulae asservatae sint, rursus aliam significationem verbis nostris inesse reperiemus. Recte enim Wilhelmus [2]) verbis τὸ κοινὸν γραμματεῖον tabularium quoque designari posse statuit, ut docent hi loci: 1⁰ I. G. II⁵ 603ᵇ [3]) vs. 5 sq.: [ἀναγράψαι δὲ εἰς] τὸ γραμματ[εῖον τὸν ἄρχοντα Μεσο]γείων τὰ ἐψηφισμένα τῶι κοινῶι τ[ῶι Μεσογείων....];

2⁰ Athen. V p. 210 f (= XII p. 527ᵉ): τοῖς δὲ γραμματείοις (οὕτως γὰρ ἐκάλουν τὰ κοινὰ τῶν συνδείπνων) ὡς οἰκητηρίοις ἐνδιαιτώμενοι (sc. οἱ Σύριοι) [4]);

---

1) Verbis εἰς τοὺς συγγενεῖς ἀπέδειξε adscriptionem in phratoras designari inter alios locos huius orationis § 28 docet ubi eadem res significatur verbis: συγγενεῖς καὶ φράτερας, vel § 43 ubi dicitur γεννήτας καὶ φράτερας; sed hoc quoque loco ⟨καὶ φράτερας⟩ inseri debere (sic plerique editores auctore Buermanno) non est quod video. 2) l. c. p. 254 sq.

3) Cum supplementis Wilhelmi quae proposuit in Ἐφ. ἀρχ. 1905, p. 232, Beiträge p. 254.

4) Prorsus inepte Poland, Gesch. d. Griech. Vereinswesen p. 55 vertit: Vereine von σύνδειπνοι die sich γραμματεῖα nennen; τὰ κοινὰ vertendum puto: „Vereinslokale" vel tale quid.

Fieri autem potest ut *iungi* olim extrusum sit superscripto aliquo verbo, velut medio ex *ignotas inter terras*. *Inter* certe exhibet codex Matritensis. Ceterum nemo offendatur locutione *fecit... iungi*, cum ipse Manilius ponat I 206—8

sic mundus et ipse
in convexa volans teretes *facit esse* figuras
stellarum.

De mundi axe Manilius primum tradit I 279

aera per gelidum tenuis deducitur axis,

deinde sic pergit vs. 282

immotus at ille
in binas Arctos magni per inania mundi
perque ipsum terrae directus constitit orbem.
285 nec vero e solido stat robore corporis *eius*,
nec grave pondus habet, quod onus ferat aetheris alti.
290 usque adeo tenue ut verti non possit in ipsum.

Librarii in fine versuum saepe lapsi sunt vocabulis omittendis (e.g. IV 606, 798 cet.) mutandisve. Hic (vs. 285) ultima tantum vox corrupta est: aut *ei*ͻ aut *ei* in codicibus exaratum est. Versus vero quos attuli paene clamare mihi videntur Manilium scripsisse

nec vero e solido stat robore corporis *instar*.

Similitudo, quae non deest inter extremam syllabam verbi *corporis* et initium sequentis *instar*, librarium in errorem potest induxisse. Ubi agitur de „communi amico". quem Orion fingit, *instar* usurpatur principio versus nempe V 64

instar erit populi totaque habitabit in urbe
limina pervolitans.

In geographia astrologica de Piscibus exponuntur haec IV 800—805

Piscibus Euphrates datus est, ubi piscis opertu,
cum fugeret Typhona, Venus subsedit in undis,
magna iacet tellus magnis circumdata ripis
Parthis et a Parthis domitae per saecula gentes,
Bactraque et *aeterius* Babylon et Susa Panosque
805 nominaque innumeris vix complectenda figuris.

Cum Scaligero et Housmano credo sub *aeterius* (804) latere nomen proprium, hic edidit *Aethiopes*, nomen populi Asiatici. Sed cum paulo supra sermo sit de *Aethiopibus* incolis Africae IV 758

ardent *Aethiopes* Cancro, cui plurimus ignis;

parum verisimile videtur poetam, cuius genus dicendi haud ambiguum est, idem nomen alio sensu repetivisse. Itaque inter *Bactra* et *Babylon* potius cogitandum est de *Assyrii*, quam vocem rariorem fortasse librarius mutavit in adiectivum *aetherius* totiens obvium in Astronomicon libris. Ediderim igitur

Bactraque et *Assyrii*, Babylon et Susa Panosque.

Assyrii optime quadrat post *gentes* (vs. 803); etiam *Bactra* positum videtur pro *Bactris* apud Vergil. Aen. VIII 688

victor (sc. Antonius) ab Aurorae populis et litore rubro,
Aegyptum viresque Orientis et ultima secum
Bactra vehit.

Inter locos similes poetarum qui ante Manilium fuerunt, enumeratos a Wageningeno (edit. pag. 189 sqq.) permulta inveniuntur Lucretiana. Quin etiam haud scio an Manilio canenti IV 227 sq.

sunt quibus et *simulacra* placent et ludus in armis —
tantus amor pugnae —

obversati sint versus notissimi Lucr. II 40 sqq.

si non forte tuas legiones per loca campi
fervere cum videas, *belli simulacra* cientis
44 his tibi tum rebns timefactae religiones
effugiunt animo pavidae.

Commemorandum est, id quod interpretes fugit, Manilium cecinisse IV 667

(horrendos angues..........)
in poenas fecunda suas parit horrida tellus

praeeunte Vergilio hisce verbis (Aen. VI 598)

immortale iecur tondens *fecundaque poenis*
viscera.

Neque Manilius neque Lucretius abhorret a genetivo qui dicitur inhaerentiae. Apud illum quinquies adhibetur III 162

negotia rerum; IV 362 sortis pars (nam *sors* idem est quod *pars decanica*); IV 631 vestigia plantae; V 187 pedicarum compede; V 237 ruris campos.

At multo saepius Lucretius illo parum eleganti genere dicendi utitur; in uno quinto libro eius carminis didascalici haec exempla inveniuntur: vs. 14 liquoris laticem; 211 terraique solum; 720 globus pilai; 807 loci regio; 885 ubera mammarum; 1124 iter viai (cf. 714 cursus viam et II 626 iter viarum).

Brevitati consulens e ceteris libris affero tantummodo I 557 longa diei infinita aetas anteacti temporis omnis; II 90 totius summa; III 262 primordia principiorum; IV 817 in fraudem frustraminis; VI 1199 funera leti.

Qui diligenter Arnobium legerunt, ii probe sciunt quantas quotque res Christianus ille scriptor debeat Lucretio. At Manilium semel modo designasse videtur, equidem puto Arnobium scribentem II 25 *hic est ille pretiosus et rationibus homo augustissimis praeditus, mundus minor qui dicitur, et totius in speciem similitudinis fabricatus atque formatus* [1]) impugnasse illius poetae versus hosce IV 893—5

quid mirum, noscere mundum
si possunt homines, quibus est et mundus in ipsis,
exemplumque dei quisque est in imagine parva?

Schmalz in Syntaxi (§ 194 pag. 459) agens de coniugatione periphrastica et quidem de participio praes. coniuncto cum verbo *esse* laudat tantummodo Lucr. III 396 est coercens, Manilium ne nominat quidem. Plurima neque omnia Munro citat Lachmanno auctore. Quamobrem affero Lucr. II 1089 generatimst [2]) abundans (quocum compares velim Man. I 858 est abundans); Lucr. III 277 latens est; Man. III 579 est haerens; V 389 erit tribuens; V 397 erit capiens.

Poeta expositione de signis trigonis quadratis hexagonis adversis perfecta expedire incipit, cuius dei tutelae signum quodque zodiaci attributum sit. Ad quam quaestionem transit hisce verbis II 433—5

1) Hic textus a codicis lectione vix discrepat, quam Reifferscheid perturbavit.
2) Hoc verissime coniecit Munro.

his animadversis rebus quae proxima cura?
noscere tutelas adiectaque numina signis,
et quae cuique deo rerum natura dicavit.

V. Wageningen qui optime de Manilio meritus est, nunc (vid. Comment. pag. 132) verba *quae proxima cura* pro parenthesi habet, sicut fere Garrod (qui tamen pro *rebus* edidit *debes*); putat ergo interpres noster infinitivum *noscere* positum esse pro imperativo *nosce*. Sed omnia recte se habent in editione Teubneriana: interrogatio [1]) *quae proxima cura* excipitur responso *noscere*, ad quem infinitivum subaudiendum est: *proxima cura est*, sive *primum studeamus*. Ceterum notum est Manilium infinitivo liberius esse usum, quod doctissimus ille vir concedere videtur sumens infinitivum *deflere* qui legitur IV 13—14

solvite, mortales, animos curasque levate
totque supervacuis vitam *deflere* querelis

„posse pendere a verbo *desinendi*, quod audiendum est ex verbis antecedentibus *curasque levate* (et *levate* h. e. desinite deflere)".

Quodsi quis conferre vult verba Valerii Flacci (qui tamen sexaginta annis post Manilium floruit) III 411—3

ergo ubi puniceas oriens ascenderit undas,
tu socios *adhibere* sacris armentaque magnis
bina deis,

facile perspiciet vocem *adhibere* nihil pertinere ad praecedentia; itaque hic purus putus legitur infinitivus pro imperativo.

---

1) Genus demonstrandi per interrogationem familiarissimum est Lucretio, Horatio, Prudentio, Arnobio, aliis.

AD „HISTORIAM APOLLONII REGIS TYRI".

SCRIPSIT

P. THOMAS.

Hist. Apollon., c. XVI (p. 30, 2—6 ed. Riesianae II., 1893): *Rex vero videns tantam bonitatem filiae suae valde gavisus est et ait ad eam: „Nata dulcis, † me salvum habeas. Iube tibi afferre lyram et aufer iuveni lacrimas, et exhilara ad convivium.*

Locum corruptum ex altera codicum classe (β *b*) emendandum censet Riesius. In ea autem sic se habet: *„Nata dulcissima, salvum habeas. Defer lyram et aufer iuveni lacrimas et exhilara convivium"*.

Nonne succurrit decantatum illud: „Incidis in Scyllam cupiens vitare Charybdim"?

Alia ingredienda est via.

Notissima est illa formula *sic* cum subiunctivo optativo, qua iubentes, orantes, precantes pondus verbis nostris addimus, v. g.: *Sic valeas, fac quod te rogo.* Pro *sic* scriptor noster, ut est sermonis latini imperitus, *si* usurpat. C. VII (p. 11, 2—4): *Indica mihi, si valeas, quae est haec causa, quod civitas in luctu moratur?* C. XXIV (p. 43, 7—8): *Dic mihi, si valeas, unde venisti?* C. XXXIV (p. 71, 2—3): *Si salva sis, indica mihi, quantum dedit ad te iuvenis, qui ad te modo introivit?*

Unde, opinor, patet locum de quo agitur ita emendandum esse: *Nata dulcis, <si> me salvum habeas, iube tibi afferre lyram,* etc.

Codicum alii *si* omiserunt, alii e NATADVLCISSIME *nata dulcissima* effecerunt. Distinctionem autem graviorem post *habeas* omnes perperam intulerunt.

THEOCRITUS E RHIANO, RHIANUS E THEOCRITO CORRIGITUR.

SCRIPSIT

GUILIELMUS VOLLGRAFF.

In carmine Aeolico Theocriti misere tradito leguntur haec:

τετορταῖος ἔχει παιδὸς ἔρως μῆνά με δεύτερον,
καλῶ μὲν μετρίως, ἀλλ' ὁπόσον τῷ παιδὶ περρέχει
τᾶς γᾶς, τοῦτο χάρις, ταῖς δὲ παραύαις γλυκὺ μειδιᾷ [1]).

Verba καλῶ μὲν μετρίως, quae nonnulli pro corruptis habuerunt, egregie vindicantur, collato carmine sepulcrali prope Philippos in marmore insculpto, in quo aliquis puerum amatum sic alloquitur:

te sortita Paphon pulcro minus ore notabat
diva, sed in toto cor[d]e plicata inerat [2]).

Altera pars eiusdem versus laborat vitio metrico, quod editores auctore Buechelero tollere solent scribendo:

ἀλλ' ὁπόσον τῷ ποδὶ περρέχει
τᾶς γᾶς, τοῦτο χάρις.

Collato epigrammate Rhiani, quo puer laudatur hoc modo:

τοῖον σέλας ὄμμασιν αἴθει
κοῦρος καὶ νεάτους ἐκ κορυφῆς ὄνυχας [3]),

sententiam dumtaxat loci pessumdati probabilius restituere mihi videor coniciendo:

ἀλλ' ὁπόσον κράατι περρέχει
τᾶς γᾶς, τοῦτο χάρις.

Sed Rhiani quoque verba depravata esse constat. Quae sic fere emendanda esse suspicor:

τοῖον σέλας ὄμμασιν αἴθει,
κομψὸς ἐς νεάτους ἐκ κορυφῆς ὄνυχας [4]).

1) Theocr. XXX, 4 sqq.
2) C. I. L. III, 686; Buecheler, Carm. epigr. 1233, vs. 5 sq.
3) Anth. Pal. XII, 93.
4) Cf. Hor. Epist. II, 2, 4; Plaut. Epid. 623.

ΕΡΙΣ-ΕΡΩΣ.

In carmine venusto e papyris Aegyptiacis recuperato a Bernardo Grenfell [1]) puella amatorem fallacem, quem misere deperit, alloquitur hisce (vs. 44 sqq.):

γίνωσχ' ὅτι
θυμὸν ἀνίκητον ἔχω,
ὅταν ἔρις λάβῃ με,

„scito me invictam esse, cum semel iurgare incipiam [2])". Megaeram quandam mortalem loqui putes, quam iure fugerent omnes. Aut probabile tibi videtur poetam scripsisse:

ὅταν ἔρως λάβῃ με?

Conferas quaeso paulo supra vs. 8 sq.:

χὼ τὴν Φιλίαν ἐκτικῶς
ἔλαβέ μ' Ἔρως,

et Theocr. XXX, 9:

ἐμέθεν δὲ πλέον τᾶς κραδίας ὤρος ἐδράξατο. [3])

G. V.

Theocriti carmen IX

incipit:

βουκολιάζεο Δάφνι, τὺ δ' ᾠδᾶς ἄρχεο πρᾶτος,
ᾠδᾶς ἄρχεο πρᾶτος, ἐφεψάσθω δὲ Μενάλκας,
μόσχως βουσὶν ὑφέντες, ὑπὸ στείραισι δὲ ταύρως.

Ridiculum hoc. Sed poetae, quisquis fuit, imputandum? An corrigendum censes:

ἐπὶ στείραισι δὲ ταύρως?

G. V.

---

1) Grenfell, An Alexandrian erotic fragment, Oxonii, 1896. Weil, La plainte d'une amante délaissée, Rev. des Ét. grecques, 1896. Wilamowitz, Des Mädchens Klage, Gött. Nachr. 1896. (Crusius, Herond. ed. min.[5] p. 124 sqq.).

2) Weil: „Sache que j'ai un courroux indomptable, quand la rage de la querelle me prend".

3) Cf. Soph. Ant. 781: Ἔρως ἀνίκατε μάχαν; Trach. 498; Eur. Hipp. 446; Hes. Scut. 41.

QUID SIT *τὸ κοινὸν γραμματεῖον.*

SCRIPSIT

J. J. E. HONDIUS.

Verbis *τὸ κοινὸν γραμματεῖον* acta *Φρατόρων* significari inter viros doctos communis opinio esse videtur [1]), quae interpretatio nisi fallimur a glossario Harpocrationis profecta est, qui de Isaei or. VII^{ae} c. XVI° sq. haec adnotavit: *κοινὸν γραμματεῖον. καὶ ληξιαρχικόν· τὸ μὲν κοινὸν γραμματεῖον ἐστιν εἰς ὃ ἐνεγράφοντο οἱ ἀγόμενοι εἰς τοὺς Φράτορας καὶ γεννήτας, τὸ δὲ ληξιαρχικὸν εἰς ὃ ἐνεγράφοντο οἱ εἰς τοὺς δήμους ἐγγραφόμενοι, ὡς δεικνύουσιν ἄλλοι τε ῥήτορες καὶ Ἰσαῖος ἐν τῶι περὶ τοῦ Ἀπολλοδώρου κλήρου.* Revera verbis nostris loco quem diximus hanc vim inesse constat, nec solum singularem sed etiam pluralem *τὰ κοινὰ γραμματεῖα* atque etiam *τὸ γραμματεῖον* ita usurpari docent loci:

I. G. II 841^{b} [2]), II vs. 18—22: *ὃς δ' ἂν δόξηι μὴ ὢν Φράτηρ ἐσαχθῆναι, ἐξαλειψάτω τὸ ὄνομα αὐτõ ὁ ἱερεὺς καὶ ὁ Φρατρίαρχος ἐκ τõ γραμματείο τõ ἐν Δημοτιωνιδῶν καὶ τõ ἀντιγράφο;*

ib. III vs. 95 sq. *ἐὰν δὲ ἀποψηφίσωνται οἱ θιασῶται, ὁ δὲ εἰσάγων ἐφῆι εἰς τὸς ἅπαντας, τοῖς δὲ ἅπασι δόξει ἒναι Φράτηρ, ἐνγραφέσθω εἰς τὰ κοινὰ γραμματεῖα.*

Attamen aliam quoque vim verbis inesse ex oratione Demosthenis cui titulus *πρὸς Εὐβουλίδην* (LVII) luce clarius apparet,

---

1) Cf. Schoemann—Lipsius, Gr. Altert. I p. 385; Gilbert, Handbuch II p. 186; B. Haussoullier, La vie municipale en attique, p. 12 sq.; id. Dict. d. antiq. s. v. demos; Francotte, La polis grecque p. 52, p. 72 sq.; Toepffer, das Attische Gemeindebuch, Hermes XXX (1895), p. 391 sq.; Hiller v. Gaertringen ad Ditt. Syll.^{3} 921$_{21}$. De voce *τὸ ληξιαρχικὸν γραμματεῖον* vid. e. g. De Sanctis Ἀτθίς^{2}, p. 335 sq. et locos ibi citatos.

2) = Syll.^{3} 921, Michel 961.

ubi legimus § 26: ἀπώλετο τὸ ληξιαρχικὸν γραμματεῖον (quo tempore Antiphilus Euboulidis pater praefectus demi erat); sed eadem res § 60 significatur hisce verbis: ἔφη (sc. Antiphilus) τὸ κοινὸν γραμματεῖον ἀπολωλέναι, et rursus § 62: ὅτε ἠφάνισαν τὸ γραμματεῖον, et cum his tabulis omnes cives quibus ius erat in contionem demi venire conscripti essent, hae quoque significantur cum legimus § 8: ἦν κύριος (sc. ὁ δήμαρχος)..... τῶν γραμματείων ἐξ ὧν ἀνεκάλει τοὺς δημότας.

Adulescentes athenienses anno decimo octavo confecto [1]) in tabulis ligneis inscribi nobis tradit Aristoteles Ἀθ. πολ. 53, 4 [2]): οἱ δὲ ἔφηβοι ἐγγραφόμενοι πρότερον μὲν εἰς λελευκωμένα [3]) γραμματεῖα ἐνεγράφοντο, καὶ ἐπεγράφοντο αὐτοῖς ὅ τ' ἄρχων ἐφ' οὗ ἐνεγράφησαν καὶ ὁ ἐπώνυμος ὃ τῶι προτέρωι ἔτει δεδιαιτηκώς.

Propriis igitur tabulis [4]) ephebi cuiusque anni inscribi solebant, qui libri in modum [5]) colligabantur; qua de causa saepe plurali numero τὰ γραμματεῖα dicuntur. Alba demotarum, quae vulgo τὸ ληξιαρχικὸν γραμματεῖον vocantur, verbis τὸ (κοινὸν) γραμματεῖον vel τὰ κοινὰ γραμματεῖα [6]) quoque designari posse loci Demosthenis supra laudati docent. Aliud huius usus exemplum locus apud Isaeum, recte si interpretamur, nobis praebere potest; legimus enim in oratione de Apollodori hereditate (VII) in § 1ᵃ [7]):

ὤιμην μέν, ὦ ἄνδρες, προσήκειν οὐ τὰς τοιαύτας ἀμφισβητεῖσθαι ποιήσεις, εἴ τις αὐτὸς ζῶν καὶ εὖ φρονῶν ἐποιήσατο καὶ ἐπὶ τὰ ἱερὰ ἀγαγὼν εἰς τοὺς συγγενεῖς ἀπέδειξε καὶ εἰς τ ὰ κ ο ι ν ὰ γ ρ α μ-

---

1) Cf. Arist. Ἀθ. πολ. 42, 1; schol. ad Aeschin. c. Tim. 18, schol. ad Lucian. Jup. Trag. 26.

2) Idem Harpocration s. v. στρατεία ἐν τοῖς ἐπωνύμοις.

3) Bekker, Anecd. p. 277: λεύκωμά ἐστι πίναξ γύψωι ἀληλιμμένος, πρὸς γραφὴν πολιτικῶν γραμμάτων ἐπιτήδειος.

4) Quomodo magistratus acta sua asservarint copiose docet Wilhelm, Beitr. z. Griech. Inschr. p. 229—299; cf. E. Weiss, Öster. Jahresh. XVII (1914), Beiblatt p. 270 sq., W. Bannier, Berl. Phil. Wochenschr. 1920, p. 48. Lapidibus d e c r e t a praesertim incidi solebant, idque solum diserte iussum si esset (cf. Ed. Meyer. Forsch. z. alt. Gesch. II p. 115); tabulis inscribebantur acta publica quae in tempus tantum, in usum magistratuum, asservabantur, sicut alba demotarum, cf. Wilhelm, l. c. p. 239 sq.

5) Wilhelm, l. c. p. 243, 248.

6) Sic etiam in inscriptione Syll.³ 921_{97} de uno tantum albo mentio fit.

7) Cf. quae adnotat Wyse ad loc.

μ α τ ε ῖ α ἐνέγραψεν ἅπανθ' ὅσα προσῆκεν, αὐτὸς ποιήσας, κτἑ. Thrasyllus, qui Apollodoro vivo tabulis Φρατόρων [1]), tabulis demi post eius mortem (quod irritum erat) inscriptus erat, hoc a iudicibus neglegi vult, quam ob rem vocem ambiguam τὰ κοινὰ γραμματεῖα adhibet quae utrasque tabulas designare potest. Hisce persuadet iudicibus de tabulis demi (τὸ ληξιαρχικὸν γρ.) agi atque causam suam satis infirmam dissimulat.

Verba nostra autem non solum pro eo quod nonnumquam τὸ Φρατερικὸν γραμματεῖον (e. g. Dem. XLIV, 41), sed etiam pro eo quod proprio nomine τὸ ληξιαρχικὸν γραμματεῖον dici solet usurpari posse cum viderimus, generalem eis vim inesse pro certo habemus. Quod uno etiam exemplo illustrare libet: legimus I. G. II 1061 vs. 20 sq.: ἀναγράψαι δὲ τάσδε τὰς συνθήκας τοὺς μὲν ὀργεῶνας εἰς τ ὸ κ ο ι ν ὸ ν γ ρ α μ μ α τ ε ῖ ο ν, ubi de actis orgeonum (sed vide infra) agitur; quo cum loco conferatur inscriptio ex insula Lemno quam legimus Rev. d. Et. grecq. XV (1902), p. 140, 2: ἐπὶ Ἀρχίου ἄρχοντος. Ὅρος χωρίου καὶ οἰκίας πεπραμένων ἐπι λύσει [H H H] H δραχμῶν ὀργεῶσι τοῦ Ἡρα[κλ]είως τοῦ ἐν Κόμει κατὰ τὸ γ ρ α μ μ α τ ε ῖ ο ν τὸ [ὀργει]ωνικόν.

Si autem rogamus ubi hae tabulae asservatae sint, rursus aliam significationem verbis nostris inesse reperiemus. Recte enim Wilhelmus [2]) verbis τὸ κοινὸν γραμματεῖον t a b u l a r i u m quoque designari posse statuit, ut docent hi loci: 1° I. G. II⁵ 603ᵇ [3]) vs. 5 sq.: [ἀναγράψαι δὲ εἰς] τὸ γ ρ α μ μ α τ[ε ῖ ο ν τὸν ἄρχοντα Μεσο]γείων τὰ ἐψηφισμένα τῶι κοινῶι τ[ῶι Μεσογείων....];

2° Athen. V p. 210 f (= XII p. 527ᵉ): τ ο ῖ ς δ ὲ γ ρ α μ μ α τ ε ί ο ι ς (οὕτως γὰρ ἐκάλουν τ ὰ κ ο ι ν ὰ τῶν συνδείπνων) ὡς οἰκητηρίοις ἐνδιαιτώμενοι (sc. οἱ Σύριοι) [4]);

---

1) Verbis εἰς τοὺς συγγενεῖς ἀπέδειξε adscriptionem in phratoras designari inter alios locos huius orationis § 28 docet ubi eadem res significatur verbis: συγγενεῖς καὶ φράτερας, vel § 43 ubi dicitur γεννήτας καὶ φράτερας; sed hoc quoque loco ⟨καὶ φράτερας⟩ inseri debere (sic plerique editores auctore Buermanno) non est quod video. 2) l. c. p. 254 sq.

3) Cum supplementis Wilhelmi quae proposuit in Ἐφ. ἀρχ. 1905, p. 232, Beiträge p. 254.

4) Prorsus inepte Poland, Gesch. d. Griech. Vereinswesen p. 55 vertit: Vereine von σύνδειπνοι die sich γραμματεῖα nennen; τὰ κοινὰ vertendum puto: „Vereinslokale" vel tale quid.

3° haud scio an I. G. II 1061 (vide supra) quoque de tabulario [1]) mentio fiat; utrum de tabulis an de tabulario agatur, non semper distingui posse sermo patrius nos admonet quo etiam per vocem „archief" utraque res significari potest;

4° ad hos locos, iam diu cognitos, novum addere nobis contigit; legimus enim in titulo, nuper prope viculum cui Ἅγιος Κοσμᾶς nomen est [2]) inventum, ubi de laudatione demarchi suffecti agitur: (vs. 17 sq.) ἀναγράψαι δὲ τὸ ψήφισμα τὸν δήμαρχον εἰς τὰ κοινὰ γραμματεῖα καὶ ἐν στηλεῖ λιθίνει καὶ στῆσαι ἐν τῶι Διονυσίωι.

Restat ut unum quod nobis oppositum iri suspicamur iam nunc refellamus; nonnulli enim scriptores tabulas demotarum apud demarchos asservari tradunt, e. g. Suidas, Harpocration s. v. δήμαρχος: τὰ ληξιαρχικὰ γραμματεῖα παρὰ τούτοις ἦν; schol. ad Arist. Nub. 37: τὰ ληξιαρχικὰ γραμματεῖα παρ' αὐτοῖς (sc. τοῖς δημάρχοις) ἦν [3]). Quibus obiectionibus respondemus: 1° παρὰ hisce locis non „apud" sed „penes" significare, sicut dicitur loco Demosthenis supra laudato (XLVII, 8): κύριος..... τῶν γραμματείων; 2° aliis demis alium fuisse morem neque omnes sua tabularia habuisse: hodie quoque in Graecia vici sunt qui habent δημαρχεῖον, in aliis autem acta publica in domo τοῦ δημάρχου vel τοῦ προέδρου asservantur.

---

1) Verbo γραμματεῖον non solum vim tabularii (locus ubi „τὰ γράμματα" observari solent) sed etiam vim ludi litterarii (locus ubi „τὰ γράμματα" disci solent) inesse docet Suidas s. v. γραμματεῖον· διδασκαλεῖον.

2) Quattuor circiter milia passium a Phalero in ora attica situm est; totum titulum in libro annali cui nomen „Annnal of the British School" pervulgare nobis in animo est.

3) In Schol. ad Aeschin. c. Tim. 18 in verbis: καὶ ἦν τὰ γραμματεῖα ταῦτα παρὰ τοῖς δημόταις pro δημόταις δημάρχοις legendum censeo.

PROPERTIANA.

SCRIPSIT

I. I. HARTMAN.

(Continuantur ex vol. XLIX pag. 448).

Elegia 19.

1 etsi me invito discedis, Cynthia, Roma.

Pro *discedis* Baehrensius *decedis* scripsit. Iniuria, ut opinor. Tota enim elegia poeta fingit in aliam Italiae partem se abiturum, in aliam Cynthiam. Iam ipso huiusce distichi pentametro id facit:

laetor quod sine me devia rura coles

(recte Ꞔ *coles*, ceteri *colis*). Locum quo sit abitura Cynthia non nominat, sed diversum eum esse ab illo ubi ipse sit venaturus satis apparet e versu 25 sq.

qua formosa suo Clitumnus flumina luco
  integit et niveos abluit unda boves.

Absurdum enim foret dicere: „at ego in Clitumno venabor", si eodem vel in eius viciniam Cynthia quoque esset profectura. Seque per aliquod tempus longe a Cynthia afuturum diserte declarat versibus 27 sq.:

tu quotiens aliquid conabere, vita, memento
  venturum paucis me tibi Luciferis.

Ubi quod subito metuit ne quid peccet Cynthia, cum antea se iam de eius fide aliquamdiu securum fore significaverit, utpote quae remoto illo loco tuta ab omnibus sit futura illecebris, agnoscimus poetam ad mutandum argumentum propensum et de constantia minime sollicitum. Aptissime autem tota

elegia minatione illa: „mox me adfuturum memento" claudatur, cum praesertim in quatuor illis versibus qui adduntur:

sed me nec solae poterunt avertere silvae
nec vaga muscosis flumina fusa iugis,
quin ego in assidua mittam tua nomina lingua,
absenti nemo ne nocuisse velit

parum insit ponderis, venustatis vero nihil, neque vel Palmerius suo *mussem* pro *mittam*, nec Munro vs. 29 *sed* pro *sic* legendo, nec Baehrensius vs. 32 *dum* reponendo pro *ne* eos plane nobis commendaverint.

11 illic assidue tauros *spectabis* arantes
et vitem docta ponere falce comas

iam vs. 7 habuimus:

sola eris et solos *spectabis,* Cynthia, montes

Sed minime ingrata illa repetitio, nam vs. 11 facetissime vitae rusticae spectacula opponuntur iis quae in theatris eduntur; vs. 9:

illic te nulli poterunt corrumpere ludi.

Vehementer vero hic displicet, alibi tolerabilis, variata structura in hisce: (spectabis) tauros *arantes* et vitem *ponere* comas. Scin quid in pentametro sit legendum? Nempe

et vitem *doctam* ponere falce comam.

Frequentissimum illud: „hostis *docetur* oboedire" pro *cogitur*: Hor. C. II, 6. 2:

Cantabrum doctum iuga ferre nostra

vel: „rivus cursum mutare".
Hor. Epl. I, 14, 30

(rivus) multa mole docendus aprico parcere prato

Sic vitis, quae amputatur, ponere comas *docetur* vel *discit* i. e. cogitur.

vs. 16 Omnia ab externo sint modo tuta viro

non metus poetae significatur sed extollitur simplicitas rustica.

vs. 18 Veneri *ponere* vota iuvat

i. e. *solvere.* Nam cui quis debitum solvit, ab eo (vel ea) liber est.

19 „Reddere pinu cornua" corruptum est, non enim hic de aliquo tropaeo est cogitandum.

23 *iaculo* pro inepto *igitur* bona est Baehrensii emendatio.

ELEGIA 20.

8 Sollicito lacrimans defluit a Sipylo

De Niobe haec dicuntur sed est versus misere corruptus et, ut mihi quidem videtur, insanabilis. Certe nihil nos adiuvant codices, quorum N. habet *lacrimes* ceteri *lacrimans*, neque virorum doctorum coniecturae. Quid enim Scaligerana *depluit* proficimus, quid vero Housmaniana „sollicito lacrimans defluit os Sipylo"? Considera hexametrum, apparebit de nostro versu esse desperandum:

nec tantum Niobe bis sex ad busta superba.

Quid hoc significat? Nempe: „(non tantum) Niobe, quae, cum iam undecim liberos amisisset, etiam superba fuit....." Urgendum enim illud *ad* ut sit: „*quamdiu nondum* duodecim suorum conspexerat cadavera". Quid nunc sequi debet, atque adeo quid solum potest sequi: Ut opinor, unum illud quod recte *opponatur* priori sententiae, quam in hexametro inesse videbamus: „at cum ad unum omnes amisisset, flendo extabuit et in saxum est conversa". Fortasse in codicum nostrorum proavo vel abavo apodoseos quae huiuscemodi fere fuerat: „Sola relicta..... deriguit" cetera omnia evanuerant, solae literae primae *sol* apparebant etiam.

21—24 Septima iam plenae deducitur orbita lunae,
cum de me et de te compita nulla tacent:
interea nobis non unquam ianua mollis,
non unquam lecti copia facta tui.

Hosce versus plane hinc alienos esse et aperta fronte certare cum praecedentibus libenter Baehrensio assentior. Nolim tamen cum eo operam perdere in alium eos locum traiiciendo. Nam quod ille coniicit ante 21, 1 ponendos, non potest ea elegia aliud habere exordium quam quod nunc habet:

a, quantum de me Panthi tibi pagina finxit.

Una litura deleverim potius. Ne tamen plane nihil dicant, bis *non unquam* est legendum (23 et 24), non vero cum F et V *nonnunquam*, quod tamen, qua ratione ductus nescio, unice verum esse contendit Housmanus.

28 possum *ego naturae* non meminisse tuae?

Coniecit *egon ah curae*, quem putas? Lachmannusne? Immo vero summus ille Nicolaus Heinsius.

Elegia 21.

Mendaciorum plenis epistolis Cynthiam a Propertio abalienavit Panthus, sed mox missam fecit et aliam uxorem duxit. Cum illa nunc libere de Cynthia iocatur. Haec perspicua sed miror vs. 9 sq. legi:

dispeream si quidquam aliud quam gloria de te
quaeritur: has laudes ille maritus habet.

Exspectaverim enim *praeteritum* tempus, ut hoc dicat poeta: ideo uxorem duxit Panthus ut haberet cum qua absenti tibi insultare posset.

11 sq. Colchida sic hospes quondam decepit Iason:
electa est tenuis namque Creusa domo.

Sic vs. 12 legitur in melioribus qui dicuntur codicibus. Quid ultra quaerimus? Legamus cum Ruhnkenio quod unice huic loco aptum:

eiectae tenuit namque Creusa locum.

Elegia 22.

3 sq. Nulla meis frustra lustrantur compita plantis.
O nimis exitio nata theatra meo.

Aut inter hexametrum et pentametrum excidit aliquid, aut, quod mihi non prorsus incredibile videtur, insigne hic locus praebet exemplum quantopere Propertius ab alia cogitatione ad aliam amet transitus subitos et parum exspectatos.

13 sq. quaeris, Demophoon, cur sim tam mollis in omnes:
quod quaeris „quare?" non habet ullus amor.

Pentametrum, sic a Lachmanno interpunctum, aequi bonique consulit Baehrensius. Equidem quem sensum latere in versu sic distincto sibi finxerit Lachmannus quasi per transennam dispicere mihi videor, sed sic illud a nullo mortalium unquam esse enuntiatum vel omnino potuisse enuntiari luce mihi est clarius. Quid enim? „Amor non habet *quare*" estne hoc: „Amorem quare hoc vel illud faciat ne rogaveris: non rationem ille factorum dat suorum"? Eo tamen enuntiato hic opus est. Inest in Huschkii coniectura: „quod quaeris curae non habet ullus amor". Sic si legimus, etiam sequentia

cur aliquis sacris laniat sua brachia cultris
et Phrygis insanos caeditur ad numeros?
i. e. eodem (i. e. nullo) iure roges „cur aliquis e. q. s."
apte adduntur, apteque sic pergitur
uni cuique dedit vitium natura creato:
mi fortuna aliquid semper amare dedit
modo cum Waardenburgio legamus *unum cuique*. Qui in hexametro pro *natura* dedit *fortuna* putidus fuit magistellus.

22 ......haud unquam est culta labore Venus.

Equidem „culta" praetulerim coniecturis „fessa" (Italorum) vel „rupta" (Ruhnkenii).

35 Denuo repente hic mutat consilium et argumentum poeta.

40 ut sciat esse *aliam* quae velit esse mea.

Recte, ut opinor, Itali *aliquam*. Coniunctioni *ut* nullus hic locus esse videtur: *tum* legerim.

Lacunam inter 42 et 43 nullam esse puto; hic quoque ad aliud argumentum poeta transsilit.

43 sq. Aut, si es dura, nega, sin es non dura, venito:
quid iuvat *at* nullo ponere verba loco?

Recte *at* pro *et* Baehrensius. Sed quid hoc prodest nisi cum Beroaldo sic pergitur: „pondere verba loqui"?

47 sq. De excluso amatore haec dicuntur:
quanta illum toto versant suspiria lecto?
cur recipi quae (quem ς) non noverit ille D V / illa F N vetat O / putat ς

Sensu cassus pentameter, sed cui non Terentiani illius
excludor, ille recipitur
memori
cum recipi quem non noverit illa putat
in mentem venit? Omnia, etiam absurdissima, metuunt amatores.

Idem ille sollicitus amator
et rursus puerum quaerendo audita fatigat
quem quae (F) / quae quoque (D V) plura timet quaerere plura (D V) / fata (F) iubet / iuvat (F)

Pentametrum sic refinxerim:
quem quo plura timet quaerere plura iuvat.

Nam „quaerendi" verbum repetitum parum me movet, sed vehementer displicet sonus in *timet* — *iubet*.

Elegia 23.

1—4 Cui fuit indocti fugienda haec semita vulgi,
ipsa petita lacu nunc mihi dulcis aqua est.
ingenuus quisquam alterius dat munera servo,
ut promissa suae verba ferat dominae?

Sic edidit Baehrensius sed v. 1 coniicit:

cui fuerit fugienda indocti semita vulgi

quo versu ingrato saltem intolerabile istud *haec* vitatur. Sed nescio an melius Housmanus:

cui fugienda fuit indocti semita vulgi

etenim illud *fuĭt* bene versu, quem ipse affert, defenditur IV, 1, 17:

nulli cura fuit externos quaerere divos.

Versu 2 nihil equidem mutaverim; non enim video quidni „ipsa petita lacu aqua" poni possit pro „ipso lacu petita aqua".

Sed in vs. 4 haereo. Amores (nuptarum) ingenuarum se missos facere et ad libertinas redire declarat poeta pertaesus molestiarum quibus ei adversus priores illas fuit perfungendum. Nuptarum ianitores fuerant corrumpendi ut ad dominam ferrent epistolia. Audio, sed „promissa" istud ridiculum videtur. Quid enim? Verba promiserat dominae amator. Quo modo? Nonne epistolio quod ab eodem illo ianitore fuerat redditum? Quidni ergo *statim* istud scripsit quod postea erat scripturus, an ultro, nulla re coactus, cavere volebat ne vel semel pervulgatum illud „Roma mora" re ipsa redargueretur? Immo vero *dona* promiserat, ad quae perferenda maiore opus fuit ianitoris labore et diligentia atque maiore ad servum corrumpendum pecunia. Epistolium gratis perferre fortasse non gravaturus ille erat. Suboluit aliquid Housmano, sed eius coniectura *praemissa* rem plane reddit obscuram.

11. Quid sit probabiles proponere coniecturas, quid eleganter ineptire nusquam melius quam hic discernitur. De nuptarum importunitate et arrogantia sic poeta conqueritur:

quam care semel in toto nox vertitur anno!

Pro *vertitur* Hemsterhusius proposuit *venditur* et sic aptum certe restituit sensum. Non contentus eo Heimreichius hoc est commentus:

nam cardo semel in toto vix vertitur anno

quod primo aspectu lepidissimum videtur. Sed accuratius qui rem perpendit ferre non poterit istud card*o*.... tot*o*.... ann*o* neque omissum aliquem dativum quo is cui non patefiat ianua indicetur, postremo observabit male coniunctione *nam* versum praecedentibus annecti. Aequi ergo bonique Hemsterhusii faciet lectionem, licet parum istud „Venditur" placeat.

13—18 Nunc ingenuae isti impotenti sic opponitur meretricula facilis:

contra, reiecto quae libera vadit amictu
custodum et nullo septa timore, placet,
15 cui saepe immundo Sacra conteritur Via socco,
nec sinit esse moram, si quis adire velit,
differet haec nunquam e. q. s.

Non miror Baehrensium pro „reiecto" aliud requirere vocabulum, magis miror eum non sensisse parum apte totam sententiam versuum 13 sq. esse contextam. Equidem totum distichon protaseos fungi vice debere et pro *placet* legendum esse *sedet* suspicor: semper enim inter se opponuntur per viam ambulans et domi sedens. Tum apte annectetur: „differet haec nunquam e. q. s.; et plane fit supervacuum distichon istud absurdum

cui saepe immundo Sacra conteritur Via socco,
nec sinit esse moram si quis adire velit.

Nam fac quemquam intelligere quid sibi hexameter velit, utrum adolescentibus liberius viventibus ideo placet meretricula quod facilis est an quod „lutulenta ruit sus"? Illud opinor. Tum nonne tibi delirantis videtur istud: quae non sinit esse moram... differet haec nunquam? Mihi quidem in mentem hic venit Plautinum istud:

cui di sunt propitii ego illi non esse iratos puto.

Abeat hinc in malam rem absurdum distichon 23 sq.

libertas quoniam nulli iam restat amanti,
nullus liber erit si quis amare volet

nam vs. 23 claudenda tota elegia est. Disticho enim

et quas Euphrates et quas mihi misit Orontes
me capiant: nolim furta pudenda tori

aptissime et more Propertiano reditur ad exordium. Sed de *mihi* dubito. Coniicerem *huc* nisi tanto praestaret nudum *misit*.

Ecquid *modo*, ut significetur pura puta barbara, nondum artibus meretriciis imbuta? Istud certe „libertas-volet" irritum est conamen imitatoris imperiti.

Elegia 24.

Tam arte huius elegiae versus 1—10 cohaerent cum praecedente elegia (XXIII, 1—22: „quoi fuit indocti — pudenda tori") ut non mirer Scaligerum unam e duabus fecisse. Novam tamen decem illi versiculi elegiam efficiunt, non novis numeris distinguendam a praecedenti sed lineola ab ea separandam quemadmodum et faciendum esse demonstravimus I, 7 1—26 („tunc igitur demens — illa futura mea est") et 27—46 („hic erit — gloria canitiem"). Priore parte finxerat poeta se missa facta Cynthia a libertinis opem et solatium petere. Nunc se ab amico sic reprehendi fingit:

„tu loqueris cum sis iam noto fabula libro
et tua sit toto Cynthia lecta foro?"

3 sq. cui non his verbis aspergat tempora sudor?
aut pudor ingenuus aut reticendus amor.

Unum hic intelligo: haec poetam secum ipso loqui. Nam si haec quoque dicerentur ab eo qui priori disticho (tu loqueris-foro) poetam refutavit, ineptissime poeta a verbis *quod si* initium faceret respondendi. Scaligeri *surdo* pro *sudor* hexametrum ita corrumpit ut e planissimo prorsus fiat obscurus, nam planissima est tradita lectio qua poeta aliquid veri inesse in reprehensione ista agnoscit. Sed pentametro quid faciamus? Ecquid pro *aut*...*aut* legamus *haut*...*haut*, aut, si *ŭs* ante caesuram productum duriusculum videtur, *non*...*non*? Ut toto disticho hoc dicat poeta: „verum est, confiteor, quod dicunt illi: amor ingenuus (i. e. ingenuae, qualis est Cynthia) pudori non est, neque mihi fuerat dissimulandus". Hoc enim Propertius fecit fingendo se omissa Cynthia ad meretriculas confugisse

5 sq. quodsi tam facilis spiraret Cynthia nobis,
non ego nequitiae dicerer esse caput.

Contenderat ergo adversarius Cynthiam poetae facilem esse et semper fuisse. Sed id ipsum negat poeta: non enim se

commissurum fuisse ut identidem amore mutando in crimen levitatis incurreret. Tum sic semet purgare pergit:

7 sq. nec sic per totam infamis traducerer urbem

haec luce clariora, sed sequitur pentameter

ureret et quamvis nomine verba darem.

Hic de more „deteriores" codices meliorem lectionem *urerer* servant. Baehrensii coniectura „non mala" pro „nomine" nil proficimus. Quanto melius Palmerus *non mihi*! Nam revera verba sibi dedit poeta putando se Cynthia carere et alias amare posse. Postremo lepidissime defensionem suam sic concludit:

quare, ne tibi sit mirum me quaerere viles:
parcius infamant: num tibi causa levis?

Lepidissime, ais: eo enim iam calumniando rem perducit ut omni crimine liberet meretriculas vulgares, in ingenuas omnem culpam conferat. „Illae enim" ait „non damnosae solum sunt, sed etiam laedunt famam adolescentium, qui ab illis reiecti ad meretriculas se conferunt.

Quid nunc sex illis faciamus versiculis, qui in codicibus statim sequuntur? Nam nihil certius est quam hoc, elegiolam, quae a „tu loqueris" incipit pentametro:

parcius infamant: num tibi causa levis?

claudi.

Sunt autem hi

11 et modo pavonis caudae flabella superbae
et manibus durae frigus habere pilae,
et subit iratam talos me poscere eburnos
quaeque nitent Sacra vilia dona Via.
15 A, peream si me ista movent dispendia, sed me
fallaci dominae iam pudet esse iocum.

Hinc alienos iam dispexit Scaliger. Iure, u. o., sunt enim iam non de vilibus et libertinis sed de ingenuis procacibus, de quibus praecedentis elegiae actum est versibus 7—12. Ibi ab ipso poeta additos etiam sed postea deletos suspicor aut, quod magis mihi arridet, in margine ascriptos ab aliquo imitatore, quem minime infelicem fuisse tum optime senties si cum Heinsio „durae...pilae" legeris pro „dura pila". Quam bene enim inter se componuntur illa: „flabella caudae" et

„frigus pilae"! Recipiendum praeterea ab eodem: „subit iratam" pro „cupit iratum". Non enim *amator* hic fingitur iratus, quod plane hinc alienum, sed avara mulier quae, ut donum aliquod poscere possit, iram simulat, quam primum placandam.

Elegia 24*b* (23, 17—52).

Certius nihil est quam novam hanc esse elegiam: in codicibus cohaeret cum praecedente (24, 1—16 atque adeo 1—10, nam 11—16 inde esse removendum modo vidimus). Primus separavit Scaliger, rectissime, nam novum argumentum vs. 17 inchoari ex ipsa exclamatione „hoc erat e. q. s." apparet. Sed simul hic disertissimo docemur exemplo quatenus in ratione illa Scaligerana nobis sit procedendum: relinquenda ea est si non omnia tam certa sunt atque efficacia quam hic, ubi nobis elegiam praebet, quae in se teres est atque rotunda, ubi omnia plana sunt, perspicua et, si levia quaedam excipimus vitia, nulli dubitationi obnoxia.

3 sq. Una aut altera nox nondum est in amore peracta,
et dicor lecto iam gravis esse tuo.

Hoccine „nondum una aut altera" ferri potest. Non minus mihi absurdum videtur quam Aristophaneum illud πλεῖν ἢ τάλαντα πολλά quod tam feliciter correxit van Leeuwen πλεῖν ἢ ἑκατόν legendo. Quid quod similiter hic quoque peccatum est: exciderat aliquid, complevit versum criticus parum acutus. Et quid illud est quod post *nox* facile excidere poterat et propter sequens „et — iam" prorsus est necessarium? Nempe *vix*:

una aut altera nox vix est in amore peracta,
et dicor lecto iam gravis esse tuo.

Sic loquuntur homines qui derideri nolunt. Suboluit aliquid correctori codicis V, qui in margine *dura* appinxit. Sed vocativus ille non est huius loci

23 contendat mecum ingenio, contendat et arte.

Ante hunc versum excidisse quaedam putabat Lucianus Mueller. Non video cur id sit suspicatus. Nam ab interrogatione

ille tuus pennas tam cito vertit amor?

sat facilis est ad ipsum novum amatorem transitus.

35—38 Minime equidem praeclaros istos versiculos cum Rossbergio in finem elegiae traiecerim.

Nam vs. 52 aptissime clauditur elegia, non vero versu 38. Neque vs. 35 cum Baehrensio legerim: *tum me* compones c. q. s. pro:

> tu mea compones et dices, ossa, Properti,
> haec tua sunt: eheu, tu mihi certus eras.

Nullum enim certius fidelitatis testimonium quam si poeta ab eadem, quam nunc deperit, componitur.

43 mire dictum *parvo spatio* pro „per breve tempus".

47 sq. Hoc disticho transponendo nihil nos proficere opinor. Nusquam legi malim: est enim languidissimum, neque quidquam praebet viciniae vel ponderis vel ornamenti.

49 noli nobilibus, noli *conferre* beatis.

Versus corruptus. Heinsii *te offerre* parum gratum. Schraderi *gaudere* nimis recedit ab universo elegiae argumento, quod est de perfidia amatorum. Verissime Eldikius *confidere lautis*. Et est lenissima emendatio. Quam facile enim librarius negligens *conferre* scribere potuit pro *confidere*, deinde versum explere *beatis* pro *lautis* scribendo.

Elegia 25.

Miror nondum cuiquam suspicionem esse subortam duo ista disticha (1—4)

> unice nata meo pulcherrima cura dolori,
> excludit quoniam sors mea „saepe veni",
> ista meis fiet notissima forma libellis,
> Calve tua venia, pace, Catulle, tua

invito poeta huic carmini praefixa. Quam enim inepta eorum est enuntiatio, quam sunt sensu vacua! Quo sententiae vinculo primus cum secundo cohaeret versus? Et quid omnino versus secundus sibi vult? An quisquam mortalium, cum dicere vult (id quod vel per se ipsum satis est languidum) „ego tam sum miser ut raro me invites" haec balbutit: „excludit sors mea saepe veni". Esto, utcunque enuntiatum, hoc habemus: „quamvis sis adversum me crudelis, tamen te cantabo ita, ut omnium fias mulierum celeberrima". Quid subito Calvus & Catullus sibi hic volunt? An cinerem et manes curare sepultos credamus quod post ipsos novus poeta suos amores versibus extulerit

in saeculum? Nonne hoc miserum illum exsulem decet potius, qui omnium malorum immemor de sola sua apud posteros fama est sollicitus? An de Catulli et Tibulli more Propertius [illegible] si sola libellis Cynthiam *[illegible]* ire vaticinatur? Memendumne ei est ne ipsum quisquam exsistat maledicus qui non superatum illum [illegible] positum videre sed etiam [illegible] ad alios poetas carpentes? Et quam lepide elegia haec incipit a comparatione

> miles depositis annosus secubat armis
> grandaevique negant ducere aratra boves.
> putris et in vacua requiescit navis harena,
> et vetus in templo bellica parma vacat.
> at me e. q. s.

Tamen quis miretur hoc exordio imitatorem aliquem ad aliquid de suo addendum esse invitatum?

33 sq. Rivalem felicem ne nimis sit securus sic admonet poeta:

> quamvis te persaepe vocet, semel ire memento:
> invidiam quod habet, non solet esse diu.

Hexametrum multi multis modis temptarunt: haud mirum, nam istud *ire memento* absurdius est quam dici potest. Ullus si sensus inesset, sic fere esset interpretandus versus: „semel iam es admissus ad Cynthiam, hac una nocte contentus esto, ultra eius facilitate uti caris cave". Quis unquam, obsecro, sic latine est locutus? Neque multum proficimus Baehrensii coniectura *negato* scribentis pro *memento* (Polycratis Samii ea ratio est, non adolescentis leviusculi) aut Lachmanni *timeto*. Hoc enim vocabulo rivalis ille moneretur ut semper Cynthiam vitaret. At vs. 21 sic rivalem Propertius est allocutus:

> tu quoque, qui pleno fastus assumis amore

ergo iam saepius ille facilem expertus est Cynthiam. Iacobi vero emendatio omnes explet numeros:

> quamvis te persaepe vocet, simulare memento.

Hoc enim cauti est et invidiam vitantis, quamvis sis in amore fortunatus, semper metuere te omnia simulare et solliciti sumere speciem.

35 at si saecla forent antiquis grata puellis.

Sic edidit Baehrensius spreta egregia Dousae filii emendatione

at si saecla forent antiqua his grata puellis.

41 Mutabiles amatores sic reprehendit.:

vidistis pleno teneram candore puellam,
vidistis fuscas, dulcis uterque color.

Pro *pleno* Housmanus coniecit *niveo*, recte, ut opinor. Pro *dulcis* rectius codex N. *ducit*.

43 sq. vidistis quandam Argiva prodire figura,
vidistis nostras, utraque forma rapit.

Hanc lectionem (prodire) si a manu secunda codicis F accipimus, nulla praeterea molimine opus est ut aptum obtineamus sensum. Baehrensius aliis obsecutus legit:

vidistis quandam Argivam prodente figura

Housmanus vero mavult:

vidistis patriam Argivas prodente figura

collato Moreti vs. 31 sq.

erat unica custos,
Afra genus, tota patriam testante figura.

Uter igitur utrum est imitatus? Si Propertius Moreti poetam, e lepidissimo limpidissimoque versu fecit horridum obscurumque, si Moreti poeta Propertium, id fecit quod minus etiam credibile, ut e vocabulis temere coniectis versum componeret venustissimum. Nihil enim de Moreti aetate statuo, sed semper et ubique elegantissimum Ovidii imitatorem deprehendere mihi videor.

Totam denique disputationem de amatoribus novos semper amores quaerentibus sic poeta concludit:

cum satis una tuis insomnia portet ocellis,
una sit et cuivis femina multa mala.

Lepidissimum mihi paradoxon illud „una.... multa mala" videtur. Non Baehrensio, qui e coniectura dedit", una.... cura sua", quod friget languetque. Housmanus vero ante hanc clausulam distichon excidisse opinatur, quod ipse est commentus. Mihi aptissime rediri illa videtur ad vs. 39 sq.:

at vos, qui officium in multos revocatis amores,
quantum sic cruciat lumina vestra dolor!

nam *tuis* sicut *cuivis* in universum dictum est.

ELEGIA 26.

1—6 Vidi te in somnis fracta, mea vita, carina
Ionio lassas ducere rore manus,
et quaecunque in me fueras mentita fateri,
nec iam humore graves tollere posse comas,
5 qualem purpureis agitatam fluctibus Hellen,
aurea quam molli tergore vexit ovis.
quam timui ne forte tuum mare nomen haberet
teque tua labens navita fleret aqua.

Disticha 5 sq. et 7 sq. Burmanus inter se transposuit. Haud dubie sic vs. 5 structura nascitur paulo durior, sed nimis absurdus traditus ordo: „luctantem te vidi cum fluctibus et paene intereuntem, Hellae similem quae ariete vehebatur". Aliquid et Heinsio suboluit, qui vs. 6 *cum* legit pro *quam*, sed sic non persanatur locus.

9 sq. quae tum ego Neptuno, quae tum cum Castore fratri,
quae tibi suscepi iam dea Leucothoe!

Sic recte Heinsius pro *quaeque tibi excepi*.

Fortasse non est necessaria distichi 11 sq. transpositio quam suasit Baehrensius, sed quam lepidum sic rerum narratarum ordinem obtinemus et quam venustam elegiae clausulam:

17 sed tibi subsidio delphinum currere vidi,
qui, puto, Arioniam vexerat ante lyram
11 at tu vix primas extollens gurgite palmas
saepe meum nomen iam peritura vocas.
iamque ego conabar summo me mittere saxo,
cum mihi discussit talia visa metus.

Novam hinc incipere elegiam non dixerim, tam cognatum est argumentum versuum 1—20 et 21—58 cum praesertim *carina* illa, quae vs. 1 commemoratur, simul cum Cynthia poeta ipse vectus sit cogitandus. Etenim ad *saxum*, quod vs. 19 habemus, carina fracta est. Idem ergo hic est statuendum quod I, 8.

Recte Baehr. hosce versus sic transposuit:

33 et tabula una duos poterit componere amantes
34 (prora cubile mihi seu mihi puppis erit);
31 unum litus erit sopitis unaque tecto
32 arbor, et ex una saepe bibemus aqua.

vs. 31 Heinsii *tectum* pro *tecto* est recipiendum, sed nunc desideratur *praedicatum* quod ei in praecedentibus opponatur (velut: „unum litus erit torus nobis, unaque arbor tectum". Nam versum non praesto).

43 „iactabimur oris". Immo „i. auris" ut vult Heinsius.

Versus 49 sq. admodum obscuri sunt. De Amymone enim haec dicuntur:

> iam deus amplexu votum persolvit: at illi
> aurea divinas urna profudit aquas.

51 Enumeratis aliis deis, qui Amori non fuerint duri, haec addit poeta:

> Crudelem et Boream rapta Orithyia negavit.

Nonne *negarit* legendum? Testis est Orithyia Boream non esse crudelem. Cf. quae observavimus ad I, 20, 4.

Elegia 27.

Versus 5 sq. Heimreichius post 12 ponit; recte, ut opinor, dummodo cum „deterioribus" *sequitur* legatur pro *sequimur*, ut haec sit ultima pars elegiae:

> 11 solus amans novit quando periturus et a qua
> morte neque hic Boreae flabra nec arma timet,
> seu pedibus Parthos sequitur, seu classe Britannos,
> et maris et terrae caeca pericla viae.
> 15 iam licet et Stygia sedeat sub arundine, remex,
> solvat et infernae tristia vela ratis,
> si modo damnatum revocaverit aura puellae,
> concessum nulla lege redibit iter.

Versu 16 Broukhusii *solvat* recepi cum L. Muelleri interpunctione vs. 15, ne rerum perturbaretur ordo, nec non vs. 17 „deteriorum" *damnatum* pro *clamantis* quod est languidissimum. Contra *damnandi* verbum est aptissimum ubi cum gemitu et indignatione quadam mortis fit mentio, cf. IV, 11, 15 „damnatae noctes".

> 7 sqq. rursus et obiectum flemus caput esse tumultu
> cum Mavors dubias miscet utrimque manus.
> praeterea domibus flammam domibusque ruinas
> neu subeant labris pocula nigra tuis.

Elegia 23.

1—4 Cui fuit indocti fugienda haec semita vulgi,
ipsa petita lacu nunc mihi dulcis aqua est.
ingenuus quisquam alterius dat munera servo,
ut promissa suae verba ferat dominae?

Sic edidit Baehrensius sed v. 1 coniicit:

cui fuerit fugienda indocti semita vulgi

quo versu ingrato saltem intolerabile istud *haec* vitatur. Sed nescio an melius Housmanus:

cui fugienda fuit indocti semita vulgi

etenim illud *fuĭt* bene versu, quem ipse affert, defenditur IV, 1, 17:

nulli cura fuit externos quaerere divos.

Versu 2 nihil equidem mutaverim; non enim video quidni „ipsa petita lacu aqua" poni possit pro „ipso lacu petita aqua".

Sed in vs. 4 haereo. Amores (nuptarum) ingenuarum se missos facere et ad libertinas redire declarat poeta pertaesus molestiarum quibus ei adversus priores illas fuit perfungendum. Nuptarum ianitores fuerant corrumpendi ut ad dominam ferrent epistolia. Audio, sed „promissa" istud ridiculum videtur. Quid enim? Verba promiserat dominae amator. Quo modo? Nonne epistolio quod ab eodem illo ianitore fuerat redditum? Quidni ergo *statim* istud scripsit quod postea erat scripturus, an ultro, nulla re coactus, cavere volebat ne vel semel pervulgatum illud „Roma mora" re ipsa redargueretur? Immo vero *dona* promiserat, ad quae perferenda maiore opus fuit ianitoris labore et diligentia atque maiore ad servum corrumpendum pecunia. Epistolium gratis perferre fortasse non gravaturus ille erat. Suboluit aliquid Housmano, sed eius coniectura *praemissa* rem plane reddit obscuram.

11. Quid sit probabiles proponere coniecturas, quid eleganter ineptire nusquam melius quam hic discernitur. De nuptarum importunitate et arrogantia sic poeta conqueritur:

quam care semel in toto nox vertitur anno!

Pro *vertitur* Hemsterhusius proposuit *venditur* et sic aptum certe restituit sensum. Non contentus eo Heimreichius hoc est commentus:

nam cardo semel in toto vix vertitur anno

quod primo aspectu lepidissimum videtur. Sed accuratius qui rem perpendit ferre non poterit istud card*o*.... tot*o*.... ann*o* neque omissum aliquem dativum quo is cui non patefiat ianua indicetur, postremo observabit male coniunctione *nam* versum praecedentibus annecti. Aequi ergo bonique Hemsterhusii faciet lectionem, licet parum istud „Venditur" placeat.

13—18 Nunc ingenuae isti impotenti sic opponitur meretricula facilis:

contra, reiecto quae libera vadit amictu
custodum et nullo septa timore, placet,
15 cui saepe immundo Sacra conteritur Via socco,
nec sinit esse moram, si quis adire velit,
differet haec nunquam e. q. s.

Non miror Baehrensium pro „reiecto" aliud requirere vocabulum, magis miror eum non sensisse parum apte totam sententiam versuum 13 sq. esse contextam. Equidem totum distichon protaseos fungi vice debere et pro *placet* legendum esse *sedet* suspicor: semper enim inter se opponuntur per viam ambulans et domi sedens. Tum apte annectetur: „differet haec nunquam e. q. s.; et plane fit supervacuum distichon istud absurdum

cui saepe immundo Sacra conteritur Via socco,
nec sinit esse moram si quis adire velit.

Nam fac quemquam intelligere quid sibi hexameter velit, utrum adolescentibus liberius viventibus ideo placet meretricula quod facilis est an quod „lutulenta ruit sus"? Illud opinor. Tum nonne tibi delirantis videtur istud: quae non sinit esse moram... differet haec nunquam? Mihi quidem in mentem hic venit Plautinum istud:

cui di sunt propitii ego illi non esse iratos puto.

Abeat hinc in malam rem absurdum distichon 23 sq.

libertas quoniam nulli iam restat amanti,
nullus liber erit si quis amare volet

nam vs. 23 claudenda tota elegia est. Disticho enim

et quas Euphrates et quas mihi misit Orontes
me capiant: nolim furta pudenda tori

aptissime et more Propertiano reditur ad exordium. Sed de *mihi* dubito. Coniicerem *huc* nisi tanto praestaret nudum *misit.*

Ecquid *modo*, ut significetur pura puta barbara, nondum artibus meretriciis imbuta? Istud certe „libertas-volet" irritum est conamen imitatoris imperiti.

Elegia 24.

Tam arte huius elegiae versus 1—10 cohaerent cum praecedente elegia (XXIII, 1—22: „quoi fuit indocti — pudenda tori") ut non mirer Scaligerum unam e duabus fecisse. Novam tamen decem illi versiculi elegiam efficiunt, non novis numeris distinguendam a praecedenti sed lineola ab ea separandam quemadmodum et faciendum esse demonstravimus I, 7 1—26 („tunc igitur demens — illa futura mea est") et 27—46 („hic erit — gloria canitiem"). Priore parte finxerat poeta se missa facta Cynthia a libertinis opem et solatium petere. Nunc se ab amico sic reprehendi fingit:

„tu loqueris cum sis iam noto fabula libro
et tua sit toto Cynthia lecta foro?"

3 sq. cui non his verbis aspergat tempora sudor?
aut pudor ingenuus aut reticendus amor.

Unum hic intelligo: haec poetam secum ipso loqui. Nam si haec quoque dicerentur ab eo qui priori disticho (tu loqueris-foro) poetam refutavit, ineptissime poeta a verbis *quod si* initium faceret respondendi. Scaligeri *surdo* pro *sudor* hexametrum ita corrumpit ut e planissimo prorsus fiat obscurus, nam planissima est tradita lectio qua poeta aliquid veri inesse in reprehensione ista agnoscit. Sed pentametro quid faciamus? Ecquid pro *aut*...*aut* legamus *haut*...*haut*, aut, si *us* ante caesuram productum duriusculum videtur, *non*...*non*? Ut toto disticho hoc dicat poeta: „verum est, confiteor, quod dicunt illi: amor ingenuus (i. e. ingenuae, qualis est Cynthia) pudori non est, neque mihi fuerat dissimulandus". Hoc enim Propertius fecit fingendo se omissa Cynthia ad meretriculas confugisse

5 sq. quodsi tam facilis spiraret Cynthia nobis,
non ego nequitiae dicerer esse caput.

Contenderat ergo adversarius Cynthiam poetae facilem esse et semper fuisse. Sed id ipsum negat poeta: non enim se

commissurum fuisse ut identidem amore mutando in crimen levitatis incurreret. Tum sic semet purgare pergit:

7 sq. nec sic per totam infamis traducerer urbem

haec luce clariora, sed sequitur pentameter

ureret et quamvis nomine verba darem.

Hic de more „deteriores" codices meliorem lectionem *urerer* servant. Baehrensii coniectura „non mala" pro „nomine" nil proficimus. Quanto melius Palmerus *non mihi*! Nam revera verba sibi dedit poeta putando se Cynthia carere et alias amare posse. Postremo lepidissime defensionem suam sic concludit:

quare, ne tibi sit mirum me quaerere viles:
parcius infamant: num tibi causa levis?

Lepidissime, ais: eo enim iam calumniando rem perducit ut omni crimine liberet meretriculas vulgares, in ingenuas omnem culpam conferat. „Illae enim" ait „non damnosae solum sunt, sed etiam laedunt famam adolescentium, qui ab illis reiecti ad meretriculas se conferunt.

Quid nunc sex illis faciamus versiculis, qui in codicibus statim sequuntur? Nam nihil certius est quam hoc, elegiolam, quae a „tu loqueris" incipit pentametro:

parcius infamant: num tibi causa levis?

claudi.

Sunt autem hi

11 et modo pavonis caudae flabella superbae
et manibus durae frigus habere pilae,
et subit iratam talos me poscere eburnos
quaeque nitent Sacra vilia dona Via.
15 A, peream si me ista movent dispendia, sed me
fallaci dominae iam pudet esse iocum.

Hinc alienos iam dispexit Scaliger. Iure, u. o., sunt enim iam non de vilibus et libertinis sed de ingenuis procacibus, de quibus praecedentis elegiae actum est versibus 7—12. Ibi ab ipso poeta additos etiam sed postea deletos suspicor aut, quod magis mihi arridet, in margine ascriptos ab aliquo imitatore, quem minime infelicem fuisse tum optime senties si cum Heinsio „durae...pilae" legeris pro „dura pila". Quam bene enim inter se componuntur illa: „flabella caudae" et

„frigus pilae"! Recipiendum praeterea ab eodem: „subit iratam" pro „cupit iratum". Non enim *amator* hic fingitur iratus, quod plane hinc alienum, sed avara mulier quae, ut donum aliquod poscere possit, iram simulat, quam primum placandam.

Elegia 24*b* (23, 17—52).

Certius nihil est quam novam hanc esse elegiam: in codicibus cohaeret cum praecedente (24, 1—16 atque adeo 1—10, nam 11—16 inde esse removendum modo vidimus). Primus separavit Scaliger, rectissime, nam novum argumentum vs. 17 inchoari ex ipsa exclamatione „hoc erat e. q. s." apparet. Sed simul hic disertissimo docemur exemplo quatenus in ratione illa Scaligerana nobis sit procedendum: relinquenda ea est si non omnia tam certa sunt atque efficacia quam hic, ubi nobis elegiam praebet, quae in se teres est atque rotunda, ubi omnia plana sunt, perspicua et, si levia quaedam excipimus vitia, nulli dubitationi obnoxia.

3 sq. Una aut altera nox nondum est in amore peracta,
et dicor lecto iam gravis esse tuo.

Hoccine „nondum una aut altera" ferri potest. Non minus mihi absurdum videtur quam Aristophaneum illud πλεῖν ἢ τάλαντα πολλά quod tam feliciter correxit van Leeuwen πλεῖν ἢ ἑκατόν legendo. Quid quod similiter hic quoque peccatum est: exciderat aliquid, complevit versum criticus parum acutus. Et quid illud est quod post *nox* facile excidere poterat et propter sequens „et — iam" prorsus est necessarium? Nempe *vix*:

una aut altera nox vix est in amore peracta,
et dicor lecto iam gravis esse tuo.

Sic loquuntur homines qui derideri nolunt. Suboluit aliquid correctori codicis V, qui in margine *dura* appinxit. Sed vocativus ille non est huius loci

23 contendat mecum ingenio, contendat et arte.

Ante hunc versum excidisse quaedam putabat Lucianus Mueller. Non video cur id sit suspicatus. Nam ab interrogatione

ille tuus pennas tam cito vertit amor?

sat facilis est ad ipsum novum amatorem transitus.

35—38 Minime equidem praeclaros istos versiculos cum Rossbergio in finem elegiae traiecerim.

Nam vs. 52 aptissime clauditur elegia, non vero versu 38. Neque vs. 35 cum Baehrensio legerim: *tum me* compones e. q. s. pro:

tu mea compones et dices, ossa, Properti,
haec tua sunt: eheu, tu mihi certus eras.

Nullum enim certius fidelitatis testimonium quam si poeta ab eadem, quam nunc deperit, componitur.

43 mire dictum *parvo spatio* pro „per breve tempus".

47 sq. Hoc disticho transponendo nihil nos proficere opinor. Nusquam legi malim: est enim languidissimum, neque quidquam praebet viciniae vel ponderis vel ornamenti.

49 noli nobilibus, noli *conferre* beatis.

Versus corruptus. Heinsii *te offerre* parum gratum. Schraderi *gaudere* nimis recedit ab universo elegiae argumento, quod est de perfidia amatorum. Verissime Eldikius *confidere lautis.* Et est lenissima emendatio. Quam facile enim librarius negligens *conferre* scribere potuit pro *confidere*, deinde versum explere *beatis* pro *lautis* scribendo.

Elegia 25.

Miror nondum cuiquam suspicionem esse subortam duo ista disticha (1—4)

unice nata meo pulcherrima cura dolori,
excludit quoniam sors mea „saepe veni",
ista meis fiet notissima forma libellis,
Calve tua venia, pace, Catulle, tua

invito poeta huic carmini praefixa. Quam enim inepta eorum est enuntiatio, quam sunt sensu vacua! Quo sententiae vinculo primus cum secundo cohaeret versus? Et quid omnino versus secundus sibi vult? An quisquam mortalium, cum dicere vult (id quod vel per se ipsum satis est languidum) „ego tam sum miser ut raro me invites" haec balbutit: „excludit sors mea saepe veni". Esto, utcunque enuntiatum, hoc habemus: „quamvis sis adversum me crudelis, tamen te cantabo ita, ut omnium fias mulierum celeberrima". Quid subito Calvus & Catullus sibi hic volunt? An cinerem et manes curare sepultos credamus quod post ipsos novus poeta suos amores versibus extulerit

in caelum? Nonne hoc miserum illum exsulem decet potius, qui omnium malorum immemor de sola sua apud posteros fama est sollicitus? An de Calvi et Catulli gloria Propertius quidquam detrahit, si suis libellis Cynthiam *notissimam* fore vaticinatur? Metuendumne ei est ne usquam quisquam exsistat malevolus qui nolit superlativum illum ἀπολελυμένως positum credere sed statim συγκριτικῶς adhibitum suspicetur ad alios poetas carpendos? Et quam lepide elegia haec incipit a comparatione

miles depositis annosus secubat arvis
grandaevique negant ducere aratra boves,
putris et in vacua requiescit navis arena,
et vetus in templo bellica parma vacat,
at me e. q. s.

Tamen quis miretur hoc exordio imitatorem aliquem ad aliquid de suo addendum esse invitatum?

33 sq. Rivalem felicem ne nimis sit securus sic admonet poeta:

quamvis te persaepe vocet, semel ire memento:
invidiam quod habet, non solet esse diu.

Hexametrum multi multis modis tentarunt; haud mirum, nam istud *ire memento* absurdius est quam dici potest. Ullus si sensus inesset, sic fere esset interpretandus versus: „semel iam es admissus ad Cynthiam, hac una nocte contentus esto, ultra eius facilitate utaris cave". Quis unquam, obsecro, sic latine est locutus? Neque multum proficimus Baehrensii coniectura *negato* scribentis pro *memento* (Polycratis Samii ea ratio est, non adolescentis leviusculi) aut Lachmanni *timeto*. Hoc enim vocabulo rivalis ille moneretur ut semper Cynthiam vitaret. At vs. 21 sic rivalem Propertius est allocutus:

tu quoque, qui pleno fastus assumis amore

ergo iam saepius ille facilem expertus est Cynthiam. Iacobi vero emendatio omnes explet numeros:

quamvis te persaepe vocet, simulare memento.

Hoc enim cauti est et invidiam vitantis, quamvis sis in amore fortunatus, semper metuere te omnia simulare et solliciti sumere speciem.

35 at si saecla forent antiquis grata puellis.

Sic edidit Baehrensius spreta egregia Dousae filii emendatione

at si saecla forent antiqua his grata puellis.

41 Mutabiles amatores sic reprehendit.:

vidistis pleno teneram candore puellam,
vidistis fuscas, dulcis uterque color.

Pro *pleno* Housmanus coniecit *niveo*, recte, ut opinor. Pro *dulcis* rectius codex N. *ducit.*

43 sq. vidistis quandam Argiva prodire figura,
vidistis nostras, utraque forma rapit.

Hanc lectionem (prodire) si a manu secunda codicis F accipimus, nulla praeterea molimine opus est ut aptum obtineamus sensum. Baehrensius aliis obsecutus legit:

vidistis quandam Argivam prodente figura

Housmanus vero mavult:

vidistis patriam Argivas prodente figura

collato Moreti vs. 31 sq.

erat unica custos,
Afra genus, tota patriam testante figura.

Uter igitur utrum est imitatus? Si Propertius Moreti poetam, e lepidissimo limpidissimoque versu fecit horridum obscurumque, si Moreti poeta Propertium, id fecit quod minus etiam credibile, ut e vocabulis temere coniectis versum componeret venustissimum. Nihil enim de Moreti aetate statuo, sed semper et ubique elegantissimum Ovidii imitatorem deprehendere mihi videor.

Totam denique disputationem de amatoribus novos semper amores quaerentibus sic poeta concludit:

cum satis una tuis insomnia portet ocellis,
una sit et cuivis femina multa mala.

Lepidissimum mihi paradoxon illud „una.... multa mala" videtur. Non Baehrensio, qui e coniectura dedit", una.... cura sua", quod friget languetque. Housmanus vero ante hanc clausulam distichon excidisse opinatur, quod ipse est commentus. Mihi aptissime rediri illa videtur ad vs. 39 sq.:

at vos, qui officium in multos revocatis amores,
quantum sic cruciat lumina vestra dolor!

nam *tuis* sicut *cuivis* in universum dictum est.

ELEGIA 26.

1—6 Vidi te in somnis fracta, mea vita, carina
Ionio lassas ducere rore manus,
et quaecunque in me fueras mentita fateri,
nec iam humore graves tollere posse comas,
5 qualem purpureis agitatam fluctibus Hellen,
aurea quam molli tergore vexit ovis.
quam timui ne forte tuum mare nomen haberet
teque tua labens navita fleret aqua.

Disticha 5 sq. et 7 sq. Burmanus inter se transposuit. Haud dubie sic vs. 5 structura nascitur paulo durior, sed nimis absurdus traditus ordo: „luctantem te vidi cum fluctibus et paene intereuntem, Hellae similem quae ariete vehebatur". Aliquid et Heinsio suboluit, qui vs. 6 *cum* legit pro *quam*, sed sic non persanatur locus.

9 sq. quae tum ego Neptuno, quae tum cum Castore fratri,
quae tibi suscepi iam dea Leucothoe!

Sic recte Heinsius pro *quaeque tibi excepi.*

Fortasse non est necessaria distichi 11 sq. transpositio quam suasit Baehrensius, sed quam lepidum sic rerum narratarum ordinem obtinemus et quam venustam elegiae clausulam:

17 sed tibi subsidio delphinum currere vidi,
qui, puto, Arioniam vexerat ante lyram
11 at tu vix primas extollens gurgite palmas
saepe meum nomen iam peritura vocas.
iamque ego conabar summo me mittere saxo,
cum mihi discussit talia visa metus.

Novam hinc incipere elegiam non dixerim, tam cognatum est argumentum versuum 1—20 et 21—58 cum praesertim *carina* illa, quae vs. 1 commemoratur, simul cum Cynthia poeta ipse vectus sit cogitandus. Etenim ad *saxum,* quod vs. 19 habemus, carina fracta est. Idem ergo hic est statuendum quod I, 8.

Recte Baehr. hosce versus sic transposuit:

33 et tabula una duos poterit componere amantes
34 (prora cubile mihi seu mihi puppis erit);
31 unum litus erit sopitis unaque tecto
32 arbor, et ex una saepe bibemus aqua.

vs. 31 Heinsii *tectum* pro *tecto* est recipiendum, sed nunc desideratur *praedicatum* quod ei in praecedentibus opponatur (velut: „unum litus erit torus nobis, unaque arbor tectum". Nam versum non praesto).

43 „iactabimur oris". Immo „i. auris" ut vult Heinsius.

Versus 49 sq. admodum obscuri sunt. De Amymone enim haec dicuntur:

iam deus amplexu votum persolvit: at illi
aurea divinas urna profudit aquas.

51 Enumeratis aliis deis, qui Amori non fuerint duri, haec addit poeta:

Crudelem et Boream rapta Orithyia negavit.

Nonne *negarit* legendum? Testis est Orithyia Boream non esse crudelem. Cf. quae observavimus ad I, 20, 4.

Elegia 27.

Versus 5 sq. Heimreichius post 12 ponit; recte, ut opinor, dummodo cum „deterioribus" *sequitur* legatur pro *sequimur*, ut haec sit ultima pars elegiae:

11 solus amans novit quando periturus et a qua
morte neque hic Boreae flabra nec arma timet,
seu pedibus Parthos sequitur, seu classe Britannos,
et maris et terrae caeca pericla viae.
15 iam licet et Stygia sedeat sub arundine, remex,
solvat et infernae tristia vela ratis,
si modo damnatum revocaverit aura puellae,
concessum nulla lege redibit iter.

Versu 16 Broukhusii *solvat* recepi cum L. Muelleri interpunctione vs. 15, ne rerum perturbaretur ordo, nec non vs. 17 „deteriorum" *damnatum* pro *clamantis* quod est languidissimum. Contra *damnandi* verbum est aptissimum ubi cum gemitu et indignatione quadam mortis fit mentio, cf. IV, 11, 15 „damnatae noctes".

7 sqq. rursus et obiectum flemus caput esse tumultu
cum Mavors dubias miscet utrimque manus.
praeterea domibus flammam domibusque ruinas
neu subeant labris pocula nigra tuis.

Rursus, ne hinc praesidium petas lectioni vs. I, 20, 52 a Palmero propositae, in enumeratione eandem vim habet quam *modo*. Vs. 8 *dubius* legendum arbitror pro *dubias* quod versum iusto obscuriorem reddit; Homericum *ξυνός* Ἐνυάλιος poeta vertit. Recte Muellerus pro *domibusque* restituit *metuisque*, qui singularis egregie commendatur vocabulo *tuis*, pro quo frustra Broukhusius commendat *suis*. Lachmanni „domibus flammam dominisque ruinam" specie ingeniosum est, revera absurdum.

Elegia 28.

3 Hoc certum est post Iovis invocationem (1 et 2) sequi debere 33 sq.:

33 sq. hoc tibi vel poterit coniunx ignoscere Iuno,
frangitur et Iuno si qua puella perit

et fortasse una haec sufficit transpositio.

9 sq. num sibi collatam doluit Venus? illa peraeque
semper formosis insidiosa dea est.

Sic ego legendum arbitror: *semper* pro *prae se*, cum Marklando; *insidiosa* pro *invidiosa* cum Behotio. Propter *peraeque* cf. Cic. Verr. III, 121: „atque hoc peraeque in omni agro decumano reperietis" et alibi.

21 sq. Andromede monstris fuerat monstrata marinis:
haec eadem Persei nobilis uxor erat

Miror neglectam a Baehrensio praeclaram Eldikii emendationem *ovat* pro *erat*. Pro *monstrata* (vocabulo *errore* e praecedente *monstris* nato) quid sit legendum nostri arbitrii est statuere. Mihi praeplacet varia lectio *devota*.

26 Apte locum expedivit Baehrensius *igne* legendo pro *ille*.

28 Quoniam argumentum manet idem (Cynthiae morbus), praestat quae hic (atque etiam quae vs. 35) incipiunt non considerare tamquam novas elegias sed tamquam eiusdem continuationes quas poeta mutato mentis statu addiderit.

57 sq. Versus hos („nec forma-manet") inficetos et a proposito alienos iure damnavit Fonteinius.

61 sq. redde etiam excubias divae nunc ante iuvencae

lepidissime sic poeta Isidem significat estque ea circumscriptio simillima Catullianae illi

gemelle Castor et gemelle Castoris,

quapropter in pentametro

votivas noctes et mihi solve decem

nolim cum Baehrensio ipsum nomen *Isidi* ponere pro *et mihi*. Non solent faceti homines sic suos ipsi iocos interpretari. Quid quod ipsum illud *et mihi* lepidissimum est *ἀπροσδόκητον*.

ELEGIA 29.

1 hesterna modo lux cum potus nocte vagarer

sic codices O, in codice F *modo* suprascriptum habet *mea*, unde plerumque sic editur,

hesterna, mea lux, cum potus nocte vagarer.

Sed id quidem ferendum nullo modo esse iam Heinsius intellexit. Legimus enim vs. 42

ex illo felix nox mihi nulla fuit

neque tam, ut opinor, ineptus fuit Propertius ut unquam diserte declaraverit noctem sibi nullam fuisse vel felicem vel miseram post hesternam, post quam nullam omnino noctem habuerit. Mirum quod non idem ille Heinsius eo argumento adstipulatus sit Guyeto, qui a versu 23 novam incipere elegiam statuerit. Neque dubium est quin inde a vs. 23 argumentum tractetur diversum ab eo de quo agunt vs. 1—22; diversum, sed tamen cognatissimum. Ergo equidem censeo hic idem quod I, 8 evenisse ut scriptae iam et perfectae elegiae novam partem ipse poeta adderet: priore parte narrat quid sibi nocte evenerit vago et nescio quas amicas quaerenti *foris* (sic enim vs. 14 legendum e Dousae patris certissima emendatione pro inepto *fores*), altera quid mane amicam speculanti. Certe Baehrensianum illud

extrema modo cum *perpotus* nocte vagarer

supra quam dici potest *ἀπειρόκαλον* et *ἀγροικόν* est.

3 *Minuta* nolim cum Baehrensio in *minata* mutare. Non enim numerus sed forma illo *minuta* significatur: sunt genioli quales sunt depicti in parietibus Pompeianis. Nihil ergo molesti habent verba subsequentia „hos vetuit me numerare timor". *Sed* a quo vs. 7 incipit non urgendum.

9 *locarit* mihi vehementer placet neque video quomodo

irrepere potuerit in locum vocabuli languidissimi *notavit* quod proposuit C. F. G. Mueller.

15—18 Abeant hinc in malam rem quatuor isti versiculi, quos iam Fonteinius hinc plane esse alienos intellexit. Dixeris sic iusto breviorem fieri priorem partem elegiae; sed quid ei adiiciunt ponderis vel ornamenti? Atque etiam ex altera parte aliquid recidendum esse videbimus ita ut restituatur aequabilitas.

21 *iniecto amictu* intelligi *nodum* vs. 10 Baehrensius statuit, quod ut incredibile ita verum videtur.

27 sq. Nihil Fonteiniano invento certius hosce versus post 40 legendos. Ubi nunc leguntur importune structuram sententiarum et ordinem rerum narratarum perturbant.

35 sq. apparent non ulla toro vestigia presso
signa voluptatis nec iacuisse duos

hos versus, quos alii emendare studuerunt, alii exemplis nihil huc facientibus defendere sunt conati, Cynthia Propertiana plane indignos esse dudum intellexissent omnes, si observassent quam funesti essent versibus 37 sq.

aspice ut in toto nullus mihi corpore surgat
spiritus admisso natus adulterio.

Qui enim innocentiae suae certum monstrat indicium, non aliud quid in eandem sententiam praemittit. At nunc quam languida est ista repetitio *apparent*....*aspice* et quam sunt inepta et semibarbara quae illud *apparent* sequuntur! Sic loqui potuit aliquis monachus mediaevalis, non aureae aetatis poeta Romanus.

41 Quidquid hic moliti sunt critici, utique retinenda vox *custos*. Nulla enim aptior ad totum huius partis argumentum breviter referendum.

Elegia 30.

Hoc carmen si cum Lindnero, Rossbergio, Baehrensio, sic disponis: 1—12; 19—30; 33—36; 31 sq.; 13—18; 37—40, elegiam habes sat bene decurrentem; *fatetur* poeta se non *posse* Cynthiae amorem missum facere; *declarat* se id ne *velle* quidem, neque ullo modo rumores curare hominum, fingitque locum amoenissimum ubi, nullis vexatus

hominum sermonibus, totum se dare possit amori, vino, carminibus.

vs. 23 una contentum pudeat me vivere amica?

Quid Baehrensium moverit ut *unum* legeret pro *una* plane me fugit.

37 hic ubi me prima statuent in parte choreae,
et medius docta cuspide Bacchus erit,
tum capiti sacros patiar pendere corymbos:
nam sine eo nostrum non valet ingenium.

Sic demum, legendo vs. 37 *me* pro *te* cum Italis, et vs. 40 *eo* pro *te* cum Baehrensio, descriptionem habemus plenam, perfectam, elegantem.

Elegia 31.

11 in quo Solis erat supra fastigia currus.

In quo sc. *templo* quod vs. 9 praecedit. Cur pro eo Baehrensianum recipiamus inventum *aequos* (i. e. itidem marmoreus)? Ne latinum quidem istud est.

Elegia 32.

5 sq. Usus praeclara emendatione viri docti in Misc. Obs. II, p. 106 et variis quibusdam minoris momenti lectionibus totum distichon sic restituo:

curve tua Herculeum te portant esseda Tibur,
Appia cur totiens te via Lanuvium?

Sunt etiam nunc qui ridicula ista *anum* vel *anus* tueantur. Frustrane ergo iis clamatur sensu carere istud „via te ducit" nisi locus addatur quo ducat?

31 sq. Tyndaris externo patriam mutavit amore
et sine decreto viva reducta domum est.

Santenius „et sine dedecore est viva reducta domum". Eleganter, sed vel sic intolerabile istud *viva* remanet.

43—46 Sic mutata interpunctione facetissimum obtinemus *ἀπροσδόκητον*:

o nimium nostro felicem tempore Romam,
si contra mores una puella facit!
haec eadem ante illam iam impune et Lesbia fecit,
quae sequitur certe est invidiosa minus.

ELEGIA 33.

6 De Iside sic poeta conqueritur:

quaecumque illa fuit, semper amara fuit.

Recte *quodcumque* Housmanus: de dea enim agitur quae formam mutavit.

8 (ad eandem):

Sensisti multas quid sit inire vias.

Cave hic de re amatoria cogites: agitur de miseriis quas ipsi Isidi amor attulit, propter quas eam amantibus mitem esse decebat.

12 mansisti stabulis abdita pasta tuis.

Housmano splendida videtur Palmeri emendatio:

mansisti et stabulis arbuta pasta tuis.

Mihi haec repetitio praecedentis videtur

a, quoties quernis laesisti frondibus ora

et „mandisti....pasta" absurda est tautologia, nisi *mandere* hic *ruminandi* habet vim, quod fieri posse haud affirmaverim.

23 „verba sinis *mea* ludere". Recte Heinsius *me* scribi iussit.

25 Ira motus subito alias sibi fingit poeta caerimonias plenas laetitiae libidinisque; sed diu iratus esse Cynthiae non potest et iam vs. 35 consilium mutat.

41 nulla tamen lecto recipit se sola libenter.

Heinsius *pota* pro *sola*, sed illud ex ipso apparet contextu et sensu, qui in *sola* inest, carere non possumus.

42 est quiddam quod *vos* quaerere cogat Amor.

Burmanus *nos*, sed sic vitiosa nascitur structura.

ELEGIA 34.

Multa incommoda hoc perpessum est carmen. Dissecando in frustula parum proficimus. Ut *carmen* sat bene decurrit.

7 hospes in hospitium Menelaus venit adulter.

Egregie illo „hospes in hospitium" quam impie saepe Amor sanctissima perrumpat atque disturbet iura depingitur. Absit ergo Baehrensianum illud „hunc per in hospitium".

12 possesne in tanto vivere flagitio?

Housmanus posses tum t. v. f. Sed hoc iam Heinsius invenit.

23 Subitus hinc transitus et vere Propertianus. Hoc aequi

bonique consulere praestat quam post 24 lacunam relinquere.

29 „Nil iam tibi, Lynceu, prosunt philosophia tua et docti poetae quibus insudas" ait Propertius additque

aut quid.... tibi prosunt carmina lecta?
nil iuvat in magno noster amore senex.

Nihil, paene dixerim, in locum, quem vacuum reliqui, quadrat praeter Scaligeranum „Lucreti". Primum poeta philosophos Graecos significavit et alios et eos qui *rerum vias* descripserunt, nunc additur Lucretius Romanus (*noster*, v. l. *vester*). Quem quod *senem* dicit non mirandum in adolescentulo, cui iam Catullus senex videri possit. Neque negligendum illud *lecta* quod nobis in mentem vocat Ciceronis in epistula ad Quintum fratrem celebrem illum de Lucretii locum, ubi de scriptore diverso quidem a Lucretio, quem tamen cum Lucretio coniungit, hoc dicit: „illum si legeris, hominem te non putabo" unde hoc certe sumere nobis licet Ciceroni Lucretium legere satis arduum esse visum laborem. Legimus apud Ellisium J. o. Ph. 22 legendum esse *Erythraei* et sic significari Pyrrhum, in quem Lynceus Samius, nostri Lyncei proavus commentarium scripserit ad quem alludat lectio *vester*. Ὦ Ζεῦ βασιλεῦ τῆς λεπτότητος τῶν φρενῶν!

36 ...... ipsa suas *decipit* unda vias.

De Maeandro haec dici qui audiverit quomodo dubitare poterit quin recte Fonteinius emendaverit *respicit*?

53 nec si post Stygias aliquid restabit erumpnas

absurdam lectionem optime correxit Waardenburgius: „n. s. p. S. aliquid restabimus undas". Non contentus eo Lachmannus „restans erit undas". Taliane commemorari etiam! Munro vero n. s. p. S. aliquid „rest arbiter undas" et hoc „restore" appellat Housmanus!

83 sq. Quid hic legendum esse olim statuerim vide apud Enkium. Unum addo me non mutasse sententiam.

(*Continuabuntur*).

Ad Ciceronis or. pro Sestio § 47.

Paulo longiorem locum exscribam quo melius appareat quid inde eximendum mihi videatur. Rogat ergo Cicero:

„Nesciebam inter sapientissimos homines hanc contentionem fuisse ut alii dicerent animos hominum sensusque morte restingui, alii autem tum mentes maxime sapientium ac fortium virorum, cum ex corpore excessissent, sentire ac vigere?"

additque haec:

„quorum alterum fugiendum non esse [carere sensu], alterum etiam optandum [meliore esse sensu]".

Ipsae aures ista condemnant.

I. I. H.

Ad Ciceronis or. pro Sestio § 99.

„.... in tanto civium numero magna multitudo est eorum qui aut propter metum poenae [peccatorum suorum conscii] novos motus conversionesque reipublicae quaerant, aut qui propter insitum quendam animi furorem discordiis civium ac seditione pascantur".

Inclusa periodi nervos nimis crudeliter incidunt.

I. I. H.

MNEMOSYNE.

BIBLIOTHECA PHILOLOGICA BATAVA.

COLLEGERUNT

P. H. DAMSTÉ, J. J. HARTMAN, C. W. VOLLGRAFF.

OPERAM SUAM POLLICITI SUNT

K. KUIPER, J. C. NABER, M. C. VALETON, I. VAN WAGENINGEN.

NOVA SERIES.
VOLUMEN QUINQUAGESIMUM. PARS II.

LUGDUNI-BATAVORUM
E. J. BRILL.

LIPSIAE,
O. HARRASSOWITZ.
1922.

INDEX

IURIS ROMANI STUDIORUM VINDICATIO.

SCRIPSIT

J. VAN BINSBERGEN.

Mnemosynes lectores profecto haud magni facere viderer, si non omnium interesse mihi persuaderem, quid iuris Romani notitia ad iuris hodierni studium conferre possit. Omnes nimirum litterarum Latinarum, immo totius antiquitatis Romanae amore pariter imbuti sunt neque quisquam Rutilii Namatiani versus pulcherrimos non laudat atque ex animi sententia repetit:

> Exaudi, regina tui pulcherrima mundi,
> Inter sidereos Roma recepta polos,
> Obruerint citius scelerata oblivia solem
> Quam tuus ex nostro corde recedat honos!

Unde mihi quidem constat eos recusaturos non esse paulisper mecum considerare, quantam vim in parte Occidentis illa disciplina etiamnunc exerceat, qua nulla umquam praeclarior ex populi Romani ingenio fluxerit. Breviter ac summatim disputaturus sum, importunum esse iudicans in tali proposito inquisitionum minutarum eventibus, nedum conatibus legentium animos fatigare.

Ius Romanum licet hodie nusquam fere iam valeat (at paucos ante annos adhuc viguit in maxima Germaniae parte, ubi novus codex civilis Germanicus Kalendis Ianuariis anni MCM demum introductus est), vis atque potestas eius iuris manet et durat semper. Quo fit ut Universitatis disciplina hoc iuris studio propaedeutico carere non possit. Habemus autem Iustiniani Institutiones tamquam eximium exemplum

libri in discipulorum usum confecti, atque adeo *κτῆμα εἰς ἀεὶ* omnibus iuris studii tironibus.

Iam obiter librum inspicientibus continuo patet iurisconsultum hic verba facere et eum iurisprudentem qui felicissimo modo veterum exemplaribus usus est, quae perquam concinne in unum redegit [1]).

Res nota est, Gaii institutiones primarium fontem Iustiniani elementorum fuisse. De Gaii commentariis quattuor haud facile est iuste iudicare propter multas lacunas quae libro manuscripto insunt. Quae supersunt quadam inconcinnitate laborant. Quae omnia non impediunt quominus inventum unici Gaii institutionum exemplaris a Niebuhrio anno 1816 Veronae factum, praesertim propter librum quartum ordinem iudicii privati continentem, maximi momenti fuerit iuris *classici* studio.

Cum longissimum cursum quem ius Romanum per saecula peregit, persequimur, quatenus id facere licet, miramur quantopere Romani praediti fuerint sensu instituta continuandi ac fideliter conservandi quae longa dies probavisset. Numquam ulla plane abrogabatur iuris institutio, sed novi aliquid iuxta vetus ponebatur, donec id quod antiquum erat, paulatim evanuit. Vehementer dolendum est historiam iuris Romani nobis parum tantum innotuisse. Ut taceam de legibus quae feruntur „regiis", incipit notitia nostra a reliquiis duodecim tabularum: disiecta ea sunt membra sermone lapidario tradita, quae ceteroquin nisi perquam imperfecte nobis illius vetusti temporis ius exponunt.

---

1) Audiamus ipsum imperatorem in prooemio i. e. constitutione „Imperatoriam maiestatem" (anni 521 p. C. n. die 21 Nov.) qua institutiones confirmavit:

„. . . Cum sacratissimas constitutiones antea confusas in luculentam ereximus consonantiam, tunc nostram extendimus curam et ad immensa prudentiae veteris volumina . . . e. q. s. Cumque hoc deo propitio peractum est, Triboniano viro magnifico et exquaestore sacri palatii nostri nec non Theophilo et Dorotheo viris illustribus antecessoribus . . . . convocatis specialiter mandavimus ut nostra auctoritate nostrisque suasionibus componant institutiones. . . . Igitur post libros quinquaginta digestorum seu pandectarum in quos omne ius antiquum collatum est . . . in hos quattuor libros easdem institutiones partiri iussimus, ut sint totius legitimae scientiae prima elementa".

Sunt igitur institutiones liber ex quo iuris elementa discantur, sed eaedem vim legis habent, nam sic pergit imperator: „plenissimum nostrarum constitutionum robur iis accommodavimus", et porro „has leges nostras accipite" . . . . e. q. s.

Quin genuina sint illa fragmenta — paucos ante annos hoc demonstrare conatus sum [1] — equidem certe non dubito; neque magis dubitandum est quin XII tabulis solum fere ius Romanae originis sit conscriptum; ius quod moribus receptum erat, iis primum ratione et via ex auctoritate populi collectum est, quae ex peregrinorum iure originem trahunt, perraro ibi inveniuntur [2].

Ex saeculis post XII Tabulas pauca tantum de iure nobis nota sunt: Plauti Comoediae in usum huius materiae cautissime adhibendae sunt; ceteroquin haud ita multa nobis praebent.

Sequitur Cicero. Liberae reipublicae temporibus Ciceronis opera nobis primarius fons sunt iuris, sed etiam cautius quam Plautus M. Tullius mihi consulendus videtur, idque pluribus de causis: primum quod saepe ICtos ludibrio habet, ut in oratione pro Murena, deinde quod versutus causarum patronus hic et illic vera et mendacia permiscere non veretur, v. c. in difficillima illa oratione qua Q. Roscium comoedum defendit.

Aetate imperatoria clarior lux nobis fulgere coepit. Sed — ut mittam Gaii institutiones ceteraque similia opuscula — ut illius aetatis ius cognoscamus, fere unice adeundae sunt nobis Pandectae sive Digesta, ingens opus nostratiumque iudicio mire et prorsus ἀσυστηματικῶς confecta legum collectio. Etiamsi numerum locorum interpolatorum haud ita magnum sumamus, e fragmentis quae nulli dubitationi sunt obnoxia quomodo ius paulatim creverit, non clare perspicere possumus. Ratione quae dicitur synchronistica iuris historiam conscribere velle, me quidem iudice, opus desperatum est. Et chronologice iuris cursum enarrare, ex ipsius rei indole res arida et parum iucunda esse videtur.

De *praetoris* quoque labore et industria, qui interpres erat

---

1) Themis, 1920, IV.

2) Insuper de XII tabulis numquam id obliviscendum est, legislationem illam grave et certissimum fuisse momentum in discordiis patrum et plebis. Fustel de Coulanges (la Cité antique p. 366) hac de re adnotat: „les Douze Tables.... ont été écrites au milieu d'une transformation sociale; ce sont des patriciens qui les ont faites, mais ils les ont faites sur la demande de la plèbe et pour son usage. Cette législation n'est donc plus le droit primitif de Rome; elle n'est pas encore le droit prétorien; elle est une transition entre les deux".

iuris ipsius magistratus aetate vigentis quique inde condidit amplissimam iuris privati partem, de praetoris opera qua semper sensim sensimque ius mutabatur, de via quam praetor iniit, nihil pro certo affirmare possumus. Legislatoris partes numquam praetoris fuerunt: inde sui generis neque adhuc solutum aenigma est quomodo praetor ea quae statuerat perferre potuerit [1]) (hanc autem rem ei successisse ipsa iuris historia luculentissime demonstrat.)

Quodsi tanti aenigmatis solvendi periculum facere mihi licet, haec pauca in medium proferre velim.

Apud Romanos quoque leges et mores tamquam solos iuris fontes commemorari videmus. Quod sane verum est, sed ista doctrina tum demum exoriri ac vigere potuit, cum iurisconsultorum ordo quidam doctus eruditusque constitutus iam est, qui a ratione profecti ius definire studerent. Verum enimvero iuxta atque adeo supra leges et mores ius illud est, quod, e causis agendis enatum, a prudentium responsis atque sententiis duxit originem. Istas autem sententias iudices ferebant, qui nullo magistratu fungebantur sed erant privati cives et iuris fere imperiti, unde fiebat ut sententias ad suum ipsorum sensum, quid aequum esset quid iniquum, referre solerent. Sane is aequi iustique sensus iuris fons primarius semper et ubique fuit atque etiamnunc est.

Praetor cives illos privatos ac iuris rudes tamquam iudices (recuperatores) designabat: „praetor dat iudicem". Bene igitur „custos iuris civilis" appellabatur, sed insuper, quod probe tenendum, „viva vox iuris civilis".

Quod ad formam attinet leges et mores manebant: ceterum in rebus ad ius privatum vere pertinentibus numerus legum, quae nobis quidem innotuerunt, exiguus est admodum: legislator formalis qui erat hic in itinere substitit.

Qualem autem rei cursum fuisse putandum est?

Leges et mores hominibus sensim impedimento esse coeperunt.

Iudex, vir privatus idemque iuris inscius, e vulgo profano

---

1) Praetor enim iubet iudicem condemnare, si paret reum hoc vel illud fecisse. Brevissime sic formula concipitur:

„Si paret A^m A^m apud N^m N^m mensam argenteam deposuisse eamque dolo malo N^i N^i A^o A^o redditam non esse, iudex condemna; s. n. p., absolve".

electus, velut sui circuli repraesentator, suo iuris sensu et opinionibus imbutus — nempe iuris conscientia vim suam exercet αὐτονόμως, non tantum ἑτερονόμως, ut philosophi nunc loquuntur — talis igitur vir, cum reum non condemnare aut absolvere non poterat, quoniam verba formulae tertium non dabant, id repugnare sentiebat iusti conscientiae, quae in eo atque in propinquis eius vigebat. Scilicet minister publicus aliter sentit, quippe qui ante omnia leges spectet: est enim magistratus atque partem suam. imperii sustinet.

Iam vero praetor civibus, quid iusti conscientia facerent quae in suorum coetu orta atque aucta erat nescientibus, subsidio venit.

Tantum aberat ut potestatem suam excederet vel cuiquam vim inferret, ut novis formulis edendis salutem afferret hominibus; quibus formulis ius, quod tunc cum maxime vivebat, identidem condebatur itaque adhiberi poterat. Quod cum faceret, tam de iure quam de iis, qui ius desiderarent, optime est meritus.

Haec omnia quae a me disputata sunt argumentis e fontibus prolatis comprobari non posse probe novi, sed ratione psychologica explicatio mea a vero aliena non esse videtur.

Quod homines oculos animosque in formalem partem quaestionis adhuc sine fine defixerunt caecos eos absque vero aversos reddidit.

Sed iam venimus ad ius imperatorium. Hic diligenter animum attendendum est ad ea quae invenimus Inst. 1. 2. § 6:

„....et quod principi placuit legis habet vigorem, cum lege regia quae de imperio eius lata est, populus ei et in eum omne suum imperium et potestatem concessit".

Lex illa de imperio testimonium dat magnae reverentiae quam iuris publici Augustus habuit, sed ante omnia nobis documento est eum penitus perspexisse Romani populi mentem atque ingenium. Videtur mihi haec lex ingeniosissimum inventum. Augustus sibi a populo legislatoris potestatem delegandam curavit, sed non solum hanc, immo absolutissimum dominatoris ius; (et haec omnia salva liberae reipublicae constitutione). Testis huiusce rei est sexta nobis servata clausula illius legis [1])

---

1) C. I. L. VI, 930.

quae imperatori Vespasiano imperium contulit, ubi haec leguntur: „uti quaecunque ex usu reipublicae maiestateque divinarum humanarum publicarum privatarumque rerum esse censebit, ei agere facere ius potestasque sit, ita uti divo Aug(usto) Tiberioque Iulio Caesari Aug(usto) Tiberioque Claudio Caesari Aug(usto) Germanico fuit". [1])

Neque negari potest optimos ex Romanis imperatoribus hac illibata potentia tantummodo in civium felicitatem esse usos. Nonne — neque fortasse iniuria — ab recenti historiarum scriptore affirmatum est, in tota historia nullam feliciorem aetatem generi humano alluxisse quam secundo saeculo p. C. n., ab Hadriano usque ad Septimium Severum „sole meridiano super orbem terrarum fulgente"?

Sed, ut iam dixi, quamquam fieri nequit ut perfecta atque absoluta historia Romani iuris iam scribatur, neque verisimile est unquam fore ut hoc facere liceat, tamen, quoad fata eius novimus, maxima afficimur reverentia. Ubicumque Pandectas evolvimus, haud dubie ibi textus genuinus nobis ante oculos ponitur, ubi nullum verbum otiosum reperimus. Admirabilis est illa imperatoria brevitas, quam quod postera gens legislatorum tamquam salutare exemplum secutum non est, vehementer est dolendum.

Iustiniani institutiones sunt et erunt monumentum aere perennius libri methodice et praecise compositi ex quo iuris elementa hauriantur. Sed haec facultas nimirum in hac re tota posita est, quod qui ius docet propriam scintillam ingenii in discipulos transmittat; quam docendi artem ne per totam quidem vitam peractus paedagogiae cursus cuiquam inculcare possit.

Quod attinet ad vim legislativam Iustinianae codificationis, eximie vera se praestiterunt verba constitutionis Tanta [2]) qua Pandectae confirmantur, ut imperatoriae leges fuerint „valiturae in omne aevum". Ecce vere praesagientis animi divinatio!

Cum medio XV° saeculo regnum Byzantinum tandem cor-

1) Notandum est nomina imperatorum Caligulae et Neronis quippe quorum memoria damnata esset, omissa esse.

2) Const. Tanta § 23.

ruisset itaque imperium Orientis periisset, reviviscere coepit ius Romanum in parte Occidentis et mox universe recipiebatur. Quam receptionem quamvis quis detrectare voluerit, hoc certe verum manet rem inauditam esse in historia generis humani.

Per multa saecula iam antea ius Romanum partim vigebat in nonnullis regnis Germanicis post imperii Occidentis interitum ortis. Inde a Caracallae constitutione [1]), hoc ius universum totius imperii Romani ius factum erat. Constitutione illa Antoniniana prorsus perdit ius Romanum indolem iuris urbici et fit, quod revera iamdudum erat, ius totius orbis terrarum.

Quae adhuc a me disputata sunt, tantum ad ius privatum pertinent. Ius publicum ICtorum industriam et sagacitatem non expertum est. Quod partim ex eius iuris natura (velut iuris poenalis vel criminalis), partim eo explicandum est, quod praetor unice edixit, neque ultra ei licuit, de iure privato. Celeberrimi commentarii Pauli, Ulpiani, ceterorum in edictum idcirco huius iuris amplissimae partis expositio et explicatio sunt.

Iuris magnitudo naturaliter fluxit ex magnitudine populi Romani, qui bella gessit non ardore et cupidine prolatandi imperii motus, sed ut sibi ipse constaret, quique optimis suis temporibus semper memor fuit praecepti „parcere subiectis et debellare superbos".

Ut Graeci maiores nostri sunt quod ad artes et philosophiam attinet, sic Romani quod ad ius.

Justa iuris civilis nostri notitia eiusque doctrinae studium ne fiat vilis *βαναυσία*, elementorum iuris Romani cognitione carere non potest. Nempe maxime valet methodo sua, disciplina iuridice i. e. abstracte cogitandi, inde optima est propaedeusis qua tirones ei cogitandi rationi, quam tam difficulter nanciscuntur, assuefieri possunt. [2])

Ut iam dixi: a perfecta et accurata conscribenda iuris historia abstinendum nobis est. Initio Pandectarum [3]) invenimus

---

1) Anno 212 p. C. n.

2) Operae pretium est investigare quantopere olim Romani ipsi quoque cum dura iuris materia luctati fuerint et qua ratione difficillima ex mere concreto ad subtile id abstractum pervenerint quod nos posteri tantopere miramur. Ceterum nimis longe a proposito aberrarem, si haec persequi vellem.

3) L. 2 Dig. 1. II. Pomponius libro singulari enchiridii.

satis magnum fragmentum enchiridii Pomponii, aequalis imperatoris Hadriani. Pomponius in libro suo „de origine iuris" primum disseruit de ipso iuris ortu, deinde de magistratibus deinceps exortis, postremo enumeravit ICtos ab antiquis temporibus usque ad aetatem suam. Postremus quem nominat est celeberrimus Salvius Iulianus qui edicto „perpetuo" certam et stabilem formam dedit. [1])

Pomponii fragmentum magna ariditate conspicuum est. Magnum est intervallum in iuris historia inter tempora ex quibus certa quaedam notitia ad nos pervenit et ea quae praecedunt. Verbi causa patria potestas, fundamentum iuris familiae et quodammodo totius privati iuris, antiquitus sine ullo dubio ius vitae ac necis [2]) erat, patrifamilias competens in omnes qui suae potestati erant subiecti.

Quando hoc tam late patens ius factum sit potestas, quae nobis notissima est, indagari nequit.

Quin etiam ex posterioribus temporibus „historicis" quae feruntur, pauca admodum pro certo novimus: quando lege Aebutia lata legis actiones sublatae sint et iudicium privatum, per formulas ordinatum, sit introductum, tantummodo coniectando assequi possumus. Inde nobis deest notitia temporis quo ius honorarium oriri coeperit, quod, ut supra dixi, substratum erat celeberrimorum Ulpiani, Pauli ceterorumque commentariorum [3]) quorum fragmenta gravissima sunt pars Pandectarum.

De abolendis legis actionibus et exordio formularum scripsit P. F. Girard [4]). Adnotat Girard [5]): „quand la loi Aebutia eut mis à côté de la procédure ancienne la procédure nouvelle". Sed, ut iam multos ante annos in dissertatione mea [6]) disputavi, minime haec quadrant in Gaii verba 4, 30: „per legem Aebutiam et duas Iulias *sublatae* sunt istae legis actiones".

---

1) Ut apparet ex Const. Tanta § 18:
„edicti perpetui subtilissimus conditor".

2) Vide apud Sallustium Cat. 39, 5: „in his erat A. Fulvius senatoris filius, quem retractum ex itinere parens necari iussit".

Apud Livium quoque simile exemplum occurrit.

3) Scilicet in edictum perpetuum Salvii Iuliani.

4) Ztschrft d. Sav. St. 14, p. 11—54 (1893) et postea.

5) Ibid. p. 19.

6) De legibus ablatae pecuniae (Trai. ad Rhenum 1906) p. 33 n. 1.

Inde verisimilius mihi videtur iam *ante* legem Aebutiam *formulas iuxta legis actiones* exstitisse (nempe in usum peregrinorum), legem autem Aebutiam legis actiones prorsus abolevisse. Lex Aebutia semovit legis actionum reliquias, de quibus cum quadam contemptione et apud Gaium [1]) et apud Gellium [2]) mentio fit.

Quod paulo copiosius hac de re egerim eo excusandum est, quod haec quaestio arctissime cohaeret cum exordio iuris honorarii, quae est pars longe amplissima et gravissima Romanorum iuris privati.

Qui plura hac de re scire cupiunt, quomodo res, mea quidem opinione se evolvisse videatur, inspiciant specimen meum litterarum inaugurale.

Novissime hac de re v. cl. J. C. Naber scripsit [3]), qui sic concludit: „ergo, si quid aliud, videntur formulas e iure Graeco, Attico praesertim, Romani mutuati esse. Licet autem èt Athenis quarto ante Chr. saeculo èt aliquanto post Romae per formulas litigatum sit"... e. q. s.

De vitis magnorum ICtorum pauca vel nihil nobis notum est. Quibus annis gravissimae leges latae sint, nos fugit.

Sed quid refert? Habemus Iustiniani Institutiones, optimum iuris librum, qui ipse se commendat simplici et, ut videtur, iam vetere ratione et disciplina. Trifariam totum ius dispertitur: persona cui ius competit, res in qua ius habet, actio qua ius suum persequitur. Persona, res, actio: en habes totum ius in nuce.

Ex ipsius rei natura sequitur Iustinianum ex Gaii libro quarto ordinem iudiciorum privatorum continenti pauca tantum mutuatum esse. Quartus ille Gaii liber fere unicus nobis fons est notitiae veteris litis ordinationis; qua de causa permagni nostra interest hunc librum nosse. Ceteri tres Gaii libri erant pro maxima parte nobis iam antea noti ex imperatoris Institutionibus.

---

1) Inst. 4, 30.

2) G. N. A. 16, 10, 8: „omnis illa XII tabularum antiquitas lege Aebutia lata consopita est".

3) Tijdschrift voor Rechtsgeschiedenis, deel 1, afl. 2, p. 230 vlgd: „de formularum origine".

Nimirum non omni mendo carent Iustiniani Elementa; v. c. in libro, qui leges continet, ea, quae ad historiam pertinent, abesse debent, sed obliviscendum non est praesertim imperatorem et antecessores id egisse, ut fieret liber in usum studiosae iuventutis. [1])

Antequam finem faciam, haec mihi etiam in medium proferre liceat: ab antiquissimis temporibus Romani sensu iuris intellegendi et creandi praediti fuisse videntur. Optime hoc describit H. St. Chamberlain [2]): „das römische Recht war ein unaufhörlich „Werdendes", durch besondere geniale Einrichtungen befähigt, den wechselnden Bedürfnissen der Zeiten sich anzupassen". Et porro [3]): „es von selbst erfinden und aufführen, das hätte kein anderes Volk vermocht, denn nirgends war die nötige Verbindung von Charaktereigenschaften und Geistesgaben vorhanden, und dieses Recht musste *gelebt* werden, ehe es gedacht wurde, ehe die Herren kamen, welche von einem „natürlichen" Recht so Erbauliches zu melden wussten und vermeinten, es sei der Geometrie vergleichbar, die der einsame Gelehrte in seiner Kammer ausklügelt".

Longum est de mutationibus religione Christiana in iure factis disserere. Manifestum est ius familiae et ius hereditarium nova religione orta maxime affecta fuisse.

Ad finem propero. Maximum meritum iuris Romani est, quod est *ius*, quod felici eventu praeceptum iuris „suum cuique tribuere" observare conatum est.

Non fluxit ius Romanum ex democratico cursu directo ut ius hodiernum quod saepe rem oeconomicam et ius permiscet. Non enim ius idcirco natum est ut pauperes eo defendantur. Ea re iniuria afficiuntur ii qui hodie dicuntur „oeconomice fortes". Nam sic a proposito suo longe aberrat, quod est: efficere ut vitam „socialem" vivere cives possint.

Utinam studium Romani iuris iunioribus sit non aliquid quod fastidiose aggrediantur et defunctorie, ut cum ICtis loquar, discant, sed cuius elementa bono animo percipere

---

1) Constitutio Imperatoriam Maiestatem sic incipit: „.... imperator Iustinianus.... cupidae legum iuventuti.

2) Grundlagen des XIX Jahrhunderts p. 168.

3) Ibid. p. 170.

conentur; historica via ac ratione procedant ducibus magnis illis praecursoribus: Cuiacio, qui ineunte nova aetate post medium aevum floruit, et Savignio conditore „Scholae" quae fertur „Historicae".

Quod si fecerint, magnas eruditionis opes sibi comparaverint, unde non solum largi fructus in hodierni iuris studium redundent, sed quibus per totam vitam tamquam inexhausto utantur thesauro, memores semper versus Aeschyli virum illum celebrantis,

ὃς οὐ δοκεῖν ἄριστος ἀλλ' εἶναι θέλει.

Ad Plut. v. Tiberii Gracchi.

C. 5. Nullus copiarum dux Romanarum in re gerenda fuit infelicior quam Caius Mancinus cuius quaestor ad Numantiam erat T. Gracchus *διὸ καὶ μᾶλλον τοῦ Τιβερίου διέλαμψεν οὐ μόνον τὸ συνετὸν καὶ ἀνδρεῖον, ἀλλ', ὃ θαυμάσιον ἦν, αἰδώς τε πολλὴ καὶ τιμὴ τοῦ ἄρχοντος.*

Ne nugetur bonus scriptor, suum sibi *θαυμασιώτερον* ei reddamus.

C. 8. Ridiculo hunc locum liberemus vitio, quo nullum est in textu Plutarchi frequentius: Gaius Laelius *ἐπεκλήθη σοφὸς ἢ φρόνιμος· ἑκάτερον γὰρ ἐ δ ό κ ε ι σημαίνειν ὁ σαπίηνς.*

Immo vero *δοκεῖ*!

I. I. H.

ʽΟΜΟΛΟΓΟΣ.

SCRIPSIT

B. A. VAN GRONINGEN.

De voce *ὁμόλογοσ*, quam in nonnullis papyraceis documentis in Aegypto Romanorum in potestatem redacta conscriptis invenimus, breviter sed recte viri docti JOHNSON, MARTIN, HUNT egerunt in paginis 287—288 secundi voluminis eius operis, cui nomen est *Papyri Rylands*. Cum autem iisdem rebus iterum operam dare haud supervacaneum mihi videatur esse, fusius et copiosius rectam eius vocis interpretandae rationem exponere ac defendere, praeterea eos locos, in quibus invenitur, pertractare placet. Varia sane ratione usurpatur ea vox, variis verbis adiungitur, neque igitur semper et ubique prorsus idem significat; tamen vim principem propriamque unam et eandem esse apparet, quam si ei subieceris, cetera contextus te docebit. Statim in medias res: adiectivum *ὁμόλογοσ* idem valet atque participium *ὁμολογούμενοσ* „professus", „qui ipse profitetur" aut „de quo non ambigitur", sensu facili et obvio [1]). Restat tamen ut demonstrandi munere fungar.

Primum de iis documentis agam qui eum sensum apertius demonstrant, minus perspicuis in posterum dilatis.

In Aegypto quotannis ab iis magistratibus, qui has res curabant, agrorum inquisitio habebatur, qua constituendum erat utrum Nili aquis superfusis inundati essent an sicci man-

1) Cf. e. g. Thuc. 4, 62 *τὴν ὑπὸ πάντων ὁμολογουμένην ἄριστον εἶναι εἰρήνην*; Luc. Hermot. 36 *τὰ γὰρ ὁμολογούμενα τοῖσ ἀμφισβητουμένοισ εἰκάζεισ*; *ἐξ ὁμολόγου* autem (Polyb. 1, 87, 9; 3, 91, 10 etc.) non differt ab illo *ἐξ ὁμολογουμένου* (ibid. 3, 111, 7).

sissent, utrum *βεβρεγμένη* facta esset *γῆ* annon; minus tributi ab iis agricolis exigebatur, quorum terra madida reddita non erat. Omnia tamen arva inspicere inutile erat neque visitabantur nisi ii agri qui a vicorum scribis delati erant, indicio ab ipsis agricolis facto; hominum autem natura et indole fiebat ut plures quam par erat designarentur agri, cum nullum contra dubium remaneret quin ii, qui designati a rusticis non essent, *βεβρεγμένοι* essent.

Papyrus Lipsiensis 105 (ed. Mitteis; = Wilcken, *Chrest.* n. 237) saeculi I vel II p. C. n. de cuiusdam regionis agris agit, 4300 *ἀρουρῶν* in latitudinem, quarum ab incolis, tanquam Nili aquis caruissent, ad *ἐπίσκεψιν* delatae sunt 1850 *ἄρουραι*; ultimi versus (31-finem) haec habent: Τὰσ | *γὰρ λοιπ(ὰσ) εἰσ πλήρωσι[ν] | τῶν 'Δτ καὶ πρὸσ | τῶν διὰ τοῦ ἐν κεφαλ[αίῳ] | λόγου σημανθεισῶν | ὑπ' αὐτοῦ βεβρεγμέν(ων) | παρεῖχεν μὴ μετα|δοὺσ ὡσ ὁ μ ο λ ό γ ο υ σ | οὔσασ*. Ea voce igitur ii agri designantur, quos *ἀβρόχουσ* esse neque scriba neque domini indicaverant, quosque bene Nili aquis irrigatos esse ipsi profitebantur. Neque igitur quod clarissimo Wilckeno obloquamur nobis est, qui (ad locum p. 276) „unbestritten" *βεβρεγμέναι* vertit, quia ipsi agricolae silentio terras suas tales esse confiterentur.

In *Pap. Rylands* II n. 209 (III p. C. n. saeculi) singulorum vicorum arva variis segetibus obsita recensentur et simul quot cuiusque fructus artabae tributi instar solvi debeant conscribitur; huius papyri initium describere libet, evidentiae causa nullis supplementis indicatis, numeris autem nostris usurpatis:

[. . . . .]. *ων* (erat vici nomen), *ἄρουραι* $103\frac{13}{64}$, *πυροῦ ἀρτάβαι* $468\frac{43}{48}$, *κυάμου ἀρτάβαι* 45, *Φασήλου ἀρτάβαι* $4\frac{1}{8}$, *Φορέτρων πυροῦ ἀρτ.* 54.., *ὧν ἀ β ρ ό χ ο υ γῆσ ἄρουραι* $10\frac{17}{64}$; *πυροῦ ἀρτ.* $44\frac{3}{16}$, *κυάμου ἀρτ.* $2\frac{1}{3}$, *λοιπαὶ ὁ μ ο λ ό γ ο υ ἄρουραι* $92\frac{15}{16}$, *πυροῦ ἀρτ.* $424\frac{17}{24}$, *κυάμου ἀρτ.* $42\frac{2}{3}$, *Φασήλου ἀρτ.* $4\frac{1}{8}$.

Eiusdem prorsus generis est *Pap. Berol.* I n. 84 (anni 242/3 p. C. n.) cuius versus quosdam eadem lege perscribo, inde a versu quarto:

Ἤχθησαν εἰσ ἀπαίτησιν σιτικῶν Φόρων διοικήσεωσ καὶ οὐσιακῶν διὰ δημοσίων γεωργῶν τοῦ ἐνεστῶτοσ ἕκτου ἔτουσ — —. Ἔστι δέ· Πηλουσίου, — — ἄρουραι [.]$517\frac{57}{64}$, *πυροῦ ἀρτ.* 29.299$\frac{45}{48}$, *κριθῆσ ἀρτ.* $302\frac{5}{8}$, *Φακοῦ ἀρτ.* $1261\frac{35}{48}$, *ὧν ἀ β ρ ό χ ο υ ἄρουραι* 4.437$\frac{57}{64}$,

πυροῦ ἀρτ. 24.565$\frac{1}{4}\frac{3}{8}$, *κριθῆσ ἀρτ.* 296$\frac{5}{8}$, *Φακοῦ ἀρτ.* [?], *λοιπαὶ ὁμολόγου ἄρουραι* [cetera fere desunt]. [1])

Qui textus collati quid doceant, iam videamus. Cuiusque vici arva, tributo cui nomen *σιτικά* obnoxia, quaeque igitur *εἰσ ἀπαίτησιν ἤχθησαν*, in duas partes distinguuntur, *γῆν ἄβροχον* et *γῆν ὁμόλογον*. Hanc esse eam terram, quae, agricolis confitentibus, bene irrigata sit, non iam incertum est, si quidem prior textus bene explicatus est. Ita res factas esse affirmari potest: ubi primum Nilus crescendi finem fecit, ii rustici, quorum agri non inundati erant, de ea re magistratus certiores faciebant; qui statim in duas partes suorum vicorum terris divisis, alterum *γῆσ ἀβρόχου* indicem, alterum *ὁμολόγου* composuisse videntur.

Postea, accurata episcepsi, ut aiebant, habita, *τὸ ἀπαιτήσιμον* conscribebatur neque dubium est ex testimonio documentorum, quae tractamus, quin in eo componendo servata sit ea distinctio, quam diximus.

Quam rem satis mirabilem ita papyri *Rylands* editores interpretati sunt: verbis *γῆ ἄβροχοσ* in eius modi contextu non designari eos agros, qui re vera inundatione caruerint sed eos quos falso domini in *ἀβρόχων* indicem referendos curaverint, cum illis sine dubio tributum impositum non sit, neque in *ἀπαιτησίμῳ* eorum mentio facta sit. Quod tamen si verum esset, illud Pelusium, de quo pap. Berol. agit, miserrimum fallacibus et fraudulentis hominibus refertum receptaculum esset; *ἄρουραι* fere mille recte, amplius quattuor milia falso indicata essent! Quisquis profecto novit quam duris poenis eos, qui fiscum fraudare temptavissent, afficere Romani soliti sint, id factum minime credat. Quod in eadem papyro non iam exstat *γῆσ ἀβρόχου Φακοῦ ἀρταβῶν* numerus, magnopere dolendum est; quo fit ut non iam appareat utrum revera minus tributi ea terra omnis solverit, quod fortasse papyrus prior ostendit, quam terrae ex professo madefactae, an eadem regula et lege usi sint magistratus ad tributum constituendum. Papyrum Berol.

---

1) Collato textu priore in prima *ἀρουρῶν* mentione legendum esse [5]517$\frac{5}{8}\frac{1}{4}$. in fine autem hoc modo supplendum esse apparet: *ἄρουραι* [1080, *πυροῦ ἀρτ.* 4.734$\frac{2}{3}$, *κριθῆσ ἀρτ.* 6, *Φακοῦ ἀρτ.* ?]; ratiocinationes hic iterare alienum videtur.

potius contrario favere videri nunc sufficiat notare. Quid autem sibi velint alterius papyri docti editores, qui simul γῆν ἄβροχον in talibus textibus terram iniuria hoc vocabulo a rusticis praeditam designare, simul tamen minus tributi ex iisdem terris esse exactum affirmant me fugit. Veri similius ita de his rebus cogitare mihi videtur: agricolas, ubi primum quam latissime posset Nilus terras superfusus esset, ἀβρόχουσ indicavisse supra iam dictum est; quin tamen etiam eas fertiles reddere conati sint, nemo dubitat, cum γῆν ἐπηντλημένην quoque exstitisse demonstrent documenta. Quae artificiose irrigata arva in neutra papyro inveniuntur, quod satis mirum est, cum saepe ita egisse agricolas manifestum sit. Sed ab initio γῆ ἐπηντλημένη (sive ἐπαντλητέσ) vere ἄβροχοσ erat, sicut γῆ καθ' ὕδατοσ ab initio certe ὁμόλογοσ. Duo libri postea a magistratibus conscripti esse videntur, alter indicem habens γῆσ ἀβρόχου, alter indicem ceterorum agrorum. Postea, episcepsi habita, non εἰσ ἀπαίτησιν ἤχθησαν arva nulla aqua madefacta aut ea quae sub aqua mansissent, cetera autem in tributi descriptionem referebantur, in qua ἀβρόχου et ὁμολόγου γῆσ discrepantiam servari apparet.

In papyro Berolinensi multo plures fuisse ἀρούρασ terrae ἀβρόχου quam ὁμολόγου γῆσ admirationem movet. Non huius loci est penitus has res perquirere; certe luce clarius videtur recte nos interpretatos esse in iis textibus eam vocem, quam tractemus.

In documentis enumerandis sequitur *Pap. Berol.* III 776, in cuius altera columna certe de vinetis agitur, quae tributo immunia per aliquot annos fuisse, postea autem, cum satis magnum fructum redderent, ea immunitate orbata esse videntur. Versus 16 sqq. ita ab editoribus papyri Rylands iam laudatae (l. l.) supplentur:

καὶ ἀπὸ προσγι(νομένων) ιγ (ἔτουσ).... αἵ εἰσ ἀτέλ(ειαν) ἀνταναιρ[ούμεναι...] διὰ προσγρ(άφου) εἰσ ὁμ[ο]λ(όγουσ) ἀ[ποκατεστάθησαν.

Huius vineae dominus, cum eius terra, sive modo consita, sive alia de causa, sterilis ad tempus facta esset, a magistratibus sine dubio petivit ut, legibus concedentibus, tributum remitteretur; re perspecta et immunitate concessa, in talium terrarum indicem proprium ea vinea inscripta est; nunc autem,

postquam satis ferax denuo reddita est, ex eo indice sublata et iis est addita, quibus nullum levamentum petitum, quarum igitur condicio communis et ordinaria et reditus satis magnus erat, quas recte se haberi silentio ipso vinitores confitebantur [1]).

Semper terram ὁμόλογον eam designare iam vidimus, cui nullum privilegium petitum sit, quam tributo alicui obnoxiam esse sua sponte profiteantur domini.

Sed non solum agris, etiam hominibus illa appellatio adiungitur. Lacunis sane scatens, sed in ea re, quam tractamus, satis perspicuus est textus, nobile M. Sempronii Liberalis, Aegypti praefecti, edictum volo (*Pap. Berol.* II 372 = Wilcken, *Chrest.* n. 19), cuius versus 22—23 optime ita suppleti sunt ... [ὡ]ς ὁ μ ο λ ό γ [ο] υ [σ] | [κἀκουργοὺσ. Sensus prorsus idem est; sunt enim confessi scelerati, nefarii certi, quos ipsa facta notent.

Imprimis in controversiam vocata est locutio ἄνδρεσ ὁμόλογοι in iis textibus, qui de tributo capitis sunt. Praeter ceteras est clarissimi Wilckeni bis [2]) edita interpretatio, qui ὁμόλογον virum eum esse disputat, qui latine dediticius vocetur, ὁμολογεῖν enim valere „sich dem Feinde ergeben nach bewaffnetem Widerstande", atque Gai Instit. I 14 („vocantur autem peregrini dediticii hi, qui quondam adversus populum Romanum armis susceptis pugnaverunt, deinde victi se dediderunt.") conferri posse. Minus tamen rectam esse, minus apte quoque in quemque verbi usum cadere eam vertendi rationem, etiam aliis de causis improbandam esse iam alii putaverunt, optimo iure mea quidem sententia. Iterum eadem vox idem significat, ut opinor, quod e documentis nunc probaturus sum.

Papyri Londin. II p. 38, anni p. C. n. 94/95, versus 63—65 (= Wilcken, *Chrest.* n. 63) ita legantur:

Ἤχθησαν εἰσ ἀπαίτ(ησιν) τῷ ιγ (ἔτει) ὁμό(λογοι) ἄνδ(ρεσ) χκϛ,
ὑπερ(ετεῖσ) ιγ (ἔτει) [3]) (ἐτῶν) ξα ε,
[τε]τελ(ευτηκότεσ) ιγ (ἔτει) β· (γίνονται) ἄνδ(ρεσ) χλϛ.

Eorum numerus indicatur, qui in vico quodam capitis tributum eius tertii decimi anni praestare debent, sive ipsi, sive

---

1) De pueris similia fere habet pap. *Stud. Pal.* I p. 64, quam infra tractabimus.

2) Apud Rostowzew, *Studien zur Gesch. des Kolonats* p. 220—223; tum in suo opere *Grundz. und Chrest. der Papyruskunde* I 1 p. 59—60, I 2 p. 88—90.

3) Haec est recta legendi ratio, locutio ὑπὲρ ιγ (ἔτους) nihili est.

per heredes. Qui enim anno vertente ad sexagesimum primum aetatis annum pervenerunt, non quidem totum, sed certe deminutum tributum solvebant, itaque *εἰσ ἀπαίτησιν ἤχθησαν*; item, si quis mortuus erat, heredes eius tributum ex parte quadam pendere cogebantur, sed ea solutio mortui nomine facta, mortuo, non heredibus imputabatur, quo fiebat ut mortuus ipse numeravisse pecuniam putaretur. Distinguuntur autem ab iis aetate maioribus et mortuis viri *ὁμόλογοι*; qui quales sint quaeritur. *Ὑπερετῆ* quendam non iam „dediticium" esse, quis credat? Immo cuiusque aetatis sunt deditioii. Facillime enim, iis textibus, qui de agris sunt, collatis, apparet quibus in rebus abhorreant *ὁμόλογοι* a ceteris qui tributum pendant: ubi primum aetate maior quis factus est aut vita decessit, de ea re certiores fiebant magistratus, neque tributi remissionem petere neglegebant homines. Ceteri autem, ut qui optime sciant sibi tributum capitis esse solvendum, nihil petunt eoque ipsi *τὸ ἐπικεφάλαιον* solvendum suscipiunt, atque summo iure, ut agri non controversi, *ὁμόλογοι* eodem sensu dicuntur. Immunitas agrorum non concedebatur antequam *ἐπίσκεψισ* habita est; eadem ratione hominum immunitatem *ἐπίκρισισ* praecedere debebat. Minus sane quam ea epicrisis, quae de pueris erat, nota est altera, cui obnoxii erant ii, qui *τὸ ἐπικεφάλαιον* antea solverant, postea autem non iam solvebant. Sed papyrus *Stud. Pal.* I p. 71, 159 et p. 74, 550 sqq. docet eos qui ad sexagesimum aetatis annum pervenerint, *ἐπικρίνεσθαι*; qua inquisitione sine dubio praeter cetera et imprimis quaerebatur utrum revera ad illam aetatem pervenisset quidam an emolumenti causa id mentitus esset; fraudi enim minime pepercisse homines ut fructum aliquem caperent, multae quoque papyri demonstrant. *Pap.* autem *Berol.* II 560, quam infra tractabo, etiam invalidos tributo pendendo absolutos esse probat, cum profecto intellectu facillimum sit ita res se habuisse ut iis quoque, qui sive aegritudine sive debilitate sibi ipsis consulere non possent, tributi levamentum concederetur, postquam id petitum esset. Quo fit ut *ἄνδρασ ὁμολόγουσ* esse eos pateat, qui tale beneficium, qui *ἐπίκρισιν* non petierint, sicut *γῆ ὁμόλογοσ* ea est, cui *ἐπίσκεψισ* non rogetur. Quid enim, ut exemplo utar, Herodem illum facere dicamus, qui anno p. C. n. 189 de se ipso haec

(*Pap. Berol.* I 115, 6 s. = Wilcken, *Chrest.* 203) scripserit: καί εἰμι Ἡρώδης ὁ προγεγραμμένος λαογραφούμενος γέρδιος, nisi aperte profiteri, ὁμολογεῖν, sibi τὴν λαογραφίαν esse pendendam, se infimi τῶν λαογραφουμένων generis esse? Nonne re videtur Herodes ὁμόλογος esse λαογραφούμενος?

Eodem fere sensu iterum vox ὁμόλογος legitur in pap. *Stud. Pal.* XX, 3 sqq. (saeculi II/III p. C. n.):

(πέμπτου) (ἔτους) ἦσαν ὁ μ ό λ ο γ ο ι ἄνδ(ρες) ρμδ, λαογρ(αφία) (δραχμῶν) [εψξ, (προσδιαγραφόμεναι) (δραχμαὶ) τξ

συμβολ(ικὰ) (δρ.) ξδ, γ(ίνεται) (τάλαντον) α (δρ.) ρπδ, ἁλικῆς (δρ) ϛ[

συμβολ(ικὰ) etc.

Quales sint hae rationes, mihi quidem non satis apertum et manifestum est. Sed cum de tributo capitis (λαογραφία) agatur, veri simile est voci, quam tractamus, eandem atque aliis locis inesse vim; cur tamen soli ὁμόλογοι, ceteris omissis, indicentur, me fugit. Certe apparet verbum, de quo agimus, non solum in iis textibus usurpari, in quibus aliis λαογραφουμένων generibus opponantur viri ὁμόλογοι, sed etiam, cum nulla fiat distinctio expressa.

Utrum idem in *Pap. Berol.* II 560, saeculi p. C. n. II, versibus 20—23 (= Wilcken, *Chrest.* n. 64) accidat, an alia ratione res se habeat, pro certo affirmare, cum tot sint lacunae, non possumus. Haec leguntur:

] γεωργοῦντες ὁ μ ό λ ο γ ο ι ἄνδ(ρες) ρμδ [1])

] γεωργ[οῦ]ντ[ε]ς δημοσίαν καὶ οὐσιακὴν γῆν ἄνδ(ρες) ριε ὁ μ ό λ ο γ ο ι ἄ]νδ(ρες) ρα ὑπερ(ετεῖς) ιγ ἐνσινῆς α

] περὶ τὴν κώμην βασιλικῆς γῆς διὰ δημοσίω(ν) etc.

Fieri potest ut ὁμόλογοι γεωργοῦντες (cf. Johnson, Martin, Hunt, *Pap. Ryl.* II p. 288) ii sint homines, qui sine ullo dubio δημοσίων γεωργῶν muneribus fungi debeant; attamen participio γεωργοῦντες sua est vis, potiusque credam cum Wilckeno (ad locum) illud participium γεωργοῦντες demonstrare ὁμολόγους ἄνδρας certum aliquod hominum genus esse, qui ad tempus γεωργοῦσιν, non tamen verti debere voce „dediticii", sed „professi", ut qui denuo ὑπερετέσιν et ἐνσιναῖς opponantur,

1) Nonne casu idem est numerus atque in textu priore?

puto. Utut est, alia documenta probatura sunt τοὺσ λαογραφουμένουσ, i. e. eos qui τὴν λαογραφίαν pendebant, etiam aliis muneribus fungi, quae sua sponte, ὁμόλογοι, suscipere deberent.

Sensum, quem verum esse affirmo, optime, ut opinor, quoque illustrat papyrus edita in *Stud. Pal.* I p. 64, 142, in qua sermo est de pueris nondum adultis, qui sedibus ad tempus occupatis derelictis, cum parentibus in proprium domicilium, τὴν ἰδίαν, reversi, ἐν ὁμολόγοισ ἀνελήφθησαν. Haec enim legimus: ἀπὸ ξέ(νησ) κα[τεισελθόντεσ?] σὺν τοῖσ πατράσι ἐν ὁ μ ο λ(ό γ ο ι σ) ἀνειλ(ημμένοι). Qua de causa, quamquam ἀφήλικεσ tributum capitis nondum pendant, tamen in homologos assumpti sint, obscurum non videtur: cum ad annum aetatis decimum quartum pervenerint, sine ullo dubio et λαογραφίαν soluturi et ceteris τῶν λαογραφουμένων muneribus functuri sunt, nulla epicrisi sive inquisitione adhibita; quin, etiam si tributi remissionem petit, tamen non in eorum indicem, qui eandem petierint, inscribetur; iam nunc de tali puero dediticio non ambigitur utrum, ad iustam aetatem perveniens, λαογραφούμενοσ futurus sit an non. Quod optime cum iis, quae de vineis tradit *Pap. Berol.* III 776 supra commemorata, conferri potest. Utrum ad eandem rem pertineat locus ille *Codicis Theodosiani* (XI 24, 16), qui sic se habet: „ii sane qui vicis quibus adscripsi sunt derelictis <— —> et qui *homologi* more gentilicio nuncupantur", an non, per lacunam non iam satis manifestum est.

Inter ea munera, quae praeter tributum solvendum dediticii suscipere debeant, opera publica primum locum obtinent. Itaque ii qui capitis tributum sibi impositum esse concedebant aperte aut silentio, non solum argentum praestandum sed etiam laborem sibi conficiendum esse profitebantur, et sua sponte, quoad ius strictum respiciamus, saepe sane, si ad res ipsas, quae in hac questione non tanti sunt, attendamus, vi coacti, magistratuum iussis ac decretis obtemperabant. Quid ergo mirum, si tales quoque operarii ὁμόλογοι dicuntur? Fieri potest, quod equidem credo [1]), ut ab ea, quae de ipsa λαογραφία est, haec appellatio translata sit, cum iidem viri tributum penderent,

1) Cur ita credendum sit, cetera docebunt.

iidem opera praestarent; hoc certum: ipsius verbi ipsa vis eadem est. Huius usus testimonium sit *Pap. Londin.* II p. 228 sq. vs. 141 sq., ubi ὁμόλογοι operarii ab aliis, qui e vicis proximis ad auxiliandum arcessiti sunt, discernuntur. Illi sua sponte res imperatas suscipiebant, ab his vero, alterius vici incolis, haec opera aliena erant.

Postremo de viris homologis agunt Thebis repertae tesserae Graece conscriptae (in Wilckeni editione, *Griechische Ostraka*, numeris 412—415 designatae), e quibus unam (n. 414) transcribo:

Ψεναμούνιοσ Πεκύσιοσ προστάτησ θεοῦ ὁμολ(όγῳ) Πιβούχι Πετεήσιοσ χαίρε(ιν)· ἀπέχω παρὰ σοῦ (δραχμὰσ) δ ὀβολοὶ (sic) β, τὴν λογείαν τοῦ θεοῦ περὶ τῶν δημοσίων. (Ἔτουσ) ἐνάτου Νέρωνοσ τοῦ κυρίου Μεσορὴ ια.

Quid e talibus textibus ad ipsum vocis ὁμόλογοσ sensum constituendum apparere possit? Nisi universe et generatim eadem vi atque λαογραφούμενοσ usurpatur, eos deorum cultores significare debet, qui sua sponte talem stipem se collaturos esse polliciti sint; quod tamen vix credam.

Non solum agri et homines ὁμόλογοι dicuntur, sed etiam verbo λαογραφία apponitur ea vox. Mirum tibi non videbitur, me λαογραφίαν ὁμόλογον significare eam arbitrari quae certa sit, de qua dubium non sit, quae ut inquisitione confirmaretur vel redargueretur rogatum non sit. Textus nunc iam videamus:

Papyrus *Stud. Pal.* I 71 (= Wilcken, *Chrest.* n. 61) nobis ἀπαιτήσιμον τοῦ Ἰουδαίων τελέσματοσ anni p. C. 72/3 servavit. Longior est textus quam ut transcribatur; hoc notandum est, versibus 180 et 203 mentionem fieri ἀνδρῶν τελείων ὄντων ἐν ὁμολόγῳ λαογραφίᾳ; ceterum in plures partes ibi Iudaei distinguuntur: sunt variae aetatis mulieres, sunt praeterea ἄνδρεσ quos dixi, tum ἀφήλικεσ, masculini generis iuniores, quibus Iudaea stips imposita iam est sed qui, minus quattuordecim annos nati, nondum λαογραφίαν solvunt; inter viros non erant ὑπερετεῖσ, certe non describuntur; feminam ὑπερετῆ, i. e. sexaginta annis maiorem habet vs. 184. Quod iam primo obtutu verisimile erat, hoc loco probatur: inter ἄνδρασ ὁμολόγουσ et ἄνδρασ τελείουσ ὄντασ ἐν ὁμολόγῳ λαογραφίᾳ non interest: ii enim sunt viri, quibus census certe praestandus est eoque ab aetate maioribus minoribusque et invalidis ac

feminis differunt. Sicut igitur viri dicuntur homologi, qui dediticiorum officia in se recipiant, ita *ὁμόλογοσ* dicitur descriptio, quam ex professo faciant. Fortasse quomodo fiat ut ampliore ibi formula usus sit documenti scriptor quaeris? At enim de altera stipe agens, copiosius certiusque alteram indicare necesse habuit. Utut est, hac dicendi via quam accuratissime et uberrime genus hominum, quod dixi, designatur.

Eodem pertinet maximi pretii documentum, ea ipsa de causa in controversiam vocatum, *Pap. Oxy.* 478 volo (= Wilcken, *Chrest.* n. 218), anno p. C. n. 132 conscriptum; quo filium suum Ptollim nomine iustae aetatis factum, censum solvere debere libertina quaedam declarat, non quidem totum sed partem eius, ut quem in numero *τῶν δωδεκαδράχμων*, eorum quibus laographia deminuta pendenda sit, duci oporteat; eius enim patrem Phaonem iam mortuum eiusdem ordinis *δι' ὁμολόγου λαογραφίασ ιγ ἔτουσ Ἁδριανοῦ* (= 128/129) fuisse et patronae suae patrem Dionysium *ὁμοίωσ δωδεκάδραχμον* fuisse *δι' ἐπικρίσεωσ ζ ἔτουσ θεοῦ Τραιανοῦ* (= 103/104) vitaque eum natu maiorem iam decessisse. Has sententias interpretandi rationes variae iterandae non videntur. Qui penitus eas novisse pensi habet, is ea, quae huius papyri editores principes et Wilckenus in commentariis et adnotationibus tradiderint, videat. *Δι' ὁμολόγου* autem *λαογραφίασ*, quod idem valere ait atque *λαογραφία τῶν ὁμολόγων* (accipe „dediticiorum"), sensu et usu non differre ab illo *δι' ἐπικρίσεωσ*, quod *δωδεκάδραχμοσ* aliquis et dediticius sit, cum tributum solvat, et *ἐπικεκριμένοσ*, cum pars ei remissa sit, cum contendit clarissimus Wilcken, ei minime credo. Cur enim in publici iuris documento illa dicendi varietas? Neque qua re adductus scriptor honestae illi et honorabili appellationi *δι' ἐπικρίσεωσ* altero loco praetulerit illud *δι' ὁμολόγου λαογραφίασ*, quod dedecori magis sit, facile videtur intellectu. Postremo huc potius omnia, quae adhuc vidimus, inclinant ut distinguatur quod *ὁμόλογον* dicitur ab epicrisi, si non concessa at certe petita. Eadem igitur vi *δωδεκάδραχμον* aliquem dici „per epicrisim" et eadem „per apertam laographiam" defendi posse nego. Illa voce *ὁμοίωσ*, quae ad unum *δωδεκάδραχμοσ* pertinet, in errorem ne inductus sis; petitricis enim refert et pueri patrem et patronae patrem eiusdem ordinis

iidem opera praestarent; hoc certum: ipsius verbi ipsa vis eadem est. Huius usus testimonium sit *Pap. Londin.* II p. 228 sq. vs. 141 sq., ubi ὁμόλογοι operarii ab aliis, qui e vicis proximis ad auxiliandum arcessiti sunt, discernuntur. Illi sua sponte res imperatas suscipiebant, ab his vero, alterius vici incolis, haec opera aliena erant.

Postremo de viris homologis agunt Thebis repertae tesserae Graece conscriptae (in Wilckeni editione, *Griechische Ostraka*, numeris 412—415 designatae), e quibus unam (n. 414) transcribo:

Ψεναμούνιοσ Πεκύσιοσ προστάτησ θεοῦ ὁ μ ο λ (ό γ ῳ) Πιβεύχι Πετεήσιοσ χαίρε(ιν)· ἀπέχω παρὰ σοῦ (δραχμὰσ) δ ὀβολοὶ (sic) β, τὴν λογείαν τοῦ θεοῦ περὶ τῶν δημοσίων. (Ἔτουσ) ἐνάτου Νέρωνοσ τοῦ κυρίου Μεσορὴ ιχ.

Quid e talibus textibus ad ipsum vocis ὁμόλογοσ sensum constituendum apparere possit? Nisi universe et generatim eadem vi atque λαογραφούμενοσ usurpatur, eos deorum cultores significare debet, qui sua sponte talem stipem se collaturos esse polliciti sint; quod tamen vix credam.

Non solum agri et homines ὁμόλογοι dicuntur, sed etiam verbo λαογραφία apponitur ea vox. Mirum tibi non videbitur, me λαογραφίαν ὁμόλογον significare eam arbitrari quae certa sit, de qua dubium non sit, quae ut inquisitione confirmaretur vel redargueretur rogatum non sit. Textus nunc iam videamus:

Papyrus *Stud. Pal.* I 71 (= Wilcken, *Chrest.* n. 61) nobis ἀπαιτήσιμον τοῦ Ἰουδαίων τελέσματοσ anni p. C. 72/3 servavit. Longior est textus quam ut transcribatur; hoc notandum est, versibus 180 et 203 mentionem fieri ἀνδρῶν τελείων ὄντων ἐν ὁμολόγῳ λαογραφίᾳ; ceterum in plures partes ibi Iudaei distinguuntur: sunt variae aetatis mulieres, sunt praeterea ἄνδρεσ quos dixi, tum ἀφήλικεσ, masculini generis iuniores, quibus Iudaea stips imposita iam est sed qui, minus quattuordecim annos nati, nondum λαογραφίαν solvunt; inter viros non erant ὑπερετεῖσ, certe non describuntur; feminam ὑπερετῆ, i. e. sexaginta annis maiorem habet vs. 184. Quod iam primo obtutu verisimile erat, hoc loco probatur: inter ἄνδρασ ὁμολόγουσ et ἄνδρασ τελείουσ ὄντασ ἐν ὁμολόγῳ λαογραφίᾳ non interest: ii enim sunt viri, quibus census certe praestandus est eoque ab aetate maioribus minoribusque et invalidis ac

feminis differunt. Sicut igitur viri dicuntur homologi, qui dediticiorum officia in se recipiant, ita ὁμόλογοσ dicitur descriptio, quam ex professo faciant. Fortasse quomodo fiat ut ampliore ibi formula usus sit documenti scriptor quaeris? At enim de altera stipe agens, copiosius certiusque alteram indicare necesse habuit. Utut est, hac dicendi via quam accuratissime et uberrime genus hominum, quod dixi, designatur.

Eodem pertinet maximi pretii documentum, ea ipsa de causa in controversiam vocatum, *Pap. Oxy.* 478 volo (= Wilcken, *Chrest.* n. 218), anno p. C. n. 132 conscriptum; quo filium suum Ptollim nomine iustae aetatis factum, censum solvere debere libertina quaedam declarat, non quidem totum sed partem eius, ut quem in numero τῶν δωδεκαδράχμων, eorum quibus laographia deminuta pendenda sit, duci oporteat; eius enim patrem Phaonem iam mortuum eiusdem ordinis δι' ὁμολόγου λαογραφίασ ιγ ἔτουσ 'Αδριανοῦ (= 128/129) fuisse et patronae suae patrem Dionysium ὁμοίωσ δωδεκάδραχμον fuisse δι' ἐπικρίσεωσ ζ ἔτουσ θεοῦ Τραιανοῦ (= 103/104) vitaque eum natu maiorem iam decessisse. Has sententias interpretandi rationes variae iterandae non videntur. Qui penitus eas novisse pensi habet, is ea, quae huius papyri editores principes et Wilckenus in commentariis et adnotationibus tradiderint, videat. Δι' ὁμολόγου autem λαογραφίασ, quod idem valere ait atque λαογραφία τῶν ὁμολόγων (accipe „dediticiorum"), sensu et usu non differre ab illo δι' ἐπικρίσεωσ, quod δωδεκάδραχμοσ aliquis et dediticius sit, cum tributum solvat, et ἐπικεκριμένοσ, cum pars ei remissa sit, cum contendit clarissimus Wilcken, ei minime credo. Cur enim in publici iuris documento illa dicendi varietas? Neque qua re adductus scriptor honestae illi et honorabili appellationi δι' ἐπικρίσεωσ altero loco praetulerit illud δι' ὁμολόγου λαογραφίασ, quod dedecori magis sit, facile videtur intellectu. Postremo huc potius omnia, quae adhuc vidimus, inclinant ut distinguatur quod ὁμόλογον dicitur ab epicrisi, si non concessa at certe petita. Eadem igitur vi δωδεκάδραχμον aliquem dici „per epicrisim" et eadem „per apertam laographiam" defendi posse nego. Illa voce ὁμοίωσ, quae ad unum δωδεκάδραχμοσ pertinet, in errorem ne inductus sis; petitricis enim refert et pueri patrem et patronae patrem eiusdem ordinis

ʽΟΜΟΛΟΓΟΣ.

SCRIPSIT

B. A. VAN GRONINGEN.

De voce *ὁμόλογοσ*, quam in nonnullis papyraceis documentis in Aegypto Romanorum in potestatem redacta conscriptis invenimus, breviter sed recte viri docti JOHNSON, MARTIN, HUNT egerunt in paginis 287—288 secundi voluminis eius operis, cui nomen est *Papyri Rylands*. Cum autem iisdem rebus iterum operam dare haud supervacaneum mihi videatur esse, fusius et copiosius rectam eius vocis interpretandae rationem exponere ac defendere, praeterea eos locos, in quibus invenitur, pertractare placet. Varia sane ratione usurpatur ea vox, variis verbis adiungitur, neque igitur semper et ubique prorsus idem significat; tamen vim principem propriamque unam et eandem esse apparet, quam si ei subieceris, cetera contextus te docebit. Statim in medias res: adiectivum *ὁμόλογοσ* idem valet atque participium *ὁμολογούμενοσ* „professus", „qui ipse profitetur" aut „de quo non ambigitur", sensu facili et obvio [1]). Restat tamen ut demonstrandi munere fungar.

Primum de iis documentis agam qui eum sensum apertius demonstrant, minus perspicuis in posterum dilatis.

In Aegypto quotannis ab iis magistratibus, qui has res curabant, agrorum inquisitio habebatur, qua constituendum erat utrum Nili aquis superfusis inundati essent an sicci man-

1) Cf. e. g. Thuc. 4, 62 *τὴν ὑπὸ πάντων ὁμολογουμένην ἄριστον εἶναι εἰρήνην*; Luc. Hermot. 36 *τὰ γὰρ ὁμολογούμενα τοῖσ ἀμφισβητουμένοισ εἰκάζεισ*; *ἐξ ὁμολόγου* autem (Polyb. 1, 87, 9; 3, 91, 10 etc.) non differt ab illo *ἐξ ὁμολογουμένου* (ibid. 3, 111, 7).

sissent, utrum βεβρεγμένη facta esset γῆ annon; minus tributi ab iis agricolis exigebatur, quorum terra madida reddita non erat. Omnia tamen arva inspicere inutile erat neque visitabantur nisi ii agri qui a vicorum scribis delati erant, indicio ab ipsis agricolis facto; hominum autem natura et indole fiebat ut plures quam par erat designarentur agri, cum nullum contra dubium remaneret quin ii, qui designati a rusticis non essent, βεβρεγμένοι essent.

Papyrus Lipsiensis 105 (ed. Mitteis; = Wilcken, *Chrest.* n. 237) saeculi I vel II p. C. n. de cuiusdam regionis agris agit, 4300 ἀρουρῶν in latitudinem, quarum ab incolis, tanquam Nili aquis caruissent, ad ἐπίσκεψιν delatae sunt 1850 ἄρουραι; ultimi versus (31-finem) haec habent: Τὰσ | γὰρ λοιπ(ὰσ) εἰσ πλήρωσι[ν] | τῶν ᾿Δτ καὶ πρὸσ | τῶν διὰ τοῦ ἐν κεφαλ[αίῳ] | λόγου σημανθεισῶν | ὑπ᾿ αὐτοῦ βεβρεγμέν(ων) | παρεῖκεν μὴ μετα|δοὺσ ὡσ ὁ μ ο λ ό γ ο υ σ | οὔσασ. Ea voce igitur ii agri designantur, quos ἀβρόχουσ esse neque scriba neque domini indicaverant, quosque bene Nili aquis irrigatos esse ipsi profitebantur. Neque igitur quod clarissimo Wilckeno obloquamur nobis est, qui (ad locum p. 276) „unbestritten" βεβρεγμέναι vertit, quia ipsi agricolae silentio terras suas tales esse confiterentur.

In *Pap. Rylands* II n. 209 (III p. C. n. saeculi) singulorum vicorum arva variis segetibus obsita recensentur et simul quot cuiusque fructus artabae tributi instar solvi debeant conscribitur; huius papyri initium describere libet, evidentiae causa nullis supplementis indicatis, numeris autem nostris usurpatis:

[.....]. ων (erat vici nomen), ἄρουραι $103\frac{13}{64}$, πυροῦ ἀρτάβαι $468\frac{43}{48}$, κυάμου ἀρτάβαι 45, Φασήλου ἀρτάβαι $4\frac{1}{8}$, Φορέτρων πυροῦ ἀρτ. 54.., ὧν ἀ β ρ ό χ ο υ γῆσ ἄρουραι $10\frac{17}{64}$; πυροῦ ἀρτ. $44\frac{3}{16}$, κυάμου ἀρτ. $2\frac{1}{3}$, λοιπαὶ ὁ μ ο λ ό γ ο υ ἄρουραι $92\frac{15}{16}$, πυροῦ ἀρτ. $424\frac{17}{24}$, κυάμου ἀρτ. $42\frac{2}{3}$, Φασήλου ἀρτ. $4\frac{1}{8}$.

Eiusdem prorsus generis est *Pap. Berol.* I n. 84 (anni 242/3 p. C. n.) cuius versus quosdam eadem lege perscribo, inde a versu quarto:

Ἤχθησαν εἰσ ἀπαίτησιν σιτικῶν Φόρων διοικήσεωσ καὶ οὐσιακῶν διὰ δημοσίων γεωργῶν τοῦ ἐνεστῶτοσ ἕκτου ἔτουσ --. Ἔστι δέ· Πηλουσίου, -- ἄρουραι [.]$517\frac{57}{64}$, πυροῦ ἀρτ. $29.299\frac{45}{48}$, κριθῆσ ἀρτ. $302\frac{5}{8}$, Φακοῦ ἀρτ. $1261\frac{35}{48}$, ὧν ἀ β ρ ό χ ο υ ἄρουραι $4.437\frac{57}{64}$,

πυροῦ ἀρτ. 24.565$\frac{1}{4}\frac{3}{8}$, *κριθῆσ ἀρτ.* 296$\frac{5}{8}$, *Φακοῦ ἀρτ.* [?], *λοιπαὶ ὁ μ ο λ ό γ ο υ ἄρουραι* [cetera fere desunt]. [1])

Qui textus collati quid doceant, iam videamus. Cuiusque vici arva, tributo cui nomen *σιτικά* obnoxia, quaeque igitur *εἰσ ἀπαίτησιν ἤχθησαν*, in duas partes distinguuntur, *γῆν ἄβροχον* et *γῆν ὁμόλογον*. Hanc esse eam terram, quae, agricolis confitentibus, bene irrigata sit, non iam incertum est, si quidem prior textus bene explicatus est. Ita res factas esse affirmari potest: ubi primum Nilus crescendi finem fecit, ii rustici, quorum agri non inundati erant, de ea re magistratus certiores faciebant; qui statim in duas partes suorum vicorum terris divisis, alterum *γῆσ ἀβρόχου* indicem, alterum *ὁμολόγου* composuisse videntur.

Postea, accurata episcepsi, ut aiebant, habita, *τὸ ἀπαιτήσιμον* conscribebatur neque dubium est ex testimonio documentorum, quae tractamus, quin in eo componendo servata sit ea distinctio, quam diximus.

Quam rem satis mirabilem ita papyri *Rylands* editores interpretati sunt: verbis *γῆ ἄβροχοσ* in eius modi contextu non designari eos agros, qui re vera inundatione caruerint sed eos quos falso domini in *ἀβρόχων* indicem referendos curaverint, cum illis sine dubio tributum impositum non sit, neque in *ἀπαιτησίμῳ* eorum mentio facta sit. Quod tamen si verum esset, illud Pelusium, de quo pap. Berol. agit, miserrimum fallacibus et fraudulentis hominibus refertum receptaculum esset; *ἄρουραι* fere mille recte, amplius quattuor milia falso indicata essent! Quisquis profecto novit quam duris poenis eos, qui fiscum fraudare temptavissent, afficere Romani soliti sint, id factum minime credat. Quod in eadem papyro non iam exstat *γῆσ ἀβρόχου Φακοῦ ἀρταβῶν* numerus, magnopere dolendum est; quo fit ut non iam appareat utrum revera minus tributi ea terra omnis solverit, quod fortasse papyrus prior ostendit, quam terrae ex professo madefactae, an eadem regula et lege usi sint magistratus ad tributum constituendum. Papyrum Berol.

1) Collato textu priore in prima *ἀρουρῶν* mentione legendum esse [5]517$\frac{5}{6}\frac{1}{4}$, in fine autem hoc modo supplendum esse apparet: *ἄρουραι* [1080, *πυροῦ ἀρτ.* 4.734$\frac{2}{3}$, *κριθῆσ ἀρτ.* 6, *Φακοῦ ἀρτ.* ?]; ratiocinationes hic iterare alienum videtur.

potius contrario favere videri nunc sufficiat notare. Quid autem sibi velint alterius papyri docti editores, qui simul *γῆν ἄβροχον* in talibus textibus terram iniuria hoc vocabulo a rusticis praeditam designare, simul tamen minus tributi ex iisdem terris esse exactum affirmant me fugit. Veri similius ita de his rebus cogitare mihi videtur: agricolas, ubi primum quam latissime posset Nilus terras superfusus esset, *ἀβρόχουσ* indicavisse supra iam dictum est; quin tamen etiam eas fertiles reddere conati sint, nemo dubitat, cum *γῆν ἐπηντλημένην* quoque exstitisse demonstrent documenta. Quae artificiose irrigata arva in neutra papyro inveniuntur, quod satis mirum est, cum saepe ita egisse agricolas manifestum sit. Sed ab initio *γῆ ἐπηντλημένη* (sive *ἐπαντλητόσ*) vere *ἄβροχοσ* erat, sicut *γῆ καθ' ὕδατοσ* ab initio certe *ὁμόλογοσ*. Duo libri postea a magistratibus conscripti esse videntur, alter indicem habens *γῆσ ἀβρόχου*, alter indicem ceterorum agrorum. Postea, episcepsi habita, non *εἰσ ἀπαίτησιν ἤχθησαν* arva nulla aqua madefacta aut ea quae sub aqua mansissent, cetera autem in tributi descriptionem referebantur, in qua *ἀβρόχου* et *ὁμολόγου γῆσ* discrepantiam servari apparet.

In papyro Berolinensi multo plures fuisse *ἀρούρασ* terrae *ἀβρόχου* quam *ὁμολόγου γῆσ* admirationem movet. Non huius loci est penitus has res perquirere; certe luce clarius videtur recte nos interpretatos esse in iis textibus eam vocem, quam tractemus.

In documentis enumerandis sequitur *Pap. Berol.* III 776, in cuius altera columna certe de vinetis agitur, quae tributo immunia per aliquot annos fuisse, postea autem, cum satis magnum fructum redderent, ea immunitate orbata esse videntur. Versus 16 sqq. ita ab editoribus papyri Rylands iam laudatae (l. l.) supplentur:

καὶ ἀπὸ προσγι(νομένων) ιγ (ἔτουσ).... αἱ εἰσ ἀτέλ(ειαν) ἀνταναιρ[ούμεναι . . .] διὰ προσγρ(άφου) εἰσ ὁμ[ο]λ(όγουσ) ἀ[ποκατεστάθησαν.

Huius vineae dominus, cum eius terra, sive modo consita, sive alia de causa, sterilis ad tempus facta esset, a magistratibus sine dubio petivit ut, legibus concedentibus, tributum remitteretur; re perspecta et immunitate concessa, in talium terrarum indicem proprium ea vinea inscripta est; nunc autem,

postquam satis ferax denuo reddita est, ex eo indice sublata et iis est addita, quibus nullum levamentum petitum, quarum igitur condicio communis et ordinaria et reditus satis magnus erat, quas recte se haberi silentio ipso vinitores confitebantur [1]). Semper terram *ὁμόλογον* eam designare iam vidimus, cui nullum privilegium petitum sit, quam tributo alicui obnoxiam esse sua sponte profiteantur domini.

Sed non solum agris, etiam hominibus illa appellatio adiungitur. Lacunis sane scatens, sed in ea re, quam tractamus, satis perspicuus est textus, nobile M. Sempronii Liberalis, Aegypti praefecti, edictum volo (*Pap. Berol.* II 372 = Wilcken, *Chrest.* n. 19), cuius versus 22—23 optime ita suppleti sunt ... *[ὡ]σ ὁμολόγ[ο]υ[σ] | [κἀκουργούσ*. Sensus prorsus idem est; sunt enim confessi scelerati, nefarii certi, quos ipsa facta notent.

Imprimis in controversiam vocata est locutio *ἄνδρεσ ὁμόλογοι* in iis textibus, qui de tributo capitis sunt. Praeter ceteras est clarissimi Wilckeni bis [2]) edita interpretatio, qui *ὁμόλογον* virum eum esse disputat, qui latine dediticius vocetur, *ὁμολογεῖν* enim valere „sich dem Feinde ergeben nach bewaffnetem Widerstande", atque Gai Instit. I 14 („vocantur autem peregrini dediticii hi, qui quondam adversus populum Romanum armis susceptis pugnaverunt, deinde victi se dediderunt.") conferri posse. Minus tamen rectam esse, minus apte quoque in quemque verbi usum cadere eam vertendi rationem, etiam aliis de causis improbandam esse iam alii putaverunt, optimo iure mea quidem sententia. Iterum eadem vox idem significat, ut opinor, quod e documentis nunc probaturus sum.

Papyri Londin. II p. 38, anni p. C. n. 94/95, versus 63—65 (= Wilcken, *Chrest.* n. 63) ita legantur:

> *Ἤχθησαν εἰσ ἀπαίτ(ησιν) τῷ ιγ (ἔτει) ὁμό(λογοι) ἄνδ(ρεσ) χκθ,*
> *ὑπερ(ετεῖσ) ιγ (ἔτει)* [3]) *(ἐτῶν) ξα ε,*
> *[τε]τελ(ευτηκότεσ) ιγ (ἔτει) β· (γίνονται) ἄνδ(ρεσ) χλς.*

Eorum numerus indicatur, qui in vico quodam capitis tributum eius tertii decimi anni praestare debent, sive ipsi, sive

---

1) De pueris similia fere habet pap. *Stud. Pal.* I p. 64, quam infra tractabimus.

2) Apud Rostowzew, *Studien zur Gesch. des Kolonats* p. 220—223; tum in suo opere *Grundz. und Chrest. der Papyruskunde* I 1 p. 59—60, I 2 p. 88—90.

3) Haec est recta legendi ratio, locutio *ὑπὲρ ιγ (ἔτουσ)* nihili est.

per heredes. Qui enim anno vertente ad sexagesimum primum aetatis annum pervenerunt, non quidem totum, sed certe deminutum tributum solvebant, itaque εἰσ ἀπαίτησιν ἤχθησαν; item, si quis mortuus erat, heredes eius tributum ex parte quadam pendere cogebantur, sed ea solutio mortui nomine facta, mortuo, non heredibus imputabatur, quo fiebat ut mortuus ipse numeravisse pecuniam putaretur. Distinguuntur autem ab iis aetate maioribus et mortuis viri ὁμόλογοι; qui quales sint quaeritur. ʽΥπερετῆ quendam non iam „dediticium" esse, quis credat? Immo cuiusque aetatis sunt deditioii. Facillime enim, iis textibus, qui de agris sunt, collatis, apparet quibus in rebus abhorreant ὁμόλογοι a ceteris qui tributum pendant: ubi primum aetate maior quis factus est aut vita decessit, de ea re certiores fiebant magistratus, neque tributi remissionem petere neglegebant homines. Ceteri autem, ut qui optime sciant sibi tributum capitis esse solvendum, nihil petunt eoque ipsi τὸ ἐπικεφάλαιον solvendum suscipiunt, atque summo iure, ut agri non controversi, ὁμόλογοι eodem sensu dicuntur. Immunitas agrorum non concedebatur antequam ἐπίσκεψισ habita est; eadem ratione hominum immunitatem ἐπίκρισισ praecedere debebat. Minus sane quam ea epicrisis, quae de pueris erat, nota est altera, cui obnoxii erant ii, qui τὸ ἐπικεφάλαιον antea solverant, postea autem non iam solvebant. Sed papyrus *Stud. Pal.* I p. 71, 159 et p. 74, 550 sqq. docet eos qui ad sexagesimum aetatis annum pervenerint, ἐπικρίνεσθαι; qua inquisitione sine dubio praeter cetera et imprimis quaerebatur utrum revera ad illam aetatem pervenisset quidam an emolumenti causa id mentitus esset; fraudi enim minime pepercisse homines ut fructum aliquem caperent, multae quoque papyri demonstrant. *Pap.* autem *Berol.* II 560, quam infra tractabo, etiam invalidos tributo pendendo absolutos esse probat, cum profecto intellectu facillimum sit ita res se habuisse ut iis quoque, qui sive aegritudine sive debilitate sibi ipsis consulere non possent, tributi levamentum concederetur, postquam id petitum esset. Quo fit ut ἄνδρασ ὁμολόγουσ esse eos pateat, qui tale beneficium, qui ἐπίκρισιν non petierint, sicut γῆ ὁμόλογοσ ea est, cui ἐπίσκεψισ non rogetur. Quid enim, ut exemplo utar, Herodem illum facere dicamus, qui anno p. C. n. 189 de se ipso haec

... ken. Chrest. 203) scripserit:
... λαογραφούμενοι ...,
... 101 τὴν λαογραφίαν esse pen-
... generis esse? Nonne
... λαογραφούμενος?
... legitur in pap. Stud.

... λαογρ(αφία)

... α (δρ.) ρπδ. ἁλικῆς

... iem non satis apertum
... capitis (λαογραφία)
... mittamus. eandem atque
... ceteris omissis,
... eroum, de quo agimus,
... ibus aliis λαογραφου-
... sed etiam, cum

... saeculi p. C. n. II, ver-
... 4) accidat, an alia
... mare, cum tot sint lacu-

... [1])
... γῆν ἀνδ(ρες) ρις

... δημοσίω(ν) etc.
... Johnson, Martin,
... omines, qui sine ullo
... debeant; attamen
... usque credam cum
... demonstrare
... genus esse, qui ad
... voce „dediticii”,
... opponantur,

puto. Utut est, alia documenta probatura sunt τοὺσ λαογραφουμένουσ, i. e. eos qui τὴν λαογραφίαν pendebant, etiam aliis muneribus fungi, quae sua sponte, ὁμόλογοι, suscipere deberent.

Sensum, quem verum esse affirmo, optime, ut opinor, quoque illustrat papyrus edita in *Stud. Pal.* I p. 64, 142, in qua sermo est de pueris nondum adultis, qui sedibus ad tempus occupatis derelictis, cum parentibus in proprium domicilium, τὴν ἰδίαν, reversi, ἐν ὁμολόγοισ ἀνελήφθησαν. Haec enim legimus: ἀπὸ ξέ(νησ) κα[τεισελθόντεσ?] σὺν τοῖσ πατράσι ἐν ὁμολ(όγοισ) ἀνειλ(ημμένοι). Qua de causa, quamquam ἀφήλικεσ tributum capitis nondum pendant, tamen in homologos assumpti sint, obscurum non videtur: cum ad annum aetatis decimum quartum pervenerint, sine ullo dubio et λαογραφίαν soluturi et ceteris τῶν λαογραφουμένων muneribus functuri sunt, nulla epicrisi sive inquisitione adhibita; quin, etiam si tributi remissionem petit, tamen non in eorum indicem, qui eandem petierint, inscribetur; iam nunc de tali puero dediticio non ambigitur utrum, ad iustam aetatem perveniens, λαογραφούμενοσ futurus sit an non. Quod optime cum iis, quae de vineis tradit *Pap. Berol.* III 776 supra commemorata, conferri potest. Utrum ad eandem rem pertineat locus ille *Codicis Theodosiani* (XI 24, 16), qui sic se habet: „ii sane qui vicis quibus adscripsi sunt derelictis <— —> et qui *homologi* more gentilicio nuncupantur", an non, per lacunam non iam satis manifestum est.

Inter ea munera, quae praeter tributum solvendum dediticii suscipere debeant, opera publica primum locum obtinent. Itaque ii qui capitis tributum sibi impositum esse concedebant aperte aut silentio, non solum argentum praestandum sed etiam laborem sibi conficiendum esse profitebantur, et sua sponte, quoad ius strictum respiciamus, saepe sane, si ad res ipsas, quae in hac questione non tanti sunt, attendamus, vi coacti, magistratuum iussis ac decretis obtemperabant. Quid ergo mirum, si tales quoque operarii ὁμόλογοι dicuntur? Fieri potest, quod equidem credo [1]), ut ab ea, quae de ipsa λαογραφία est, haec appellatio translata sit, cum iidem viri tributum penderent,

1) Cur ita credendum sit, cetera docebunt.

iidem opera praestarent; hoc certum: ipsius verbi ipsa vis eadem est. Huius usus testimonium sit *Pap. Londin.* II p. 228 sq. vs. 141 sq., ubi *ὁμόλογοι* operarii ab aliis, qui e vicis proximis ad auxiliandum arcessiti sunt, discernuntur. Illi sua sponte res imperatas suscipiebant, ab his vero, alterius vici incolis, haec opera aliena erant.

Postremo de viris homologis agunt Thebis repertae tesserae Graece conscriptae (in Wilckeni editione, *Griechische Ostraka*, numeris 412—415 designatae), e quibus unam (n. 414) transcribo:

Ψεναμούνιοσ Πεκύσιοσ προστάτησ θεοῦ ὁμολ(όγῳ) Πιβοῦχι Πετεήσιοσ χαίρε(ιν)· ἀπέχω παρὰ σοῦ (δραχμὰσ) δ ὀβολοὶ (sic) *β, τὴν λογείαν τοῦ θεοῦ περὶ τῶν δημοσίων.* (*Ἔτουσ*) *ἐνάτου Νέρωνοσ τοῦ κυρίου Μεσορὴ ια.*

Quid e talibus textibus ad ipsum vocis *ὁμόλογοσ* sensum constituendum apparere possit? Nisi universe et generatim eadem vi atque *λαογραφούμενοσ* usurpatur, eos deorum cultores significare debet, qui sua sponte talem stipem se collaturos esse polliciti sint; quod tamen vix credam.

Non solum agri et homines *ὁμόλογοι* dicuntur, sed etiam verbo *λαογραφία* apponitur ea vox. Mirum tibi non videbitur, me *λαογραφίαν ὁμόλογον* significare eam arbitrari quae certa sit, de qua dubium non sit, quae ut inquisitione confirmaretur vel redargueretur rogatum non sit. Textus nunc iam videamus:

Papyrus *Stud. Pal.* I 71 (= Wilcken, *Chrest.* n. 61) nobis *ἀπαιτήσιμον τοῦ Ἰουδαίων τελέσματοσ* anni p. C. 72/3 servavit. Longior est textus quam ut transcribatur; hoc notandum est, versibus 180 et 203 mentionem fieri *ἀνδρῶν τελείων ὄντων ἐν ὁμολόγῳ λαογραφίᾳ*; ceterum in plures partes ibi Iudaei distinguuntur: sunt variae aetatis mulieres, sunt praeterea *ἄνδρεσ* quos dixi, tum *ἀφήλικεσ*, masculini generis iuniores, quibus Iudaea stips imposita iam est sed qui, minus quattuordecim annos nati, nondum *λαογραφίαν* solvunt; inter viros non erant *ὑπερετεῖσ*, certe non describuntur; feminam *ὑπερετῆ*, i. e. sexaginta annis maiorem habet vs. 184. Quod iam primo obtutu verisimile erat, hoc loco probatur: inter *ἄνδρασ ὁμολόγουσ* et *ἄνδρασ τελείουσ ὄντασ ἐν ὁμολόγῳ λαογραφίᾳ* non interest: ii enim sunt viri, quibus census certe praestandus est eoque ab aetate maioribus minoribusque et invalidis ac

feminis differunt. Sicut igitur viri dicuntur homologi, qui dediticiorum officia in se recipiant, ita ὁμόλογοσ dicitur descriptio, quam ex professo faciant. Fortasse quomodo fiat ut ampliore ibi formula usus sit documenti scriptor quaeris? At enim de altera stipe agens, copiosius certiusque alteram indicare necesse habuit. Utut est, hac dicendi via quam accuratissime et uberrime genus hominum, quod dixi, designatur.

Eodem pertinet maximi pretii documentum, ea ipsa de causa in controversiam vocatum, *Pap. Oxy.* 478 volo (= Wilcken, *Chrest.* n. 218), anno p. C. n. 132 conscriptum; quo filium suum Ptollim nomine iustae aetatis factum, censum solvere debere libertina quaedam declarat, non quidem totum sed partem eius, ut quem in numero τῶν δωδεκαδράχμων, eorum quibus laographia deminuta pendenda sit, duci oporteat; eius enim patrem Phaonem iam mortuum eiusdem ordinis δι' ὁμολόγου λαογραφίασ ιγ ἔτουσ ʽΑδριανοῦ (= 128/129) fuisse et patronae suae patrem Dionysium ὁμοίωσ δωδεκάδραχμον fuisse δι' ἐπικρίσεωσ ζ ἔτουσ θεοῦ Τραιανοῦ (= 103/104) vitaque eum natu maiorem iam decessisse. Has sententias interpretandi rationes variae iterandae non videntur. Qui penitus eas novisse pensi habet, is ea, quae huius papyri editores principes et Wilckenus in commentariis et adnotationibus tradiderint, videat. Δι' ὁμολόγου autem λαογραφίασ, quod idem valere ait atque λαογραφία τῶν ὁμολόγων (accipe „dediticiorum"), sensu et usu non differre ab illo δι' ἐπικρίσεωσ, quod δωδεκάδραχμοσ aliquis et deditieius sit, cum tributum solvat, et ἐπικεκριμένοσ, cum pars ei remissa sit, cum contendit clarissimus Wilcken, ei minime credo. Cur enim in publici iuris documento illa dicendi varietas? Neque qua re adductus scriptor honestae illi et honorabili appellationi δι' ἐπικρίσεωσ altero loco praetulerit illud δι' ὁμολόγου λαογραφίασ, quod dedecori magis sit, facile videtur intellectu. Postremo huc potius omnia, quae adhuc vidimus, inclinant ut distinguatur quod ὁμόλογον dicitur ab epicrisi, si non concessa at certe petita. Eadem igitur vi δωδεκάδραχμον aliquem dici „per epicrisim" et eadem „per apertam laographiam" defendi posse nego. Illa voce ὁμοίωσ, quae ad unum δωδεκάδραχμοσ pertinet, in errorem ne inductus sis; petitricis enim refert et pueri patrem et patronae patrem eiusdem ordinis

esse, non tales esse „per similia". Quid re intersit, quaerentibus facilius patebit si ea, quae ad utrumque virum pertinent, inter se opposuerimus. Documentum autem ipsum quin anno p. C. n. 132 conscriptum sit, nullum est dubium [1]). De utroque igitur haec discimus:

de Phaone	de Dionysio
μητροπολίτησ δωδεκάδραχμοσ est,	μητροπολίτησ δωδεκάδραχμοσ est,
δι' ὁμολόγου λαογραφίασ,	δι' ἐπικρίσεωσ,
anni 13 Hadriani (= p. C. n. 128/9 [= ante 4 annos),	anni 7 Traiani (= p. C. n. 103/4 [= ante 19 annos),
quo anno census non est habitus;	quo anno census est habitus;
iam mortuus est.	iam mortuus est ὑπερετήσ.

Sequiturne aliquid ex iis partim similibus partim variis rebus, quod eas locutiones, quas tractamus quaeque secundum locum obtinent, explicet? Iam videamus.

Atque fortasse, quod mihi quidem accidit, primum de illa diversitate cogites, quae de censu, qui decimo quinto quoque anno agi solebat, est: nempe anno 13 Hadriani censum non esse factum, 7 Traiani contra eum esse habitum. At, quod sciamus, ad censum epicrisis referenda non videtur; sunt enim documenta [2]), quae eodem anno epicrisim habitam esse atque census fuerit, demonstrant; sunt alii textus [3]), quibus contraria res manifesta est. Formula δι' ἐπικρίσεωσ igitur cum census anno cohaerere non videtur.

Itaque alia ratione veritatem quaeramus, a ceteris discrepantiis profecti. Idem non valet δι' ἐπικρίσεωσ et ἐπικεκριμένοσ, neque δι' ὁμολόγου λαογραφίασ et λαογραφούμενοσ ὁμόλογοσ: prius enim utrumque non rem ipsam, nempe utrumque virum esse metropolitem, qui duodecim drachmas pendat, significat, sed viam ac rationem qua talium virorum privilegium demonstratur; ut aliis verbis utar, ea testimonia afferuntur, ea documenta, ea publica instrumenta proferuntur quibus patere possit et Phaonem et Dionysium eiusdem beneficio ornati ordinis esse; privilegium eius modi suum esse non satis est

1) Cf. Wilcken, *Chrest.* p. 251/2.
2) E. g. *Pap. Lond.* II p. 38, 54 s.
3) E. g. *Pap. Lips.* 561 ed. Wilcken, *Chrest.* n. 217.

contendere, etiam e publicis tabulis comprobetur, neque ex iisdem semper; certe cuiusque generis documento ultimo ad probandum usi sunt. Magistratus, ad quem petitio mittitur, ad certum aliquem in metropoleos actis publicis locum reicitur, ad ultimum sane, quo in loco res ita se habere ut petitrix affirmet, appareat. Neque semel brevitatis causa voce *ἐπικρίσεωσ* usi sunt ut non inquisitionem ipsam, sed inquisitionis documentum designarent [1]), et eodem modo factum esse ut vox *λαογραφία* census tabulas vellet, *τὰ ἀπαιτήσιμα* vel similia, facile intellegitur. Quare ita vertendae videntur locutiones: altera „ex testimonio epicriseos documentorum anni 7 Traiani principis", altera „teste *ὁμολόγου λαογραφίασ* indice anni 13 Hadriani principis".

Phao autem minus sexaginta annos natus vitam posuit, Dionysius contra aetate maior. Quae diversitas, collatis iis quae exposui in *Pap. Lond.* II p. 38 tractanda (v. supra p. 129), cur ad eorum annorum documenta reiciatur magistratus, docet. Dionysium enim septimo Traiani principis anno sexagesimum aetatis annum explevisse contendo, quo factum esset ut in posterum duodecim drachmis pendendis levatus esset, postquam eum ad illam aetatem re pervenisse epicrisis demonstraverit. Ut diutius vixit, quippe qui *ὑπερετήσ* mortuus esset (quo anno minime refert neque igitur conscribitur), ita posteriorum annorum documenta de eius privilegio nihil docuisse videntur, quod scribere supervacaneum erat, cum prorsus nihil iam penderet; neque magis eo anno in libris *τῶν ὁμολόγων λαογραφουμένων* inveniri poterat eius nomen, cum epicrisim postulavisset. Quo fit ut eius anni *ἐπικρίσεωσ* documentum hac in re testimonio afferatur et recte eo reiciatur magistratus. Phaonem contra, antequam ad sexagesimum annis pervenit, mortuum, ita non *ἐπικριθῆναι* manifestum est. Alia igitur ratione eius privilegium probandum erat neque certius erat aliquid quam census libri; in iis enim, qui quotannis, prout mortui essent aut ad iustam aetatem pervenissent aut eam aetatem excessissent incolae dediticii, mutabantur, etiam Phao inter dodecadrachmos legebatur neque dubito quin iterum ad ultimum census librum

---

1) Cf. *Pap. Berol.* I 324, 19 (= Wilcken, *Chrest.* n. 219).

esse, non tales esse „per similia”. Quid re intersit, quaerentibus facilius patebit si ea, quae ad utrumque virum pertinent, inter se opposuerimus. Documentum autem ipsum quin anno p. C. n. 132 conscriptum sit, nullum est dubium [1]). De utroque igitur haec discimus:

de Phaone	de Dionysio
μητροπολίτησ δωδεκάδραχμοσ est,	μητροπολίτησ δωδεκάδραχμοσ est,
δι' ὁμολόγου λαογραφίασ,	δι' ἐπικρίσεωσ,
anni 13 Hadriani (= p. C. n. 128/9 [= ante 4 annos),	anni 7 Traiani (= p. C. n. 103/4 [= ante 19 annos),
quo anno census non est habitus;	quo anno census est habitus;
iam mortuus est.	iam mortuus est ὑπερετήσ.

Sequiturne aliquid ex iis partim similibus partim variis rebus, quod eas locutiones, quas tractamus quaeque secundum locum obtinent, explicet? Iam videamus.

Atque fortasse, quod mihi quidem accidit, primum de illa diversitate cogites, quae de censu, qui decimo quinto quoque anno agi solebat, est: nempe anno 13 Hadriani censum non esse factum, 7 Traiani contra eum esse habitum. At, quod sciamus, ad censum epicrisis referenda non videtur; sunt enim documenta [2]), quae eodem anno epicrisim habitam esse atque census fuerit, demonstrant; sunt alii textus [3]), quibus contraria res manifesta est. Formula δι' ἐπικρίσεωσ igitur cum census anno cohaerere non videtur.

Itaque alia ratione veritatem quaeramus, a ceteris discrepantiis profecti. Idem non valet δι' ἐπικρίσεωσ et ἐπικεκριμένοσ, neque δι' ὁμολόγου λαογραφίασ et λαογραφούμενοσ ὁμόλογοσ: prius enim utrumque non rem ipsam, nempe utrumque virum esse metropolitem, qui duodecim drachmas pendat, significat, sed viam ac rationem qua talium virorum privilegium demonstratur; ut aliis verbis utar, ea testimonia afferuntur, ea documenta, ea publica instrumenta proferuntur quibus patere possit et Phaonem et Dionysium eiusdem beneficio ornati ordinis esse; privilegium eius modi suum esse non satis est

1) Cf. Wilcken, *Chres*[illegible]
2) E. g. *Pap. Lond*[illegible]
3) E. g. *Pap. Lips*[illegible]

contendere, etiam e publicis tabulis comprobetur, neque ex iisdem semper; certe cuiusque generis documento ultimo ad probandum usi sunt. Magistratus, ad quem petitio mittitur, ad certum aliquem in metropoleos actis publicis locum reicitur, ad ultimum sane, quo in loco res ita se habere ut petitrix affirmet, appareat. Neque semel brevitatis causa voce *ἐπικρίσεωσ* usi sunt ut non inquisitionem ipsam, sed inquisitionis documentum designarent [1]), et eodem modo factum esse ut vox *λαογραφία* census tabulas vellet, *τὰ ἀπαιτήσιμα* vel similia, facile intellegitur. Quare ita vertendae videntur locutiones: altera „ex testimonio epicriseos documentorum anni 7 Traiani principis", altera „teste *ὁμολόγου λαογραφίασ* indice anni 13 Hadriani principis".

Phao autem minus sexaginta annos natus vitam posuit, Dionysius contra aetate maior. Quae diversitas, collatis iis quae exposui in *Pap. Lond.* II p. 38 tractanda (v. supra p. 129), cur ad eorum annorum documenta reiciatur magistratus, docet. Dionysium enim septimo Traiani principis anno sexagesimum aetatis annum explevisse contendo, quo factum esset ut in posterum duodecim drachmis pendendis levatus esset, postquam eum ad illam aetatem re pervenisse epicrisis demonstraverit. Ut diutius vixit, quippe qui *ὑπερετήσ* mortuus esset (quo anno minime refert neque igitur conscribitur), ita posteriorum annorum documenta de eius privilegio nihil docuisse videntur, quod scribere supervacaneum erat, cum prorsus nihil iam penderet; neque magis eo anno in libris *τῶν ὁμολόγων λαογραφουμένων* inveniri poterat eius nomen, cum epicrisim postulavisset. Quo fit ut eius anni *ἐπικρίσεωσ* documentum hac in re testimonio afferatur et recte eo reiciatur magistratus. Phaonem contra, antequam ad sexagesimum annis pervenit, mortuum, ita non *ἐπικριθῆναι* manifestum est. Alia igitur ratione eius privilegium probandum erat neque certius erat aliquid quam census libri; in iis enim, qui quotannis, prout mortui essent aut ad iustam aetatem pervenissent aut eam aetatem excessissent incolae dediticii, mutabantur, etiam Phao inter dodecadrachmos legebatur neque dubito quin iterum ad ultimum census librum

---

[1]) [illegible] *..rol.* I 324, 19 (= Wilcken, *Chrest.* n. 219).

πυροῦ ἀρτ. 24.565$\frac{1}{4}\frac{3}{8}$, *κριθῆσ ἀρτ.* 296$\frac{5}{8}$, *Φακοῦ ἀρτ.* [?], *λοιπαὶ ὁμολόγου ἄρουραι* [cetera fere desunt]. [1])

Qui textus collati quid doceant, iam videamus. Cuiusque vici arva, tributo cui nomen *σιτικά* obnoxia, quaeque igitur *εἰσ ἀπαίτησιν ἤχθησαν*, in duas partes distinguuntur, *γῆν ἄβροχον* et *γῆν ὁμόλογον*. Hanc esse eam terram, quae, agricolis confitentibus, bene irrigata sit, non iam incertum est, si quidem prior textus bene explicatus est. Ita res factas esse affirmari potest: ubi primum Nilus crescendi finem fecit, ii rustici, quorum agri non inundati erant, de ea re magistratus certiores faciebant; qui statim in duas partes suorum vicorum terris divisis, alterum *γῆσ ἀβρόχου* indicem, alterum *ὁμολόγου* composuisse videntur.

Postea, accurata episcepsi, ut aiebant, habita, *τὸ ἀπαιτήσιμον* conscribebatur neque dubium est ex testimonio documentorum, quae tractamus, quin in eo componendo servata sit ea distinctio, quam diximus.

Quam rem satis mirabilem ita papyri *Rylands* editores interpretati sunt: verbis *γῆ ἄβροχοσ* in eius modi contextu non designari eos agros, qui re vera inundatione caruerint sed eos quos falso domini in *ἀβρόχων* indicem referendos curaverint, cum illis sine dubio tributum impositum non sit, neque in *ἀπαιτησίμῳ* eorum mentio facta sit. Quod tamen si verum esset, illud Pelusium, de quo pap. Berol. agit, miserrimum fallacibus et fraudulentis hominibus refertum receptaculum esset; *ἄρουραι* fere mille recte, amplius quattuor milia falso indicata essent! Quisquis profecto novit quam duris poenis eos, qui fiscum fraudare temptavissent, afficere Romani soliti sint, id factum minime credat. Quod in eadem papyro non iam exstat *γῆσ ἀβρόχου Φακοῦ ἀρταβῶν* numerus, magnopere dolendum est; quo fit ut non iam appareat utrum revera minus tributi ea terra omnis solverit, quod fortasse papyrus prior ostendit, quam terrae ex professo madefactae, an eadem regula et lege usi sint magistratus ad tributum constituendum. Papyrum Berol.

---

1) Collato textu priore in prima *ἀρουρῶν* mentione legendum esse [5]517$\frac{5}{6}\frac{1}{4}$, in fine autem hoc modo supplendum esse apparet: *ἄρουραι* [1080, *πυροῦ ἀρτ.* 4.734$\frac{2}{3}$, *κριθῆσ ἀρτ.* 6, *φακοῦ ἀρτ.* ?]; ratiocinationes hic iterare alienum videtur.

potius contrario favere videri nunc sufficiat notare. Quid autem sibi velint alterius papyri docti editores, qui simul *γῆν ἄβροχον* in talibus textibus terram iniuria hoc vocabulo a rusticis praeditam designare, simul tamen minus tributi ex iisdem terris esse exactum affirmant me fugit. Veri similius ita de his rebus cogitare mihi videtur: agricolas, ubi primum quam latissime posset Nilus terras superfusus esset, *ἀβρόχουσ* indicavisse supra iam dictum est; quin tamen etiam eas fertiles reddere conati sint, nemo dubitat, cum *γῆν ἐπηντλημένην* quoque exstitisse demonstrent documenta. Quae artificiose irrigata arva in neutra papyro inveniuntur, quod satis mirum est, cum saepe ita egisse agricolas manifestum sit. Sed ab initio *γῆ ἐπηντλημένη* (sive *ἐπαντλητόσ*) vere *ἄβροχοσ* erat, sicut *γῆ καθ' ὕδατοσ* ab initio certe *ὁμόλογοσ*. Duo libri postea a magistratibus conscripti esse videntur, alter indicem habens *γῆσ ἀβρόχου*, alter indicem ceterorum agrorum. Postea, episcepsi habita, non *εἰσ ἀπαίτησιν ἤχθησαν* arva nulla aqua madefacta aut ea quae sub aqua mansissent, cetera autem in tributi descriptionem referebantur, in qua *ἀβρόχου* et *ὁμολόγου γῆσ* discrepantiam servari apparet.

In papyro Berolinensi multo plures fuisse *ἀρούρασ* terrae *ἀβρόχου* quam *ὁμολόγου γῆσ* admirationem movet. Non huius loci est penitus has res perquirere; certe luce clarius videtur recte nos interpretatos esse in iis textibus eam vocem, quam tractemus.

In documentis enumerandis sequitur *Pap. Berol.* III 776, in cuius altera columna certe de vinetis agitur, quae tributo immunia per aliquot annos fuisse, postea autem, cum satis magnum fructum redderent, ea immunitate orbata esse videntur. Versus 16 sqq. ita ab editoribus papyri Rylands iam laudatae (l. l.) supplentur:

καὶ ἀπὸ προσγι(νομένων) ιγ (ἔτουσ).... αἱ εἰσ ἀτέλ(ειαν) ἀνταναιρ[ούμεναι...] διὰ προσγρ(άφου) εἰσ ὁμ[ο]λ(όγουσ) ἀ[ποκατεστάθησαν.

Huius vineae dominus, cum eius terra, sive modo consita, sive alia de causa, sterilis ad tempus facta esset, a magistratibus sine dubio petivit ut, legibus concedentibus, tributum remitteretur; re perspecta et immunitate concessa, in talium terrarum indicem proprium ea vinea inscripta est; nunc autem,

postquam satis ferax denuo reddita est, ex eo indice sublata et iis est addita, quibus nullum levamentum petitum, quarum igitur condicio communis et ordinaria et reditus satis magnus erat, quas recte se haberi silentio ipso vinitores confitebantur [1]).

Semper terram *ὁμόλογον* eam designare iam vidimus, cui nullum privilegium petitum sit, quam tributo alicui obnoxiam esse sua sponte profiteantur domini.

Sed non solum agris, etiam hominibus illa appellatio adiungitur. Lacunis sane scatens, sed in ea re, quam tractamus, satis perspicuus est textus, nobile M. Sempronii Liberalis, Aegypti praefecti, edictum volo (*Pap. Berol.* II 372 = Wilcken, *Chrest.* n. 19), cuius versus 22—23 optime ita suppleti sunt ... [*ὡ*]*σ ὁμολόγ*[*ο*]*υ*[*σ*] | [*κάκουργούσ*. Sensus prorsus idem est; sunt enim confessi scelerati, nefarii certi, quos ipsa facta notent.

Imprimis in controversiam vocata est locutio *ἄνδρεσ ὁμόλογοι* in iis textibus, qui de tributo capitis sunt. Praeter ceteras est clarissimi Wilckeni bis [2]) edita interpretatio, qui *ὁμόλογον* virum eum esse disputat, qui latine dediticius vocetur, *ὁμολογεῖν* enim valere „sich dem Feinde ergeben nach bewaffnetem Widerstande", atque Gai Instit. I 14 („vocantur autem peregrini dediticii hi, qui quondam adversus populum Romanum armis susceptis pugnaverunt, deinde victi se dediderunt.") conferri posse. Minus tamen rectam esse, minus apte quoque in quemque verbi usum cadere eam vertendi rationem, etiam aliis de causis improbandam esse iam alii putaverunt, optimo iure mea quidem sententia. Iterum eadem vox idem significat, ut opinor, quod e documentis nunc probaturus sum.

Papyri Londin. II p. 38, anni p. C. n. 94/95, versus 63—65 (= Wilcken, *Chrest.* n. 63) ita legantur:

> Ἤχθησαν εἰσ ἀπαίτ(ησιν) τῷ ιγ (ἔτει) ὁμό(λογοι) ἄνδ(ρεσ) χκθ,
> ὑπερ(ετεῖσ) ιγ (ἔτει) [3]) (ἐτῶν) ξα ε,
> [τε]τελ(ευτηκότεσ) ιγ (ἔτει) β· (γίνονται) ἄνδ(ρεσ) χλς.

Eorum numerus indicatur, qui in vico quodam capitis tributum eius tertii decimi anni praestare debent, sive ipsi, sive

1) De pueris similia fere habet pap. *Stud. Pal.* I p. 64, quam infra tractabimus.

2) Apud Rostowzew, *Studien zur Gesch. des Kolonats* p. 220—223; tum in suo opere *Grundz. und Chrest. der Papyruskunde* I 1 p. 59—60, I 2 p. 88—90.

3) Haec est recta legendi ratio, locutio ὑπὲρ ιγ (ἔτουσ) nihili est.

per heredes. Qui enim anno vertente ad sexagesimum primum aetatis annum pervenerunt, non quidem totum, sed certe deminutum tributum solvebant, itaque εἰσ ἀπαίτησιν ἤχθησαν; item, si quis mortuus erat, heredes eius tributum ex parte quadam pendere cogebantur, sed ea solutio mortui nomine facta, mortuo, non heredibus imputabatur, quo fiebat ut mortuus ipse numeravisse pecuniam putaretur. Distinguuntur autem ab iis aetate maioribus et mortuis viri ὁμόλογοι; qui quales sint quaeritur. Ὑπερετῆ quendam non iam „dediticium" esse, quis credat? Immo cuiusque aetatis sunt deditioii. Facillime enim, iis textibus, qui de agris sunt, collatis, apparet quibus in rebus abhorreant ὁμόλογοι a ceteris qui tributum pendant: ubi primum aetate maior quis factus est aut vita decessit, de ea re certiores fiebant magistratus, neque tributi remissionem petere neglegebant homines. Ceteri autem, ut qui optime sciant sibi tributum capitis esse solvendum, nihil petunt eoque ipsi τὸ ἐπικεφάλαιον solvendum suscipiunt, atque summo iure, ut agri non controversi, ὁμόλογοι eodem sensu dicuntur. Immunitas agrorum non concedebatur antequam ἐπίσκεψισ habita est; eadem ratione hominum immunitatem ἐπίκρισισ praecedere debebat. Minus sane quam ea epicrisis, quae de pueris erat, nota est altera, cui obnoxii erant ii, qui τὸ ἐπικεφάλαιον antea solverant, postea autem non iam solvebant. Sed papyrus *Stud. Pal.* I p. 71, 159 et p. 74, 550 sqq. docet eos qui ad sexagesimum aetatis annum pervenerint, ἐπικρίνεσθαι; qua inquisitione sine dubio praeter cetera et imprimis quaerebatur utrum revera ad illam aetatem pervenisset quidam an emolumenti causa id mentitus esset; fraudi enim minime pepercisse homines ut fructum aliquem caperent, multae quoque papyri demonstrant. *Pap.* autem *Berol.* II 560, quam infra tractabo, etiam invalidos tributo pendendo absolutos esse probat, cum profecto intellectu facillimum sit ita res se habuisse ut iis quoque, qui sive aegritudine sive debilitate sibi ipsis consulere non possent, tributi levamentum concederetur, postquam id petitum esset. Quo fit ut ἄνδρασ ὁμολόγουσ esse eos pateat, qui tale beneficium, qui ἐπίκρισιν non petierint, sicut γῆ ὁμόλογοσ ea est, cui ἐπίσκεψισ non rogetur. Quid enim, ut exemplo utar, Herodem illum facere dicamus, qui anno p. C. n. 189 de se ipso haec

(*Pap. Berol.* I 115, 6 s. = Wilcken, *Chrest.* 203) scripserit: καί εἰμι Ἡρώδης ὁ προγεγραμμένος λαογραφούμενος γέρδιος, nisi aperte profiteri, ὁμολογεῖν, sibi τὴν λαογραφίαν esse pendendam, se infimi τῶν λαογραφουμένων generis esse? Nonne re videtur Herodes ὁμόλογος esse λαογραφούμενος?

Eodem fere sensu iterum vox ὁμόλογος legitur in pap. *Stud. Pal.* XX, 3 sqq. (saeculi II/III p. C. n.):

(πέμπτου) (ἔτους) ἦσαν ὁ μ ό λ ο γ ο ι ἄνδ(ρες) ρμδ, λαογρ(αφία) (δραχμῶν) [εψξ, (προσδιαγραφόμεναι) (δραχμαὶ) τξ συμβολ(ικὰ) (δρ.) ξδ, γ(ίνεται) (τάλαντον) α (δρ.) ρπδ, ἁλικῆς (δρ) ς[συμβολ(ικὰ) etc.

Quales sint hae rationes, mihi quidem non satis apertum et manifestum est. Sed cum de tributo capitis (λαογραφία) agatur, veri simile est voci, quam tractamus, eandem atque aliis locis inesse vim; cur tamen soli ὁμόλογοι, ceteris omissis, indicentur, me fugit. Certe apparet verbum, de quo agimus, non solum in iis textibus usurpari, in quibus aliis λαογραφουμένων generibus opponantur viri ὁμόλογοι, sed etiam, cum nulla fiat distinctio expressa.

Utrum idem in *Pap. Berol.* II 560, saeculi p. C. n. II, versibus 20—23 (= Wilcken, *Chrest.* n. 64) accidat, an alia ratione res se habeat, pro certo affirmare, cum tot sint lacunae, non possumus. Haec leguntur:

] γεωργοῦντες ὁ μ ό λ ο γ ο ι ἄνδ(ρες) ρμδ [1])
] γεωργ[οῦ]ντ[ε]ς δημοσίαν καὶ οὐσιακὴν γῆν ἄνδ(ρες) ριε ὁ μ ό λ ο γ ο ι ἄ] νδ(ρες) ρα ὑπερ(ετεῖς) ιγ ἐνσινῆς α
] περὶ τὴν κώμην βασιλικῆς γῆς διὰ δημοσίω(ν) etc.

Fieri potest ut ὁμόλογοι γεωργοῦντες (cf. Johnson, Martin, Hunt, *Pap. Ryl.* II p. 288) ii sint homines, qui sine ullo dubio δημοσίων γεωργῶν muneribus fungi debeant; attamen participio γεωργοῦντες sua est vis, potiusque credam cum Wilckeno (ad locum) illud participium γεωργοῦντες demonstrare ὁμολόγους ἄνδρας certum aliquod hominum genus esse, qui ad tempus γεωργοῦσιν, non tamen verti debere voce „dediticii", sed „professi", ut qui denuo ὑπερετέσιν et ἐνσιναῖς opponantur,

1) Nonne casu idem est numerus atque in textu priore?

puto. Utut est, alia documenta probatura sunt *τοὺσ λαογραφουμένουσ*, i. e. eos qui *τὴν λαογραφίαν* pendebant, etiam aliis muneribus fungi, quae sua sponte, *ὁμόλογοι*, suscipere deberent.

Sensum, quem verum esse affirmo, optime, ut opinor, quoque illustrat papyrus edita in *Stud. Pal.* I p. 64, 142, in qua sermo est de pueris nondum adultis, qui sedibus ad tempus occupatis derelictis, cum parentibus in proprium domicilium, *τὴν ἰδίαν*, reversi, *ἐν ὁμολόγοισ ἀνελήφθησαν*. Haec enim legimus: *ἀπὸ ξέ(νησ) κα[τεισελθόντεσ?] σὺν τοῖσ πατράσι ἐν ὁμολ(όγοισ) ἀνειλ(ημμένοι)*. Qua de causa, quamquam *ἀφήλικεσ* tributum capitis nondum pendant, tamen in homologos assumpti sint, obscurum non videtur: cum ad annum aetatis decimum quartum pervenerint, sine ullo dubio et *λαογραφίαν* soluturi et ceteris *τῶν λαογραφουμένων* muneribus functuri sunt, nulla epicrisi sive inquisitione adhibita; quin, etiam si tributi remissionem petit, tamen non in eorum indicem, qui eandem petierint, inscribetur; iam nunc de tali puero dediticio non ambigitur utrum, ad iustam aetatem perveniens, *λαογραφούμενοσ* futurus sit an non. Quod optime cum iis, quae de vineis tradit *Pap. Berol.* III 776 supra commemorata, conferri potest. Utrum ad eandem rem pertineat locus ille *Codicis Theodosiani* (XI 24, 16), qui sic se habet: „ii sane qui vicis quibus adscripsi sunt derelictis <— —> et qui *homologi* more gentilicio nuncupantur", an non, per lacunam non iam satis manifestum est.

Inter ea munera, quae praeter tributum solvendum dediticii suscipere debeant, opera publica primum locum obtinent. Itaque ii qui capitis tributum sibi impositum esse concedebant aperte aut silentio, non solum argentum praestandum sed etiam laborem sibi conficiendum esse profitebantur, et sua sponte, quoad ius strictum respiciamus, saepe sane, si ad res ipsas, quae in hac questione non tanti sunt, attendamus, vi coacti, magistratuum iussis ac decretis obtemperabant. Quid ergo mirum, si tales quoque operarii *ὁμόλογοι* dicuntur? Fieri potest, quod equidem credo [1]), ut ab ea, quae de ipsa *λαογραφία* est, haec appellatio translata sit, cum iidem viri tributum penderent,

1) Cur ita credendum sit, cetera docebunt.

iidem opera praestarent; hoc certum: ipsius verbi ipsa vis eadem est. Huius usus testimonium sit *Pap. Londin.* II p. 228 sq. vs. 141 sq., ubi ὁμόλογοι operarii ab aliis, qui e vicis proximis ad auxiliandum arcessiti sunt, discernuntur. Illi sua sponte res imperatas suscipiebant, ab his vero, alterius vici incolis, haec opera aliena erant.

Postremo de viris homologis agunt Thebis repertae tesserae Graece conscriptae (in Wilckeni editione, *Griechische Ostraka*, numeris 412—415 designatae), e quibus unam (n. 414) transcribo:

Ψεναμούνιοσ Πεκύσιοσ προστάτησ θεοῦ ὁμολ(όγῳ) Πιβοῦχι Πετεήσιοσ χαίρε(ιν)· ἀπέχω παρὰ σοῦ (δραχμὰσ) δ ὀβολοὶ (sic) β, τὴν λογείαν τοῦ θεοῦ περὶ τῶν δημοσίων. (Ἔτουσ) ἐνάτου Νέρωνοσ τοῦ κυρίου Μεσορὴ ια.

Quid e talibus textibus ad ipsum vocis ὁμόλογοσ sensum constituendum apparere possit? Nisi universe et generatim eadem vi atque λαογραφούμενοσ usurpatur, eos deorum cultores significare debet, qui sua sponte talem stipem se collaturos esse polliciti sint; quod tamen vix credam.

Non solum agri et homines ὁμόλογοι dicuntur, sed etiam verbo λαογραφία apponitur ea vox. Mirum tibi non videbitur, me λαογραφίαν ὁμόλογον significare eam arbitrari quae certa sit, de qua dubium non sit, quae ut inquisitione confirmaretur vel redargueretur rogatum non sit. Textus nunc iam videamus:

Papyrus *Stud. Pal.* I 71 (= Wilcken, *Chrest.* n. 61) nobis ἀπαιτήσιμον τοῦ Ἰουδαίων τελέσματοσ anni p. C. 72/3 servavit. Longior est textus quam ut transcribatur; hoc notandum est, versibus 180 et 203 mentionem fieri ἀνδρῶν τελείων ὄντων ἐν ὁμολόγῳ λαογραφίᾳ; ceterum in plures partes ibi Iudaei distinguuntur: sunt variae aetatis mulieres, sunt praeterea ἄνδρεσ quos dixi, tum ἀφήλικεσ, masculini generis iuniores, quibus Iudaea stips imposita iam est sed qui, minus quattuordecim annos nati, nondum λαογραφίαν solvunt; inter viros non erant ὑπερετεῖσ, certe non describuntur; feminam ὑπερετῆ, i. e. sexaginta annis maiorem habet vs. 184. Quod iam primo obtutu verisimile erat, hoc loco probatur: inter ἄνδρασ ὁμολόγουσ et ἄνδρασ τελείουσ ὄντασ ἐν ὁμολόγῳ λαογραφίᾳ non interest: ii enim sunt viri, quibus census certe praestandus est eoque ab aetate maioribus minoribusque et invalidis ac

feminis differunt. Sicut igitur viri dicuntur homologi, qui dediticiorum officia in se recipiant, ita *ὁμόλογοσ* dicitur descriptio, quam ex professo faciant. Fortasse quomodo fiat ut ampliore ibi formula usus sit documenti scriptor quaeris? At enim de altera stipe agens, copiosius certiusque alteram indicare necesse habuit. Utut est, hac dicendi via quam accuratissime et uberrime genus hominum, quod dixi, designatur.

Eodem pertinet maximi pretii documentum, ea ipsa de causa in controversiam vocatum, *Pap. Oxy.* 478 volo (= Wilcken, *Chrest.* n. 218), anno p. C. n. 132 conscriptum; quo filium suum Ptollim nomine iustae aetatis factum, censum solvere debere libertina quaedam declarat, non quidem totum sed partem eius, ut quem in numero *τῶν δωδεκαδράχμων*, eorum quibus laographia deminuta pendenda sit, duci oporteat; eius enim patrem Phaonem iam mortuum eiusdem ordinis *δι' ὁμολόγου λαογραφίασ ιγ ἔτουσ Ἀδριανοῦ* (= 128/129) fuisse et patronae suae patrem Dionysium *ὁμοίωσ δωδεκάδραχμον* fuisse *δι' ἐπικρίσεωσ ζ ἔτουσ θεοῦ Τραιανοῦ* (= 103/104) vitaque eum natu maiorem iam decessisse. Has sententias interpretandi rationes variae iterandae non videntur. Qui penitus eas novisse pensi habet, is ea, quae huius papyri editores principes et Wilckenus in commentariis et adnotationibus tradiderint, videat. *Δι' ὁμολόγου* autem *λαογραφίασ*, quod idem valere ait atque *λαογραφία τῶν ὁμολόγων* (accipe „dediticiorum"), sensu et usu non differre ab illo *δι' ἐπικρίσεωσ*, quod *δωδεκάδραχμοσ* aliquis et dediticius sit, cum tributum solvat, et *ἐπικεκριμένοσ*, cum pars ei remissa sit, cum contendit clarissimus Wilcken, ei minime credo. Cur enim in publici iuris documento illa dicendi varietas? Neque qua re adductus scriptor honestae illi et honorabili appellationi *δι' ἐπικρίσεωσ* altero loco praetulerit illud *δι' ὁμολόγου λαογραφίασ*, quod dedecori magis sit, facile videtur intellectu. Postremo huc potius omnia, quae adhuc vidimus, inclinant ut distinguatur quod *ὁμόλογον* dicitur ab epicrisi, si non concessa at certe petita. Eadem igitur vi *δωδεκάδραχμον* aliquem dici „per epicrisim" et eadem „per apertam laographiam" defendi posse nego. Illa voce *ὁμοίωσ*, quae ad unum *δωδεκάδραχμοσ* pertinet, in errorem ne inductus sis; petitricis enim refert et pueri patrem et patronae patrem eiusdem ordinis

esse, non tales esse „per similia". Quid re intersit, quaerentibus facilius patebit si ea, quae ad utrumque virum pertinent, inter se opposuerimus. Documentum autem ipsum quin anno p. C. n. 132 conscriptum sit, nullum est dubium [1]). De utroque igitur haec discimus:

de Phaone	de Dionysio
μητροπολίτης δωδεκάδραχμος est,	μητροπολίτης δωδεκάδραχμος est,
δι' ὁμολόγου λαογραφίας,	δι' ἐπικρίσεως,
anni 13 Hadriani (= p. C. n. 128/9 [= ante 4 annos),	anni 7 Traiani (= p. C. n. 103/4 [= ante 19 annos),
quo anno census non est habitus;	quo anno census est habitus;
iam mortuus est.	iam mortuus est ὑπερετής.

Sequiturne aliquid ex iis partim similibus partim variis rebus, quod eas locutiones, quas tractamus quaeque secundum locum obtinent, explicet? Iam videamus.

Atque fortasse, quod mihi quidem accidit, primum de illa diversitate cogites, quae de censu, qui decimo quinto quoque anno agi solebat, est: nempe anno 13 Hadriani censum non esse factum, 7 Traiani contra eum esse habitum. At, quod sciamus, ad censum epicrisis referenda non videtur; sunt enim documenta [2]), quae eodem anno epicrisim habitam esse atque census fuerit, demonstrant; sunt alii textus [3]), quibus contraria res manifesta est. Formula δι' ἐπικρίσεως igitur cum census anno cohaerere non videtur.

Itaque alia ratione veritatem quaeramus, a ceteris discrepantiis profecti. Idem non valet δι' ἐπικρίσεως et ἐπικεκριμένος, neque δι' ὁμολόγου λαογραφίας et λαογραφούμενος ὁμόλογος: prius enim utrumque non rem ipsam, nempe utrumque virum esse metropolitem, qui duodecim drachmas pendat, significat, sed viam ac rationem qua talium virorum privilegium demonstratur; ut aliis verbis utar, ea testimonia afferuntur, ea documenta, ea publica instrumenta proferuntur quibus patere possit et Phaonem et Dionysium eiusdem beneficio ornati ordinis esse; privilegium eius modi suum esse non satis est

---

1) Cf. Wilcken, *Chrest.* p. 251/2.

2) E. g. *Pap. Lond.* II p. 38, 54 s.

3) E. g. *Pap. Lips.* 561 ed. Wilcken, *Chrest.* n. 217.

contendere, etiam e publicis tabulis comprobetur, neque ex iisdem semper; certe cuiusque generis documento ultimo ad probandum usi sunt. Magistratus, ad quem petitio mittitur, ad certum aliquem in metropoleos actis publicis locum reicitur, ad ultimum sane, quo in loco res ita se habere ut petitrix affirmet, appareat. Neque semel brevitatis causa voce *ἐπικρίσεωσ* usi sunt ut non inquisitionem ipsam, sed inquisitionis documentum designarent [1]), et eodem modo factum esse ut vox *λαογραφία* census tabulas vellet, *τὰ ἀπαιτήσιμα* vel similia, facile intellegitur. Quare ita vertendae videntur locutiones: altera „ex testimonio epicriseos documentorum anni 7 Traiani principis", altera „teste *ὁμολόγου λαογραφίασ* indice anni 13 Hadriani principis".

Phao autem minus sexaginta annos natus vitam posuit, Dionysius contra aetate maior. Quae diversitas, collatis iis quae exposui in *Pap. Lond.* II p. 38 tractanda (v. supra p. 129), cur ad eorum annorum documenta reiciatur magistratus, docet. Dionysium enim septimo Traiani principis anno sexagesimum aetatis annum explevisse contendo, quo factum esset ut in posterum duodecim drachmis pendendis levatus esset, postquam eum ad illam aetatem re pervenisse epicrisis demonstraverit. Ut diutius vixit, quippe qui *ὑπερετήσ* mortuus esset (quo anno minime refert neque igitur conscribitur), ita posteriorum annorum documenta de eius privilegio nihil docuisse videntur, quod scribere supervacaneum erat, cum prorsus nihil iam penderet; neque magis eo anno in libris *τῶν ὁμολόγων λαογραφουμένων* inveniri poterat eius nomen, cum epicrisim postulavisset. Quo fit ut eius anni *ἐπικρίσεωσ* documentum hac in re testimonio afferatur et recte eo reiciatur magistratus. Phaonem contra, antequam ad sexagesimum annis pervenit, mortuum, ita non *ἐπικριθῆναι* manifestum est. Alia igitur ratione eius privilegium probandum erat neque certius erat aliquid quam census libri; in iis enim, qui quotannis, prout mortui essent aut ad iustam aetatem pervenissent aut eam aetatem excessissent incolae dediticii, mutabantur, etiam Phao inter dodecadrachmos legebatur neque dubito quin iterum ad ultimum census librum

---

1) Cf. *Pap. Berol.* I 324, 19 (= Wilcken, *Chrest.* n. 219).

annuum, in quo inveniri posset, revocaverit petitrix; ita ut eum anno 13 Hadriani principis mortuum esse pronuntiare possimus; nam, ut in promptu est, non iam describebantur mortui, nisi eo anno quo exstincti erant. Tributi ex parte immunitas minime effecit ut Phao non inter ὁμολόγουσ referretur, cum nemo eius mortem providere posset.

Quae contenderim ut paucis repetam, Dionysium anno p. C. n. 103 sexaginta annos natum, quae aetas ei optime convenit, quippe qui fortasse Ptollidis pueri avus [1]) fuerit, ἐπικριθῆναι puto; cuius inquisitionis documentum idem ultimum fuit eius privilegii testimonium; Phaonem contra ante quattuor annos mortuum esse credo, filiolo decimum aetatis annum agente, eoque factum esse ut anni p. C. n. 128 census descriptio demonstrare posset eum eiusdem ac Dionysium fuisse ordinis. Inter utramque enuntiationem interesse vidimus, utramque ad publica scripta referre, quorum utrumque ex natura sua proprio modo idem beneficium demonstret. Simul autem etiam hoc loco sententiae ὁμόλογοσ λαογραφία, nisi quod documentum ipsum designet, eandem atque alibi esse vim, atque adiectivum ὁμόλογοσ, quod nos tractamus, idem, quod semper dixerimus, significare manifestum est.

Ut de viris homologis non solum in iis papyris, quae de tributis et stipibus sunt, sed etiam in documentis, quae ad opera publica pertinent, sermonem esse vidimus, ita ὁμόλογοσ λαογραφία locutio etiam cum aggeribus exstruendis aliisque operibus perficiendis cohaeret. Cum autem ad censum, ad capitis tributum proprie pertineat illa enuntiatio, ad alias res postea sit translata, rem ita quoque se habere de voce ὁμόλογοσ sola usurpata aut adiuncto vocabulo ἄνδρεσ, quod iam supra dixi (p. 131), credendum est.

Pap. Berol. II 618, 13 (anni p. C. n. 213/4) verbis ἀπὸ μὲν ὁμολ(όγου) λαογρ(αφίασ) iterum, ut supra, opifices ipsius vici iis, qui ex proximis vicis ad laborem publicum praestandum arcessiti sunt (οἱ ἐκ προτροπῆσ πρὸσ καιρὸν παραγινόμενοι πρὸσ τὴν τῆσ γῆσ ὑπηρεσίαν) opponit. Quos ἀπὸ ὁμολόγου λαογραφίασ prorsus eosdem esse atque τοὺσ ὁμολόγουσ, quorum

1) Ita iam Wilckenus *Chrest.* in summa pag. 253.

mentionem fecit *Pap. Lond.* in pag. 132 tractata, nulla demonstratione eget.

Si non omnia in his rebus incerta amovi, at ambiguae vocis interpretationem planam et facilem confirmasse mihi videor.

Plut. v. Agidis c. 2 Παραβάλωμεν (immo παραβαλοῦμεν) δ' αὐτοῖς (sc. Gracchis) Λακωνικὸν ζεῦγος δημαγωγῶν Ἆγιν καὶ Κλεωμένην τοὺς βασιλεῖς. Καὶ γὰρ οὗτοι τὸν δῆμον αὔξοντες, ὥσπερ ἐκεῖνοι, καὶ πολιτείαν καλὴν καὶ δικαίαν ἐκλελοιπυίαν πολὺν χρόνον ἀναλαμβάνοντες, ὁμοίως ἀπηχθάνοντο τοῖς δυνατοῖς μὴ βουλομένοις ἀφεῖναι τὴν συνήθη πλεονεξίαν.

Haud facile quid hic Plutarchus sibi velit perspicies, nisi inter τόν et δῆμον insreueris particulam τε. Duobus consiliis novatores Spartani odium nobilium in se provocarunt, licet alterum esset populare, alterum quam maxime antiquum et Lycurgeum.

ib. c. 9 sq. Largitur populo Agis pecuniam suam πολλὴν οὖσαν ἐν τοῖς γεωργουμένοις καὶ νεμομένοις.

Non longa opus est deliberatione ad intelligendum ἔν τε γεώργ. καὶ νεμ. requiri. Populus autem admirabatur iuvenem regem ὡς δι' ἐτῶν ὁμοῦ τριακοσίων πεφηνότος ἀξίου τῆς Σπάρτης βασιλέως.

Ex certo et constanti usu Plutarchi ὁμοῦ τι (= circiter) est legendum. Nudum istud ὁμοῦ sensu caret.

I. I. H.

DE HORATI ARTIS POETICAE U. 120

SCRIPSIT

I. S. PHILLIMORE.

Scriptor *honoratum* si forte reponis Achillem....

Haec lectio a uiris bonae Latinitatis peritissimis praeeunte Bentleio damnata iamdudum hebescente criticorum acumine in uolgatum Horati textum denuo se ingessit, cum tamen nemo exemplis eam satis comprobauit. Quamuis enim pluribus locis Cicero *honoratos* dixerit qui non reuera honores adepti essent, tamen nusquam id fecit quin ab honoribus adipiscendis translatio agnosci possit. Usus est sane hoc uerbo de Thucydide (*Orat.* 32) uel de Dionysio philosopho (ad Att. IX, xii. 2): sed quid huiusmodi hominibus cum Pelei Thetidisque nato, Myrmidonum rege? Unde illi honores aut honos? Nisi forte ideo honoratum dixit Horatius quod ipse unum se omnium ἀγέραστον doluit.

Recte igitur scribarum non poetae hanc esse Latinitatem Bentleius contendit: in neminem enim nisi ciuem cui ciuilis aliqua dignitas defertur, recte cadit ut *honoratus* dicatur. Atqui si ille uitium bene agnouit, idem in medendo minus felix. Nam et quod ipse proposuit *Homereum* et quod inde alter traxit *Homeriacum*, auctoritate carent. Quid quod nec ad rationem loci bene perspectam satis accommodata? Quae si prius nobis constiterit, nescio an aptius uerbum e litteris perperam descriptis elici possit.

Ergo quid sibi uolt illud *scriptor*? An ipsum pro eo q. e. 'tragoediarum scriptor' positum est? Non credo: neque si noster in *Epist.* II, i, 62

'ad nostrum tempus Liui scriptoris ab aeuo'

Andronicum a tot aliis Liuiis qui nihil scripserunt distinguere uoluit; nec, si Publilius (ap. Macrob. Sat. II, VII, 8)

'quicum contendisti *scriptor* hunc spectator adiuua'

scribendi et spectandi officia inuicem opposuit, statim efficitur ut ubiuis huic uoci subaudiendum sit 'fabularum'. Atque hoc praesertim loco cum nihil attineat Achillem epitheto ornare (nec enim ille magis Homereus quam Aeschyleus, uel Sophocleus, uel Euripideus — quis eum non induxit?) multum refert qualis uel qualium ipse scriptor Piso Achillem reponere debeat. Ipsum Horatium consule

'non ego inornata et dominantia nomina solum
uerbaque, Pisones, *Satyrorum scriptor* amabo'
(A. P., 235).

Nonne apparet sub istis litteris quae h-o-n-o-r-a-t-u-m faciunt quaerendum esse genetiuom aliquem casum quo scriptoris character definiatur? Redde quaeso ac restitue poetae

'scriptor *honestorum*, si forte r. A.'

Honesta autem sunt qualia legebat Tiberius, speciosa (*Epist.* I, IX, 4 — legentis *honesta* Neronis), decora, ad tragicum spiritum convenientia. Honestis contraria sunt turpia: haec scribat licet qui ad mimicam uilitatem se demittet uel qui Achillem per παρατραγῳδέαν comicum inducet. At non haec Pisoni conveniunt, qui ex tota Arte Poetica tragici carminis praemia petiisse manifestatur. Interpretes ueteres, Donatus et Seruius, saepe hoc uerbo usi sunt in locutionibus siue Vergilianis siue Terentianis laudandis: e. g., Don. ad *Andriam*, 460.

Sensus quidem bene habet, nec difficile est animo repraesentare qui potissimum ex tot sollemnibus antiquariorum erroribus nitorem tersissimi poetae hac macula infecerit. Scilicet cum *honorum* in *honorum* abiisset, mox hoc explendi uersus gratia male in *honoratum* creuit.

Scribebam Glasguae Scotorum mense Nouembri MCMXXI.

APULEIANA.

SCRIPSIT

H. WAGENVOORT H. f.

Ad fabulam quae est de Psyche et Cupidine adnotationes.

Met. V. 1: 'parietes omnes argenteo caelamine conteguntur bestiis et *id genus* pecudibus occurrentibus ob os introeuntium. Mirus prorsum [magnae artis] homo, immo semideus vel certe deus, qui.....' e. q. s.

Sermo hoc loco est de splendidissima illa Cupidinis regia ab ipsis deis aedificata, quae primo obtutu divini domicilii prae se fert speciem. Quid autem sibi velit illud *id genus pecudibus* satis perlucidum non est. Fuerunt qui cogitarent de pecudibus feris sive efferatis, velut quae a Varrone commemorantur, *d. r. r.* 2. 1: 'etiamnunc in locis multis genera pecudum ferarum sunt aliquot, ut in Phrygia ex ovibus, in Samothrace caprarum'. Purserus in egregio suo commentario conferri iubet locum qui est *Met.* 2. 1: *boves et id genus pecua*, sed ipse concedit, non constare rationem, quoniam quidem inter *boves* et *pecua* multo minor sit discrepantia quam inter verba quae sunt *bestiae* et *pecudes*.

Procul dubio hic locus corruptelae suspicionem movet et procedente tempore magnus nimirum congestus est emendationum numerus, quas omnes enumerare longum est. Iure autem Purserus monuit, summa prudentia agendum esse in cultro adhibendo, quippe cum accusativus ille qui dicitur descriptivus *id genus* verum Apulei stylum prodere videatur: in tribus e. g. capitibus deinceps succedentibus (*Apol.* 9, 10, 11)

quater occurrit. Fortasse eam ob causam Helmius censuit nil nisi <*aliis*> inserendum esse ante verba *id genus*; Purserus cunctanter eodem loco inserere proposuit <*ceteris*>. Quo pacto quid profecerimus me quidem latere fateor.

Nescio an potius alia via ineunda sit ad hanc difficultatem tollendam. Fieri enim potuit, ut *id genus* illud suo loco aberraverit, immo hoc ita factum esse paene in promptu est. Etenim primo quidem loco haud raro tale quid accidit in Apulei traditione: cfr. *magnae artis* in sententia proxima; secundo autem verba q. s. *bestiae* et *pecudes* (vel plerumque *ferae* et *pecudes*) saepissime inter se coniunguntur cum quis omnia animalium genera tam fera quam mansueta complecti vult. Cuius rei post Hildebrandum Butlerus et Owenus (ad *Apol.* 7, ubi legimus *feris et pecudibus*) haec exempla attulerunt: apud ipsum Madaurensem *Apol.* 12 *pecuinis et ferinis*; Sen. *Ep.* 108. 20 *pecudibus ferisve; N. Q.* III. 25. 2 *fera et pecus omne*; Suet. *Ner.* 31 *pecudum et ferarum*; addo Apul. *Met.* 11. 1: *pecuina et ferina;* Mart. IX. 71. 9: *pecudesque feraeque.* Num cui his verbis sive *id genus* addere sive aliud quid ineptum non videatur atque molestum?

Iam mea quidem opinione duo tantum loci sunt, quorum ratio habenda est. Primo quidem in sententia proxima post *mirus prorsum.* Ibi quidem vitii origo facillime indagari posset. Fac enim scribam aliquem pro verbis illis q. s. *magnae artis* substituere voluisse *id genus*, id quod re vera legendum esset, atque ideo supra scripsisse: nil mirum profecto, si in lineam superiorem devenissent. Atqui hoc experimentum parum procedit, nam si legimus: 'mirus prorsum id genus homo, immo semideus vel certe deus....', tum *id genus homo* subiectum evadit sententiae, cum tamen haec verba eadem vice fungi oporteat atque nomina illa q. s. *semideus* et *deus.*

Altera autem atque ea probabilior coniectura exsistere mihi visa est, quae me quidem iudice veram textus interpretandi viam indicet. Legendum esse opinor: 'nam summa laquearia citro et ebore curiose cavata subeunt aureae columnae, parietes <*id genus*> omnes argenteo caelamine conteguntur bestiis et pecudibus occurrentibus ob os introeuntium'.

Ita si legimus, omnis scrupulus sublatus esse mihi videtur.

Nempe notatu dignum est in descriptione tam accurata, quaeque copiose narret qua materia laquearia, columnae, paulo infra etiam pavimentum, constructa essent, prorsus nos celari de parietum materia. Sane hoc quidem auctor nos docet, muros argentea caelatura fuisse contectos, sed satis hoc artificium novimus ut intellegamus, non totos parietes a summo ad imum tali caelamine obductos finxisse Apuleium, neque tam simpliciter eum verbo contegendi usum esse. Quod si loco proposito inserimus *id genus*, non solum columnae sed etiam parietes aurei erant, atque hi quidem caelamine contecti. Parietes aureos in Orientis domibus regiis exstitisse haud raro legimus, sed etiam Romae imperator Nero domum suam construxerat auream, de qua Plinius *n. h.* 33. 54: 'Nero Pompei theatrum operuit auro....; et quota pars ea fuit aureae domus ambientis urbem!' Nequaquam igitur fictam cogitatione imaginem Apuleius nobis depinxit. Accedit quod ipse ne dubitare quidem nos sinit, cum paulo infra ita procedat: 'ceterae partes longe lateque dispositae domus sine pretio pretiosae *totique parietes solidati massis aureis* splendore proprio coruscant.'

Sic ea verba, quae ante *pecudibus* posita iure suspicionem movent, post *parietes* aegre desiderantur.

* * *

Met. V. 5: 'Ea nocte ad suam Psychen sic infit maritus — namque praeter oculos et manibus et auribus † *ius* nihil sentiebatur'.

In praefatione quam editioni suae praemisit (*Flor.* p. LVI) Helmius haec dicit: 'In fabula Amoris et Psychae duo sunt loci, qui adhuc remedium expectant'; quorum alter me quoque vexare pergit, alterius nescio an mihi contigerit ut non ipsam lectionem genuinam, ita certe verum sensum enucleare et restituere.

Obiter moneo, quod nondum adhuc notatum esse videtur, in huius sententiae initio pronomini q. e. *ea* vim indefinitam esse attribuendam, ita ut *ea nocte* idem significet atque *quadam nocte* („eens op 'n nacht"). Capitis quarti initio de certa quidem nocte sermo fit, sed quisquis sequentia perlegerit facile

concedet, eam hoc loco non posse intellegi. Alia huius rei certa exempla mihi quidem non innotuerunt, nisi quod quodammodo ea comparare possumus quae legimus *Apol.* 82: 'haec et id genus ea quam merito tunc dici potuerunt'; ibi quoque pronomen *ea* magnam partem propria significatione privata esse et sensu fere indefinito adhibita esse videtur, etsi hunc transitum aliquanto leniorem esse concedo. Nihilo setius hanc rem non neglegendam esse arbitror, praesertim cum in posterioribus quae e sermone Latino fluxerint linguis pronomen q. e. *is*, *ea*, *id* radicitus evanuerit.

Iam pergamus ad cetera interpretanda; necesse autem erit simplicia quaedam et luce clariora in mentem nobis revocemus, quae pertinent ad usum praepositionis q. e. *praeter*, imprimis apud Apuleium. Primum hoc dico: *praeter* aut addit aliquid aut excipit, atque id ita quidem, ut hoc sensu in sententiis generalibus, illo in ceteris adhibeatur. Velut cum dico: 'praeter Caium omnes aderant', excipi Caium volo, sed cum ita loquor: 'praeter Caium et Lucius et Publius aderant', Caius ceteris duobus additur.

Ergo, si praeter *ius* illud omnia recte tradita sunt, qua de re nemo adhuc quod sciam dubitavit, tum verba *praeter oculos* non excipiendum esse visum sed ceteris sensibus addendum indicant. Itaque si nihil sentiebatur, tum neque oculis neque manibus neque auribus quicquam sentiebatur; sin cum multis interpretibus coniectura sententiam restituimus affirmativam, (legendo e. g. cum Luetjohannio *is non nihil sentiebatur*), tum necessario et oculis et manibus et auribus sentiebatur. Quod si minus probabile, immo absurdum videtur, non mihi imputandum est: ipsa ratio cogit.

Altera observatio haec est: Apuleius illa praepositione uti solet, non modo ut novum subiectum vel obiectum aliis adiciat, sed etiam qua aliorum casuum enumerationem variet. Quam rem duo exempla illustrent. *Met. l.* X. 34 narrationem praebet obsceniorem: nuptiarum aspectu asini et mulieris veneficae in scena celebrandarum populus delectabitur. Paulo ante asinus secum reputat quod sibi imminet dedecus: 'at ego *praeter* pudorem obeundi publice concubitus, praeter contagium scelestae pollutaeque feminae, metu etiam mortis cruciabar'. Sane hoc

esse, non tales esse „per similia". Quid re intersit, quaerentibus facilius patebit si ea, quae ad utrumque virum pertinent, inter se opposuerimus. Documentum autem ipsum quin anno p. C. n. 132 conscriptum sit, nullum est dubium [1]). De utroque igitur haec discimus:

de Phaone	de Dionysio
μητροπολίτησ δωδεκάδραχμοσ est,	*μητροπολίτησ δωδεκάδραχμοσ* est,
δι' ὁμολόγου λαογραφίασ,	*δι' ἐπικρίσεωσ*,
anni 13 Hadriani (= p. C. n. 128/9 [= ante 4 annos),	anni 7 Traiani (= p. C. n. 103/4 [= ante 19 annos),
quo anno census non est habitus;	quo anno census est habitus;
iam mortuus est.	iam mortuus est *ὑπερετήσ*.

Sequiturne aliquid ex iis partim similibus partim variis rebus, quod eas locutiones, quas tractamus quaeque secundum locum obtinent, explicet? Iam videamus.

Atque fortasse, quod mihi quidem accidit, primum de illa diversitate cogites, quae de censu, qui decimo quinto quoque anno agi solebat, est: nempe anno 13 Hadriani censum non esse factum, 7 Traiani contra eum esse habitum. At, quod sciamus, ad censum epicrisis referenda non videtur; sunt enim documenta [2]), quae eodem anno epicrisim habitam esse atque census fuerit, demonstrant; sunt alii textus [3]), quibus contraria res manifesta est. Formula *δι' ἐπικρίσεωσ* igitur cum census anno cohaerere non videtur.

Itaque alia ratione veritatem quaeramus, a ceteris discrepantiis profecti. Idem non valet *δι' ἐπικρίσεωσ* et *ἐπικεκριμένοσ*, neque *δι' ὁμολόγου λαογραφίασ* et *λαογραφούμενοσ ὁμόλογοσ*: prius enim utrumque non rem ipsam, nempe utrumque virum esse metropolitem, qui duodecim drachmas pendat, significat, sed viam ac rationem qua talium virorum privilegium demonstratur; ut aliis verbis utar, ea testimonia afferuntur, ea documenta, ea publica instrumenta proferuntur quibus patere possit et Phaonem et Dionysium eiusdem beneficio ornati ordinis esse; privilegium eius modi suum esse non satis est

1) Cf. Wilcken, *Chrest.* p. 251/2.

2) E. g. *Pap. Lond.* II p. 38, 54 s.

3) E. g. *Pap. Lips.* 561 ed. Wilcken, *Chrest.* n. 217.

contendere, etiam e publicis tabulis comprobetur, neque ex iisdem semper; certe cuiusque generis documento ultimo ad probandum usi sunt. Magistratus, ad quem petitio mittitur, ad certum aliquem in metropoleos actis publicis locum reicitur, ad ultimum sane, quo in loco res ita se habere ut petitrix affirmet, appareat. Neque semel brevitatis causa voce *ἐπικρίσεωσ* usi sunt ut non inquisitionem ipsam, sed inquisitionis documentum designarent [1]), et eodem modo factum esse ut vox *λαογραφία* census tabulas vellet, *τὰ ἀπαιτήσιμα* vel similia, facile intellegitur. Quare ita vertendae videntur locutiones: altera „ex testimonio epicriseos documentorum anni 7 Traiani principis", altera „teste *ὁμολόγου λαογραφίασ* indice anni 13 Hadriani principis".

Phao autem minus sexaginta annos natus vitam posuit, Dionysius contra aetate maior. Quae diversitas, collatis iis quae exposui in *Pap. Lond.* II p. 38 tractanda (v. supra p. 129), cur ad eorum annorum documenta reiciatur magistratus, docet. Dionysium enim septimo Traiani principis anno sexagesimum aetatis annum explevisse contendo, quo factum esset ut in posterum duodecim drachmis pendendis levatus esset, postquam eum ad illam aetatem re pervenisse epicrisis demonstraverit. Ut diutius vixit, quippe qui *ὑπερετήσ* mortuus esset (quo anno minime refert neque igitur conscribitur), ita posteriorum annorum documenta de eius privilegio nihil docuisse videntur, quod scribere supervacaneum erat, cum prorsus nihil iam penderet; neque magis eo anno in libris *τῶν ὁμολόγων λαογραφουμένων* inveniri poterat eius nomen, cum epicrisim postulavisset. Quo fit ut eius anni *ἐπικρίσεωσ* documentum hac in re testimonio afferatur et recte eo reiciatur magistratus. Phaonem contra, antequam ad sexagesimum annis pervenit, mortuum, ita non *ἐπικριθῆναι* manifestum est. Alia igitur ratione eius privilegium probandum erat neque certius erat aliquid quam census libri; in iis enim, qui quotannis, prout mortui essent aut ad iustam aetatem pervenissent aut eam aetatem excessissent incolae dediticii, mutabantur, etiam Phao inter dodecadrachmos legebatur neque dubito quin iterum ad ultimum census librum

---

1) Cf. *Pap. Berol.* I 324, 19 (= Wilcken, *Chrest.* n. 219).

annuum, in quo inveniri posset, revocaverit petitrix; ita ut eum anno 13 Hadriani principis mortuum esse pronuntiare possimus; nam, ut in promptu est, non iam describebantur mortui, nisi eo anno quo exstincti erant. Tributi ex parte immunitas minime effecit ut Phao non inter *ὁμολόγουσ* referretur, cum nemo eius mortem providere posset.

Quae contenderim ut paucis repetam, Dionysium anno p. C. n. 103 sexaginta annos natum, quae aetas ei optime convenit, quippe qui fortasse Ptollidis pueri avus [1]) fuerit, *ἐπικριθῆναι* puto; cuius inquisitionis documentum idem ultimum fuit eius privilegii testimonium; Phaonem contra ante quattuor annos mortuum esse credo, filiolo decimum aetatis annum agente, eoque factum esse ut anni p. C. n. 128 census descriptio demonstrare posset eum eiusdem ac Dionysium fuisse ordinis. Inter utramque enuntiationem interesse vidimus, utramque ad publica scripta referre, quorum utrumque ex natura sua proprio modo idem beneficium demonstret. Simul autem etiam hoc loco sententiae *ὁμόλογοσ λαογραφία*, nisi quod documentum ipsum designet, eandem atque alibi esse vim, atque adiectivum *ὁμόλογοσ*, quod nos tractamus, idem, quod semper diximus, significare manifestum est.

Ut de viris homologis non solum in iis papyris, quae de tributis et stipibus sunt, sed etiam in documentis, quae ad opera publica pertinent, sermonem esse vidimus, ita *ὁμόλογοσ λαογραφία* locutio etiam cum aggeribus exstruendis aliisque operibus perficiendis cohaeret. Cum autem ad censum, ad capitis tributum proprie pertineat illa enuntiatio, ad alias res postea sit translata, rem ita quoque se habere de voce *ὁμόλογοσ* sola usurpata aut adiuncto vocabulo *ἄνδρεσ*, quod iam supra dixi (p. 131), credendum est.

Pap. Berol. II 618, 13 (anni p. C. n. 213/4) verbis *ἀπὸ μὲν ὁμολ(όγου) λαογρ(αφίασ)* iterum, ut supra, opifices ipsius vici iis, qui ex proximis vicis ad laborem publicum praestandum arcessiti sunt (*οἱ ἐκ προτροπῆσ πρὸσ καιρὸν παραγινόμενοι πρὸσ τὴν τῆσ γῆσ ὑπηρεσίαν*) opponit. Quos *ἀπὸ ὁμολόγου λαογραφίασ* prorsus eosdem esse atque *τοὺσ ὁμολόγουσ*, quorum

---

1) Ita iam Wilckenus *Chrest.* in summa pag. 253.

mentionem fecit *Pap. Lond.* in pag. 132 tractata, nulla demonstratione eget.

Si non omnia in his rebus incerta amovi, at ambiguae vocis interpretationem planam et facilem confirmasse mihi videor.

Plut. v. Agidis c. 2 Παραβάλωμεν (immo *παραβαλοῦμεν*) *δ' αὐτοῖς* (sc. Gracchis) *Λακωνικὸν ζεῦγος δημαγωγῶν Ἆγιν καὶ Κλεωμένην τοὺς βασιλεῖς. Καὶ γὰρ οὗτοι τὸν δῆμον αὔξοντες, ὥσπερ ἐκεῖνοι, καὶ πολιτείαν καλὴν καὶ δικαίον ἐκλελοιπυίαν πολὺν χρόνον ἀναλαμβάνοντες, ὁμοίως ἀπηχθάνοντο τοῖς δυνατοῖς μὴ βουλομένοις ἀφεῖναι τὴν συνήθη πλεονεξίαν.*

Haud facile quid hic Plutarchus sibi velit perspicies, nisi inter *τόν* et *δῆμον* insreueris particulam *τε*. Duobus consiliis novatores Spartani odium nobilium in se provocarunt, licet alterum esset populare, alterum quam maxime antiquum et Lycurgeum.

ib. c. 9 sq. Largitur populo Agis pecuniam suam *πολλὴν οὖσαν ἐν τοῖς γεωργουμένοις καὶ νεμομένοις.*

Non longa opus est deliberatione ad intelligendum *ἔν τε γεώργ. καὶ νεμ.* requiri. Populus autem admirabatur iuvenem regem *ὡς δι' ἐτῶν ὁμοῦ τριακοσίων πεφηνότος ἀξίου τῆς Σπάρτης βασιλέως.*

Ex certo et constanti usu Plutarchi *ὁμοῦ τι* (= circiter) est legendum. Nudum istud *ὁμοῦ* sensu caret.

I. I. H.

APULEIANA.

SCRIPSIT

H. WAGENVOORT H. f.

Ad fabulam quae est de Psyche et Cupidine adnotationes.

Met. V. 1: 'parietes omnes argenteo caelamine conteguntur bestiis et *id genus* pecudibus occurrentibus ob os introeuntium. Mirus prorsum [magnae artis] homo, immo semideus vel certe deus, qui.....' e. q. s.

Sermo hoc loco est de splendidissima illa Cupidinis regia ab ipsis deis aedificata, quae primo obtutu divini domicilii prae se fert speciem. Quid autem sibi velit illud *id genus pecudibus* satis perlucidum non est. Fuerunt qui cogitarent de pecudibus feris sive efferatis, velut quae a Varrone commemorantur, *d. r. r.* 2. 1: 'etiamnunc in locis multis genera pecudum ferarum sunt aliquot, ut in Phrygia ex ovibus, in Samothrace caprarum'. Purserus in egregio suo commentario conferri iubet locum qui est *Met.* 2. 1: *boves et id genus pecua*, sed ipse concedit, non constare rationem, quoniam quidem inter *boves* et *pecua* multo minor sit discrepantia quam inter verba quae sunt *bestiae* et *pecudes.*

Procul dubio hic locus corruptelae suspicionem movet et procedente tempore magnus nimirum congestus est emendationum numerus, quas omnes enumerare longum est. Iure autem Purserus monuit, summa prudentia agendum esse in cultro adhibendo, quippe cum accusativus ille qui dicitur descriptivus *id genus* verum Apulei stylum prodere videatur: in tribus e. g. capitibus deinceps succedentibus (*Apol.* 9, 10, 11)

quater occurrit. Fortasse eam ob causam Helmius censuit nil nisi ⟨*aliis*⟩ inserendum esse ante verba *id genus*; Purserus cunctanter eodem loco inserere proposuit ⟨*ceteris*⟩. Quo pacto quid profecerimus me quidem latere fateor.

Nescio an potius alia via ineunda sit ad hanc difficultatem tollendam. Fieri enim potuit, ut *id genus* illud suo loco aberraverit, immo hoc ita factum esse paene in promptu est. Etenim primo quidem loco haud raro tale quid accidit in Apulei traditione: cfr. *magnae artis* in sententia proxima; secundo autem verba q. s. *bestiae* et *pecudes* (vel plerumque *ferae* et *pecudes*) saepissime inter se coniunguntur cum quis omnia animalium genera tam fera quam mansueta complecti vult. Cuius rei post Hildebrandum Butlerus et Owenus (ad *Apol.* 7, ubi legimus *feris et pecudibus*) haec exempla attulerunt: apud ipsum Madaurensem *Apol.* 12 *pecuinis et ferinis*; Sen. *Ep.* 108. 20 *pecudibus ferisve; N. Q.* III. 25. 2 *fera et pecus omne*; Suet. *Ner.* 31 *pecudum et ferarum*; addo Apul. *Met.* 11. 1: *pecuina et ferina;* Mart. IX. 71. 9: *pecudesque feraeque.* Num cui his verbis sive *id genus* addere sive aliud quid ineptum non videatur atque molestum?

Iam mea quidem opinione duo tantum loci sunt, quorum ratio habenda est. Primo quidem in sententia proxima post *mirus prorsum.* Ibi quidem vitii origo facillime indagari posset. Fac enim scribam aliquem pro verbis illis q. s. *magnae artis* substituere voluisse *id genus*, id quod re vera legendum esset, atque ideo supra scripsisse: nil mirum profecto, si in lineam superiorem devenissent. Atqui hoc experimentum parum procedit, nam si legimus: 'mirus prorsum id genus homo, immo semideus vel certe deus....', tum *id genus homo* subiectum evadit sententiae, cum tamen haec verba eadem vice fungi oporteat atque nomina illa q. s. *semideus* et *deus.*

Altera autem atque ea probabilior coniectura exsistere mihi visa est, quae me quidem iudice veram textus interpretandi viam indicet. Legendum esse opinor: 'nam summa laquearia citro et ebore curiose cavata subeunt aureae columnae, parietes ⟨*id genus*⟩ omnes argenteo caelamine conteguntur bestiis et pecudibus occurrentibus ob os introeuntium'.

Ita si legimus, omnis scrupulus sublatus esse mihi videtur.

Nempe notatu dignum est in descriptione tam accurata, quaeque copiose narret qua materia laquearia, columnae, paulo infra etiam pavimentum, constructa essent, prorsus nos celari de parietum materia. Sane hoc quidem auctor nos docet, muros argentea caelatura fuisse contectos, sed satis hoc artificium novimus ut intellegamus, non totos parietes a summo ad imum tali caelamine obductos finxisse Apuleium, neque tam simpliciter eum verbo contegendi usum esse. Quod si loco proposito inserimus *id genus*, non solum columnae sed etiam parietes aurei erant, atque hi quidem caelamine contecti. Parietes aureos in Orientis domibus regiis exstitisse haud raro legimus, sed etiam Romae imperator Nero domum suam construxerat auream, de qua Plinius *n. h.* 33. 54: 'Nero Pompei theatrum operuit auro....; et quota pars ea fuit aureae domus ambientis urbem!' Nequaquam igitur fictam cogitatione imaginem Apuleius nobis depinxit. Accedit quod ipse ne dubitare quidem nos sinit, cum paulo infra ita procedat: 'ceterae partes longe lateque dispositae domus sine pretio pretiosae *totique parietes solidati massis aureis* splendore proprio coruscant.'

Sic ea verba, quae ante *pecudibus* posita iure suspicionem movent, post *parietes* aegre desiderantur.

* * *

Met. V. 5: 'Ea nocte ad suam Psychen sic infit maritus — namque praeter oculos et manibus et auribus † *ius* nihil sentiebatur'.

In praefatione quam editioni suae praemisit (*Flor.* p. LVI) Helmius haec dicit: 'In fabula Amoris et Psychae duo sunt loci, qui adhuc remedium expectant'; quorum alter me quoque vexare pergit, alterius nescio an mihi contigerit ut non ipsam lectionem genuinam, ita certe verum sensum enucleare et restituere.

Obiter moneo, quod nondum adhuc notatum esse videtur, in huius sententiae initio pronomini q. e. *ea* vim indefinitam esse attribuendam, ita ut *ea nocte* idem significet atque *quadam nocte* („eens op 'n nacht"). Capitis quarti initio de certa quidem nocte sermo fit, sed quisquis sequentia perlegerit facile

concedet, eam hoc loco non posse intellegi. Alia huius rei certa exempla mihi quidem non innotuerunt, nisi quod quodammodo ea comparare possumus quae legimus *Apol.* 82: 'haec et id genus ea quam merito tunc dici potuerunt'; ibi quoque pronomen *ea* magnam partem propria significatione privata esse et sensu fere indefinito adhibita esse videtur, etsi hunc transitum aliquanto leniorem esse concedo. Nihilo setius hanc rem non neglegendam esse arbitror, praesertim cum in posterioribus quae e sermone Latino fluxerint linguis pronomen q. e. *is*, *ea*, *id* radicitus evanuerit.

Iam pergamus ad cetera interpretanda; necesse autem erit simplicia quaedam et luce clariora in mentem nobis revocemus, quae pertinent ad usum praepositionis q. e. *praeter*, imprimis apud Apuleium. Primum hoc dico: *praeter* aut addit aliquid aut excipit, atque id ita quidem, ut hoc sensu in sententiis generalibus, illo in ceteris adhibeatur. Velut cum dico: 'praeter Caium omnes aderant', excipi Caium volo, sed cum ita loquor: 'praeter Caium et Lucius et Publius aderant', Caius ceteris duobus additur.

Ergo, si praeter *ius* illud omnia recte tradita sunt, qua de re nemo adhuc quod sciam dubitavit, tum verba *praeter oculos* non excipiendum esse visum sed ceteris sensibus addendum indicant. Itaque si nihil sentiebatur, tum neque oculis neque manibus neque auribus quicquam sentiebatur; sin cum multis interpretibus coniectura sententiam restituimus affirmativam, (legendo e. g. cum Luetjohannio *is non nihil sentiebatur*), tum necessario et oculis et manibus et auribus sentiebatur. Quod si minus probabile, immo absurdum videtur, non mihi imputandum est: ipsa ratio cogit.

Altera observatio haec est: Apuleius illa praepositione uti solet, non modo ut novum subiectum vel obiectum aliis adiciat, sed etiam qua aliorum casuum enumerationem variet. Quam rem duo exempla illustrent. *Met. l.* X. 34 narrationem praebet obsceniorem: nuptiarum aspectu asini et mulieris veneficae in scena celebrandarum populus delectabitur. Paulo ante asinus secum reputat quod sibi imminet dedecus: 'at ego *praeter* pudorem obeundi publice concubitus, praeter contagium scelestae pollutaeque feminae, metu etiam mortis cruciabar'. Sane hoc

exemplum utile est: *praeter pudorem — metu etiam mortis* idem valet quod *non solum pudore, sed etiam metu mortis.* Quin in altera sententiae parte etiam audacius auctor loquitur, ubi per ellipsin haec vult dicere: non solum contagio scelestae pollutaeque feminae.... immo, non solum cogitatione contagii scelestae p. f., sed etiam metu. Identidem talia apud Apuleium leguntur, velut *Met. l.* IV. 12, ubi narratur, latronem quendam parietes perfodisse casae aniculae in cubiculo superiore dormientis. Quo ubi devenit, anus astuta dolo eum adducit ut per altam fenestram prospiciat; tum levi tantum ictu opus est ut labatur et praeceps detur ad terram. 'Qui *praeter* altitudinem nimiam super quendam etiam vastissimum lapidem propter iacentem decidens.... non diu cruciatus vitam evasit'. Vide quam artificiose auctor duas mortis causas expresserit et duorum casuum ablativorum usum vitaverit.

Quibus rebus perpensis iam erit luce clarius, iniuria plerosque commentatores verba q. s. *praeter oculos* interpretatos esse: *exceptis oculis*, velut Beckius ita legere voluit: 'istius nihil non sentiebatur', atque hunc ait esse sensum: 'nam oculis exceptis manibus et auribus optime sentiebat Psyche eum adesse', quem praepositionis usum prorsus abhorrere ab Apulei stylo dicendi demonstrasse mihi videor.

Gravissimam primo aspectu sic ortam esse difficultatem non nego, sed videamus possitne superari. Fac scriptum fuisse tale quid: 'non solum oculis, sed etiam manibus et auribus peculiare nihil sentiebatur'. Optime tum quod ad sensum pertinet omnia procedunt: prae noctis tenebris oculis videlicet quicquam sentire peculiare non licebat, sed quod maius est, etiam manibus et auribus maritum illum, quem tam taetrum fore tamque crudelem virgini praedixerant, a natura humana alienum esse omnino nihil sentiebatur. Ipsa autem auctoris verba restituere minus nimirum facile erit; mihi quidem haec coniectura probabilissima est, eum scripsisse: 'namque praeter oculos et manibus et auribus *immanius nihil* sentiebatur'. Ergo his verbis meo iudicio non continetur argumentum, maxime scilicet supervacaneum, quare fieri potuerit ut Psyche adesse maritum senserit, sed Apuleius animos legentium comparare vult ad comissimam illam ac mitissimam allocutionem, quam sine dubio

paulo magis exspectaverint quam ipsa novà nupta: 'Psyche dulcissima et cara uxor'.

*
* *

Met. V. 20: 'quoniam nos originis nexus pro tua incolumitate <*ne*> periculum quidem ullum ante oculos habere compellit.....'

Hoc loco agendum erit de re parvula nec tamen nullius momenti. Psyches sorores pereunt invidia et curiositate; precibus eius commotus Cupido permisit ut regiam viserent et oculis perlustrarent, quo facto suspicio iis orta est fieri non posse quin maritus ille ignotus sororis minimae natu sit deus quispiam. Itaque conubio sibi inviso finem facere constituunt: regia denuo intrata altera ex iis oraculo formidoloso in mentem revocato virgini simplici persuadet monstro horrendo eam nupsisse, altera deinde monstri interficiendi consilium profert atque ita fari incipit: 'quoniam nos....' e. q. s. Quae verba postquam Hildebrandus defendit, et Helmius et Purserus <*ne*> inseruerunt, pronomen *ullum* a tali sententia affirmanti alienum esse rati. Iniuria id quidem meo iudicio, quod ut argumentis stabiliam, duae quaestiones mihi tractandae erunt, prior, sitne lectio *periculum quidem ullum* repudianda quod a sermone Latino abhorreat, altera, si revera defendi possit, utra lectio melius cum contextu conveniat.

Quod pertinet ad priorem quaestionem hoc loco longus esse nolo, quippe quam nuper fusius persecutus sim in commentariis quarto quoque mense in lucem prodeuntibus quibus titulus Neophilologus (a. VII fasc. 2), ubi demonstrare conatus sum pronomina illa q. s. *quisquam* et *ullus* nequaquam necessario coniungenda esse cum sententiis negativis: hoc tantum refert, sintne posita cum sententiae ictu ita ut nil nisi ipsam negationem negent. Sed cui haec curae sunt, quae alibi exposui ut inspiciat vehementer quaeso; equidem mihi persuasi nihil esse quod quis textui tradito obiciat, licet nonnihil remotus sit ab oratione Ciceronis. Quod si cum commentatoribus illis locum sanare volumus, sensus neque melior exsistit neque aptior; tum enim non sermo est de Psyches periculo, quod

illae omnibus viribus se avertere velle contendant, sed de ipsarum sororum periculo ab ipsis pro Psyches salute neglecto. Ita rem se habere non credo, primo quod non sorores ipsae facinus perpetraturae sunt sed Psychae committendum relinquunt. At per ludibrium fortasse Apuleius ita locutus est! Audio; nego quoque. Etenim crebro iam de ipsius Psyches periculo auctor locutus est: c. 17 'tu quidem felix et ipsa tanti mali ignorantia beata sedes *incuriosa periculi tui*'; c. 18 'ad haec iam tua est existimatio, utrum sororibus *pro tua cara salute sollicitis* adsentiri velis et decliuata morte nobiscum *secura periculi* vivere an saevissimae bestiae sepeliri visceribus'; c. 19 'nunc si quam salutarem opem *periclitanti sorori* vestrae potestis adferre, iam nunc subsistite'.

Nihil ergo hoc loco mutemus, sed pronomini saepe hucusque male mulcato suum iam attribuamus.

AD RUTILIUM NAMATIANUM.

SCRIPSIT

P. H. DAMSTÉ.

Poeta dum Castrum, quod Inui esse putat, praetervehitur, in oppidi ruderibus simulacrum dei observat, cui nomen suum locus debet.

227 Stringimus .... et fluctu et tempore Castrum:
Index semiruti porta vetusta loci.
Praesidet exigui formatus imagine saxi,
Qui pastorali cornua fronte gerit.

Lacunam, quae in versu primo est, alii aliter explendam putant: certa medela nondum inventa est. Pro *imagine* autem Baehrens fortasse *margine* emendandum esse ascripsit. Si quid mutandum est, equidem maluerim: *in aggere*. In eis vero, quae de eodem numine mox sequuntur, Baehrensium traditam lectionem male immutasse credo:

233 Seu Pan Tyrrhenis mutavit Maenala silvis
Sive sinus patrios incola Faunus init,
Dum renovat largo mortalia semina fetu,
Fingitur in venerem pronior esse deus.

Baehrens enim de suo recensuit: *Dumve novat*, ita argumentatus: 'propositum Inui nomen duplici modo explicatur: vel ab ineundo terram (sive ex Graecia peregrinus sive indigena in abditum patriae sinum migrans) deus dictus est vel ab ineundo feminas'. At vereor ne in loco explicando subtilitati minutiori indulserit neve in dumeta correpserit. Mihi Rutilius hoc voluisse videtur: Inuus sive deus peregrinus est, qui ex Arcadia huc pervenit, sive indigena in patriae sinus abditos recedens, utique tamquam deus fingitur in venerem

illae omnibus viribus se avertere velle contendant, sed de ipsarum sororum periculo ab ipsis pro Psyches salute neglecto. Ita rem se habere non credo, primo quod non sorores ipsae facinus perpetraturae sunt sed Psychae committendum relinquunt. At per ludibrium fortasse Apuleius ita locutus est! Audio; nego quoque. Etenim crebro iam de ipsius Psyches periculo auctor locutus est: c. 17 'tu quidem felix et ipsa tanti mali ignorantia beata sedes *incuriosa periculi tui*'; c. 18 'ad haec iam tua est existimatio, utrum sororibus *pro tua cara salute sollicitis* adsentiri velis et declinata morte nobiscum *secura periculi* vivere an saevissimae bestiae sepeliri visceribus'; c. 19 'nunc si quam salutarem opem *periclitanti sorori* vestrae potestis adferre, iam nunc subsistite'.

Nihil ergo hoc loco mutemus, sed pronomini saepe hucusque male mulcato suum iam attribuamus.

AD RUTILIUM NAMATIANUM.

SCRIPSIT

P. H. DAMSTÉ.

Poeta dum Castrum, quod Inui esse putat, praetervehitur, in oppidi ruderibus simulacrum dei observat, cui nomen suum locus debet.

227 Stringimus.... et fluctu et tempore Castrum:
Index semiruti porta vetusta loci.
Praesidet exigui formatus imagine saxi,
Qui pastorali cornua fronte gerit.

Lacunam, quae in versu primo est, alii aliter explendam putant: certa medela nondum inventa est. Pro *imagine* autem Baehrens fortasse *margine* emendandum esse ascripsit. Si quid mutandum est, equidem maluerim: *in aggere*. In eis vero, quae de eodem numine mox sequuntur, Baehrensium traditam lectionem male immutasse credo:

233 Seu Pan Tyrrhenis mutavit Maenala silvis
Sive sinus patrios incola Faunus init,
Dum renovat largo mortalia semina fetu,
Fingitur in venerem pronior esse deus.

Baehrens enim de suo recensuit: *Dumve novat*, ita argumentatus: 'propositum Inui nomen duplici modo explicatur: vel ab ineundo terram (sive ex Graecia peregrinus sive indigena in abditum patriae sinum migrans) deus dictus est vel ab ineundo feminas'. At vereor ne in loco explicando subtilitati minutiori indulserit neve in dumeta correpserit. Mihi Rutilius hoc voluisse videtur: Inuus sive deus peregrinus est, qui ex Arcadia huc pervenit, sive indigena in patriae sinus abditos recedens, utique tamquam deus fingitur in venerem

propensior, dum renovat h. e. id quod ex eo apparet quod largo fetu renovat mortalia semina.

Quod poeta respectu nominis dei haud dubio verbum *init* posuit, Baehrensium in errorem induxit, cum praesertim *mortalia semina* de una hominum propagine dicta esse sibi persuaserit; haec verba intellegenda sunt in universum de fructibus tam animalium et plantarum quam hominum, qua de causa coniecturas *saecula* Muelleri et *femina* G. F. Ungeri reiciendas esse opinor.

Ad Herculis portum iam accedentem Rutilium locum ipse M. Aemilii Lepidi admonet, qui Romae arma quondam intulit, atque quattuor Lepidos percenset, qui maleficia qualiacumque commiserunt, quibus consideratis exclamat:

309 Nominibus certos credam decurrere mores?
Moribus an potius nomina certa dari?
Quicquid id est, mirus Latiis annalibus ordo,
Quod Lepidum toties reccidit ense malum.

Voc. *ense* non concoquo neque ullo modo probabiliter explicari posse reor: plane etiam obloquitur eis quae de quarto Lepido dicta sunt. Quandoquidem poetam hoc voluisse credo: mirum est quod in nostris annalibus toties Lepidus aliquis vir malus recurrit, hoc eum scripsisse suspicor:

Quod Lepidum toties reccidit esse malum.

Fieri etiam potest ut miratus sit res tam sibi contrarias quam sunt *lepidum* et *malum*, in annalibus toties esse coniunctas, ita ut verborum lusui indulsisse putandus sit.

Mons Argentarius cum Isthmo comparatur.

319 Qualis per geminos fluctus Ephyreius Isthmos
Ionias bimari litore findit aquas.

Baehrens ascripsit, *fluctus* vix sanum sibi videri et fortasse legendum esse *ductus*. Malim: *flexus*, ut *per geminos flexus* verbis *ancipiti iugo* vs. 316 respondeant. Cf. Curt.: duo terrae eius velut bracchia excurrunt; media flexu modico sinum faciunt, Mela: grandis litoris flexus grandem insulam includit.

Poeta cum Ilvae appropinquat, ferri fecunditatem huius

insulae multis laudibus celebrans comparationem instituit inter auri ferrique usum atque utilitatem vss. 351—368, in quibus duo manu emendatrice egere mihi videntur. In damnis, quae generi humano aurum inferre solet, enumerandis hoc affert:

359 Aurea legitimas expugnant munera taedas,
Virgineosque sinus aureus imber emit.

Hunc locum legenti numquam non mihi persuadetur poetae obversatum esse Iovem in imbrem aureum conversum et Danaën, quae Persea pluvio conceperat auro. Eo quod vocabulo 'imber' usus est, de hac re nulla potest esse dubitatio. Quae cum ita sint, verbum *emit* ab hoc loco alienum esse atque reponendum credo:

Virgineosque sinus aureus imber init.

Forte evenit ut alibi quoque vocabula *sinus* et *init* in eodem versu poeta posuerit, illud vero significatione non eadem, sc. vs. 234:

Sive sinus patrios incola Faunus init.

Ad versum alterum, quem hac in comparatione metallorum corruptela laborare puto, nunc transeo. Poeta postquam mala quibus auri sacra fames homines afficit exposuit, ad ferri merita commemoranda sic pergit:

363 At contra ferro squallentia rura coluntur,
Ferro vivendi prima reperta via est:
Saecula semideum, ferrati nescia Martis,
Ferro crudeles sustinuere feras:
Humanis manibus non sufficit usus inermis,
Si non sint aliae ferrea tela manus.

Equidem illud *ferro* in vs. 366 non extrico. Rutilium hoc voluisse arbitror: Genus semideum non novit usum armorum telorumque ferreorum neque ad bellum gerendum neque ad feras propulsandas: hominibus vero manus nudae ad talia non sufficiunt, sed opus est ferreis telis, quae alterius paris manuum vice iam funguntur. Haec interpretatio si vera est — neque aliam locus admittere mihi quidem videtur —, lectio *ferro* concinnitatem comparationis atque totius loci sententiam misere disturbat ac corrumpit. Qua de causa mihi constat, importunum illud *ferro* e vs. 364 per errorem hic repetitum, scripturam archetypam detrusisse, quam ita revocare velim:

Saecula semideum, ferrati nescia Martis,
Robore crudeles sustinuere feras.

Si quis *Corpore* vel *Dextra* vel *Nudi* maluerit, non habeo quod obloquar. [1])

Viator noster mire delectatur Faleriae regione deliciis plena,

381 Sed male pensavit requiem stationis amoenae
Hospite conductor durior Antiphate.

Baehrens pro *pensavit* legendum esse putavit: *turbavit*, sed non sollicitanda est lectio tradita. Cf. Lucan. Phars. IX 685:

Ille quidem pensabat iter propiusque secabat
Aera, si medias Europae scinderet urbes,

ad quem locum Francken monuit, memorabile exemplum esse simplicis pro composito i. q. *conpensasset*, et Haskins bene interpretatus est: 'would have been shortening his journey, and cleaving the sky by a nearer course'. Idem verbum vs. 1002 eiusdem Pharsaliae libri recurrit:

avidusque urgente procella
Iliacas pensare moras,

ubi Haskins: 'to make up for his delay at Ilium'.

Nihil igitur mutandum est.

Summi montes Corsicae insulae conspiciuntur et mox obscurantur.

435 Haec ponti brevitas auxit mendacia famae:
Armentale ferunt quippe natasse pecus;
Tempore Cyrnaeas quo primum venit in oras
Forte secuta vagum femina Corsa boven.

Baehrensio ante vs. 435 nonnulla periisse videntur neque temere orta ea videtur suspicio, ut nunc locus legitur. Vide tamen an non poeta scripsisse putandus sit: *Hic ponti brevitas*, quod similiter posuit vss. 341, 417, 518, 575.

---

1) Emendationem *nudi* unice veram esse persuasum iam mihi est, postquam v. d. Brakman, cui corruptelam indicaveram, per epistulam me monuit, eius originem sic explicari posse ut quis supra voc. *nudi* addiderit: *sc. ferro*, quae glossa genuinam lectionem postea detruserit.

Coniecturam Muelleri *quem perarasse* pro *quippe natasse*, quam Baehrens ineptam vocat, ego quoque non necessariam esse iudico, sed aeque inutile ipsius Baehrensii est propositum *quem penetrasse*, nam frequens est verbi natandi usus transitivus, vid. Verg. Georg. III 259, Ov. Tr. V 2, 25, Art. I 48, Stat. Theb. IV 705 (amnes natatos), Martial. XIV 196, et obiectum e versu superiore facile cogitatione suppletur. Locus optime se habet, dummodo post voc. *pecus* colon sustuleris.

Navis, quae in tractum Volaterranum ingressa erat, exitu difficili, quem pali utrimque indicant, altum repetit.

457 Incertas gemina discriminat arbore fauces
Defixasque offert l i m e s uterque sudes.

Immerito hunc locum nonnulli suspectum habuerunt, e quibus Schrader servato vocabulo *limes* pro *uterque* scribi iussit: *utrimque* — Baehrens pro *limes* etiam de suo *limus* recensuit. At sanus est locus traditus, cum limes idem significet quod linea sive terminus: limes uterque, h. e. dexter et sinister, duplici arborum serie exitum ambiguum distinguunt atque sudes defixas, quibus constant, gubernatori monstrant.

Infelicissima est etiam Baehrensii recensio versus

493 Victorinus enim, nostrae p a r s maxima m e n t i s,
Congressu explevit mutua vota suo,

in quo pro *pars* suam substituit coniecturam quae est *laus*, alteram *spes* in apparatu offerens, et pro *mentis* cum Burmanno edidit *gentis*, haec argumentatus: „potes amicum vocare 'animi tui partem', etiam 'partem maiorem', sed inepte vocabis 'maximam partem animi', nedum 'mentis': traxit corruptela *mentis* prius vocabulum".

Confiteor me latere quid obstet quominus amicum partem maximam sive permagnam nostrae mentis sive animae vocemus. Cf. vs. 426: Provecta est animae p o r t i o m a g n a meae, vs. 178: Corpore divisos m e n s tamen una tenet.

Aio Baehrensium duobus locis versum iniuria immutasse.

511 Lutea protulerat sudos aurora iugales:
Antemnas tendi litoris aura iubet.

Inconcussa vehit tranquillus aplustria flatus,
Mollia securo vela rudente tremunt.

Offendit me quod vela, quae, vento impleta lateque distenta, etiam tremere dicuntur, vocantur mollia, cum vere rigida ac dura sint admodum. Quae cum ita sint, poetam scripsisse suspicor: *omnia.*

Poeta visurus est Protadium, virum probissimum,

543 Quem qui forte velit certis cognoscere signis,
Virtutis speciem corde vidente petat.

Baehrens pro *vidente* scripsit: *vigente,* explicans: „summam illam virtutis imaginem animo, siquidem hic valet potestque ad eam adspirare, sibi fingat". Heinsius coniecit speciosius: *videre putet*, sed locum non sollicitandum esse II 18 comprobare videtur, ubi haec sunt:

Italiam rerum dominam qui cingere visu
Et totam pariter cernere mente velit,
Inveniet e. q. s.

Tempestate adversa impeditus ne iter continuet, Rutilius venatum it.

625 Funditur insidiis et rara fraude plagarum
Terribilisque cadit fulmine dentis aper.

Emenda: *Fallitur insidiis.*

631 Interea madidis non desinit Africus alis
Continuos picea nube negare dies.

Baehrens recte monuit, *continuos dies* pessime pro 'continuos per dies solem' dictum esse, sed minus recte de suo edidit: *Continuos* (nomin. sing.) — *diem.* Inficetum est, Africo, cui suum attributum iam est *madidis alis*, alterum attributum *continuos picea nube* per asyndeton addere, unde putida oriatur tautologia atque legentes, qui quidem Rutilium poetam, non grammaticum esse existimant, de forma *continuos* animi pendeant.

Immo, morbum loci Baehrens perspexit, sed medelam non invenit.

Vocabula *continuos-dies* tangenda non sunt, ut sequentia demonstrare mox videbimus, sed in verbo, quod tam sincerum et loci sententiae tam accommodatum videtur, vitium latet,

quater occurrit. Fortasse eam ob causam Helmius censuit nil nisi ⟨*aliis*⟩ inserendum esse ante verba *id genus*; Purserus cunctanter eodem loco inserere proposuit ⟨*ceteris*⟩. Quo pacto quid profecerimus me quidem latere fateor.

Nescio an potius alia via ineunda sit ad hanc difficultatem tollendam. Fieri enim potuit, ut *id genus* illud suo loco aberraverit, immo hoc ita factum esse paene in promptu est. Etenim primo quidem loco haud raro tale quid accidit in Apulei traditione: cfr. *magnae artis* in sententia proxima; secundo autem verba q. s. *bestiae* et *pecudes* (vel plerumque *ferae* et *pecudes*) saepissime inter se coniunguntur cum quis omnia animalium genera tam fera quam mansueta complecti vult. Cuius rei post Hildebrandum Butlerus et Owenus (ad *Apol.* 7, ubi legimus *feris et pecudibus*) haec exempla attulerunt: apud ipsum Madaurensem *Apol.* 12 *pecuinis et ferinis*; Sen. *Ep.* 108. 20 *pecudibus ferisve; N. Q.* III. 25. 2 *fera et pecus omne*; Suet. *Ner.* 31 *pecudum et ferarum*; addo Apul. *Met.* 11. 1: *pecuina et ferina;* Mart. IX. 71. 9: *pecudesque feraeque.* Num cui his verbis sive *id genus* addere sive aliud quid ineptum non videatur atque molestum?

Iam mea quidem opinione duo tantum loci sunt, quorum ratio habenda est. Primo quidem in sententia proxima post *mirus prorsum.* Ibi quidem vitii origo facillime indagari posset. Fac enim scribam aliquem pro verbis illis q. s. *magnae artis* substituere voluisse *id genus*, id quod re vera legendum esset, atque ideo supra scripsisse: nil mirum profecto, si in lineam superiorem devenissent. Atqui hoc experimentum parum procedit, nam si legimus: 'mirus prorsum id genus homo, immo semideus vel certe deus....', tum *id genus homo* subiectum evadit sententiae, cum tamen haec verba eadem vice fungi oporteat atque nomina illa q. s. *semideus* et *deus.*

Altera autem atque ea probabilior coniectura exsistere mihi visa est, quae me quidem iudice veram textus interpretandi viam indicet. Legendum esse opinor: 'nam summa laquearia citro et ebore curiose cavata subeunt aureae columnae, parietes ⟨*id genus*⟩ omnes argenteo caelamine conteguntur bestiis et pecudibus occurrentibus ob os introeuntium'.

Ita si legimus, omnis scrupulus sublatus esse mihi videtur.

libentissime patronum audit, quem iustitiae suae non timet.

Verum tradita lectio, quam allitteratio a Rutilio adamata et ipsa commendat, vera est et bonam interpretationem admittit. Verbum cedendi cum dativo personae idem significare posse quod 'accidere', 'contingere' atque tam in malam quam in bonam partem usurpari, monere vix opus est: utriusque usus exemplum unum sufficiat: Cic. Verr. II 70: ut etiam is quaestus huic cederet, Liv. XXIII 43, 14: nolle ominari quae captae urbi cessura forent.

Nihil igitur mutandum est.

Ad Ovid. Met. IX, 575.

Attonitus subita iuvenis Maeandrius ira
proicit acceptas lecta sibi parte tabellas.

Homines esse demiror qui Ovidium scripsisse illud *lecta sibi parte* nunc omnino credant. At credit H. Magnus, cum scripturam traditam retinuerit et in editione Germanice illustrata ad locos nonnullos a loco nostro prorsus alienos legentem referat. Mihi sane ut olim sic etiamnunc *nisi* reponendum esse ita constat ut, si verum sit, id quod Georges in lexico suo affirmat, *nisi* pro *non nisi* apud posteriores frequens esse, apud classicos vero auctores non nisi eis locis, qui suspicionem moveant, inveniri, equidem Nasonem hunc usum h. l. novasse mihi persuadeam. Ad Curt. VII, 6, 11: „armis abstinebant nisi lacessiti" Th. Vogel quidem contendit: „So setzen auch Classiker bisweilen *nisi* mit Beziehung auf eine nicht ausgesprochne, sondern nur vorschwebende Negation", sed exempla desiderantur.

P. H. D.

concedet, eam hoc loco non posse intellegi. Alia huius rei certa exempla mihi quidem non innotuerunt, nisi quod quodammodo ea comparare possumus quae legimus *Apol.* 82: 'haec et id genus ea quam merito tunc dici potuerunt'; ibi quoque pronomen *ea* magnam partem propria significatione privata esse et sensu fere indefinito adhibita esse videtur, etsi hunc transitum aliquanto leniorem esse concedo. Nihilo setius hanc rem non neglegendam esse arbitror, praesertim cum in posterioribus quae e sermone Latino fluxerint linguis pronomen q. e. *is*, *ea*, *id* radicitus evanuerit.

Iam pergamus ad cetera interpretanda; necesse autem erit simplicia quaedam et luce clariora in mentem nobis revocemus, quae pertinent ad usum praepositionis q. e. *praeter*, imprimis apud Apuleium. Primum hoc dico: *praeter* aut addit aliquid aut excipit, atque id ita quidem, ut hoc sensu in sententiis generalibus, illo in ceteris adhibeatur. Velut cum dico: 'praeter Caium omnes aderant', excipi Caium volo, sed cum ita loquor: 'praeter Caium et Lucius et Publius aderant', Caius ceteris duobus additur.

Ergo, si praeter *ius* illud omnia recte tradita sunt, qua de re nemo adhuc quod sciam dubitavit, tum verba *praeter oculos* non excipiendum esse visum sed ceteris sensibus addendum indicant. Itaque si nihil sentiebatur, tum neque oculis neque manibus neque auribus quicquam sentiebatur; sin cum multis interpretibus coniectura sententiam restituimus affirmativam, (legendo e. g. cum Luetjohannio *is non nihil sentiebatur*), tum necessario et oculis et manibus et auribus sentiebatur. Quod si minus probabile, immo absurdum videtur, non mihi imputandum est: ipsa ratio cogit.

Altera observatio haec est: Apuleius illa praepositione uti solet, non modo ut novum subiectum vel obiectum aliis adiciat, sed etiam qua aliorum casuum enumerationem variet. Quam rem duo exempla illustrent. *Met. l.* X. 34 narrationem praebet obsceniorem: nuptiarum aspectu asini et mulieris veneficae in scena celebrandarum populus delectabitur. Paulo ante asinus secum reputat quod sibi imminet dedecus: 'at ego *praeter* pudorem obeundi publice concubitus, praeter contagium scelestae pollutaeque feminae, metu etiam mortis cruciabar'. Sane hoc

exemplum utile est: *praeter pudorem — metu etiam mortis* idem valet quod *non solum pudore, sed etiam metu mortis*. Quin in altera sententiae parte etiam audacius auctor loquitur, ubi per ellipsin haec vult dicere: non solum contagio scelestae pollutaeque feminae.... immo, non solum cogitatione contagii scelestae p. f., sed etiam metu. Identidem talia apud Apuleium leguntur, velut *Met. l.* IV. 12, ubi narratur, latronem quendam parietes perfodisse casae aniculae in cubiculo superiore dormientis. Quo ubi devenit, anus astuta dolo eum adducit ut per altam fenestram prospiciat; tum levi tantum ictu opus est ut labatur et praeceps detur ad terram. 'Qui *praeter* altitudinem nimiam super quendam etiam vastissimum lapidem propter iacentem decidens.... non diu cruciatus vitam evasit'. Vide quam artificiose auctor duas mortis causas expresserit et duorum casuum ablativorum usum vitaverit.

Quibus rebus perpensis iam erit luce clarius, iniuria plerosque commentatores verba q. s. *praeter oculos* interpretatos esse: *exceptis oculis*, velut Beckius ita legere voluit: 'istius nihil non sentiebatur', atque hunc ait esse sensum: 'nam oculis exceptis manibus et auribus optime sentiebat Psyche eum adesse', quem praepositionis usum prorsus abhorrere ab Apulei stylo dicendi demonstrasse mihi videor.

Gravissimam primo aspectu sic ortam esse difficultatem non nego, sed videamus possitne superari. Fac scriptum fuisse tale quid: 'non solum oculis, sed etiam manibus et auribus peculiare nihil sentiebatur'. Optime tum quod ad sensum pertinet omnia procedunt: prae noctis tenebris oculis videlicet quicquam sentire peculiare non licebat, sed quod maius est, etiam manibus et auribus maritum illum, quem tam taetrum fore tamque crudelem virgini praedixerant, a natura humana alienum esse omnino nihil sentiebatur. Ipsa autem auctoris verba restituere minus nimirum facile erit; mihi quidem haec coniectura probabilissima est, eum scripsisse: 'namque praeter oculos et manibus et auribus *immanius nihil* sentiebatur'. Ergo his verbis meo iudicio non continetur argumentum, maxime scilicet supervacaneum, quare fieri potuerit ut Psyche adesse maritum senserit, sed Apuleius animos legentium comparare vult ad comissimam illam ac mitissimam allocutionem, quam sine dubio

paulo magis exspectaverint quam ipsa nova nupta: 'Psyche dulcissima et cara uxor'.

* * *

Met. V. 20: 'quoniam nos originis nexus pro tua incolumitate ⟨*ne*⟩ periculum quidem ullum ante oculos habere compellit.....'

Hoc loco agendum erit de re parvula nec tamen nullius momenti. Psyches sorores pereunt invidia et curiositate; precibus eius commotus Cupido permisit ut regiam viserent et oculis perlustrarent, quo facto suspicio iis orta est fieri non posse quin maritus ille ignotus sororis minimae natu sit deus quispiam. Itaque conubio sibi inviso finem facere constituunt: regia denuo intrata altera ex iis oraculo formidoloso in mentem revocato virgini simplici persuadet monstro horrendo eam nupsisse, altera deinde monstri interficiendi consilium profert atque ita fari incipit: 'quoniam nos....' e. q. s. Quae verba postquam Hildebrandus defendit, et Helmius et Purserus ⟨*ne*⟩ inseruerunt, pronomen *ullum* a tali sententia affirmanti alienum esse rati. Iniuria id quidem meo iudicio, quod ut argumentis stabiliam, duae quaestiones mihi tractandae erunt, prior, sitne lectio *periculum quidem ullum* repudianda quod a sermone Latino abhorreat, altera, si revera defendi possit, utra lectio melius cum contextu conveniat.

Quod pertinet ad priorem quaestionem hoc loco longus esse nolo, quippe quam nuper fusius persecutus sim in commentariis quarto quoque mense in lucem prodeuntibus quibus titulus Neophilologus (a. VII fasc. 2), ubi demonstrare conatus sum pronomina illa q. s. *quisquam* et *ullus* nequaquam necessario coniungenda esse cum sententiis negativis: hoc tantum refert, sintne posita cum sententiae ictu ita ut nil nisi ipsam negationem negent. Sed cui haec curae sunt, quae alibi exposui ut inspiciat vehementer quaeso; equidem mihi persuasi nihil esse quod quis textui tradito obiciat, licet nonnihil remotus sit ab oratione Ciceronis. Quod si cum commentatoribus illis locum sanare volumus, sensus neque melior exsistit neque aptior; tum enim non sermo est de Psyches periculo, quod

illae omnibus viribus se avertere velle contendant, sed de ipsarum sororum periculo ab ipsis pro Psyches salute neglecto. Ita rem se habere non credo, primo quod non sorores ipsae facinus perpetraturae sunt sed Psychae committendum relinquunt. At per ludibrium fortasse Apuleius ita locutus est! Audio; nego quoque. Etenim crebro iam de ipsius Psyches periculo auctor locutus est: c. 17 'tu quidem felix et ipsa tanti mali ignorantia beata sedes *incuriosa periculi tui*'; c. 18 'ad haec iam tua est existimatio, utrum sororibus *pro tua cara salute sollicitis* adsentiri velis et declinata morte nobiscum *secura periculi* vivere an saevissimae bestiae sepeliri visceribus'; c. 19 'nunc si quam salutarem opem *periclitanti sorori* vestrae potestis adferre, iam nunc subsistite'.

Nihil ergo hoc loco mutemus, sed pronomini saepe hucusque male mulcato suum iam attribuamus.

AD RUTILIUM NAMATIANUM.

SCRIPSIT

P. H. DAMSTÉ.

Poeta dum Castrum, quod Inui esse putat, praetervehitur, in oppidi ruderibus simulacrum dei observat, cui nomen suum locus debet.

227 Stringimus .... et fluctu et tempore Castrum:
Index semiruti porta vetusta loci.
Praesidet exigui formatus imagine saxi,
Qui pastorali cornua fronte gerit.

Lacunam, quae in versu primo est, alii aliter explendam putant: certa medela nondum inventa est. Pro *imagine* autem Baehrens fortasse *margine* emendandum esse ascripsit. Si quid mutandum est, equidem maluerim: *in aggere*. In eis vero, quae de eodem numine mox sequuntur, Baehrensium traditam lectionem male immutasse credo:

233 Seu Pan Tyrrhenis mutavit Maenala silvis
Sive sinus patrios incola Faunus init,
Dum renovat largo mortalia semina fetu,
Fingitur in venerem pronior esse deus.

Baehrens enim de suo recensuit: *Dumve novat*, ita argumentatus: 'propositum Inui nomen duplici modo explicatur: vel ab ineundo terram (sive ex Graecia peregrinus sive indigena in abditum patriae sinum migrans) deus dictus est vel ab ineundo feminas'. At vereor ne in loco explicando subtilitati minutiori indulserit neve in dumeta correpserit. Mihi Rutilius hoc voluisse videtur: Inuus sive deus peregrinus est, qui ex Arcadia huc pervenit, sive indigena in patriae sinus abditos recedens, utique tamquam deus fingitur in venerem

Infra legimus Lucium mutatum sive asinum veniisse sacerdoti deae Syriae; ipsius autem auctoris verba haec sunt (VIII 25) et ilico me stomida [1]) spartea deligatum tradidit (sc. prior dominus) Philebo; *hoc enim nomine censebatur* iam meus dominus.

Itaque perspicuum est neque *censeri* positum esse pro *aestimari* neque *hoc nomine* pro *hac causa.*

Deinceps dicendum est de tribus vocabulis, quorum usum Keene non satis explanavit: incipiendum est a

I 214 cuius Aremoricas pater Exuperantius oras
nunc *postliminium* pacis amare docet.

Hic *postliminium* non pertinet ad ius civitatis, sed valet idem atque *reditus*, sicut a Frontone usurpatum est in disputatiuncula de Bello Parthico (Nab. 219, 17) tum Polycrates litteras ordine de casu et *postliminio* anuli perscribtas ad regem Amasim mittit.

Ablativo huius vocis identidem Apuleius utitur pro adverbio e. g. Metam. III 25 statimque in meum Lucium *postliminio* redibis; Florid. 19 aegre tamen ac difficulter Asclepiades impetravit brevem mortuo dilationem atque ita vespillonum manibus extortum velut ab inferis *postliminio* domum rettulit confestimque spiritum recreavit cet.

Idem scriptor interdum *postliminio* cum genetivo coniungit, velut Metam. II 28 Zatchlas adest Aegyptius propheta primarius, qui mecum iam dudum grandi praemio pepigit reducere paulisper ab inferis spiritum corpusque istud *postliminio* mortis animare; ibid. X 12 cet.

Rutilius describens quemadmodum aestate aqua salinarum quasi congelata sales relinquantur, admonet rursus hieme Histrum flumine astricto plaustra vehere. Tum sic pergit I 487

rimetur solitus naturae expendere causas,
inque pari dispar *fomite* quaerat opus.

Fomite translato sensu positum esse pro *causa* vel *fonte* elucet e multis exemplis, quae praebet Prudentius velut Perist. X 516

---

1) Sic cum Sittlio edidit Helm, at v. d. Vliet Scaligeri coniecturam *tomicla* recepit.

insulae multis laudibus celebrans comparationem instituit inter auri ferrique usum atque utilitatem vss. 351—368, in quibus duo manu emendatrice egere mihi videntur. In damnis, quae generi humano aurum inferre solet, enumerandis hoc affert:

359 Aurea legitimas expugnant munera taedas,
Virgineosque sinus aureus imber e m i t.

Hunc locum legenti numquam non mihi persuadetur poetae obversatum esse Iovem in imbrem aureum conversum et Danaën, quae Persea pluvio conceperat auro. Eo quod vocabulo 'imber' usus est, de hac re nulla potest esse dubitatio. Quae cum ita sint, verbum *emit* ab hoc loco alienum esse atque reponendum credo:

Virgineosque sinus aureus imber i n i t.

Forte evenit ut alibi quoque vocabula *sinus* et *init* in eodem versu poeta posuerit, illud vero significatione non eadem, sc. vs. 234:

Sive sinus patrios incola Faunus init.

Ad versum alterum, quem hac in comparatione metallorum corruptela laborare puto, nunc transeo. Poeta postquam mala quibus auri sacra fames homines afficit exposuit, ad ferri merita commemoranda sic pergit:

363 At contra ferro squallentia rura coluntur,
Ferro vivendi prima reperta via est:
Saecula semideum, ferrati nescia Martis,
F e r r o crudeles sustinuere feras:
Humanis manibus non sufficit usus inermis,
Si non sint aliae ferrea tela manus.

Equidem illud *ferro* in vs. 366 non extrico. Rutilium hoc voluisse arbitror: Genus semideum non novit usum armorum telorumque ferreorum neque ad bellum gerendum neque ad feras propulsandas: hominibus vero manus nudae ad talia non sufficiunt, sed opus est ferreis telis, quae alterius paris manuum vice iam funguntur. Haec interpretatio si vera est — neque aliam locus admittere mihi quidem videtur —, lectio *ferro* concinnitatem comparationis atque totius loci sententiam misere disturbat ac corrumpit. Qua de causa mihi constat, importunum illud *ferro* e vs. 364 per errorem hic repetitum, scripturam archetypam detrusisse, quam ita revocare velim:

Liber sit; V 29 (Reiffersch. 200, 21); I 38; IV 13; IV 21 cet. Cf. etiam Macrob. in Somn. Scip. I 2, 4 cur enim si rerum caelestium notionem, si habitum nos animarum docere voluisti, non simplici et absoluta hoc *insinuatione* curatum est?

Roensch (Ital. u. Vulg. pag. 387) ne unum quidem exemplum Arnobianum affert.

Qui fieri possit ut is, qui Rutilium aliquotiens perlegit, locos corruptos suspectosve silentio praetereat?

Poeta ait Romam urbem legiferam dignam esse quae divinis honoribus afficiatur, nam (I 73—76)

> inventrix oleae colitur vinique repertor
> et qui primus humo pressit aratra puer;
> aras Paeoniam meruit medicina per artem
> factus et Alcides *nobilitate* deus.

Ussani in editione, quae Florentiae prodiit (1921), Castalione auctore scribit *mobilitate,* quod ferendum esse nego. Certe in Apocolocyntosis capite quinto Hercules, ut derideatur, dicitur totum orbem terrarum pererravisse, quod non offendit in satira Menippea, verum Rutilius Stoicam disciplinam amplexus (II 31) Herculem habet pro heroe κατ' ἐξοχὴν, qui aerumnis superatis propter virtutem gloriamque dignus est qui in deis numeretur. Ergo dubitari non potest quin *nobilitate* vera sit lectio.

Laus Protadii inde a vs. 543 praedicatur. Erat ei quondam in Treverorum civitate praedium magnum, unde pulsus habitat in Umbria contentus parvo fundo: fortuna adversa virum constantem et iustum, qui praefectus urbi fuit, non mutavit. Quibus rebus narratis poeta sic pergit I 555

> exiguusque *regum rectores* caespes habebat
> et Cincinnatos iugera pauca dabant.

Hic quoque tueor verba tradita *regum rectores*: vel ipsa paronomasia monet, ne quis [1]) licenter *regum victores* Rutilio obtrudat. Librarium, ut pro simplici et facili voce *victores* exararet minus frequens verbum *rectores*, quidnam moveret?

---

1) Quod fecerunt Baehrens, Mueller, Keene alii.

Coniecturam Muelleri *quem perarasse* pro *quippe natasse*, quam Baehrens ineptam vocat, ego quoque non necessariam esse iudico, sed aeque inutile ipsius Baehrensii est propositum *quem penetrasse*, nam frequens est verbi natandi usus transitivus, vid. Verg. Georg. III 259, Ov. Tr. V 2, 25, Art. I 48, Stat. Theb. IV 705 (amnes natatos), Martial. XIV 196, et obiectum e versu superiore facile cogitatione suppletur. Locus optime se habet, dummodo post voc. *pecus* colon sustuleris.

Navis, quae in tractum Volaterranum ingressa erat, exitu difficili, quem pali utrimque indicant, altum repetit.

457 Incertas gemina discriminat arbore fauces
 Defixasque offert l i m e s uterque sudes.

Immerito hunc locum nonnulli suspectum habuerunt, e quibus Schrader servato vocabulo *limes* pro *uterque* scribi iussit: *utrimque* — Baehrens pro *limes* etiam de suo *limus* recensuit. At sanus est locus traditus, cum limes idem significet quod linea sive terminus: limes uterque, h. e. dexter et sinister, duplici arborum serie exitum ambiguum distinguunt atque sudes defixas, quibus constant, gubernatori monstrant.

Infelicissima est etiam Baehrensii recensio versus

493 Victorinus enim, nostrae p a r s maxima m e n t i s,
 Congressu explevit mutua vota suo,

in quo pro *pars* suam substituit coniecturam quae est *laus*, alteram *spes* in apparatu offerens, et pro *mentis* cum Burmanno edidit *gentis*, haec argumentatus: „potes amicum vocare 'animi tui partem', etiam 'partem maiorem', sed inepte vocabis 'maximam partem animi', nedum 'mentis': traxit corruptela *mentis* prius vocabulum".

Confiteor me latere quid obstet quominus amicum partem maximam sive permagnam nostrae mentis sive animae vocemus. Cf. vs. 426: Provecta est animae p o r t i o m a g n a meae, vs. 178: Corpore divisos m e n s tamen una tenet.

Aio Baehrensium duobus locis versum iniuria immutasse.

511 Lutea protulerat sudos aurora iugales:
 Antemnas tendi litoris aura iubet.

Inconcussa vehit tranquillus aplustria flatus,
Mollia securo vela rudente tremunt.

Offendit me quod vela, quae, vento impleta lateque distenta, etiam tremere dicuntur, vocantur mollia, cum vere rigida ac dura sint admodum. Quae cum ita sint, poetam scripsisse suspicor: *omnia.*

Poeta visurus est Protadium, virum probissimum,

543 Quem qui forte velit certis cognoscere signis,
Virtutis speciem corde vidente petat.

Baehrens pro *vidente* scripsit: *vigente,* explicans: „summam illam virtutis imaginem animo, siquidem hic valet potestque ad eam adspirare, sibi fingat". Heinsius coniecit speciosius: *videre putet,* sed locum non sollicitandum esse II 18 comprobare videtur, ubi haec sunt:

Italiam rerum dominam qui cingere visu
Et totam pariter cernere mente velit,
Inveniet e. q. s.

Tempestate adversa impeditus ne iter continuet, Rutilius venatum it.

625 Funditur insidiis et rara fraude plagarum
Terribilisque cadit fulmine dentis aper.

Emenda: *Fallitur insidiis.*

631 Interea madidis non desinit Africus alis
Continuos picea nube negare dies.

Baehrens recte monuit, *continuos dies* pessime pro 'continuos per dies solem' dictum esse, sed minus recte de suo edidit: *Continuos* (nomin. sing.) — *diem.* Inficetum est, Africo, cui suum attributum iam est *madidis alis,* alterum attributum *continuos picea nube* per asyndeton addere, unde putida oriatur tautologia atque legentes, qui quidem Rutilium poetam, non grammaticum esse existimant, de forma *continuos* animi pendeant.

Immo, morbum loci Baehrens perspexit, sed medelam non invenit.

Vocabula *continuos-dies* tangenda non sunt, ut sequentia demonstrare mox videbimus, sed in verbo, quod tam sincerum et loci sententiae tam accommodatum videtur, vitium latet,

quia e ceteris vocabulis nullum corruptum esse p o t e s t, id quod nemo non agnoscet qui in mentem poetae penitus se insinuaverit.

Quaerendum est verbum aliquod, cuius *Africus* subiectum-obiectum *continuos dies* esse possit, quod deinde *picea nube* tamquam ablativum instrumentalem admittat, cuius scriptura denique ad litterarum ductus verbi *negare* ita prope accedat ut librarium in errorem inducere potuerit ut pro verbo rariore verbum tritum sibique notissimum ante oculos se habere crederet.

Quibus perpensis quis non videt, reddendum esse Rutilio:

Interea madidis non desinit Africus alis
Continuos picea nube n i g r a r e dies.

Quam apte iam sequuntur:

Iam matutinis Hyades occasibus udae:
Iam latet hiberno conditus imbre Lepus!

Cf. Stat. Silv. II 6, 83:

non saevius atro
nigrasset planctu genetrix tibi salva lacertos.

et Tertull. adv. Marc. IV 8: et nigrati ignorantiae tenebris.

Est hoc libri secundi exordium:

1 Nondum longus erat nec multa volumina passus:
Iure suo poterat longior esse liber.
Taedia continuo ttmuit c e s s u r a labori,
Sumere ne lector iuge paveret opus.

Baehrens *censura*, quod in Muelleri editione recensetur, typothetarum vitio, utique male scriptum videri annotavit et ipse cum *cessura* vix sanum censeret, coniecit *sessura*, id est 'haesura'.

Si lectionem corruptam esse Baehrensio assentirer, potius emendandum crederem:

Taedia continuo timuit s e c u r a labori,

h. e. taedia quae efficerent ut lector, deterritus opere continuo neque usquam interrupto, nil iam id curaret atque perlegere recusaret. Verbum timendi cum accusativo rei timendae et cum dativo personae vel rei cui timetur et alibi occurrit et Iuvenal. 6, 17: furem timere pomis, Plin. N. H. XIV 16: timent aegris vini noxiam, Quintil. IV 1: iudex religiosus

libentissime patronum audit, quem iustitiae suae non timet.

Verum tradita lectio, quam allitteratio a Rutilio adamata et ipsa commendat, vera est et bonam interpretationem admittit. Verbum cedendi cum dativo personae idem significare posse quod 'accidere', 'contingere' atque tam in malam quam in bonam partem usurpari, monere vix opus est: utriusque usus exemplum unum sufficiat: Cic. Verr. II 70: ut etiam is quaestus huic cederet, Liv. XXIII 43, 14: nolle ominari quae captae urbi cessura forent.

Nihil igitur mutandum est.

AD OVID. MET. IX, 575.

Attonitus subita iuvenis Maeandrius ira
proicit acceptas lecta sibi parte tabellas.

Homines esse demiror qui Ovidium scripsisse illud *lecta sibi parte* nunc omnino credant. At credit H. Magnus, cum scripturam traditam retinuerit et in editione Germanice illustrata ad locos nonnullos a loco nostro prorsus alienos legentem referat. Mihi sane ut olim sic etiamnunc *nisi* reponendum esse ita constat ut, si verum sit, id quod Georges in lexico suo affirmat, *nisi* pro *non nisi* apud posteriores frequens esse, apud classicos vero auctores non nisi eis locis, qui suspicionem moveant, inveniri, equidem Nasonem hunc usum h. l. novasse mihi persuadeam. Ad Curt. VII, 6, 11: „armis abstinebant nisi lacessiti" Th. Vogel quidem contendit: „So setzen auch Classiker bisweilen *nisi* mit Beziehung auf eine nicht ausgesprochne, sondern nur vorschwebende Negation", sed exempla desiderantur.

P. H. D.

RUTILIANA.

SCRIPSIT

C. BRAKMAN J. f.

In universum generatimque Horatii sermo, qui vulgo Iter Brundisinum vocatur Claudio Rutilio Namatiano potest exemplo fuisse in condendo poemate de Reditu suo ex urbe aeterna in Galliam. Ut tamen vates Gallus metrum elegiacum praeferret, Ovidius tertio carmine primi Tristium libri Romae valedicens videtur auctor fuisse. Hac in re fieri potest ut etiam Propertius in Carm. III 21 exponens quomodo Athenas profecturus sit, ut amoris erga Cynthiam obliviscatur, Rutilium moverit, quippe cum hic in rebus metricis, velut in frequenti spondeorum et vocum tetrasyllabarum usu maximum illum poetam elegiacum imitatus sit. Iam vero Ovidii Ibim et suam in Stilichonem invectivam metro saltem congruere Rutilius non potest non cupivisse. Ceterum iam inde a septimo ante C. n. saeculo vates Graeci elegis solebant queri de fortuna, imprudentes monere, amicos commendare, inimicos exsecrari denique omnes fere animi motus significare. Rutilius etsi quinto p. C. n. saeculo floruit summa cum laude poetae officio functus est, ita ut a Luciano Mueller merito haberetur in praestantissimis Romanorum versificatoribus (cf. Praef. edit. eius pag. XI). Qui quamquam fortasse dignus non est, qui cum Claudiano componatur, Ausonium certe adaequat idemque censendus est postremus excellens paganorum poeta Latinus.

Ex quo F. Jäger in egregio libello, c. t. Rhetorische Beiträge zu Rutilius Claudius Namatianus, demonstravit hunc poetam Gallum poema suum ita panxisse ut responderet *τόποις λόγου συντακτικοῦ* (vide Menandrum apud Spengl. Rhetor.

libentissime patronum audit, quem iustitiae suae non timet.

Verum tradita lectio, quam allitteratio a Rutilio adamata et ipsa commendat, vera est et bonam interpretationem admittit. Verbum cedendi cum dativo personae idem significare posse quod 'accidere', 'contingere' atque tam in malam quam in bonam partem usurpari, monere vix opus est: utriusque usus exemplum unum sufficiat: Cic. Verr. II 70: ut etiam is quaestus huic cederet, Liv. XXIII 43, 14: nolle ominari quae captae urbi cessura forent.

Nihil igitur mutandum est.

Ad Ovid. Met. IX, 575.

Attonitus subita iuvenis Maeandrius ira
proicit acceptas lecta sibi parte tabellas.

Homines esse demiror qui Ovidium scripsisse illud *lecta sibi parte* nunc omnino credant. At credit H. Magnus, cum scripturam traditam retinuerit et in editione Germanice illustrata ad locos nonnullos a loco nostro prorsus alienos legentem referat. Mihi sane ut olim sic etiamnunc *nisi* reponendum esse ita constat ut, si verum sit, id quod Georges in lexico suo affirmat, *nisi* pro *non nisi* apud posteriores frequens esse, apud classicos vero auctores non nisi eis locis, qui suspicionem moveant, inveniri, equidem Nasonem hunc usum h. l. novasse mihi persuadeam. Ad Curt. VII, 6, 11: „armis abstinebant nisi lacessiti" Th. Vogel quidem contendit: „So setzen auch Classiker bisweilen *nisi* mit Beziehung auf eine nicht ausgesprochne, sondern nur vorschwebende Negation", sed exempla desiderantur.

P. H. D.

RUTILIANA.

C. BRAKMAN J. f.

In universum generatimque Horatii sermo, qui vulgo Iter Brundisinum vocatur Claudio Rutilio Namatiano potest exemplo fuisse in condendo poemate de Reditu suo ex urbe aeterna in Galliam. Ut tamen vates Gallus metrum elegiacum praeferret, Ovidius tertio carmine primi Tristium libri Romae valedicens videtur auctor fuisse. Hac in re fieri potest ut etiam Propertius in Carm. III 21 exponens quomodo Athenas profecturus sit, ut amoris erga Cynthiam obliviscatur, Rutilium moverit, quippe cum hic in rebus metricis, velut in frequenti spondeorum et vocum tetrasyllabarum usu maximum illum poetam elegiacum imitatus sit. Iam vero Ovidii Ibin et suam in Stilichonem invectivam metro saltem congruere Rutilius non potest non cupivisse. Ceterum iam inde a septimo ante C. n. saeculo vates Graeci elegis solebant queri de fortuna, imprudentes monere, amicos commendare, inimicos exsecrari, denique omnes fere animi motus significare. Rutilius vero quinto p. C. n. saeculo floruit summa cum laude poetae officio functus est, ita ut a Luciano Muellero merito haberetur in praestantissimis Romanorum versificatoribus (cf. Praef. edit. eius pag. XI). Qui quamquam fortasse dignus non est, qui cum Claudiano componatur, Ausonium certe aequiparat itemque censendus est postremus excellens paganorum poeta Latinus.

Ex quo F. Jäger in egregio [illegible] Beiträge zu Rutilius Claudius Namatianus demonstravit non poetam Gallum poema suum ita parasse ut respondeat [illegible] συντακτικοῦ (vide Menandrum apud Spengel Rhetor.

illae omnibus viribus se avertere velle contendant, sed de ipsarum sororum periculo ab ipsis pro Psyches salute neglecto. Ita rem se habere non credo, primo quod non sorores ipsae facinus perpetraturae sunt sed Psychae committendum relinquunt. At per ludibrium fortasse Apuleius ita locutus est! Audio; nego quoque. Etenim crebro iam de ipsius Psyches periculo auctor locutus est: c. 17 'tu quidem felix et ipsa tanti mali ignorantia beata sedes *incuriosa periculi tui*'; c. 18 'ad haec iam tua est existimatio, utrum sororibus *pro tua cara salute sollicitis* adsentiri velis et declinata morte nobiscum *secura periculi* vivere an saevissimae bestiae sepeliri visceribus'; c. 19 'nunc si quam salutarem opem *periclitanti sorori* vestrae potestis adferre, iam nunc subsistite'.

Nihil ergo hoc loco mutemus, sed pronomini saepe hucusque male mulcato suum iam attribuamus.

AD RUTILIUM NAMATIANUM.

SCRIPSIT

P. H. DAMSTÉ.

Poeta dum Castrum, quod Inui esse putat, praetervehitur, in oppidi ruderibus simulacrum dei observat, cui nomen suum locus debet.

227 Stringimus .... et fluctu et tempore Castrum:
Index semiruti porta vetusta loci.
Praesidet exigui formatus imagine saxi,
Qui pastorali cornua fronte gerit.

Lacunam, quae in versu primo est, alii aliter explendam putant: certa medela nondum inventa est. Pro *imagine* autem Baehrens fortasse *margine* emendandum esse ascripsit. Si quid mutandum est, equidem maluerim: *in aggere*. In eis vero, quae de eodem numine mox sequuntur, Baehrensium traditam lectionem male immutasse credo:

233 Seu Pan Tyrrhenis mutavit Maenala silvis
Sive sinus patrios incola Faunus init,
Dum renovat largo mortalia semina fetu,
Fingitur in venerem pronior esse deus.

Baehrens enim de suo recensuit: *Dumve novat*, ita argumentatus: 'propositum Inui nomen duplici modo explicatur: vel ab ineundo terram (sive ex Graecia peregrinus sive indigena in abditum patriae sinum migrans) deus dictus est vel ab ineundo feminas'. At vereor ne in loco explicando subtilitati minutiori indulserit neve in dumeta correpserit. Mihi Rutilius hoc voluisse videtur: Inuus sive deus peregrinus est, qui ex Arcadia huc pervenit, sive indigena in patriae sinus abditos recedens, utique tamquam deus fingitur in venerem

propensior, dum renovat h. e. id quod ex eo apparet quod largo fetu renovat mortalia semina.

Quod poeta respectu nominis dei haud dubio verbum *init* posuit, Baehrensium in errorem induxit, cum praesertim *mortalia semina* de una hominum propagine dicta esse sibi persuaserit; haec verba intellegenda sunt in universum de fructibus tam animalium et plantarum quam hominum, qua de causa coniecturas *saecula* Muelleri et *femina* G. F. Ungeri reiciendas esse opinor.

Ad Herculis portum iam accedentem Rutilium locum ipse M. Aemilii Lepidi admonet, qui Romae arma quondam intulit, atque quattuor Lepidos percenset, qui maleficia qualiacumque commiserunt, quibus consideratis exclamat:

309 Nominibus certos credam decurrere mores?
Moribus an potius nomina certa dari?
Quicquid id est, mirus Latiis annalibus ordo,
Quod Lepidum toties reccidit ense malum.

Voc. *ense* non concoquo neque ullo modo probabiliter explicari posse reor: plane etiam obloquitur eis quae de quarto Lepido dicta sunt. Quandoquidem poetam hoc voluisse credo: mirum est quod in nostris annalibus toties Lepidus aliquis vir malus recurrit, hoc eum scripsisse suspicor:

Quod Lepidum toties reccidit esse malum.

Fieri etiam potest ut miratus sit res tam sibi contrarias quam sunt *lepidum* et *malum*, in annalibus toties esse coniunctas, ita ut verborum lusui indulsisse putandus sit.

Mons Argentarius cum Isthmo comparatur.

319 Qualis per geminos fluctus Ephyreius Isthmos
Ionias bimari litore findit aquas.

Baehrens ascripsit, *fluctus* vix sanum sibi videri et fortasse legendum esse *ductus*. Malim: *flexus*, ut *per geminos flexus* verbis *ancipiti iugo* vs. 316 respondeant. Cf. Curt.: duo terrae eius velut bracchia excurrunt; media flexu modico sinum faciunt, Mela: grandis litoris flexus grandem insulam includit.

Poeta cum Ilvae appropinquat, ferri fecunditatem huius

insulae multis laudibus celebrans comparationem instituit inter auri ferrique usum atque utilitatem vss. 351—368, in quibus duo manu emendatrice egere mihi videntur. In damnis, quae generi humano aurum inferre solet, enumerandis hoc affert:

359 Aurea legitimas expugnant munera taedas,
Virgineosque sinus aureus imber e m i t.

Hunc locum legenti numquam non mihi persuadetur poetae obversatum esse Iovem in imbrem aureum conversum et Danaën, quae Persea pluvio conceperat auro. Eo quod vocabulo 'imber' usus est, de hac re nulla potest esse dubitatio. Quae cum ita sint, verbum *emit* ab hoc loco alienum esse atque reponendum credo:

Virgineosque sinus aureus imber i n i t.

Forte evenit ut alibi quoque vocabula *sinus* et *init* in eodem versu poeta posuerit, illud vero significatione non eadem, sc. vs. 234:

Sive sinus patrios incola Faunus init.

Ad versum alterum, quem hac in comparatione metallorum corruptela laborare puto, nunc transeo. Poeta postquam mala quibus auri sacra fames homines afficit exposuit, ad ferri merita commemoranda sic pergit:

363 At contra ferro squallentia rura coluntur,
Ferro vivendi prima reperta via est:
Saecula semideum, ferrati nescia Martis,
F e r r o crudeles sustinuere feras:
Humanis manibus non sufficit usus inermis,
Si non sint aliae ferrea tela manus.

Equidem illud *ferro* in vs. 366 non extrico. Rutilium hoc voluisse arbitror: Genus semideum non novit usum armorum telorumque ferreorum neque ad bellum gerendum neque ad feras propulsandas: hominibus vero manus nudae ad talia non sufficiunt, sed opus est ferreis telis, quae alterius paris manuum vice iam funguntur. Haec interpretatio si vera est — neque aliam locus admittere mihi quidem videtur —, lectio *ferro* concinnitatem comparationis atque totius loci sententiam misere disturbat ac corrumpit. Qua de causa mihi constat, importunum illud *ferro* e vs. 364 per errorem hic repetitum, scripturam archetypam detrusisse, quam ita revocare velim:

Saecula semideum, ferrati nescia Martis,
R o b o r e crudeles sustinuere feras.

Si quis *Corpore* vel *Dextra* vel *Nudi* maluerit, non habeo quod obloquar. [1])

Viator noster mire delectatur Faleriae regione deliciis plena,

381 Sed male p e n s a v i t requiem stationis amoenae
Hospite conductor durior Antiphate.

Baehrens pro *pensavit* legendum esse putavit: *turbavit*, sed non sollicitanda est lectio tradita. Cf. Lucan. Phars. IX 685:

Ille quidem pensabat iter propiusque secabat
Aera, si medias Europae scinderet urbes,

ad quem locum Francken monuit, memorabile exemplum esse simplicis pro composito i. q. *conpensasset*, et Haskins bene interpretatus est: 'would have been shortening his journey, and cleaving the sky by a nearer course'. Idem verbum vs. 1002 eiusdem Pharsaliae libri recurrit:

avidusque urgente procella
Iliacas pensare moras,

ubi Haskins: 'to make up for his delay at Ilium'.

Nihil igitur mutandum est.

Summi montes Corsicae insulae conspiciuntur et mox obscurantur.

435 H a e c ponti brevitas auxit mendacia famae:
Armentale ferunt quippe natasse pecus;
Tempore Cyrnaeas quo primum venit in oras
Forte secuta vagum femina Corsa boven.

Baehrensio ante vs. 435 nonnulla periisse videntur neque temere orta ea videtur suspicio, ut nunc locus legitur. Vide tamen an non poeta scripsisse putandus sit: *H i c ponti brevitas*, quod similiter posuit vss. 341, 417, 518, 575.

---

1) Emendationem *nudi* unice veram esse persuasum iam mihi est, postquam v. d. Brakman, cui corruptelam indicaveram, per epistulam me monuit, eius originem sic explicari posse ut quis supra voc. *nudi* addiderit: *sc. ferro*, quae glossa genuinam lectionem postea detruserit.

Coniecturam Muelleri *quem perarasse* pro *quippe natasse*, quam Baehrens ineptam vocat, ego quoque non necessariam esse iudico, sed aeque inutile ipsius Baehrensii est propositum *quem penetrasse*, nam frequens est verbi natandi usus transitivus, vid. Verg. Georg. III 259, Ov. Tr. V 2, 25, Art. I 48, Stat. Theb. IV 705 (amnes natatos), Martial. XIV 196, et obiectum e versu superiore facile cogitatione suppletur. Locus optime se habet, dummodo post voc. *pecus* colon sustuleris.

Navis, quae in tractum Volaterranum ingressa erat, exitu difficili, quem pali utrimque indicant, altum repetit.

457 Incertas gemina discriminat arbore fauces
Defixasque offert limes uterque sudes.

Immerito hunc locum nonnulli suspectum habuerunt, e quibus Schrader servato vocabulo *limes* pro *uterque* scribi iussit: *utrimque* — Baehrens pro *limes* etiam de suo *limus* recensuit. At sanus est locus traditus, cum limes idem significet quod linea sive terminus: limes uterque, h. e. dexter et sinister, duplici arborum serie exitum ambiguum distinguunt atque sudes defixas, quibus constant, gubernatori monstrant.

Infelicissima est etiam Baehrensii recensio versus

493 Victorinus enim, nostrae pars maxima mentis,
Congressu explevit mutua vota suo,

in quo pro *pars* suam substituit coniecturam quae est *laus*, alteram *spes* in apparatu offerens, et pro *mentis* cum Burmanno edidit *gentis*, haec argumentatus: „potes amicum vocare 'animi tui partem', etiam 'partem maiorem', sed inepte vocabis 'maximam partem animi', nedum 'mentis': traxit corruptela *mentis* prius vocabulum".

Confiteor me latere quid obstet quominus amicum partem maximam sive permagnam nostrae mentis sive animae vocemus. Cf. vs. 426: Provecta est animae portio magna meae, vs. 178: Corpore divisos mens tamen una tenet.

Aio Baehrensium duobus locis versum iniuria immutasse.

511 Lutea protulerat sudos aurora iugales:
Antemnas tendi litoris aura iubet.

Inconcussa vehit tranquillus aplustria flatus,
Mollia securo vela rudente tremunt.

Offendit me quod vela, quae, vento impleta lateque distenta, etiam tremere dicuntur, vocantur mollia, cum vere rigida ac dura sint admodum. Quae cum ita sint, poetam scripsisse suspicor: *omnia.*

Poeta visurus est Protadium, virum probissimum,

543 Quem qui forte velit certis cognoscere signis,
Virtutis speciem corde vidente petat.

Baehrens pro *vidente* scripsit: *vigente,* explicans: „summam illam virtutis imaginem animo, siquidem hic valet potestque ad eam adspirare, sibi fingat". Heinsius coniecit speciosius: *videre putet*, sed locum non sollicitandum esse II 18 comprobare videtur, ubi haec sunt:

Italiam rerum dominam qui cingere visu
Et totam pariter cernere mente velit,
Inveniet e. q. s.

Tempestate adversa impeditus ne iter continuet, Rutilius venatum it.

625 Funditur insidiis et rara fraude plagarum
Terribilisque cadit fulmine dentis aper.

Emenda: *Fallitur insidiis.*

631 Interea madidis non desinit Africus alis
Continuos picea nube negare dies.

Baehrens recte monuit, *continuos dies* pessime pro 'continuos per dies solem' dictum esse, sed minus recte de suo edidit: *Continuos* (nomin. sing.) — *diem.* Inficetum est, Africo, cui suum attributum iam est *madidis alis*, alterum attributum *continuos picea nube* per asyndeton addere, unde putida oriatur tautologia atque legentes, qui quidem Rutilium poetam, non grammaticum esse existimant, de forma *continuos* animi pendeant.

Immo, morbum loci Baehrens perspexit, sed medelam non invenit.

Vocabula *continuos-dies* tangenda non sunt, ut sequentia demonstrare mox videbimus, sed in verbo, quod tam sincerum et loci sententiae tam accommodatum videtur, vitium latet,

quia e ceteris vocabulis nullum corruptum esse potest, id quod nemo non agnoscet qui in mentem poetae penitus se insinuaverit.

Quaerendum est verbum aliquod, cuius *Africus* subiectum-obiectum *continuos dies* esse possit, quod deinde *picea nube* tamquam ablativum instrumentalem admittat, cuius scriptura denique ad litterarum ductus verbi *negare* ita prope accedat ut librarium in errorem inducere potuerit ut pro verbo rariore verbum tritum sibique notissimum ante oculos se habere crederet.

Quibus perpensis quis non videt, reddendum esse Rutilio:

Interea madidis non desinit Africus alis
Continuos picea nube nigrare dies.

Quam apte iam sequuntur:

Iam matutinis Hyades occasibus udae:
Iam latet hiberno conditus imbre Lepus!

Cf. Stat. Silv. II 6, 83:

non saevius atro
nigrasset planctu genetrix tibi salva lacertos.

et Tertull. adv. Marc. IV 8: et nigrati ignorantiae tenebris.

Est hoc libri secundi exordium:

1 Nondum longus erat nec multa volumina passus:
Iure suo poterat longior esse liber.
Taedia continuo ttmuit cessura labori,
Sumere ne lector iuge paveret opus.

Baehrens *censura*, quod in Muelleri editione recensetur, typothetarum vitio, utique male scriptum videri annotavit et ipse cum *cessura* vix sanum censeret, coniecit *sessura*, id est 'haesura'.

Si lectionem corruptam esse Baehrensio assentirer, potius emendandum crederem:

Taedia continuo timuit secura labori,

h. e. taedia quae efficerent ut lector, deterritus opere continuo neque usquam interrupto, nil iam id curaret atque perlegere recusaret. Verbum timendi cum accusativo rei timendae et cum dativo personae vel rei cui timetur et alibi occurrit et Iuvenal. 6, 17: furem timere pomis, Plin. N. H. XIV 16: timent aegris vini noxiam, Quintil. IV 1: iudex religiosus

libentissime patronum audit, quem iustitiae suae non timet.

Verum tradita lectio, quam allitteratio a Rutilio adamata et ipsa commendat, vera est et bonam interpretationem admittit. Verbum cedendi cum dativo personae idem significare posse quod 'accidere', 'contingere' atque tam in malam quam in bonam partem usurpari, monere vix opus est: utriusque usus exemplum unum sufficiat: Cic. Verr. II 70: ut etiam is quaestus huic cederet, Liv. XXIII 43, 14: nolle ominari quae captae urbi cessura forent.

Nihil igitur mutandum est.

AD OVID. MET. IX, 575.

Attonitus subita iuvenis Maeandrius ira
proicit acceptas lecta sibi parte tabellas.

Homines esse demiror qui Ovidium scripsisse illud *lecta sibi parte* nunc omnino credant. At credit H. Magnus, cum scripturam traditam retinuerit et in editione Germanice illustrata ad locos nonnullos a loco nostro prorsus alienos legentem referat. Mihi sane ut olim sic etiamnunc *nisi* reponendum esse ita constat ut, si verum sit, id quod Georges in lexico suo affirmat, *nisi* pro *non nisi* apud posteriores frequens esse, apud classicos vero auctores non nisi eis locis, qui suspicionem moveant, inveniri, equidem Nasonem hunc usum h. l. novasse mihi persuadeam. Ad Curt. VII, 6, 11: „armis abstinebant nisi lacessiti" Th. Vogel quidem contendit: „So setzen auch Classiker bisweilen *nisi* mit Beziehung auf eine nicht ausgesprochne, sondern nur vorschwebende Negation", sed exempla desiderantur.

P. H. D.

RUTILIANA.

SCRIPSIT

C. BRAKMAN J. f.

In universum generatimque Horatii sermo, qui vulgo Iter Brundisinum vocatur Claudio Rutilio Namatiano potest exemplo fuisse in condendo poemate de Reditu suo ex urbe aeterna in Galliam. Ut tamen vates Gallus metrum elegiacum praeferret, Ovidius tertio carmine primi Tristium libri Romae valedicens videtur auctor fuisse. Hac in re fieri potest ut etiam Propertius in Carm. III 21 exponens quomodo Athenas profecturus sit, ut amoris erga Cynthiam obliviscatur, Rutilium moverit, quippe cum hic in rebus metricis, velut in frequenti spondeorum et vocum tetrasyllabarum usu maximum illum poetam elegiacum imitatus sit. Iam vero Ovidii Ibim et suam in Stilichonem invectivam metro saltem congruere Rutilius non potest non cupivisse. Ceterum iam inde a septimo ante C. n. saeculo vates Graeci elegis solebant queri de fortuna, imprudentes monere, amicos commendare, inimicos exsecrari denique omnes fere animi motus significare. Rutilius etsi quinto p. C. n. saeculo floruit summa cum laude poetae officio functus est, ita ut a Luciano Mueller merito haberetur in praestantissimis Romanorum versificatoribus (cf. Praef. edit. eius pag. XI). Qui quamquam fortasse dignus non est, qui cum Claudiano componatur, Ausonium certe adaequat idemque censendus est postremus excellens paganorum poeta Latinus.

Ex quo F. Jäger in egregio libello, c. t. Rhetorische Beiträge zu Rutilius Claudius Namatianus, demonstravit hunc poetam Gallum poema suum ita panxisse ut responderet τόποις λόγου συντακτικοῦ (vide Menandrum apud Spengl. Rhetor.

Graec. III pag. 430—4), nemo iam credit carmen a vate iter faciente ex tempore factum essse, id quod Vessereau contendit. Totius autem carminis duae imprimis partes secundum praecepta rhetorica sunt composita. Quarum altera (vs. 55—142) est laus Romae sive Panegyricus, qui ἐγκώμιον „βασιλέως" et ἐγκώμιον πόλεως et παράκλησιν vel cohortationem continet. Altera pars est invectiva in Stilichonem (II 31—60), cuius sex κεφάλαια in doctissima disputatione O. Schissel—Fleschenberg (Claudius Rutilius gegen Stilicho) praesertim secundum Hermogenem enumerat ἐξέτασις τοῦ ἐναντίου (31—40), πρᾶγμα sive ἔκθεσις (41—42), γνώμη (43—46), ἔκβασις et ἀπογραφὴ τῶν ἀδικημάτων (47—50), διαβολὴ τοῦ παρελθόντος βίου (51—56), σύγκρισις et παράκλησις (57—60).

Licet omnino leges artis rhetoricae observatae sint, tamen carmen nihil habet quaesiti omniaque fere rotunda sunt, nam poeta liberius rem tractavit neque unquam artificem exuit. Tritum illud: magna est ars, cum ars non apparet, si in quemquam, convenit in Rutilium. Obiciunt vituperatores poetae tantummodo, quod itinerarium pro reliquis partibus λόγου συντακτικοῦ nimis longum sit. Qui censores tamen videntur oblivisci Rutilium inserendis amicorum parentiumque laudibus variationem gratam atque iucundam praebere descriptioni urbium insularum portuum, quae videt visitve.

Sed non modo ex compositione diligens discipulus rhetorum agnoscitur, verum etiam ex figuris verborum, quibus nimis prope indulget. Quam ad rem quoniam interpretes, velut Keene, parum animum attendunt, aliquot exempla proferre non inutile puto.

Antithesim Rutilius in deliciis habet e. g.

I 488 inque pari dispar fomite quaerat opus;

I 526 tunc mutabantur corpora, nunc animi.

Cf. etiam I 492, II 45 cet.

Oxymoron non minus adamat:

I 518 perditus hic vivo funere civis erat;

I 578 fluxerunt madidis gaudia maesta genis;

I 122 exemplo caeli ditia damna subis.

Cf. etiam I 80; I 397 cet.

Neque epanalepsis spernitur; vide I 47—49 (exaudi....

exaudi), I 79 (te....te) I 427 (sic....sic), I 608—9 (harpyias harpyias).

Notatu dignum est legi ψόγον auri I 357—362, ubi in singulis versibus aut ipsa vox *auri* aut adiectivum *aureus* invenitur; at in versibus 363—8 qui laudem ferri praedicant bis [1]) substantivum, quod est *ferrum*, reperitur, semel adiectivum *ferrea*, semel *ferrati*.

Neque praetereunda est paronomasia notissima

I 66 urbem fecisti quod prius orbis erat (cf. I 328).

Magna vero copia allitterationum sine ullo negotio in Rutilii carmine deprehendi potest

I 173 rexerat ante puer populos proconsule Poenos;

II 39 iam tum multiplici meruit munimine cingi.

Adde iuncturas quales sunt I 316 caerula curva; I 365 saecula semideum; I 429 currere curamus cet.

Nonnunquam hic poeta una littera repetenda peculiarem vim versui affert. Nonne in extremo versu prioris libri (644):

I 641 qualiter Oceanus mediis infunditur agris,
destituenda vago cum premit arva salo;
sive alio refluus nostro conliditur orbi
sive corusca suis sidera pascit aquis

littera *s* quasi murmur aquae reddit (tamquam in Homericis verbis πολυφλοίσβοιο θαλάσσης)?

Ipsam invicem consuetudinem vel repetitionem solam indicare videtur eadem littera iterata I 121

adversis solemne tuis sperare secunda.

Vidimus igitur Rutilium, quod attinet ad formam, venustissimos versus scripsisse plurimos, verum etiam sententias et acutas et pulcherrimas in eius poemate non paucas legimus. Praecipue panegyricus ille, quem supra breviter attigi, locis abundat lepidissimis, e quibus laudo tantum vs. 93—96

percensere labor densis decora alta tropaeis,
ut siquis stellas pernumerare velit.
confunduntque vagos delubra micantia visus:
ipsos crediderim sic habitare deos.

Sirii vim egregie depingit versus I 480

---

1) In versu 366 genuinam vocem *ferro* extrusit, cf. infra pag. 165.

cum pallent herbae, cum sitit omnis ager [1]).

Providentia dei melius vix potest ostendi quam hoc disticho II 33—34

excubiis Latiis [2]) praetexuit Apenninum
claustraque montanis vix adeunda viis.

Hic illic Keene aliique interpretes omiserunt annotare, ex quo fonte Rutilius verba imaginemve hauriret. Nemo infitiari potest poetam Gallum scribentem I 319—320

qualis per geminos fluctus Ephyreius Isthmos
Ionias bimari littore findit aquas

desiguare Horat. I 7, 2 bimarisve Corinthi moenia.

Rutilius canens I 129—130

quae mergi nequeunt, nisu maiore resurgunt,
exiliuntque imis altius acta vadis

Romam consolatur memor Horatiani versus notissimi IV 4, 65

merses profundo, pulchrior evenit.

Magis verbis quam re differunt inter se I 426

animae portio magna meae

et Horat. I 3, 8 animae dimidium meae.

Denique Horatii verba IV 7, 13

damna tamen celeres reparant caelestia lunae

Rutilius rhetorice sic exprimit I 122

exemplo caeli ditia damna subis.

Auctorem loci Rutiliani huiusce I 257—8

ut solet excussis pugnam praeludere glebis,
stipite cum rigido cornua prona terit (sc. taurus)

desidero in commentario a Keenio confecto; est nimirum Verg. Aen. XII 103—106

mugitus veluti cum prima in proelia taurus
terrificos ciet atque irasci in cornua temptat
arboris obnixus trunco ventosque lacessit
ictibus aut sparsa ad pugnam proludit harena.

Etiam facile apparet locutionem *loci ingenio* (Rutil. I 328)

---

1) Confer quaeso quae Manilius de Capricorno regnante exponit III 641
tunc riget omnis ager, clausum mare, condita castra.

2) *Latiis* exhibet Vindobonensis, at Mueller edidit *Latii*.

Ovidianam esse cf. Ex Pont. I 1, 52 nec satis ingenio tuta fuisse loci; ibid. IV 7, 22; Trist. V 10, 18.

Cum Rutil. II 31—32

si factum certa mundum ratione fatemur,
consiliumque dei *machina* tanta fuit

iure Keene comparat Lucret. V 96 *machina mundi*, verum oportuit conferri etiam Prudent. Perist. X 339

verbo creavit omniformem *machinam*. [1])

Re vera interpretes, ut Rutilii verba illustrarent, multo saepius scriptores posterioris Latinitatis, velut Frontonem, Apuleium, Arnobium, Prudentium conferre debebant — id quod mox apparebit.

Nunc mihi agendum est de disticho (I 475—6)

subiectas villae vacat aspectare salinas:
namque *hoc censetur nomine* salsa palus

propter Keenium, qui perperam pentametrum interpretatur, scribit enim (pag. 213).

„For the salt marsh is valued on this score, for this reason". For this use of *censetur* cf. Senec. Epist. 76, 8 *id in quoque optimum est, cui nascitur, quo censetur*, Sueton. Grammat. 10 *Eratosthenes multiplici variaque doctrina censebatur*.

„For the use of *nomine* cf. Cic. Fin. 2, 7, 21 *qui cum luxuriae viverent, non reprehenderentur eo nomine*". Ego quoque interpretationem vernaculam praemittam: wij hebben er tijd voor om de nabij de villa gelegen zoutpannen te bezichtigen: met dien naam, moet men weten, wordt 't zilte moeras bestempeld.

Locutio *hoc nomine censetur* nihil aliud significatur nisi *appellatur*, obvia autem est imprimis in posteriore Latinitate. Hic duo exempla ex Apulei Metamorphosesin desumpta commemorabo.

Psyche a marito repudiata sororem compellans fingit Amorem se allocutum esse hisce verbis (V 26): confestim toro meo divorte tibique res tuas habeto, ego vero sororem tuam — et *nomen quo tu censeris* aiebat — iam mihi confarreatis nuptiis coniugabo.

1) Vide Mnemos. XLVIII (1920) pag. 442, ubi praeterea attuli Prudent. Cath. IX 14 et Hamart. 247.

Infra legimus Lucium mutatum sive asinum veniisse sacerdoti deae Syriae; ipsius autem auctoris verba haec sunt (VIII 25) et ilico me stomida [1]) spartea deligatum tradidit (sc. prior dominus) Philebo; *hoc enim nomine censebatur* iam meus dominus. Itaque perspicuum est neque *censeri* positum esse pro *aestimari* neque *hoc nomine* pro *hac causa*.

Deinceps dicendum est de tribus vocabulis, quorum usum Keene non satis explanavit: incipiendum est a

I 214 cuius Aremoricas pater Exuperantius oras
nunc *postliminium* pacis amare docet.

Hic *postliminium* non pertinet ad ius civitatis, sed valet idem atque *reditus*, sicut a Frontone usurpatum est in disputatiuncula de Bello Parthico (Nab. 219, 17) tum Polycrates litteras ordine de casu et *postliminio* anuli perscribtas ad regem Amasim mittit.

Ablativo huius vocis identidem Apuleius utitur pro adverbio e. g. Metam. III 25 statimque in meum Lucium *postliminio* redibis; Florid. 19 aegre tamen ac difficulter Asclepiades impetravit brevem mortuo dilationem atque ita vespillonum manibus extortum velut ab inferis *postliminio* domum rettulit confestimque spiritum recreavit cet.

Idem scriptor interdum *postliminio* cum genetivo coniungit, velut Metam. II 28 Zatchlas adest Aegyptius propheta primarius, qui mecum iam dudum grandi praemio pepigit reducere paulisper ab inferis spiritum corpusque istud *postliminio* mortis animare; ibid. X 12 cet.

Rutilius describens quemadmodum aestate aqua salinarum quasi congelata sales relinquantur, admonet rursus hieme Histrum flumine astricto plaustra vehere. Tum sic pergit I 487

rimetur solitus naturae expendere causas,
inque pari dispar *fomite* quaerat opus.

Fomite translato sensu positum esse pro *causa* vel *fonte* elucet e multis exemplis, quae praebet Prudentius velut Perist. X 516

---

1) Sic cum Sittlio edidit Helm, at v. d. Vliet Scaligeri coniecturam *tomicla* recepit.

medere, quaeso, carnifex tantis malis,
concide, carpe *fomitem* peccaminum.

Idem poeta docet de anima Apotheos. 927

quae quia materiam peccati ex *fomite* carnis
consociata trahit e. q. s.

Prudentius rogat Apotheos. 939

quid mors hominis sine crimine posset?

et respondet ibid. 941

concideret sterilis peccati *fomite* nullo.

Cf. etiam Hamartig. 114. Paulinus Nolanus coniungit *fomes* et *fons* Epist. X 45.

Agmen claudat Boeth. de cons. philos. I 6, 48 (Peip. pag. 22) Habemus maximum tuae *fomitem* salutis veram de mundi gubernatione sententiam, quod eam non casum temeritati, sed divinae rationi subditam credis.

De Lachanio patre, qui consularis Etruriae praefuit, ita ut omnes Tusci eum maxima laude afficerent, haec narrat Rutilius I 589—590

constantemque sibi pariter mitemque fuisse
insinuant natis, qui meminere senes.

Keene ut vim vocis *insinuant* explicet, nihil aliud facit nisi laudat Dig. 32, 1, 11, 2 voluntatem suam heredibus *insinuare* („make known to").

Insinuare idem valere atque *tradere* vel *docere* optime discimus ex Arnobio, cf. II 19 (Reiffersch. 63, 14) quid enim aliud se spondent (sc. grammatica, musica, geometricae formulae) vel *insinuare* posse vel tradere, quam ut regulas nominum differentiasque noscamus, ut intervalla in vocum sonis, ut loquamur suadenter in litibus, ut terrarum continentias metiamur? V 4 (Reiffersch. 177, 7) apud Timotheum, non ignobilem theologorum virum, nec non apud alios aeque doctos super Magna deorum Matre superque sacris eius origo haec sita est, ex reconditis antiquitatum libris et ex intimis eruta, quemadmodum ipse scribit *insinuat*que, mysteriis; V 19 (Reiffersch. 191, 3) sed et illa desistimus Bacchanalia altera praedicare, in quibus arcana et tacenda res proditur *insinuatur*que sacratis, ut occupatus puerilibus ludicris distractus ab Titanis

Liber sit; V 29 (Reiffersch. 200, 21); I 38; IV 13; IV 21 cet. Cf. etiam Macrob. in Somn. Scip. I 2, 4 cur enim si rerum caelestium notionem, si habitum nos animarum docere voluisti, non simplici et absoluta hoc *insinuatione* curatum est?

Roensch (Ital. u. Vulg. pag. 387) ne unum quidem exemplum Arnobianum affert.

Qui fieri possit ut is, qui Rutilium aliquotiens perlegit, locos corruptos suspectosve silentio praetereat?

Poeta ait Romam urbem legiferam dignam esse quae divinis honoribus afficiatur, nam (I 73—76)

> inventrix oleae colitur vinique repertor
> et qui primus humo pressit aratra puer;
> aras Paeoniam meruit medicina per artem
> factus et Alcides *nobilitate* deus.

Ussani in editione, quae Florentiae prodiit (1921), Castalione auctore scribit *mobilitate,* quod ferendum esse nego. Certe in Apocolocyntosis capite quinto Hercules, ut derideatur, dicitur totum orbem terrarum pererravisse, quod non offendit in satira Menippea, verum Rutilius Stoicam disciplinam amplexus (II 31) Herculem habet pro heroe κατ' ἐξοχήν, qui aerumnis superatis propter virtutem gloriamque dignus est qui in deis numeretur. Ergo dubitari non potest quin *nobilitate* vera sit lectio.

Laus Protadii inde a vs. 543 praedicatur. Erat ei quondam in Treverorum civitate praedium magnum, unde pulsus habitat in Umbria contentus parvo fundo: fortuna adversa virum constantem et iustum, qui praefectus urbi fuit, non mutavit. Quibus rebus narratis poeta sic pergit I 555

> exiguusque *regum rectores* caespes habebat
> et Cincinnatos iugera pauca dabant.

Hic quoque tueor verba tradita *regum rectores*: vel ipsa paronomasia monet, ne quis [1]) licenter *regum victores* Rutilio obtrudat. Librarium, ut pro simplici et facili voce *victores* exararet minus frequens verbum *rectores*, quidnam moveret?

---

1) Quod fecerunt Baehrens, Mueller, Keene alii.

Rutilius manifesto dicit nonnunquam a viris pauperibus, qui quidem essent singulari consilio. doctrinaque, potentes reges gubernatos esse, non respiciens ad certas personas, sed in universum ad magistros et iureconsultos. Pentameter demum pertinet ad belli duces peritissimos.

Victorini, qui fuit vicarius praefecti praetorio Galliarum, cuius imperio Britannia quoque subiecta erat, virtutes etiam ultima Thule novit, de qua insula poeta canit

I 503—4 extremum pars illa quidem discessit in orbem,
sed tanquam *medio* rector in *orbe* fuit (sc. Victorinus).

Antiquitus Delphi medius orbis sive *ὀμφαλὸς γῆς* vocari solebat, sed non de Apollinis sede loquitur Rutilius, verum ultimas terras Victorinus tanta innocentia administravit, velut si in ipsa urbe, capite mundi, inspectantibus civibus diceret ius. Necesse est ut opponantur inter se *extremum in orbem* (vs. 503) et *media in urbe* (504). Quocirca contra Vindobonensem, quem sequitur Heidrich, pentameter edatur sic

sed tanquam *media* rector in *urbe* fuit.

Librarius voce *orbem* (503) deceptus videtur et *orbe* (504) exarasse. Verum ne hic quidem paronomasiam, quae eadem nobis obvia fuit vs. 66 (*urbem.... orbis*), poeta sprevit.

Sexto die Rutilius Triturritae appropinquat; tunc.... sed praestat ipsius vatis verba exscribere I 527—530

inde Triturritam petimus: sic villa vocatur,
quae *latet* expulsis insula paene fretis.
namque manu iunctis procedit in aequora saxis,
quique domum posuit, condidit ante solum.

Apertum est in mari molem esse constructam ubi villa posset aedificari. Hic quis non meminit Horat. II 18, 20—21

marisque Bais obstrepentis urges
summovere littora?

Patet tales substructiones solidas atque ingentes ipsamque domum satis amplam fuisse. Cum praeterea Rutilius ab initio itineris quam proxime littus legit [1]), non potest illa paeninsula poetam latuisse, cum praesertim singula tam fuse describat.

1) Cf. vs. 219—220; vs. 227 *stringimus*... Castrum.

Heinsius, Burman, Crusius, Mueller, Schenkl, Keene *latet* corruptum putaverunt. Equidem astipulor Muellero, qui restituit *late*, ut augeatur vis verbi *expulsis*, itaque vertendum videtur: vandaar zetten wij koers naar Triturrita, eigenlijk een schiereiland, dat ver weg de golven terugdrijft. Kunstmatig samengevoegde rotsblokken immers loopen vooruit in zee: wie hier zijn woning bouwde, moest eerst den bodem leggen.

Verisimile est librarium ut elisionem tolleret, litteram *t* inseruisse [1]. Longa syllaba eliditur etiam II 55 (Stilicho aeterni).

Conabor denique ipse quoque tres locos emendare. Primo die poeta Caeretanos fines praetervectus conspicatur Castrum, de qua navigationis parte haec legimus

I 227—8 stringimus.... et fluctu et tempore Castrum
index semiruti porta vetusta loci.

Exciderunt fortasse duo verba: *hinc collapsum.* Saepissime legimus in inscriptionibus: (aedificium) *vetustate collapsum.* Cf. praeterea Sueton. Aug. 20 aedes sacras vetustate conlapsas.... refecit; ibid. Calig. 21 conlapsa vetustate moenia; Claud. 25 templum Veneris Erycinae vetustate conlapsum; Tacit. Ann. II 47 eodem anno duodecim celebres Asiae *urbes conlapsae* nocturno motu terrae; Verg. Aen. VI 226 conlapsi cineres (brandstapel) cet.

Voces *semiruti..... loci* (228) declarant parietinas et rudera a Rutilio conspecta esse. Minus igitur aptum est supplementum *hinc canens* a Muellero propositum [2]. Vix est quod moneam fluctibus aedes subrutas esse undasque idem effecisse atque tempus.

Post ψόγον auri (357—362) sequitur laus ferri, exscribo tantum I 365—8

saecula semideum ferrati nescia Martis,
ferro crudeles sustinuere feras.
humanis manibus non sufficit usus inermis,
si non sint aliae ferrea tela manus.

---

1) *Latet* invenitur etiam I 634.

2) Barth et Keene suppleverunt *hinc exesum.*

Versus 365 docet heroas ignorasse ferrum, e versu proximo invicem discimus eosdem ferro se contra feras defendisse, quae sententiae inter se pugnant. Luce clarius est sub *ferro* (366) mendum latere. Mihi videor integram lectionem restituere et simul originem erroris monstrare posse pentametri initium sic figurando

ferro
nudi crudeles sustinuere feras.

Nimirum glossemate genuina vox pulsa est. Cf. Stat. Theb. VI 18 (et nunc eximii regum)

concurrunt *nudas*que movent in proelio vires.

Rutilius Populoniae cognovit Ceionium Rufium Volusianum amicum praefectum urbi esse factum. Itaque verum eius nomen libenter, ut celebraret, carmini insereret, nisi severa lex metri obstaret: Volusianus enim a tribus syllabis brevibus incipit. Ipsius vatis verba sunt I 419—422

optarem verum complecti carmine nomen,
sed quosdam refugit regula dura pedes.
cognomen versu *veneris*, carissime Rufi:
illo te dudum pagina nostra canit.

Veneris (421) exhibet Vindobonensis, at Romanus *venens*. Cum *veneris* et proxime antecedens verbum *versu* similitudinem quandam habeant, ex litterarum confusione vitium videtur natum esse. Quamobrem repetitis iisdem fere litteris — mutato tamen ordine — scribo

cognomen versu [1]) *servit*, carissime Rufi,

i. e. uw bijnaam, liefste Rufius, leent zich voor 't gebruik in 't vers, daaronder heeft reeds te voren mijn gedicht u bezongen (cf. vs. 168 Rufius).

Plinius *serviendi* verbo saepe de rebus utitur N. H. XVI 63 (64) 157 chartisque *serviunt* calami; XXXIII 12 (54), 152 eademque materia (sc. argentum) et cibis et probris (cum) *serviat* cet.

Ussani coniecit

quo (sc. nomine) veniens versu <caperis>, carissime Rufi.

---

1) *Versu* pro *versui* positum est.

Sed ad ipsum poetam revertamur, nam ars critica restituere conatur ea quae a librariis et invidia temporum corrupta sunt: hac in re Rutilius innocens est. Eius autem carmen litterarum Latinarum cultores iure semper permagni fecerunt, non modo cum alterum eiusmodi syntacticum poeticum non extet, verum etiam cum auctor multos proceres florentes ineunte fere quinto saeculo commemoret. Quorum quidam velut Messalla (268), Protadius (542), avus Albini (466) in Symmachi amicis numerandi sunt, quoniam ad eos senator ille epistulas scripsit. Itaque Rutilius fuit alumnus illorum hominum Romanorum, qui studebant litteras Latinas, mores antiquos religionemque ad novam vitam excitare. Cuius rei ratio habenda est, si Rutilii odium in Christianos condemnamus. Romae, ubi imperator et aula et maior pars civium novam religionem profitebantur, viro praefectorio tacendum erat, sed in mari palam invehitur in monachos eremitasque. Ceterum meminimus et Hieronymum ineunte et Salvianum exeunte quinto p. C. n. saeculo severe de multis eiusmodi Christianis iudicasse. Denique concedendum est Rutilium non magis religionem Christianam intellexisse quam Aristophanem rationem Socratis.

Gibbon duas res in Rutilio eiusque opere improbat. Primum enim negavit in carmen de poetae reditu laudes Romae convenire, verum constat historicum illum ignorasse vatem secundum praecepta rhetorica ἐγκώμιον πόλεως postulantia suum poema condidisse. Deinde idem rerum scriptor Rutilium duxit stultum, qui non videret imminentem imperii Romani interitum; at Rutilius memor versus Horatiani

merses profundo, pulchrior evenit

confidebat urbem aeternam hostes superaturam esse aeque atque temporibus belli Hannibalici.

POLLUX IX, 115.

SCRIPSIT

P. H. DAMSTÉ.

Delectabantur quondam atque etiamnunc haud dubie delectantur nostrates pueri puellaeque ludo, cuius ratio haec est. Collusores omnes uno excepto in orbem ita consistunt ut vultus eorum intus conversi sint. Unus ille, sorte ductus, caespitem manu tenens circumit coronam, dum hanc naeniam decantat:

> Furtim caespitem demittas, ut ne cuipiam id dicas.
> Noctem totam vigilavi atque duo fabricavi
> Calceorum paria,
> Quorum illud pice dura, hocce pice fluida: [1])
> En depono caespitem.

Inter cantandum caespitem post tergum unius e sociis clam demittit, quo facto propere ambit circulum id agens ut puerum illum ante manu attingat quam caespitem pone se collocatum esse animadverterit. Quod si prospere cessit, puer pulsatus ei locum cedere atque in circumeundo cantandoque succedere debet; sin minus, h. e. si puer caespitem post se iacentem sensit et eo prehenso alterum currentem persecutus ante attigit quam locum vacuum relictum obtinuerit, idem partes suas continuare debet. Rure autem caespite utuntur, qui pro loci natura gramineus est vel iunceus, oppidani vero pueri, quibus

1) Huius versus alteram lectionem nuper cognovi hanc fere esse:
Hoc e linteo contextum, alterum e corio.

caespites videlicet ad manum non sunt, sudarium ponunt atque in eorum cantilena pro caespite sudariolum est.

Iste ludi cursus, paulo sane violentior, apud Pollucem l. l. ita describitur:

> Ἡ δὲ σχοινοφιλίνδα· κάθηται κύκλος, εἷς δὲ σχοῖνον ἔχων λαθὼν παρ' αὐτῷ τίθησι· κἂν μὲν ἀγνοήσῃ ἐκεῖνος παρ' ᾧ κεῖται, περιθέων περὶ τὸν κύκλον, τύπτεται· εἰ δὲ μάθοι, περιελαύνει τὸν θέντα τύπτων.

Kuehnius pro lusionis nomine σχοινοφιλίνδα scribere voluit: σχοινοβολίνδα — pro vocabulo σχοῖνον: σχοινίον.

Utraque coniectura improbanda videtur, nam σχοῖνος illud εἶδος φυτοῦ κατὰ τὸ ἄκρον ὀξέος καὶ πληκτικοῦ est et ad feriendum quam maxime accommodatum, quod respicit senex Acharnensis in Aristophanis comoedia vs. 230, neque magis nomen mutandum. Quis enim nunc eius dicat originem? Nonne per ironiam ludo inditum esse potest propterea quod pueri iuncum nimirum minime φιλοῦσι, sed φοβοῦνται quam plurimum?

Ad hos vero locos legentium animos advertere velim.

Verba quae sunt περιθέων περὶ τὸν κύκλον non suo loco nunc leguntur, id quod nemo non videbit qui ludi rationem, supra a me expositam, cognoverit: traicienda sunt superius inter verba ἔχων et λαθών!

Ceterum offendunt verba παρ' αὐτῷ τίθησι, quoniam cursor iuncum non ubicumque iuxta circulum deponit, sed prope unum e sodalibus, ut verba ἐκεῖνος παρ' ᾧ κεῖται comprobant, qua de causa emendandum est: παρά τῳ τίθησι vel παρ' αὐτῶν τινι τίθησι.

AD ARISTOTELIS LIBRUM DE REPUBLICA ATHENIENSIUM.

SCRIPSIT

GUILIELMUS VOLLGRAFF.

I: *καταγνωσθέντος τοῦ ἄγους*. Supra secundam et tertiam syllabam vocis *καταγνωσθέντος* in papyro prima manu scriptum legitur *θαρθεν*, quasi scriba id quod scripserat corrigere aut saltem variam lectionem *καθαρθέντος* memorare voluisset. *Καθαρθέντος* autem hic non scribi posse manifestum est, cum sequatur: *Ἐπιμενίδης δ' ὁ Κρὴς ἐπὶ τούτοις ἐκάθηρε τὴν πόλιν*. Hoc omnes editores intellexerunt; sed nemodum, quod sciam, explicavit, quomodo istiusmodi correctio vel varia lectio oriri potuerit. Mea sententia erat scholion lectoris, quod qui adscripsit *καταγνωσθέντος* habuit pro *καθαγνωθέντος* sive *καθαγνισθέντος*. Aegyptii enim, qui Graece mediocriter docti erant, litteras *τ* et *θ* parum discernebant et in verbis flectendis saepe, qua erant inscitia, mirum in modum peccabant, littera *σ* modo neglecta [1]), modo superaddita [2]). Non temere conicere mihi videor verbum *καθαγνοῦν* iuxta *καθαγνίζειν* et *καθοσιοῦν* [3]) in usu fuisse: *ἀγνοῦν* certe sensu *τοῦ ἀγνεύειν* usurpatum esse ostendit glossa Hesychii: *ἀγνῶ· ἀγνὸς ὦ*, qua lexicographi hodierni hucusque non usi sunt. *Καθαγνοῦν* autem si quis per aliam vocem explicare velit, statim in *καθαίρειν* incidat; cf.

1) E. g. *ἐγνωμένα* (Mayser, Gramm. der griech. Pap. aus der Ptolemäerzeit, p. 376).

2) E. g. *θρυλησθέντων* (ibid. p. 378).

3) Cf. Plut. Solon. XII, 7: (Epimenides) *κατοργιάσας καὶ καθοσιώσας τὴν πόλιν*.

e. g. schol. T Hom. Il. XXIV, 480: *τὸν δὲ καθαίροντα καὶ ἀγνίτην ἔλεγον*; Poll. I, 24: (*θεοί*)... *καθάρσιοι, ἀγνῖται*; Hesych.: *ἀγναῖον· καθαρόν. ἀγνεύειν· καθαρεύειν. ἀγνή· καθαρά.* Suid.: *καθήγνισμαι· κεκάθαρμαι.* Scholion igitur istud *καθαρθέντος* fuisse sumo ineruditi lectoris scribaeve, quod scriba papyri nostrae in exemplo suo inventum pro varia lectione habuerit. Sane res est non magni momenti, nisi quod hunc locum iam iis addi oportet, e quibus aliquid efficere conantur viri docti de indole libri, e quo papyrus Musei Britannici exscripta est [1]).

V, 3: *τὴν πολιτείαν ἐπέτρεψαν αὐτῷ* (sc. Soloni) *ποιήσαντι τὴν ἐλεγείαν ἧς ἐστιν ἀρχή·*

> *γινώσκω, καί μοι φρενὸς ἔνδοθεν ἄλγεα κεῖται*
> *πρεσβυτάτην ἐσορῶν γαῖαν Ἰαονίας*
> *κλινομένην.*

Aut *κλινομένην* aut *καινομένην* in papyro scriptum esse hodie inter omnes constat. Kenyon in editione sua a. 1903 hoc dicit: „*κλινομένην* Wilcken (Kaibel-Wilamowitz[3]), quod verum esse potest, sed littera altera *α* potius quam *λ* esse videtur", itaque lectionem Blassii *καινομένην* in textum recepit. Idem adhuc in eadem sententia perstat, nam hodie locum Anglice vertit hoc modo: „as I mark the oldest home of the ancient Ionian race *slain by the sword*" [2]). Nihilominus istud Blassii commentum infelicissimum esse censeo [3]). Qualis enim nobis ante oculos oreretur imago: Attica quae ab hostibus conciditur vel a praedonibus iugulatur vel etiam ad supplicium ducitur! Neque solum imago inaudita et parum reverens, sed etiam sententia immoderata esset, siquidem patria Solonis illa aetate periclitabatur quidem discordia incolarum, sed non in eo erat, ut dissolveretur et prorsus interiret. Multis tamen etiam vox quae est *κλινομένην* offensioni fuit. Veluti apud Linforthium [4]) Blassium dixisse video: „urbs inclinari potest, non terra item". Fugit igitur virum clarissimum, quam saepe

---

1) Cf. Wilamowitz, Arist. und Athen, I, p. 294, 10; Arist. Πολ. Ἀθην. ed. Blass—Thalheim, 1909, praef. p. VII sqq.

2) Kenyon, Aristoteles, Atheniensium resp. Oxonii, Clarendon Press, 1920.

3) Cf. Kaibel, Stil und Text der Πολ. Ἀθην., p. 131.

4) Linforth, Solon the Athenian, p. 179.

apud Sophoclem *χθών* dicatur *ἡ πόλις* [1]), patria civitas. Ipse tamen memor fuit Aesch. Pers. vs. 929 sq.: *Ἀσία δὲ χθών... ἐπὶ γόνυ κέκλιται.* Sed non hic locus adferendus erat, verum ex Theognideis vs. 855 sq.:

πολλάκι δὴ πόλις ἥδε δι' ἡγεμόνων κακότητα
ὥσπερ κεκλιμένη ναῦς παρὰ γῆν ἔδραμεν [2]).

Iam quid est *κεκλιμένη ναῦς*? Legimus in lexico Graeco Passowii: „das vom graden Wege abgebogene, abgelenkte oder verschlagene Schiff"; item in lexico quod confecerunt Liddell et Scott *κλίνεσθαι* hoc loco esse dicitur „to wander from the right course". Commenticia et temere orta haec explicatio esse mihi videtur. Hoc enim diceretur *παραφέρεσθαι*, *κλίνεσθαι* vero apud scriptores Ionicos est *inclinari*; cf. Hom. Il. XXIII, 335:

αὐτὸς δὲ κλινθῆναι ἐϋπλέκτῳ ἐνὶ δίφρῳ.

Od. XIX, 479 sq.:

ἐν δὲ λέβητι πέσε κνήμη, καναχησε δὲ χαλκός,
ἂψ δ' ἑτέρωσ' ἐκλίθη, τὸ δ' ἐπὶ χθονὸς ἐξέχυθ' ὕδωρ.

Xen. Hell. V, 2, 5: *τὸ μὲν πρῶτον ἐρρήγνυτο τὸ τεῖχος, ἔπειτα δὲ καὶ ἐκλίνετο.*

Κλινομένην iam unice veram lectionem esse apparet. Poeta patriam suam comparavit cum nave ventis et maris fluctibus quassata, quae *πολλῷ σάλῳ σεισθεῖσα* vix *ὀρθοῦται*, atque *κατὰ πλευρὰν ὑπὸ τοῦ ἀνέμου βιαζομένη* inclinatur et tantum non evertitur. Cf. Soph. Oed. Reg. vs. 22 sqq.:

πόλις γάρ, ὥσπερ καὐτὸς εἰσορᾷς, ἄγαν
ἤδη σαλεύει κἀνακουφίσαι κάρα
βυθῶν ἔτ' οὐχ οἵα τε φοινίου σάλου.

Haec si recte disputata sunt, iam intellegere mihi videor, quid sibi velit vox *γινώσκω* quam Solon tam conspicuo loco posuit quaeque ex iis quae sequuntur idoneum explicatum non habet; nam participium *ἐσορῶν*, quod ad sententiam attinet, non bene cum ea coniungitur. Exstat in Theognideis quae dicuntur (vs. 667—682) elegia antiqua, qua respublica simili

---

1) Cf. Soph. Antig. 187: *ἄνδρα δυσμενῆ χθονός*; 368: *νόμους ... χθονός*; Oed. Col. 912: *οὔτ' ἐμοῦ κατάξιος ... οὔτε σῆς χθονός.*
2) Id est: *ἐν χρῷ τῆς γῆς παρέπλευσε* (cf. Poll. I, 113).

e. g. schol. T Hom. Il. XXIV, 480: τὸν δὲ καθαίροντα καὶ ἀγνίτην ἔλεγον; Poll. I, 24: (θεοί)... καθάρσιοι, ἀγνῖται; Hesych.: ἀγναῖον· καθαρόν. ἀγνεύειν· καθαρεύειν. ἀγνή· καθαρά. Suid.: καθήγνισμαι· κεκάθαρμαι. Scholion igitur istud καθαρθέντος fuisse sumo ineruditi lectoris scribaeve, quod scriba papyri nostrae in exemplo suo inventum pro varia lectione habuerit. Sane res est non magni momenti, nisi quod hunc locum iam iis addi oportet, e quibus aliquid efficere conantur viri docti de indole libri, e quo papyrus Musei Britannici exscripta est [1]).

V, 3: τὴν πολιτείαν ἐπέτρεψαν αὐτῷ (sc. Soloni) ποιήσαντι τὴν ἐλεγείαν ἧς ἐστιν ἀρχή·

γινώσκω, καί μοι φρενὸς ἔνδοθεν ἄλγεα κεῖται
πρεσβυτάτην ἐσορῶν γαῖαν Ἰαονίας
κλινομένην.

Aut κλινομένην aut καινομένην in papyro scriptum esse hodie inter omnes constat. Kenyon in editione sua a. 1903 hoc dicit: „κλινομένην Wilcken (Kaibel-Wilamowitz³), quod verum esse potest, sed littera altera α potius quam λ esse videtur", itaque lectionem Blassii καινομένην in textum recepit. Idem adhuc in eadem sententia perstat, nam hodie locum Anglice vertit hoc modo: „as I mark the oldest home of the ancient Ionian race *slain by the sword*" [2]). Nihilominus istud Blassii commentum infelicissimum esse censeo [3]). Qualis enim nobis ante oculos oreretur imago: Attica quae ab hostibus conciditur vel a praedonibus iugulatur vel etiam ad supplicium ducitur! Neque solum imago inaudita et parum reverens, sed etiam sententia immoderata esset, siquidem patria Solonis illa aetate periclitabatur quidem discordia incolarum, sed non in eo erat, ut dissolveretur et prorsus interiret. Multis tamen etiam vox quae est κλινομένην offensioni fuit. Veluti apud Linforthium [4]) Blassium dixisse video: „urbs inclinari potest, non terra item". Fugit igitur virum clarissimum, quam saepe

1) Cf. Wilamowitz, Arist. und Athen, I, p. 294, 10; Arist. Πολ. Ἀθην. ed. Blass—Thalheim, 1909, ... VII sqq.
2) Kenyon, Aristotel... resp. ... Clarendon Press, 1920.
3) Cf. Kaibel, Stil u...
4) Linforth, Solon th...

apud Sophoclem *χθών* dicatur *ἡ πόλις* [1]), patria civitas. Ipse tamen memor fuit Aesch. Pers. vs. 929 sq.: *Ἀσία δὲ χθών... ἐπὶ γόνυ κέκλιται.* Sed non hic locus adferendus erat, verum ex Theognideis vs. 855 sq.:

πολλάκι δὴ πόλις ἥδε δι' ἡγεμόνων κακότητα
ὥσπερ κ ε κ λ ι μ έ ν η ναῦς παρὰ γῆν ἔδραμεν [2]).

Iam quid est *κεκλιμένη ναῦς*? Legimus in lexico Graeco Passowii: „das vom graden Wege abgebogene, abgelenkte oder verschlagene Schiff"; item in lexico quod confecerunt Liddell et Scott *κλίνεσθαι* hoc loco esse dicitur „to wander from the right course". Commenticia et temere orta haec explicatio esse mihi videtur. Hoc enim diceretur *παραφέρεσθαι*, *κλίνεσθαι* vero apud scriptores Ionicos est *inclinari*; cf. Hom. Il. XXIII, 335:

αὐτὸς δὲ κλινθῆναι ἐϋπλέκτῳ ἐνὶ δίφρῳ.

Od. XIX, 479 sq.:

ἐν δὲ λέβητι πέσε κνήμη, κανάχησε δὲ χαλκός,
ἂψ δ' ἑτέρωσ' ἐκλίθη, τὸ δ' ἐπὶ χθονὸς ἐξέχυθ' ὕδωρ.

Xen. Hell. V, 2, 5: *τὸ μὲν πρῶτον ἐρρήγνυτο τὸ τεῖχος, ἔπειτα δὲ καὶ ἐκλίνετο.*

Κλινομένην iam unice veram lectionem esse apparet. Poeta patriam suam comparavit cum nave ventis et maris fluctibus quassata, quae *πολλῷ σάλῳ σεισθεῖσα* vix *ὀρθοῦται*, atque *κατὰ πλευρὰν ὑπὸ τοῦ ἀνέμου βιαζομένη* inclinatur et tantum non evertitur. Cf. Soph. Oed. Reg. vs. 22 sqq.:

πόλις γάρ, ὥσπερ καὐτὸς εἰσορᾷς, ἄγαν
ἤδη σαλεύει κἀνακουφίσαι κάρα
βυθῶν ἔτ' οὐχ οἵα τε φοινίου σάλου.

Haec si recte disputata sunt, iam intellegere mihi videor, quid sibi velit vox *γινώσκω* quam Solon tam conspicuo loco posuit quaeque ex iis quae sequuntur idoneum explicatum non habet; nam participium *ἐσορῶν*, quod ad sententiam attinet, non bene cum ea coniungitur. Exstat in Theognideis quae dicuntur (vs. 667—682) elegia antiqua, qua respublica simili

---

1) Cf. Soph. Antig. 187: *ἄνδρα δυσμενῆ χθονός*; 368: *νόμους . . . χθονός*; Oed. [illegible] *οῦ κατάξιος . . . οὔτε σῆς χθονός.*

[illegible] *τῆς γῆς παρέπλευσε* (cf. Poll. I, 113).

Liber sit; V 29 (Reifferscb. 200, 21); I 38; IV 13; IV 21 cet.

Cf. etiam Macrob. in Somn. Scip. I 2, 4 cur enim si rerum caelestium notionem, si habitum nos animarum docere voluisti, non simplici et absoluta hoc *insinuatione* curatum est?

Roensch (Ital. u. Vulg. pag. 387) ne unum quidem exemplum Arnobianum affert.

Qui fieri possit ut is, qui Rutilium aliquotiens perlegit, locos corruptos suspectosve silentio praetereat?

Poeta ait Romam urbem legiferam dignam esse quae divinis honoribus afficiatur, nam (I 73—76)

> inventrix oleae colitur vinique repertor
> et qui primus humo pressit aratra puer;
> aras Paeoniam meruit medicina per artem
> factus et Alcides *nobilitate* deus.

Ussani in editione, quae Florentiae prodiit (1921), Castalione auctore scribit *mobilitate,* quod ferendum esse nego. Certe in Apocolocyntosis capite quinto Hercules, ut derideatur, dicitur totum orbem terrarum pererravisse, quod non offendit in satira Menippea, verum Rutilius Stoicam disciplinam amplexus (II 31) Herculem habet pro heroe κατ' ἐξοχήν, qui aerumnis superatis propter virtutem gloriamque dignus est qui in deis numeretur. Ergo dubitari non potest quin *nobilitate* vera sit lectio.

Laus Protadii inde a vs. 543 praedicatur. Erat ei quondam in Treverorum civitate praedium magnum, unde pulsus habitat in Umbria contentus parvo fundo: fortuna adversa virum constantem et iustum, qui praefectus urbi fuit, non mutavit. Quibus rebus narratis poeta sic pergit I 555

> exiguusque *regum rectores* caespes habebat
> et Cincinnatos iugera pauca dabant.

Hic quoque tueor verba tradita *regum rectores*: vel ipsa paronomasia monet, ne quis [1]) licenter *regum victores* Rutilio obtrudat. Librarium, ut pro simplici et facili voce *victores* exararet minus frequens verbum *rectores*, quidnam moveret?

---

1) Quod fecerunt Baehrens, Mueller, Keene alii.

Rutilius manifesto dicit nonnunquam a viris pauperibus, qui quidem essent singulari consilio, doctrinaque, potentes reges gubernatos esse, non respiciens ad certas personas, sed in universum ad magistros et iureconsultos. Pentameter demum pertinet ad belli duces peritissimos.

Victorini, qui fuit vicarius praefecti praetorio Galliarum, cuius imperio Britannia quoque subiecta erat, virtutes etiam ultima Thule novit, de qua insula poeta canit
I 503—4 extremum pars illa quidem discessit in orbem,
sed tanquam *medio* rector in *orbe* fuit (sc. Victorinus).

Antiquitus Delphi medius orbis sive ὀμφαλὸς γῆς vocari solebat, sed non de Apollinis sede loquitur Rutilius, verum ultimas terras Victorinus tanta innocentia administravit, velut si in ipsa urbe, capite mundi, inspectantibus civibus diceret ius. Necesse est ut opponantur inter se *extremum in orbem* (vs. 503) et *media in urbe* (504). Quocirca contra Vindobonensem, quem sequitur Heidrich, pentameter edatur sic
sed tanquam *media* rector in *urbe* fuit.

Librarius voce *orbem* (503) deceptus videtur et *orbe* (504) exarasse. Verum ne hic quidem paronomasiam, quae eadem nobis obvia fuit vs. 66 (*urbem.... orbis*), poeta sprevit.

Sexto die Rutilius Triturritae appropinquat; tunc.... sed praestat ipsius vatis verba exscribere I 527—530
inde Triturritam petimus: sic villa vocatur,
quae *latet* expulsis insula paene fretis.
namque manu iunctis procedit in aequora saxis,
quique domum posuit, condidit ante solum.

Apertum est in mari molem esse constructam ubi villa posset aedificari. Hic quis non meminit Horat. II 18, 20—21
marisque Bais obstrepentis urges
summovere littora?

Patet tales substructiones solidas atque ingentes ipsamque domum satis amplam fuisse. Cum praeterea Rutilius ab initio itineris quam proxime littus legit [1]), non potest illa paeninsula poetam latuisse, cum praesertim singula tam fuse describat.

---

1) Cf. vs. 219—220; vs. 227 *stringimus*... Castrum.

Heinsius, Burman, Crusius, Mueller, Schenkl, Keene *latet* corruptum putaverunt. Equidem astipulor Muellero, qui restituit *late*, ut augeatur vis verbi *expulsis*, itaque vertendum videtur: vandaar zetten wij koers naar Triturrita, eigenlijk een schiereiland, dat ver weg de golven terugdrijft. Kunstmatig samengevoegde rotsblokken immers loopen vooruit in zee: wie hier zijn woning bouwde, moest eerst den bodem leggen.

Verisimile est librarium ut elisionem tolleret, litteram *t* inseruisse [1]). Longa syllaba eliditur etiam II 55 (Stilicho aeterni).

Conabor denique ipse quoque tres locos emendare. Primo die poeta Caeretanos fines praetervectus conspicatur Castrum, de qua navigationis parte haec legimus

I 227—8 stringimus.... et fluctu et tempore Castrum
index semiruti porta vetusta loci.

Exciderunt fortasse duo verba: *hinc collapsum.* Saepissime legimus in inscriptionibus: (aedificium) *vetustate collapsum.* Cf. praeterea Sueton. Aug. 20 aedes sacras vetustate conlapsas.... refecit; ibid. Calig. 21 conlapsa vetustate moenia; Claud. 25 templum Veneris Erycinae vetustate conlapsum; Tacit. Ann. II 47 eodem anno duodecim celebres Asiae *urbes conlapsae* nocturno motu terrae; Verg. Aen. VI 226 conlapsi cineres (brandstapel) cet.

Voces *semiruti..... loci* (228) declarant parietinas et rudera a Rutilio conspecta esse. Minus igitur aptum est supplementum *hinc canens* a Muellero propositum [2]). Vix est quod moneam fluctibus aedes subrutas esse undasque idem effecisse atque tempus.

Post ψόγον auri (357—362) sequitur laus ferri, exscribo tantum I 365—8

saecula semideum ferrati nescia Martis,
ferro crudeles sustinuere feras.
humanis manibus non sufficit usus inermis,
si non sint aliae ferrea tela manus.

1) *Latet* invenitur etiam I 634.
2) Barth et Keene suppleverunt *hinc excesum.*

Versus 365 docet heroas ignorasse ferrum, e versu proximo invicem discimus eosdem ferro se contra feras defendisse, quae sententiae inter se pugnant. Luce clarius est sub *ferro* (366) mendum latere. Mihi videor integram lectionem restituere et simul originem erroris monstrare posse pentametri initium sic figurando

ferro
nudi crudeles sustinuere feras.

Nimirum glossemate genuina vox pulsa est. Cf. Stat. Theb. VI 18 (et nunc eximii regum)

concurrunt *nudas*que movent in proelio vires.

Rutilius Populoniae cognovit Ceionium Rufium Volusianum amicum praefectum urbi esse factum. Itaque verum eius nomen libenter, ut celebraret, carmini insereret, nisi severa lex metri obstaret: Volusianus enim a tribus syllabis brevibus incipit. Ipsius vatis verba sunt I 419—422

optarem verum complecti carmine nomen,
sed quosdam refugit regula dura pedes.
cognomen versu *veneris*, carissime Rufi:
illo te dudum pagina nostra canit.

Veneris (421) exhibet Vindobonensis, at Romanus *venens*. Cum *veneris* et proxime antecedens verbum *versu* similitudinem quandam habeant, ex litterarum confusione vitium videtur natum esse. Quamobrem repetitis iisdem fere litteris — mutato tamen ordine — scribo

cognomen versu [1]) *servit*, carissime Rufi,

i. e. uw bijnaam, liefste Rufius, leent zich voor 't gebruik in 't vers, daaronder heeft reeds te voren mijn gedicht u bezongen (cf. vs. 168 Rufius).

Plinius *serviendi* verbo saepe de rebus utitur N. H. XVI 63 (64) 157 chartisque *serviunt* calami; XXXIII 12 (54), 152 eademque materia (sc. argentum) et cibis et probris (cum) *serviat* cet.

Ussani coniecit

quo (sc. nomine) veniens versu <caperis>, carissime Rufi.

---

1) *Versu* pro *versui* positum est.

Sed ad ipsum poetam revertamur, nam ars critica restituere conatur ea quae a librariis et invidia temporum corrupta sunt: hac in re Rutilius innocens est. Eius autem carmen litterarum Latinarum cultores iure semper permagni fecerunt, non modo cum alterum eiusmodi syntacticum poeticum non extet, verum etiam cum auctor multos proceres florentes ineunte fere quinto saeculo commemoret. Quorum quidam velut Messalla (268), Protadius (542), avus Albini (466) in Symmachi amicis numerandi sunt, quoniam ad eos senator ille epistulas scripsit. Itaque Rutilius fuit alumnus illorum hominum Romanorum, qui studebant litteras Latinas, mores antiquos religionemque ad novam vitam excitare. Cuius rei ratio habenda est, si Rutilii odium in Christianos condemnamus. Romae, ubi imperator et aula et maior pars civium novam religionem profitebantur, viro praefectorio tacendum erat, sed in mari palam invehitur in monachos eremitasque. Ceterum meminimus et Hieronymum ineunte et Salvianum exeunte quinto p. C. n. saeculo severe de multis eiusmodi Christianis iudicasse. Denique concedendum est Rutilium non magis religionem Christianam intellexisse quam Aristophanem rationem Socratis.

Gibbon duas res in Rutilio eiusque opere improbat. Primum enim negavit in carmen de poetae reditu laudes Romae convenire, verum constat historicum illum ignorasse vatem secundum praecepta rhetorica ἐγκώμιον πόλεως postulantia suum poema condidisse. Deinde idem rerum scriptor Rutilium duxit stultum, qui non videret imminentem imperii Romani interitum; at Rutilius memor versus Horatiani

merses profundo, pulchrior evenit

confidebat urbem aeternam hostes superaturam esse aeque atque temporibus belli Hannibalici.

POLLUX IX, 115.

SCRIPSIT

P. H. DAMSTÉ.

Delectabantur quondam atque etiamnunc haud dubie delectantur nostrates pueri puellaeque ludo, cuius ratio haec est. Collusores omnes uno excepto in orbem ita consistunt ut vultus eorum intus conversi sint. Unus ille, sorte ductus, caespitem manu tenens circumit coronam, dum hanc naeniam decantat:

> Furtim caespitem demittas, ut ne cuipiam id dicas.
> Noctem totam vigilavi atque duo fabricavi
> Calceorum paria,
> Quorum illud pice dura, hoce pice fluida: [1])
> En depono caespitem.

Inter cantandum caespitem post tergum unius e sociis clam demittit, quo facto propere ambit circulum id agens ut puerum illum ante manu attingat quam caespitem pone se collocatum esse animadverterit. Quod si prospere cessit, puer pulsatus ei locum cedere atque in circumeundo cantandoque succedere debet; sin minus, h. e. si puer caespitem post se iacentem sensit et eo prehenso alterum currentem persecutus ante attigit quam locum vacuum relictum obtinuerit, idem partes suas continuare debet. Rure autem caespite utuntur, qui pro loci natura gramineus est vel iunceus, oppidani vero pueri, quibus

---

1) Huius versus alteram lectionem nuper cognovi hanc fere esse:
Hoc e linteo contextum, alterum e corio.

caespites videlicet ad manum non sunt, sudarium ponunt atque in eorum cantilena pro caespite sudariolum est.

Iste ludi cursus, paulo sane violentior, apud Pollucem l. l. ita describitur:

Ἡ δὲ σχοινοφιλίνδα· κάθηται κύκλος, εἷς δὲ σχοῖνον ἔχων λαθὼν παρ' αὐτῷ τίθησι· κἂν μὲν ἀγνοήσῃ ἐκεῖνος παρ' ᾧ κεῖται, περιθέων περὶ τὸν κύκλον, τύπτεται· εἰ δὲ μάθοι, περιελαύνει τὸν θέντα τύπτων.

Kuehnius pro lusionis nomine σχοινοφιλίνδα scribere voluit: σχοινοβολίνδα — pro vocabulo σχοῖνον: σχοινίον.

Utraque coniectura improbanda videtur, nam σχοῖνος illud εἶδος φυτοῦ κατὰ τὸ ἄκρον ὀξέος καὶ πληκτικοῦ est et ad feriendum quam maxime accommodatum, quod respicit senex Acharnensis in Aristophanis comoedia vs. 230, neque magis nomen mutandum. Quis enim nunc eius dicat originem? Nonne per ironiam ludo inditum esse potest propterea quod pueri iuncum nimirum minime φιλοῦσι, sed φοβοῦνται quam plurimum?

Ad hos vero locos legentium animos advertere velim.

Verba quae sunt περιθέων περὶ τὸν κύκλον non suo loco nunc leguntur, id quod nemo non videbit qui ludi rationem, supra a me expositam, cognoverit: traicienda sunt superius inter verba ἔχων et λαθών!

Ceterum offendunt verba παρ' αὐτῷ τίθησι, quoniam cursor iuncum non ubicumque iuxta circulum deponit, sed prope unum e sodalibus, ut verba ἐκεῖνος παρ' ᾧ κεῖται comprobant, qua de causa emendandum est: παρά τῳ τίθησι vel παρ' αὐτῶν τινι τίθησι.

AD ARISTOTELIS LIBRUM DE REPUBLICA ATHENIENSIUM.

SCRIPSIT

GUILIELMUS VOLLGRAFF.

I: *καταγνωσθέντος τοῦ ἄγους*. Supra secundam et tertiam syllabam vocis *καταγνωσθέντος* in papyro prima manu scriptum legitur *θαρθεν*, quasi scriba id quod scripserat corrigere aut saltem variam lectionem *καθαρθέντος* memorare voluisset. *Καθαρθέντος* autem hic non scribi posse manifestum est, cum sequatur: *Ἐπιμενίδης δ' ὁ Κρὴς ἐπὶ τούτοις ἐκάθηρε τὴν πόλιν*. Hoc omnes editores intellexerunt; sed nemodum, quod sciam, explicavit, quomodo istiusmodi correctio vel varia lectio oriri potuerit. Mea sententia erat scholion lectoris, quod qui adscripsit *καταγνωσθέντος* habuit pro *καθαγνωθέντος* sive *καθαγνισθέντος*. Aegyptii enim, qui Graece mediocriter docti erant, litteras *τ* et *θ* parum discernebant et in verbis flectendis saepe, qua erant inscitia, mirum in modum peccabant, littera *σ* modo neglecta [1]), modo superaddita [2]). Non temere conicere mihi videor verbum *καθαγνοῦν* iuxta *καθαγνίζειν* et *καθοσιοῦν* [3]) in usu fuisse: *ἀγνοῦν* certe sensu τοῦ *ἁγνεύειν* usurpatum esse ostendit glossa Hesychii: *ἀγνῶ· ἁγνὸς ὦ*, qua lexicographi hodierni hucusque non usi sunt. *Καθαγνοῦν* autem si quis per aliam vocem explicare velit, statim in *καθαίρειν* incidat; cf.

1) E. g. *ἐγνωμένα* (Mayser, Gramm. der griech. Pap. aus der Ptolemäerzeit, p. 376).

2) E. g. *θρυλησθέντων* (ibid. p. 378).

3) Cf. Plut. Solon. XII, 7: (Epimenides) *κατοργιάσας καὶ καθοσιώσας τὴν πόλιν*.

e. g. schol. T Hom. Il. XXIV, 480: *τὸν δὲ καθαίροντα καὶ ἀγνίτην ἔλεγον*; Poll. I, 24: *(θεοί)... καθάρσιοι, ἀγνῖται*; Hesych.: *ἀγναῖον· καθαρόν. ἀγνεύειν· καθαρεύειν. ἀγνή· καθαρά*. Suid.: *καθήγνισμαι· κεκάθαρμαι*. Scholion igitur istud *καθαρθέντος* fuisse sumo ineruditi lectoris scribaeve, quod scriba papyri nostrae in exemplo suo inventum pro varia lectione habuerit. Sane res est non magni momenti, nisi quod hunc locum iam iis addi oportet, e quibus aliquid efficere conantur viri docti de indole libri, e quo papyrus Musei Britannici exscripta est [1]).

V, 3: *τὴν πολιτείαν ἐπέτρεψαν αὐτῷ* (sc. Soloni) *ποιήσαντι τὴν ἐλεγείαν ἧς ἐστιν ἀρχή·*

γινώσκω, καί μοι φρενὸς ἔνδοθεν ἄλγεα κεῖται
πρεσβυτάτην ἐσορῶν γαῖαν Ἰαονίας
κλινομένην.

Aut *κλινομένην* aut *καινομένην* in papyro scriptum esse hodie inter omnes constat. Kenyon in editione sua a. 1903 hoc dicit: „*κλινομένην* Wilcken (Kaibel-Wilamowitz[3]), quod verum esse potest, sed littera altera *α* potius quam *λ* esse videtur", itaque lectionem Blassii *καινομένην* in textum recepit. Idem adhuc in eadem sententia perstat, nam hodie locum Anglice vertit hoc modo: „as I mark the oldest home of the ancient Ionian race *slain by the sword*" [2]). Nihilominus istud Blassii commentum infelicissimum esse censeo [3]). Qualis enim nobis ante oculos oreretur imago: Attica quae ab hostibus conciditur vel a praedonibus iugulatur vel etiam ad supplicium ducitur! Neque solum imago inaudita et parum reverens, sed etiam sententia immoderata esset, siquidem patria Solonis illa aetate periclitabatur quidem discordia incolarum, sed non in eo erat, ut dissolveretur et prorsus interiret. Multis tamen etiam vox quae est *κλινομένην* offensioni fuit. Veluti apud Linforthium [4]) Blassium dixisse video: „urbs inclinari potest, non terra item". Fugit igitur virum clarissimum, quam saepe

---

1) Cf. Wilamowitz, Arist. und Athen, I, p. 294, 10; Arist. Πολ. Ἀθην. ed. Blass—Thalheim, 1909, praef. p. VII sqq.

2) Kenyon, Aristoteles, Atheniensium resp. Oxonii, Clarendon Press, 1920.

3) Cf. Kaibel, Stil und Text der Πολ. Ἀθην., p. 131.

4) Linforth, Solon the Athenian, p. 179.

apud Sophoclem *χθών* dicatur *ἡ πόλις* [1]), patria civitas. Ipse tamen memor fuit Aesch. Pers. vs. 929 sq.: *Ἀσία δὲ χθών... ἐπὶ γόνυ κέκλιται.* Sed non hic locus adferendus erat, verum ex Theognideis vs. 855 sq.:

πολλάκι δὴ πόλις ἥδε δι' ἡγεμόνων κακότητα
ὥσπερ κεκλιμένη ναῦς παρὰ γῆν ἔδραμεν [2]).

Iam quid est *κεκλιμένη ναῦς*? Legimus in lexico Graeco Passowii: „das vom graden Wege abgebogene, abgelenkte oder verschlagene Schiff"; item in lexico quod confecerunt Liddell et Scott *κλίνεσθαι* hoc loco esse dicitur „to wander from the right course". Commenticia et temere orta haec explicatio esse mihi videtur. Hoc enim diceretur *παραφέρεσθαι*, *κλίνεσθαι* vero apud scriptores Ionicos est *inclinari*; cf. Hom. Il. XXIII, 335:

αὐτὸς δὲ κλινθῆναι ἐϋπλέκτῳ ἐνὶ δίφρῳ.

Od. XIX, 479 sq.:

ἐν δὲ λέβητι πέσε κνήμη, καναχῆσε δὲ χαλκός,
ἂψ δ' ἑτέρωσ' ἐκλίθη, τὸ δ' ἐπὶ χθονὸς ἐξέχυθ' ὕδωρ.

Xen. Hell. V, 2, 5: *τὸ μὲν πρῶτον ἐρρήγνυτο τὸ τεῖχος, ἔπειτα δὲ καὶ ἐκλίνετο.*

Κλινομένην iam unice veram lectionem esse apparet. Poeta patriam suam comparavit cum nave ventis et maris fluctibus quassata, quae *πολλῷ σάλῳ σεισθεῖσα* vix *ὀρθοῦται*, atque *κατὰ πλευρὰν ὑπὸ τοῦ ἀνέμου βιαζομένη* inclinatur et tantum non evertitur. Cf. Soph. Oed. Reg. vs. 22 sqq.:

πόλις γάρ, ὥσπερ καὐτὸς εἰσορᾷς, ἄγαν
ἤδη σαλεύει κἀνακουφίσαι κάρα
βυθῶν ἔτ' οὐχ οἵα τε φοινίου σάλου.

Haec si recte disputata sunt, iam intellegere mihi videor, quid sibi velit vox *γινώσκω* quam Solon tam conspicuo loco posuit quaeque ex iis quae sequuntur idoneum explicatum non habet; nam participium *ἐσορῶν*, quod ad sententiam attinet, non bene cum ea coniungitur. Exstat in Theognideis quae dicuntur (vs. 667—682) elegia antiqua, qua respublica simili

---

1) Cf. Soph. Antig. 187: *ἄνδρα δυσμενῆ χθονός*; 368: *νόμους ... χθονός*; Oed. Col. 912: *οὔτ' ἐμοῦ κατάξιος ... οὔτε σῆς χθονός.*

2) Id est: *ἐν χρῷ τῆς γῆς παρέπλευσε* (cf. Poll. I, 113).

modo cum nave vento iactata comparatur. Quae cum Simonidi cuidam dedicata sit, cumque item Simonidi nuncupatum sit carmen Theogn. 467—478 [1]), ex quo vs. 472 Eveno tribuitur ab Aristotele, Bergkius eam olim nomini Eveni Parii addixit, scilicet non poetae illi Socratis aequali, sed alii aetate longe maiori, quem ab illo recentiore secernebat Eratosthenes [2]). Licet autem temerarium sit statuere Eratosthenem hoc de nihilo commentum esse, tamen argumentationem Bergkii incertam esse fatendum est, cum non sit demonstratum Simonidem versus 667 et Simonidem vs. 469 (taceo de vs. 1349) unum eundemque virum esse. Nihilominus ne Reitzenstein quidem, qui Bergkii sententiam de altero illo Eveno acriter impugnavit, versus apud Theognidem 667—682 sophistae exeuntis saeculi V[i] tribui posse putat [3]). Hic enim poeta eodem modo quo Theognis et ipse Solon cives dividit in *τοὺς ἀγαθοὺς* et *τοὺς κακούς* itaque antiqua prorsus aetate vixisse videtur. Age iam ipsius verba adferam inde a vs. 671:

νῦν Φερόμεσθα καθ' ἱστία λευκὰ βαλόντες
Μηλίου ἐκ πόντου [4]) *νύκτα διὰ δνοφερήν·*
ἀντλεῖν δ' οὐκ ἐθέλουσιν· ὑπερβάλλει δὲ θάλασσα
ἀμφοτέρων τοίχων· ἦ μάλα τις χαλεπῶς
σῴζεται, οἷ' ἔρδουσι· κυβερνήτην μὲν ἔπαυσαν
ἐσθλόν, ὅτις φυλακὴν εἶχεν ἐπισταμένως·
χρήματα δ' ἁρπάζουσι βίῃ, κόσμος δ' ἀπόλωλεν,
δασμὸς δ' οὐκέτ' ἴσος γίνεται ἐς τὸ μέσον,
φορτηγοὶ δ' ἄρχουσι, κακοὶ δ' ἀγαθῶν καθύπερθεν.
δειμαίνω μή πως ναῦν κατὰ κῦμα πίῃ.
ταῦτά μοι ᾐνίχθω κεκρυμμένα τοῖς ἀγαθοῖσιν·
γινώσκοι δ' ἄν τις καὶ κακός, ἢν σοφὸς ᾖ.

Ultimum versum cum legis, nonne iam videtur tibi Solon

---

1) Theogn. vs. 479—496 aliud carmen esse mihi videntur, quod male cum praecedenti conglutinatum est. In priore enim carmine ad bibendum excitantur convivae: *τῷ πίνειν δ' ἐθέλοντι παρασταδὸν οἰνοχοείτω* (vs. 473), in altero admonentur ne vino nimis indulgeant: *ἀλλ' ἢ πρὶν μεθύειν ὑπανίστασο . . . ἢ παρεὼν μὴ πῖνε* (vs. 485—487).

2) V. Harpocr. lex. s. v. *Εὔηνος*.

3) Pauly—Wissowa, Realencl. s. v. Euenos, p. 976.

4) *Μήλιος πόντος* non minus bene diceretur mare circa Melum insulam, quae Paro vicina est, quam sinus Maliacus.

ad hunc respondisse: *γινώσκω*, ut significaret se aenigma illud probe intellegere? Solonem certe semel a carmine alius poetae profectum esse, ut suam sententiam aperiret, cognovimus e Diog. Laert. I, 60: *Φασὶ δ' αὐτὸν καὶ Μιμνέρμου γράψαντος·...*

ἑξακονταέτη μοῖρα κίχοι θανάτου,

ἐπιτιμῶντα ὧδε εἰπεῖν·

ἀλλ' εἴ μοι κἂν νῦν ἔτι πείσεαι κτλ.

ὀγδωκονταέτη μοῖρα κίχοι θανάτου.

VII, 3: *καὶ τὰς μὲ[ν οὖσ]ας ἀρχὰς ἀπένειμεν ἄρχειν ἐκ πεντακοσιομεδίμνων καὶ ἱππέων καὶ ζευγιτῶν, τοὺς ἐννέα ἄρχοντας καὶ τοὺς ταμίας κτέ.* Impedita atque adeo vitiosa huius sententiae structura esse mihi videtur; nam post *ἀπένειμεν* exspectatur dativus neque verba *ἐκ πεντακοσιομεδίμνων* et quae sequuntur habent quo referantur. Cum tamen verba tradita nullam suspicionem praebeant, loci obscuritatem eo ortam esse crediderim, quod nonnulla exciderunt. Quid enim veri similius est quam unicum exemplum libri Aristotelis quod recuperavimus, utpote satis negligenter ab hominibus semidoctis conscriptum, lacunis laborare non ita paucis? Iure ac merito editores hoc non semper satis respicere nuper arguit Foucartius [1]). Collatis autem verbis ipsius Aristotelis in Politicis (II, 12, 4, p. 1274, a, 18—21): *τὰς δ' ἀρχὰς ἐκ τῶν γνωρίμων καὶ τῶν εὐπόρων κατέστησε πάσας, ἐκ τῶν πεντακοσιομεδίμνων καὶ ζευγιτῶν καὶ τρίτου τέλους τῆς καλουμένης ἱππάδος*, et Plutarchi in Vita Solonis (XVIII): *Σόλων τὰς μὲν ἀρχὰς ἁπάσας, ὥσπερ ἦσαν, τοῖς εὐπόροις ἀπολιπεῖν βουλόμενος...*, locum nostrum sic fere resarciendum esse arbitror: *καὶ τὰς μὲ[ν οὖσ]ας ἀρχὰς ἀπένειμεν ἄρχειν (τοῖς εὐπόροις ἁπάσας, καθιστὰς) ἐκ πεντακοσιομεδίμνων καὶ ἱππέων καὶ ζευγιτῶν τοὺς ἐννέα ἄρχοντας καὶ τοὺς ταμίας κτέ.*

Μὲ[ν οὖσ]ας supplevit Wilamowitzius, recte, ut opinor. Quamquam possis etiam sic: *καὶ τὰς μὲ[ν πάσ]ας ἀρχὰς ἀπένειμεν ἄρχειν (τοῖς εὐπόροις, καθιστὰς) ἐκ κτέ.* Wilckenii supplementum, quod probatur Thalheimio: *μὲ[ν ἄλλ]ας* abiciendum est: ista enim ratione etiam *τοῖς θησίν* aliquas *ἀρχάς* tributas

---

1) Revue de Philol. 1918, p. 56.

esse intellegeremus. Concedendum quidem est etiam ius ἐκκλησίας et δικαστηρίου interdum ἀρχήν, munus publicum, vocatum esse [1]). Sed hanc verbi vim a loco de quo nunc agimus alienam esse documento sunt quae leguntur § 4: τοὺς δ' ἄλλους θητικὸν (sc. τελεῖν), οὐδεμιᾶς μετέχοντας ἀρχῆς [2]).

VIII, 1: προύκρινεν δ' εἰς τοὺς ἐννέα ἄρχοντας ἑκάστη (sc. φυλή) δέκα, καὶ τού..... λήρουν. „Supra versum (post του) aliquid additum esse videtur, dicit Kenyon, q. v. Numquid scripserat Aristoteles: καὶ τούτων θ' ἐκλήρουν?

XII, 1: δήμῳ μὲν γὰρ ἔδωκα τόσον γέρας, ὅσσον ἀπαρκεῖ,
τιμῆς οὔτ' ἀφελὼν οὔτ' ἐπορεξάμενος.

Alterum versum hoc modo interpretari solent viri docti: „cum de iuribus plebis neque quicquam dempserim neque ei ius ullum porrexerim", sive: „plebis iuribus neque imminutis neque adauctis" [3]). Hanc sententiam ego etiam, si de legislatore, cuius vitam et facta omnino non cognovissemus, sermo esset, demirarer; nam fatui et superbi tyranni esset dicere: „plebi dedi quod satis est: non enim ei abstuli neque obtuli quicquam". Sed Solonem illum, quem postea Athenienses uno animo tamquam liberatorem et conditorem civitatis popularis coluerunt, cuius πολιτείας τρία τὰ δημικώτατα enumerat Aristoteles c. IX § 1, quem αἰεὶ τὴν αἰτίαν τῆς στάσεως ἀνάπτειν τοῖς πλουσίοις arguit c. V § 3 [4]), qui cum plebeios invenisset οὐδενὸς ὡς εἰπεῖν μετέχοντας (II, 3), postea iis exprobravit ingratum animum (XII, 5) his verbis:

---

1) Cf. Aristot. Polit. III, 11, p. 1282, a, 34 sqq.; Wilamowitz, Leseb. I, Erläut. p. 112; voces ληξίαρχος, ληξιαρχικὸν γραμματεῖον.

2) Cf. Aristot. Polit. l. l. p. 1274, a, 21: τὸ δὲ τέταρτον θητικόν (sc. τέλος), οἷς οὐδεμιᾶς ἀρχῆς μετῆν; Plut. Sol. XVIII: ..θῆτες, οἷς οὐδεμίαν ἀρχὴν ἔδωκεν ἄρχειν, ἀλλὰ τῷ συνεκκλησιάζειν καὶ δικάζειν μόνον μετεῖχον τῆς πολιτείας.

3) E. g. Wilamowitz, Staat und Gesellschaft der Griechen, p. 96: „Solon der Dichter erklärt, dem Volke auf Kosten der durch Stellung und Besitz Bevorzugten Rechte weder gegeben noch genommen zu haben". Paulo aliter idem prius Leseb. I, Erläut. p. 24: „τιμῆς, nicht derer, die sie hatten, sondern derer, die ihnen gebührt".

4) Cf. Mathieu, Aristote, Constitution d'Athènes, Lutetiae Parisiorum, a. 1915, p. 14.

ἃ νῦν ἔχουσιν οὔποτ' ὀφθαλμοῖσιν ἂν
εὕδοντες εἶδον,

hunc plebi se nihil dedisse significasse credamus? Accedit alia difficultas. Potestne aetate Solonis ἐπορέγεσθαι dici pro ἐπορέγειν τινί τι, alicui aliquid porrigere? Veri simile hoc mihi non videtur; cum enim ipsum verbum primitus nihil significat nisi „(manum) tendere", apud scriptores antiquos ἐπορέγειν constanter est „porrigere", ἐπορέγεσθαι vero τινός dicitur is qui aliquid appetit. Quapropter Hom. Il. l. XXIV[i] vs. 506:

ἀνδρὸς παιδοφόνοιο ποτὶ στόμα χεῖρ' ὀρέγεσθαι

non cum Leeuwenio χεῖρε intellegendum est, sed χειρί. Constat quidem scriptores discrimen inter ὀρέγειν et ὀρέγεσθαι inde a saeculo III° a. C. facere desiisse. Velut cum Homerus dicit χεῖρας ὀρεγνύς, Leonidas Tarentinus scripsit:

ἤδη καὶ ναύταις χεῖρας ὀρεγνύμενος [1])

et Apollonius Rhodius:

ὁππότε οἱ στιβαρὰς ἐπορέξατο χεῖρας [2]).

Sed hoc nihil ad tempora antiqua pertinet; nam aetate alexandrina in universum discrimen inter genus medium et genus activum obsolescere coepisse nemini ignotum est.

Age vero iam qua ratione ipse locum Solonis interpretari velim exponam.

Ἐπορέγεσθαι non solum idem est quod ὀρέγεσθαι, appetere, sed etiam, si praepositionem acuas, significat: *insuper appetere*, sive *plus petere*. Cuius rei exemplum exstat apud Herodotum l. IX[i] c. 34: Melampus cum ab Argivis dimidium regni petiisset, primo repulsam tulit; sed mox ultro ei obtulerunt quod rogaverat. Ὁ δὲ ἐνθαῦτα δὴ ἐπορέγεται, tunc vero ille *plus petiit*, φάς, ἢν μὴ καὶ τῷ ἀδελφεῷ Βίαντι μεταδῶσι τὸ τριτημόριον τῆς βασιληίης, οὐ ποιήσειν τὰ βούλονται. Eadem vis praepositionis ἐπί esse videtur e. g. in verbo ἐπικτᾶσθαι apud Xenophontem: τριήρεις κέκτησθε πολλὰς καὶ πάτριον ὑμῖν ἐστι ναυτικὸν ἐπικτᾶσθαι [3]), et in verbo ἐπαιτεῖν in epigrammate Posidippi: φαγὼν ἔτ' ἐπῄτεον [4]). Idem ac ἐπορέγεσθαι est προσ-

1) Anthol. Pal. VII, 506, 6.
2) Ap. Rhod. Argon. II, 1212.
3) Xen. Hist. Graec. VII, 1, 3.
4) Athen. X, p. 412, e.

esse intellegeremus. Concedendum quidem est etiam ius *ἐκκλησίας* et *δικαστηρίου* interdum *ἀρχήν*, munus publicum, vocatum esse [1]). Sed hanc verbi vim a loco de quo nunc agimus alienam esse documento sunt quae leguntur § 4: *τοὺς δ' ἄλλους θητικόν* (sc. *τελεῖν*), *οὐδεμιᾶς μετέχοντας ἀρχῆς* [2]).

VIII, 1: *προύκρινεν δ' εἰς τοὺς ἐννέα ἄρχοντας ἑκάστη* (sc. *φυλή*) *δέκα, καὶ τού ..... λήρουν*. „Supra versum (post *του*) aliquid additum esse videtur, dicit Kenyon, q. v. Numquid scripserat Aristoteles: *καὶ τούτων θ' ἐκλήρουν*?

XII, 1: *δήμῳ μὲν γὰρ ἔδωκα τόσον γέρας, ὅσσον ἀπαρκεῖ,*
τιμῆς οὔτ' ἀφελὼν οὔτ' ἐπορεξάμενος.

Alterum versum hoc modo interpretari solent viri docti: „cum de iuribus plebis neque quicquam dempserim neque ei ius ullum porrexerim", sive: „plebis iuribus neque imminutis neque adauctis" [3]). Hanc sententiam ego etiam, si de legislatore, cuius vitam et facta omnino non cognovissemus, sermo esset, demirarer; nam fatui et superbi tyranni esset dicere: „plebi dedi quod satis est: non enim ei abstuli neque obtuli quicquam". Sed Solonem illum, quem postea Athenienses uno animo tamquam liberatorem et conditorem civitatis popularis coluerunt, cuius *πολιτείας τρία τὰ δημικώτατα* enumerat Aristoteles c. IX[i] § 1, quem *αἰεὶ τὴν αἰτίαν τῆς στάσεως ἀνάπτειν τοῖς πλουσίοις* arguit c. V[i] § 3 [4]), qui cum plebeios invenisset *οὐδενὸς ὡς εἰπεῖν μετέχοντας* (II, 3), postea iis exprobravit ingratum animum (XII, 5) his verbis:

---

1) Cf. Aristot. Polit. III, 11, p. 1282, a, 34 sqq.; Wilamowitz, Leseb. I, Erläut. p. 112; voces *ληξίαρχος, ληξιαρχικὸν γραμματεῖον*.

2) Cf. Aristot. Polit. l. l. p. 1274, a, 21: *τὸ δὲ τέταρτον θητικόν* (sc. *τέλος*), *οἷς οὐδεμιᾶς ἀρχῆς μετῆν*; Plut. Sol. XVIII: ..*θῆτες, οἷς οὐδεμίαν ἀρχὴν ἔδωκεν ἄρχειν, ἀλλὰ τῷ συνεκκλησιάζειν καὶ δικάζειν μόνον μετεῖχον τῆς πολιτείας*.

3) E. g. Wilamowitz, Staat und Gesellschaft der Griechen, p. 96: „Solon der Dichter erklärt, dem Volke auf Kosten der durch Stellung und Besitz Bevorzugten Rechte weder gegeben noch genommen zu haben". Paulo aliter idem prius Leseb. I, Erläut. p. 24: „*τιμῆς*, nicht derer, die sie hatten, sondern derer, die ihnen gebührt".

4) Cf. Mathieu, Aristote, Constitution d'Athènes, Lutetiae Parisiorum, a. 1915, p. 14.

ἃ νῦν ἔχουσιν οὔποτ' ὀφθαλμοῖσιν ἂν
εὕδοντες εἶδον,

hunc plebi se nihil dedisse significasse credamus? Accedit alia difficultas. Potestne aetate Solonis ἐπορέγεσθαι dici pro ἐπορέγειν τινί τι, alicui aliquid porrigere? Veri simile hoc mihi non videtur; cum enim ipsum verbum primitus nihil significat nisi „(manum) tendere", apud scriptores antiquos ἐπορέγειν constanter est „porrigere", ἐπορέγεσθαι vero τινός dicitur is qui aliquid appetit. Quapropter Hom. Il. l. XXIV vs. 506:

ἀνδρὸς παιδοφόνοιο ποτὶ στόμα χεῖρ' ὀρέγεσθαι

non cum Leeuwenio χεῖρε intellegendum est, sed χειρί. Constat quidem scriptores discrimen inter ὀρέγειν et ὀρέγεσθαι inde a saeculo III° a. C. facere desiisse. Velut cum Homerus dicit χεῖρας ὀρεγνύς, Leonidas Tarentinus scripsit:

ἤδη καὶ ναύταις χεῖρας ὀρεγνύμενος [1])

et Apollonius Rhodius:

ὁππότε οἱ στιβαρὰς ἐπορέξατο χεῖρας [2]).

Sed hoc nihil ad tempora antiqua pertinet; nam aetate alexandrina in universum discrimen inter genus medium et genus activum obsolescere coepisse nemini ignotum est.

Age vero iam qua ratione ipse locum Solonis interpretari velim exponam.

'Επορέγεσθαι non solum idem est quod ὀρέγεσθαι, appetere, sed etiam, si praepositionem acuas, significat: *insuper appetere*, sive *plus petere*. Cuius rei exemplum exstat apud Herodotum l. IX c. 34: Melampus cum ab Argivis dimidium regni petiisset, primo repulsam tulit; sed mox ultro ei obtulerunt quod rogaverat. Ὁ δὲ ἐνθαῦτα δὴ ἐ π ο ρ έ γ ε τ α ι, tunc vero ille *plus petiit*, φάς, ἢν μὴ καὶ τῷ ἀδελφεῷ Βίαντι μεταδῶσι τὸ τριτημόριον τῆς βασιληίης, οὐ ποιήσειν τὰ βούλονται. Eadem vis praepositionis ἐπί esse videtur e. g. in verbo ἐπικτᾶσθαι apud Xenophontem: τριήρεις κέκτησθε πολλὰς καὶ πάτριον ὑμῖν ἐστι ναυτικὸν ἐπικτᾶσθαι [3]), et in verbo ἐπαιτεῖν in epigrammate Posidippi: φαγὼν ἔτ' ἐπῄτεον [4]). Idem ac ἐπορέγεσθαι est προσ-

1) Anthol. Pal. VII, 506, 6.
2) Ap. Rhod. Argon. II, 1212.
3) Xen. Hist. Graec. VII, 1, 3.
4) Athen. X, p. 412, e.

ορέγεσθαι Herodoti l. VII[1] c. 6, qui locus cum Herwerdeno distinguendus est hoc modo: *τοῦτο μὲν... παρὰ τῶν Ἀλευαδέων ἀπιγμένοι ἄγγελοι ἐπεκαλέοντο βασιλέα..., τοῦτο δὲ Πεισιστρατιδέων οἱ ἀναβεβηκότες ἐς Σοῦσα, τῶν τε αὐτῶν λόγων ἐχόμενοι τῶν καὶ οἱ Ἀλευάδαι καὶ δή τι πρὸς τούτοισι ἔτι πλέον προσωρέγοντο, οἳ ἔχοντες Ὀνομάκριτον... ἀναβεβήκεσαν.* Verbis *καὶ δή — προσωρέγοντο*, in quibus locutio *τι — πλέον* adverbii vice fungitur, significatur Pisistratidas similia, sed plura a rege Persarum impetrare voluisse: Aleuadae enim tantum tyrannidem suam ab eo confirmari cupiebant, Pisistratidae vero regnum recuperare quo exciderant.

Vox autem quae est *τιμή* apud Solonem mea sententia non plebis decus vel auctoritatem designat (quod vide quam insipienter et insulse de hominibus *οὐδενὸς μετέχουσι* dictum esset), sed munus, quod ipse a populo acceperat, ut leges ferret et ad arbitrium suum civitatem constitueret. Antiquitus *τιμὴ βασιληΐς* vocabatur regia potestas, neque postea aliter locuti sunt [1]). Ipsum quoque Solonem etiam alibi in carminibus suis voce quae est *τιμή* ita usum esse efficimus e c. XII[1] § 5: *εἰ γάρ τις ἄλλος, φησί, ταύτης τῆς τιμῆς ἔτυχεν...*

Solon igitur verbis: *οὔτε τιμῆς ἀφελὼν οὔτ' ἐπορεξάμενος* significavit se neque munus iurave sibi a populo concessa inertia imminuisse neque vero maius quiddam, audi tyrannidem, concupivisse. Tyrannum enim Athenarum eum fieri noluisse, cum posset, omnes testantur et ipse multifariam prae se tulit.

XII, 3: *νῦν δέ μοι χολούμενοι*
λοξὸν ὀφθαλμοῖσ' ὁρῶσι πάντες ὥστε δήιον
οὐ χρεών·

Vulgo editores post vocem *δήιον* sententiam finiunt, quo facto oritur asyndeton satis molestum. Bene rem administraverant Herwerdenus et Leeuwenius in editione sua. *Οὐ χρεών*,

---

1) V. e. g. Hom. Od. I, 117; Theogn. 374; Herod. I, 59: *Πεισίστρατος ἦρχε Ἀθηναίων οὔτε τιμὰς τὰς ἐούσας συνταράξας οὔτε θέσμια μεταλλάξας*; Arist. Polit. III, 10, 4: *τιμὰς λέγομεν εἶναι τὰς ἀρχάς*; Herod. VII, 8, a; Aristoph. Av. 542.

quod hic, ut saepius, adverbii loco est, in fine sententiae positum est, ut magis aures feriat [1]).

XII, 4: ἐγὼ δὲ τῶν μὲν οὕνεκα ξυνήγαγον
δῆμον, τί τούτων πρὶν τυχεῖν ἐπαυσάμην;

Omnes interpretes Aristotelis, quorum scripta legi, ξυνήγαγον pro prima persona numeri singularis habent [2]). Qua in re eos errasse persuasum habeo. Non enim Solon primus Athenienses coegit ut de damnis publicis et de communi civium salute verba faceret, sed contra, cum factionum certamina et discordiam perosus rempublicam non attingeret, omnium suffragiis arbiter et reconciliator delectus est.

Audi ipsum Aristotelem c. V § 1 sq.: ... ἀντέστη τοῖς γνωρίμοις ὁ δῆμος. ἰσχυρᾶς δὲ τῆς στάσεως οὔσης καὶ πολὺν χρόνον ἀντικαθημένων ἀλλήλοις, εἵλοντο κοινῇ διαλλακτὴν καὶ ἄρχοντα Σόλωνα καὶ τὴν πολίτειαν ἐπέτρεψαν αὐτῷ ποιήσαντι τὴν ἐλεγείαν... ἐν ᾗ π ρ ὸ ς ἑ κ α τ έ ρ ο υ ς ὑ π ὲ ρ ἑ κ α τ έ ρ ω ν μ ά χ ε τ α ι κ α ὶ δ ι α μ φ ι σ β η τ ε ῖ. Plutarchus quoque in Vita Solonis (XIII, 6—XIV, 1) illum non a principio δήμου fuisse προστάτην narrat, sed omnes eum flagitasse ut dissensionis civilis, a qua se sedulo abstinuerat, finem faceret. Neque quisquam aliter. Ergo συνήγαγον pro tertia persona numeri pluralis habendum est. Poeta: „quod ad illa attinet", dixit, „propter quae populum in contionem vocabant, qua in re quievi priusquam ea absolvissem?"

XII, 4: ἐν δίκῃ χρόνου.

Procul dubio praestat scribere: Χρόνου. Χρόνος enim antiquus deus Orphicorum est, qui iudicis partibus non solum hic fungitur, sed etiam apud Pindarum Olymp. X, 52: Μοῖραι.. ὅ τ' ἐξελέγχων μόνος ἀλάθειαν ἐτήτυμον Χρόνος, et apud Euripidem frg. 305 Nauck:

ὁ γὰρ οὐδενὸς ἐκφὺς
Χρόνος δικαίους ἐπάγων κανόνας
δείκνυσιν ἀνθρώπων κακότητας ἐμοί.

---

1) Cf. Arist. 'Αθ. πολ. XIII, 5: ὡς πολλῶν κοινωνούντων τῆς πολιτείας οὐ προσῆκον.

2) E. g. Linforth, l. l. p. 137: „considering first the objects for which I brought the people together". Kenyon:

„Of all the aims for which I summoned forth
The people . ."

Conferas velim epigramma in honorem civium Atheniensium, qui Chaeroneae ceciderant, quod incipit:

ὦ Χρόνε, παντοίων θνητοῖς πανεπίσκοπε δαῖμον,

in quo Χρόνος ideo nuntius cladis deligitur, quia illi provincia est de caesis pro patria aliquando iudicare eosque quamquam prostratos absolvere. Nec minus huc pertinet epigramma a Pausania memoratum:

πάντως ὁ Χρόνος εὗρε δίκην ἀδίκῳ βασιλῆι,
εὗρε δὲ Μεσσήνης σὺν Διὶ τὸν προδότην
ῥηιδίως. χαλεπὸν δὲ λαθεῖν θεὸν ἄνδρ' ἐπίορκον..[1])

Cf. quoque Athen. VIII, p. 347, e.

Χρόνος cum deus esse crederetur, facile nasci potuit locutio illa: Χρόνου ποῦς, quae bis apud Euripidem legitur (fig. 43, Bacch. 889) quamque cavillatus est Aristophanes (Ran. 100, 311).

XII, 4: Γῆ μέλαινα, τῆς ἐγώ ποτε
ὅρους ἀνεῖλον.

Particula ποτέ hic non sensu cassa est, sed indicio esse videtur, quam diu hoc carmen a Solone postquam magistratum gesserat scriptum sit.

XII, 4: κέντρον δ' ἄλλος ὡς ἐγὼ λαβών,
κακοφραδής τε καὶ φιλοκτήμων ἀνήρ,
οὐκ ἂν κατέσχε δῆμον.

Apud veteres Graecos tam equites [2]) quam aurigae [3]), ut equos propellerent et excitarent, non semper flagellis utebantur, sed saepe etiam stimulis. Inde fit ut vocabula μάστιξ et κέντρον tropice usurpentur promiscue [4]). Facile igitur intellegi-

1) Paus. IV, 22, 7.

2) Vide unum ex adolescentibus Atheniensibus in zoophoro occidentali Parthenonis (Michaelis, Der Parthenon, pl. 9, XII, 23).

3) Vide e. g. currum Iovis in agmine hospitum Pelei et Thetidis in vasculo François, et nummos Messanae (Boissevain, Beschreib. der griech. autonomen Münzen der Akad. zu Amsterdam, p. 46, tab. III, 8) et Syracusarum (ibid. p. 48, tab. III, 11); Dict. des antiq. s. v. stimulus. Apud Homerum κέντορες ἵππων memorantur iuxta πληξίππους; cf. Il. XXIII, 336 sq.: τὸν δεξιὸν ἵππον κένσαι.

4) Cf. Eur. Herc. Fur. 20 sq.: Ἥρας ὕπο κέντροις δαμασθείς cum Hom. Il. XII, 37: Διὸς μάστιγι δαμέντες; XIII, 812: Διὸς μάστιγι κακῇ ἐδάμημεν; Aesch. Pers. 608: θεοῦ μάστιγι παγκαίνῳ δάμη.

mus, quaenam imago Soloni ante oculos obversata sit, scilicet aurigae currum regentis [1]). Optime autem hic locus illustrari potest ope quatuor locorum e poetis antiquis petitorum, e quibus unum et alterum iam coniunctim a commentatoribus adlatos invenias, sed quos non omnes aeque bene interpretantur:

1⁰ Theogn. 847 sq.:

λὰξ ἐπίβα δήμῳ κενεόφρονι, τύπτε δὲ κέντρῳ
ὀξέϊ καὶ ζεύγλην δύσλοφον ἀμφιτίθει.

2⁰ Soph. frg. 683 Pearson:

κωτίλος δ' ἀνὴρ λαβὼν
πανουργὰ χερσὶ κέντρα κηδεύει πόλιν.

3⁰ Eur. Suppl. 242:

εἰς τούς τ' ἔχοντας κέντρ' ἀφιᾶσιν κακά.

Haec, cum vs. 240 οἱ οὐκ ἔχοντες opponantur τοῖς ὀλβίοις (vs. 238), vulgo latine reddi solent hoc modo: „et in divites malos aculeos emittunt”. Verum hoc dicit poeta: ἀφιᾶσι κακὰ εἰς τοὺς τὰ κέντρα ἔχοντας, i. e. maledicunt iis, quibus rerum habenae traditae sunt. Convicia enim a tragicis κακὰ dici notissimum est. Quod ad verbum ἀφιέναι attinet, conferri iubeo Soph. Oed. Col. vs. 731: μήτ' ἀφῆτ' ἔπος κακόν.

4⁰ Soph. Philoct. 1039:

εἰ μή τι κέντρον θεῖον ἦγ' ὑμᾶς ἐμοῦ.

Inepte vulgo cum Schneidewinio interpretantur: „κέντρον θεῖον ἐμοῦ, divinitus immissum stimulans desiderium mei”. Aliquanto rectius Brunckius: „nisi vos impulisset stimulus quispiam divinus”, et nostrates Ravius:

„had niet der goden stakkel u tot mij gejaagd”, [2])

et Leeuwenius:

„de goden dreven thans u herwaarts heen”. [3])

Sed potestne ἐμοῦ dici pro εἰς ἐμέ? Hoc cum negaret, Brunckius, qui ceteroquin hic quoque se virum fortem et prudentem praestitit, ἐμοῦ coniunxit cum verbis ἀνδρὸς ἀθλίου in fine versus praecedentis et totum locum distinxit hoc modo:

---

1) Cf. Wilamowitz, Griech. Leseb. Erläut. I, p. 25: „κέντρον (als Lenker des Staatswagens)”. Scholia Sandysii et Linforthii exilia et parum dilucida sunt.

2) Rau, Sophocles' Philoctetes, Amstelodami, 1855.

3) I. van Leeuwen, Philoktetes, Lugduni Batavorum, 1882.

caespites videlicet ad manum non sunt, sudarium ponunt atque in eorum cantilena pro caespite sudariolum est.

Iste ludi cursus, paulo sane violentior, apud Pollucem l. l. ita describitur:

> Ἡ δὲ σχοινοφιλίνδα· κάθηται κύκλος, εἷς δὲ σχοῖνον ἔχων λαθὼν παρ' αὐτῷ τίθησι· κἂν μὲν ἀγνοήσῃ ἐκεῖνος παρ' ᾧ κεῖται, περιθέων περὶ τὸν κύκλον, τύπτεται· εἰ δὲ μάθοι, περιελαύνει τὸν θέντα τύπτων.

Kuehnius pro lusionis nomine *σχοινοφιλίνδα* scribere voluit: *σχοινοβολίνδα* — pro vocabulo *σχοῖνον*: *σχοινίον*.

Utraque coniectura improbanda videtur, nam *σχοῖνος* illud *εἶδος φυτοῦ κατὰ τὸ ἄκρον ὀξέος καὶ πληκτικοῦ* est et ad feriendum quam maxime accommodatum, quod respicit senex Acharnensis in Aristophanis comoedia vs. 230, neque magis nomen mutandum. Quis enim nunc eius dicat originem? Nonne per ironiam ludo inditum esse potest propterea quod pueri iuncum nimirum minime *φιλοῦσι*, sed *φοβοῦνται* quam plurimum?

Ad hos vero locos legentium animos advertere velim.

Verba quae sunt *περιθέων περὶ τὸν κύκλον* non suo loco nunc leguntur, id quod nemo non videbit qui ludi rationem, supra a me expositam, cognoverit: traicienda sunt superius inter verba *ἔχων* et *λαθών*!

Ceterum offendunt verba *παρ' αὐτῷ τίθησι*, quoniam cursor iuncum non ubicumque i u x t a c i r c u l u m deponit, sed prope unum e sodalibus, ut verba *ἐκεῖνος παρ' ᾧ κεῖται* comprobant, qua de causa emendandum est: *παρά τῳ τίθησι* vel *παρ' αὐτῶν τινι τίθησι.*

AD ARISTOTELIS LIBRUM DE REPUBLICA ATHENIENSIUM.

SCRIPSIT

GUILIELMUS VOLLGRAFF.

I: *καταγνωσθέντος τοῦ ἄγους*. Supra secundam et tertiam syllabam vocis *καταγνωσθέντος* in papyro prima manu scriptum legitur *θαρθεν*, quasi scriba id quod scripserat corrigere aut saltem variam lectionem *καθαρθέντος* memorare voluisset. *Καθαρθέντος* autem hic non scribi posse manifestum est, cum sequatur: *Ἐπιμενίδης δ' ὁ Κρὴς ἐπὶ τούτοις ἐκάθηρε τὴν πόλιν*. Hoc omnes editores intellexerunt; sed nemodum, quod sciam, explicavit, quomodo istiusmodi correctio vel varia lectio oriri potuerit. Mea sententia erat scholion lectoris, quod qui adscripsit *καταγνωσθέντος* habuit pro *καθαγνωθέντος* sive *καθαγνισθέντος*. Aegyptii enim, qui Graece mediocriter docti erant, litteras *τ* et *θ* parum discernebant et in verbis flectendis saepe, qua erant inscitia, mirum in modum peccabant, littera *σ* modo neglecta [1]), modo superaddita [2]). Non temere conicere mihi videor verbum *καθαγνοῦν* iuxta *καθαγνίζειν* et *καθοσιοῦν* [3]) in usu fuisse: *ἁγνοῦν* certe sensu *τοῦ ἁγνεύειν* usurpatum esse ostendit glossa Hesychii: *ἁγνῶ· ἁγνὸς ὦ*, qua lexicographi hodierni hucusque non usi sunt. *Καθαγνοῦν* autem si quis per aliam vocem explicare velit, statim in *καθαίρειν* incidat; cf.

1) E. g. *ἐγνωμένα* (Mayser, Gramm. der griech. Pap. aus der Ptolemäerzeit, p. 376).

2) E. g. *θρυλησθέντων* (ibid. p. 378).

3) Cf. Plut. Solon. XII, 7: (Epimenides) *κατοργιάσας καὶ καθοσιώσας τὴν πόλιν*.

e. g. schol. T Hom. Il. XXIV, 480: τὸν δὲ καθαίροντα καὶ ἀγνίτην ἔλεγον; Poll. I, 24: (θεοί)... καθάρσιοι, ἀγνῖται; Hesych.: ἀγναῖον· καθαρόν. ἀγνεύειν· καθαρεύειν. ἀγνή· καθαρά. Suid.: καθήγνισμαι· κεκάθαρμαι. Scholion igitur istud καθαρθέντος fuisse sumo ineruditi lectoris scribaeve, quod scriba papyri nostrae in exemplo suo inventum pro varia lectione habuerit. Sane res est non magni momenti, nisi quod hunc locum iam iis addi oportet, e quibus aliquid efficere conantur viri docti de indole libri, e quo papyrus Musei Britannici exscripta est [1]).

V, 3: τὴν πολιτείαν ἐπέτρεψαν αὐτῷ (sc. Soloni) ποιήσαντι τὴν ἐλεγείαν ἧς ἐστιν ἀρχή·

γινώσκω, καί μοι φρενὸς ἔνδοθεν ἄλγεα κεῖται
πρεσβυτάτην ἐσορῶν γαῖαν Ἰαονίας
κλινομένην.

Aut κλινομένην aut καινομένην in papyro scriptum esse hodie inter omnes constat. Kenyon in editione sua a. 1903 hoc dicit: „κλινομένην Wilcken (Kaibel-Wilamowitz^3), quod verum esse potest, sed littera altera α potius quam λ esse videtur", itaque lectionem Blassii καινομένην in textum recepit. Idem adhuc in eadem sententia perstat, nam hodie locum Anglice vertit hoc modo: „as I mark the oldest home of the ancient Ionian race *slain by the sword*" [2]). Nihilominus istud Blassii commentum infelicissimum esse censeo [3]). Qualis enim nobis ante oculos oreretur imago: Attica quae ab hostibus conciditur vel a praedonibus iugulatur vel etiam ad supplicium ducitur! Neque solum imago inaudita et parum reverens, sed etiam sententia immoderata esset, siquidem patria Solonis illa aetate periclitabatur quidem discordia incolarum, sed non in eo erat, ut dissolveretur et prorsus interiret. Multis tamen etiam vox quae est κλινομένην offensioni fuit. Veluti apud Linforthium [4]) Blassium dixisse video: „urbs inclinari potest, non terra item". Fugit igitur virum clarissimum, quam saepe

1) Cf. Wilamowitz, Arist. und Athen, I, p. 294, 10; Arist. Πολ. Ἀθην. ed. Blass—Thalheim, 1909, praef. p. VII sqq.

2) Kenyon, Aristoteles, Atheniensium resp. Oxonii, Clarendon Press, 1920.

3) Cf. Kaibel, Stil und Text der Πολ. Ἀθην., p. 131.

4) Linforth, Solon the Athenian, p. 179.

apud Sophoclem *χθών* dicatur *ἡ πόλις* [1]), patria civitas. Ipse tamen memor fuit Aesch. Pers. vs. 929 sq.: *Ἀσία δὲ χθών... ἐπὶ γόνυ κέκλιται*. Sed non hic locus adferendus erat, verum ex Theognideis vs. 855 sq.:

πολλάκι δὴ πόλις ἥδε δι' ἡγεμόνων κακότητα
ὥσπερ κεκλιμένη ναῦς παρὰ γῆν ἔδραμεν [2]).

Iam quid est *κεκλιμένη ναῦς*? Legimus in lexico Graeco Passowii: „das vom graden Wege abgebogene, abgelenkte oder verschlagene Schiff"; item in lexico quod confecerunt Liddell et Scott *κλίνεσθαι* hoc loco esse dicitur „to wander from the right course". Commenticia et temere orta haec explicatio esse mihi videtur. Hoc enim diceretur *παραφέρεσθαι*, *κλίνεσθαι* vero apud scriptores Ionicos est *inclinari*; cf. Hom. Il. XXIII, 335:

αὐτὸς δὲ κλινθῆναι ἐϋπλέκτῳ ἐνὶ δίφρῳ.

Od. XIX, 479 sq.:

ἐν δὲ λέβητι πέσε κνήμη, καναχῆσε δὲ χαλκός,
ἂψ δ' ἑτέρωσ' ἐκλίθη, τὸ δ' ἐπὶ χθονὸς ἐξέχυθ' ὕδωρ.

Xen. Hell. V, 2, 5: *τὸ μὲν πρῶτον ἐρρήγνυτο τὸ τεῖχος, ἔπειτα δὲ καὶ ἐκλίνετο.*

Κλινομένην iam unice veram lectionem esse apparet. Poeta patriam suam comparavit cum nave ventis et maris fluctibus quassata, quae *πολλῷ σάλῳ σεισθεῖσα* vix *ὀρθοῦται*, atque *κατὰ πλευρὰν ὑπὸ τοῦ ἀνέμου βιαζομένη* inclinatur et tantum non evertitur. Cf. Soph. Oed. Reg. vs. 22 sqq.:

πόλις γάρ, ὥσπερ καὐτὸς εἰσορᾷς, ἄγαν
ἤδη σαλεύει κἀνακουφίσαι κάρα
βυθῶν ἔτ' οὐχ οἵα τε φοινίου σάλου.

Haec si recte disputata sunt, iam intellegere mihi videor, quid sibi velit vox *γινώσκω* quam Solon tam conspicuo loco posuit quaeque ex iis quae sequuntur idoneum explicatum non habet; nam participium *ἐσορῶν*, quod ad sententiam attinet, non bene cum ea coniungitur. Exstat in Theognideis quae dicuntur (vs. 667—682) elegia antiqua, qua respublica simili

---

1) Cf. Soph. Antig. 187: *ἄνδρα δυσμενῆ χθονός*; 368: *νόμους ... χθονός*; Oed. Col. 912: *οὔτ' ἐμοῦ κατάξιος ... οὔτε σῆς χθονός*.

2) Id est: *ἐν χρῷ τῆς γῆς παρέπλευσε* (cf. Poll. I, 113).

modo cum nave vento iactata comparatur. Quae cum Simonidi cuidam dedicata sit, cumque item Simonidi nuncupatum sit carmen Theogn. 467—478 [1]), ex quo vs. 472 Eveno tribuitur ab Aristotele, Bergkius eam olim nomini Eveni Parii addixit, scilicet non poetae illi Socratis aequali, sed alii aetate longe maiori, quem ab illo recentiore secernebat Eratosthenes [2]). Licet autem temerarium sit statuere Eratosthenem hoc de nihilo commentum esse, tamen argumentationem Bergkii incertam esse fatendum est, cum non sit demonstratum Simonidem versus 667 et Simonidem vs. 469 (taceo de vs. 1349) unum eundemque virum esse. Nihilominus ne Reitzenstein quidem, qui Bergkii sententiam de altero illo Eveno acriter impugnavit, versus apud Theognidem 667—682 sophistae exeuntis saeculi V[i] tribui posse putat [3]). Hic enim poeta eodem modo quo Theognis et ipse Solon cives dividit in *τοὺς ἀγαθούς* et *τοὺς κακούς* itaque antiqua prorsus aetate vixisse videtur. Age iam ipsius verba adferam inde a vs. 671:

νῦν Φερόμεσθα καθ' ἱστία λευκὰ βαλόντες
Μηλίου ἐκ πόντου [4]) *νύκτα διὰ δνοφερήν·*
ἀντλεῖν δ' οὐκ ἐθέλουσιν· ὑπερβάλλει δὲ θάλασσα
ἀμφοτέρων τοίχων· ἦ μάλα τις χαλεπῶς
σῴζεται, οἷ' ἔρδουσι· κυβερνήτην μὲν ἔπαυσαν
ἐσθλόν, ὅτις φυλακὴν εἶχεν ἐπισταμένως·
χρήματα δ' ἁρπάζουσι βίῃ, κόσμος δ' ἀπόλωλεν,
δασμὸς δ' οὐκέτ' ἴσος γίνεται ἐς τὸ μέσον,
φορτηγοὶ δ' ἄρχουσι, κακοὶ δ' ἀγαθῶν καθύπερθεν.
δειμαίνω μή πως ναῦν κατὰ κῦμα πίῃ.
ταῦτά μοι ᾐνίχθω κεκρυμμένα τοῖς ἀγαθοῖσιν·
γ ι ν ώ σ κ ο ι δ' ἄν τις καὶ κακός, ἢν σοφὸς ᾖ.

Ultimum versum cum legis, nonne iam videtur tibi Solon

1) Theogn. vs. 479—496 aliud carmen esse mihi videntur, quod male cum praecedenti conglutinatum est. In priore enim carmine ad bibendum excitantur convivae: *τῷ πίνειν δ' ἐθέλοντι παρασταδὸν οἰνοχοείτω* (vs. 473), in altero admonentur ne vino nimis indulgeant: *ἀλλ' ἢ πρὶν μεθύειν ὑπανίστασο . . . ἢ παρεὼν μὴ πῖνε* (vs. 485—487).

2) V. Harpocr. lex. s. v. Εὔηνος.

3) Pauly—Wissowa, Realencl. s. v. Euenos, p. 976.

4) *Μήλιος πόντος* non minus bene diceretur mare circa Melum insulam, quae Paro vicina est, quam sinus Maliacus.

ad hunc respondisse: *γινώσκω*, ut significaret se aenigma illud probe intellegere? Solonem certe semel a carmine alius poetae profectum esse, ut suam sententiam aperiret, cognovimus e Diog. Laert. I, 60: *Φασὶ δ' αὐτὸν καὶ Μιμνέρμου γράψαντος·...*

ἑξηκονταέτη μοῖρα κίχοι θανάτου,

ἐπιτιμῶντα ὧδε εἰπεῖν·

ἀλλ' εἴ μοι κἂν νῦν ἔτι πείσεαι κτλ.

ὀγδωκονταέτη μοῖρα κίχοι θανάτου.

VII, 3: *καὶ τὰς μὲ[ν οὔσ]ας ἀρχὰς ἀπένειμεν ἄρχειν ἐκ πεντακοσιομεδίμνων καὶ ἱππέων καὶ ζευγιτῶν, τοὺς ἐννέα ἄρχοντας καὶ τοὺς ταμίας κτέ.* Impedita atque adeo vitiosa huius sententiae structura esse mihi videtur; nam post *ἀπένειμεν* exspectatur dativus neque verba *ἐκ πεντακοσιομεδίμνων* et quae sequuntur habent quo referantur. Cum tamen verba tradita nullam suspicionem praebeant, loci obscuritatem eo ortam esse crediderim, quod nonnulla exciderunt. Quid enim veri similius est quam unicum exemplum libri Aristotelis quod recuperavimus, utpote satis negligenter ab hominibus semidoctis conscriptum, lacunis laborare non ita paucis? Iure ac merito editores hoc non semper satis respicere nuper arguit Foucartius [1]). Collatis autem verbis ipsius Aristotelis in Politicis (II, 12, 4, p. 1274, a, 18—21): *τὰς δ' ἀρχὰς ἐκ τῶν γνωρίμων καὶ τῶν εὐπόρων κατέστησε πάσας, ἐκ τῶν πεντακοσιομεδίμνων καὶ ζευγιτῶν καὶ τρίτου τέλους τῆς καλουμένης ἱππάδος*, et Plutarchi in Vita Solonis (XVIII): *Σόλων τὰς μὲν ἀρχὰς ἁπάσας, ὥσπερ ἦσαν, τοῖς εὐπόροις ἀπολιπεῖν βουλόμενος...*, locum nostrum sic fere resarciendum esse arbitror: *καὶ τὰς μὲ[ν οὔσ]ας ἀρχὰς ἀπένειμεν ἄρχειν (τοῖς εὐπόροις ἁπάσας, καθιστὰς) ἐκ πεντακοσιομεδίμνων καὶ ἱππέων καὶ ζευγιτῶν τοὺς ἐννέα ἄρχοντας καὶ τοὺς ταμίας κτέ.*

Μὲ[ν οὔσ]ας supplevit Wilamowitzius, recte, ut opinor. Quamquam possis etiam sic: *καὶ τὰς μὲ[ν πάσ]ας ἀρχὰς ἀπένειμεν ἄρχειν (τοῖς εὐπόροις, καθιστὰς) ἐκ κτέ.* Wilckenii supplementum, quod probatur Thalheimio: *μὲ[ν ἄλλ]ας* abiciendum est: ista enim ratione etiam *τοῖς θησίν* aliquas *ἀρχάς* tributas

---

1) Revue de Philol. 1918, p. 56.

esse intellegeremus. Concedendum quidem est etiam ius *ἐκκλησίας* et *δικαστηρίου* interdum *ἀρχήν*, munus publicum, vocatum esse [1]). Sed hanc verbi vim a loco de quo nunc agimus alienam esse documento sunt quae leguntur § 4: *τοὺς δ' ἄλλους θητικόν* (sc. *τελεῖν*), *οὐδεμιᾶς μετέχοντας ἀρχῆς* [2]).

VIII, 1: *προύκρινεν δ' εἰς τοὺς ἐννέα ἄρχοντας ἑκάστη* (sc. *φυλή*) *δέκα, καὶ τού . . . . . λήρουν*. „Supra versum (post *του*) aliquid additum esse videtur, dicit Kenyon, q. v. Numquid scripserat Aristoteles: *καὶ τούτων θ' ἐκλήρουν*?

XII, 1: *δήμῳ μὲν γὰρ ἔδωκα τόσον γέρας, ὅσσον ἀπαρκεῖ,*
τιμῆς οὔτ' ἀφελὼν οὔτ' ἐπορεξάμενος.

Alterum versum hoc modo interpretari solent viri docti: „cum de iuribus plebis neque quicquam dempserim neque ei ius ullum porrexerim", sive: „plebis iuribus neque imminutis neque adauctis" [3]). Hanc sententiam ego etiam, si de legislatore, cuius vitam et facta omnino non cognovissemus, sermo esset, demirarer; nam fatui et superbi tyranni esset dicere: „plebi dedi quod satis est: non enim ei abstuli neque obtuli quicquam". Sed Solonem illum, quem postea Athenienses uno animo tamquam liberatorem et conditorem civitatis popularis coluerunt, cuius *πολιτείας τρία τὰ δημικώτατα* enumerat Aristoteles c. IX[i] § 1, quem *αἰεὶ τὴν αἰτίαν τῆς στάσεως ἀνάπτειν τοῖς πλουσίοις* arguit c. V[i] § 3 [4]), qui cum plebeios invenisset *οὐδενὸς ὡς εἰπεῖν μετέχοντας* (II, 3), postea iis exprobravit ingratum animum (XII, 5) his verbis:

---

1) Cf. Aristot. Polit. III, 11, p. 1282, a, 34 sqq.; Wilamowitz, Leseb. I, Erläut. p. 112; voces *ληξίαρχος, ληξιαρχικὸν γραμματεῖον*.

2) Cf. Aristot. Polit. l. l. p. 1274, a, 21: *τὸ δὲ τέταρτον θητικόν* (sc. *τέλος*), *οἷς οὐδεμιᾶς ἀρχῆς μετῆν*; Plut. Sol. XVIII: . . *θῆτες, οἷς οὐδεμίαν ἀρχὴν ἔδωκεν ἄρχειν, ἀλλὰ τῷ συνεκκλησιάζειν καὶ δικάζειν μόνον μετεῖχον τῆς πολιτείας*.

3) E. g. Wilamowitz, Staat und Gesellschaft der Griechen, p. 96: „Solon der Dichter erklärt, dem Volke auf Kosten der durch Stellung und Besitz Bevorzugten Rechte weder gegeben noch genommen zu haben". Paulo aliter idem prius Leseb. I, Erläut. p. 24: „*τιμῆς*, nicht derer, die sie hatten, sondern derer, die ihnen gebührt".

4) Cf. Mathieu, Aristote, Constitution d'Athènes, Lutetiae Parisiorum, a. 1915, p. 14.

ἃ νῦν ἔχουσιν οὔποτ' ὀφθαλμοῖσιν ἂν
εὕδοντες εἶδον,

hunc plebi se nihil dedisse significasse credamus? Accedit alia difficultas. Potestne aetate Solonis ἐπορέγεσθαι dici pro ἐπορέγειν τινί τι, alicui aliquid porrigere? Veri simile hoc mihi non videtur; cum enim ipsum verbum primitus nihil significat nisi „(manum) tendere", apud scriptores antiquos ἐπορέγειν constanter est „porrigere", ἐπορέγεσθαι vero τινός dicitur is qui aliquid appetit. Quapropter Hom. Il. l. XXIV vs. 506:

ἀνδρὸς παιδοφόνοιο ποτὶ στόμα χεῖρ' ὀρέγεσθαι

non cum Leeuwenio χεῖρε intellegendum est, sed χειρί. Constat quidem scriptores discrimen inter ὀρέγειν et ὀρέγεσθαι inde a saeculo III° a. C. facere desiisse. Velut cum Homerus dicit χεῖρας ὀρεγνύς, Leonidas Tarentinus scripsit:

ἤδη καὶ ναύταις χεῖρας ὀρεγνύμενος [1])

et Apollonius Rhodius:

ὁππότε οἱ στιβαρὰς ἐπορέξατο χεῖρας [2]).

Sed hoc nihil ad tempora antiqua pertinet; nam aetate alexandrina in universum discrimen inter genus medium et genus activum obsolescere coepisse nemini ignotum est.

Age vero iam qua ratione ipse locum Solonis interpretari velim exponam.

'Επορέγεσθαι non solum idem est quod ὀρέγεσθαι, appetere, sed etiam, si praepositionem acuas, significat: *insuper appetere*, sive *plus petere*. Cuius rei exemplum exstat apud Herodotum l. IX c. 34: Melampus cum ab Argivis dimidium regni petiisset, primo repulsam tulit; sed mox ultro ei obtulerunt quod rogaverat. Ὁ δὲ ἐνθαῦτα δὴ ἐ π ο ρ έ γ ε τ α ι, tunc vero ille *plus petiit*, φάς, ἢν μὴ καὶ τῷ ἀδελφεῷ Βίαντι μεταδῶσι τὸ τριτημόριον τῆς βασιληίης, οὐ ποιήσειν τὰ βούλονται. Eadem vis praepositionis ἐπί esse videtur e. g. in verbo ἐπικτᾶσθαι apud Xenophontem: τριήρεις κέκτησθε πολλὰς καὶ πάτριον ὑμῖν ἐστι ναυτικὸν ἐπικτᾶσθαι [3]), et in verbo ἐπαιτεῖν in epigrammate Posidippi: φαγὼν ἔτ' ἐπήτεον [4]). Idem ac ἐπορέγεσθαι est προσ-

1) Anthol. Pal. VII, 506, 6.
2) Ap. Rhod. Argon. II, 1212.
3) Xen. Hist. Graec. VII, 1, 3.
4) Athen. X, p. 412, e.

ορέγεσθαι Herodoti l. VII[1] c. 6, qui locus cum Herwerdeno distinguendus est hoc modo: *τοῦτο μὲν... παρὰ τῶν Ἀλευαδέων ἀπιγμένοι ἄγγελοι ἐπεκαλέοντο βασιλέα..., τοῦτο δὲ Πεισιστρατιδέων οἱ ἀναβεβηκότες ἐς Σοῦσα, τῶν τε αὐτῶν λόγων ἐχόμενοι τῶν καὶ οἱ Ἀλευάδαι καὶ δή τι πρὸς τούτοισι ἔτι πλέον προσωρέγοντο, οἳ ἔχοντες Ὀνομάκριτον... ἀναβεβήκεσαν.* Verbis *καὶ δή — προσωρέγοντο,* in quibus locutio *τι — πλέον* adverbii vice fungitur, significatur Pisistratidas similia, sed plura a rege Persarum impetrare voluisse: Aleuadae enim tantum tyrannidem suam ab eo confirmari cupiebant, Pisistratidae vero regnum recuperare quo exciderant.

Vox autem quae est *τιμή* apud Solonem mea sententia non plebis decus vel auctoritatem designat (quod vide quam insipienter et insulse de hominibus *οὐδενὸς μετέχουσι* dictum esset), sed munus, quod ipse a populo acceperat, ut leges ferret et ad arbitrium suum civitatem constitueret. Antiquitus *τιμὴ βασιληΐς* vocabatur regia potestas, neque postea aliter locuti sunt [1]). Ipsum quoque Solonem etiam alibi in carminibus suis voce quae est *τιμή* ita usum esse efficimus e c. XII[1] § 5: *εἰ γάρ τις ἄλλος, φησί, ταύτης τῆς τιμῆς ἔτυχεν...*

Solon igitur verbis: *οὔτε τιμῆς ἀφελὼν οὔτ' ἐπορεξάμενος* significavit se neque munus iurave sibi a populo concessa inertia imminuisse neque vero maius quiddam, audi tyrannidem, concupivisse. Tyrannum enim Athenarum eum fieri noluisse, cum posset, omnes testantur et ipse multifariam prae se tulit.

XII, 3: *νῦν δέ μοι χολούμενοι*
λοξὸν ὀφθαλμοῖσ' ὁρῶσι πάντες ὥστε δήιον
οὐ χρεών·

Vulgo editores post vocem *δήιον* sententiam finiunt, quo facto oritur asyndeton satis molestum. Bene rem administraverant Herwerdenus et Leeuwenius in editione sua. *Οὐ χρεών,*

---

1) V. e. g. Hom. Od. I, 117; Theogn. 374; Herod. I, 59: *Πεισίστρατος ἦρχε Ἀθηναίων οὔτε τιμὰς τὰς ἐούσας συνταράξας οὔτε θέσμια μεταλλάξας*; Arist. Polit. III, 10, 4: *τιμὰς λέγομεν εἶναι τὰς ἀρχάς*; Herod. VII, 8, a; Aristoph. Av. 542.

quod hic, ut saepius, adverbii loco est, in fine sententiae positum est, ut magis aures feriat [1]).

XII, 4: ἐγὼ δὲ τῶν μὲν οὕνεκα ξυνήγαγον
δῆμον, τί τούτων πρὶν τυχεῖν ἐπαυσάμην;

Omnes interpretes Aristotelis, quorum scripta legi, ξυνήγαγον pro prima persona numeri singularis habent [2]). Qua in re eos errasse persuasum habeo. Non enim Solon primus Athenienses coegit ut de damnis publicis et de communi civium salute verba faceret, sed contra, cum factionum certamina et discordiam perosus rempublicam non attingeret, omnium suffragiis arbiter et reconciliator delectus est.

Audi ipsum Aristotelem c. V § 1 sq.: ... ἀντέστη τοῖς γνωρίμοις ὁ δῆμος. ἰσχυρᾶς δὲ τῆς στάσεως οὔσης καὶ πολὺν χρόνον ἀντικαθημένων ἀλλήλοις, εἵλοντο κοινῇ διαλλακτὴν καὶ ἄρχοντα Σόλωνα καὶ τὴν πολίτειαν ἐπέτρεψαν αὐτῷ ποιήσαντι τὴν ἐλεγείαν... ἐν ᾗ πρὸς ἑκατέρους ὑπὲρ ἑκατέρων μάχεται καὶ διαμφισβητεῖ. Plutarchus quoque in Vita Solonis (XIII, 6—XIV, 1) illum non a principio δήμου fuisse προστάτην narrat, sed omnes eum flagitasse ut dissensionis civilis, a qua se sedulo abstinuerat, finem faceret. Neque quisquam aliter. Ergo συνήγαγον pro tertia persona numeri pluralis habendum est. Poeta: „quod ad illa attinet", dixit, „propter quae populum in contionem vocabant, qua in re quievi priusquam ea absolvissem?"

XII, 4: ἐν δίκῃ χρόνου.

Procul dubio praestat scribere: Χρόνου. Χρόνος enim antiquus deus Orphicorum est, qui iudicis partibus non solum hic fungitur, sed etiam apud Pindarum Olymp. X, 52: Μοῖραι.. ὅ τ' ἐξελέγχων μόνος ἀλάθειαν ἐτήτυμον Χρόνος, et apud Euripidem frg. 305 Nauck:

ὁ γὰρ οὐδενὸς ἐκφὺς
Χρόνος δικαίους ἐπάγων κανόνας
δείκνυσιν ἀνθρώπων κακότητας ἐμοί.

---

1) Cf. Arist. 'Αθ. πολ. XIII, 5: ὡς πολλῶν κοινωνούντων τῆς πολιτείας οὐ προσῆκον.

2) E. g. Linforth, l. l. p. 137: „considering first the objects for which I brought the people together". Kenyon:

„Of all the aims for which I summoned forth
The people . ."

Conferas velim epigramma in honorem civium Atheniensium, qui Chaeroneae ceciderant, quod incipit:

ὦ Χρόνε, παντοίων θνητοῖς πανεπίσκοπε δαῖμον,

in quo Χρόνος ideo nuntius cladis deligitur, quia illi provincia est de caesis pro patria aliquando iudicare eosque quamquam prostratos absolvere. Nec minus huc pertinet epigramma a Pausania memoratum:

πάντως ὁ Χρόνος εὗρε δίκην ἀδίκῳ βασιλῆι,
εὗρε δὲ Μεσσήνης σὺν Διὶ τὸν προδότην
ῥηιδίως. χαλεπὸν δὲ λαθεῖν θεὸν ἄνδρ' ἐπίορκον.. [1])

Cf. quoque Athen. VIII, p. 347, e.

Χρόνος cum deus esse crederetur, facile nasci potuit locutio illa: Χρόνου πούς, quae bis apud Euripidem legitur (fig. 43, Bacch. 889) quamque cavillatus est Aristophanes (Ran. 100, 311).

XII, 4: Γῆ μέλαινα, τῆς ἐγώ ποτε
ὅρους ἀνεῖλον.

Particula ποτέ hic non sensu cassa est, sed indicio esse videtur, quam diu hoc carmen a Solone postquam magistratum gesserat scriptum sit.

XII, 4: κέντρον δ' ἄλλος ὡς ἐγὼ λαβών,
κακοφραδής τε καὶ φιλοκτήμων ἀνήρ,
οὐκ ἂν κατέσχε δῆμον.

Apud veteres Graecos tam equites [2]) quam aurigae [3]), ut equos propellerent et excitarent, non semper flagellis utebantur, sed saepe etiam stimulis. Inde fit ut vocabula μάστιξ et κέντρον tropice usurpentur promiscue [4]). Facile igitur intellegi-

---

1) Paus. IV, 22, 7.

2) Vide unum ex adolescentibus Atheniensibus in zoophoro occidentali Parthenonis (Michaelis, Der Parthenon, pl. 9, XII, 23).

3) Vide e. g. currum Iovis in agmine hospitum Pelei et Thetidis in vasculo François, et nummos Messanae (Boissevain, Beschreib. der griech. autonomen Münzen der Akad. zu Amsterdam, p. 46, tab. III, 8) et Syracusarum (ibid. p. 48, tab. III, 11); Dict. des antiq. s. v. stimulus. Apud Homerum κέντορες ἵππων memorantur iuxta πληξίππους; cf. Il. XXIII, 336 sq.: τὸν δεξιὸν ἵππον κένσαι.

4) Cf. Eur. Herc. Fur. 20 sq.: Ἥρας ὕπο κέντροις δαμασθείς cum Hom. Il. XII, 37: Διὸς μάστιγι δαμέντες; XIII, 812: Διὸς μάστιγι κακῇ ἐδάμημεν; Aesch. Pers. 608: θεοῦ μάστιγι παγκοίνῳ δάμη.

mus, quaenam imago Soloni ante oculos obversata sit, scilicet aurigae currum regentis [1]). Optime autem hic locus illustrari potest ope quatuor locorum e poetis antiquis petitorum, e quibus unum et alterum iam coniunctim a commentatoribus adlatos invenias, sed quos non omnes aeque bene interpretantur:

1⁰ Theogn. 847 sq.:

λὰξ ἐπίβα δήμῳ κενεόφρονι, τύπτε δὲ κέντρῳ
ὀξέϊ καὶ ζεύγλην δύσλοφον ἀμφιτίθει.

2⁰ Soph. frg. 683 Pearson:

κωτίλος δ' ἀνὴρ λαβὼν
πανουργὰ χερσὶ κέντρα κηδεύει πόλιν.

3⁰ Eur. Suppl. 242:

εἰς τούς τ' ἔχοντας κέντρ' ἀφιᾶσιν κακά.

Haec, cum vs. 240 οἱ οὐκ ἔχοντες opponantur τοῖς ὀλβίοις (vs. 238), vulgo latine reddi solent hoc modo: „et in divites malos aculeos emittunt". Verum hoc dicit poeta: ἀφιᾶσι κακὰ εἰς τοὺς τὰ κέντρα ἔχοντας, i. e. maledicunt iis, quibus rerum habenae traditae sunt. Convicia enim a tragicis κακά dici notissimum est. Quod ad verbum ἀφιέναι attinet, conferri iubeo Soph. Oed. Col. vs. 731: μήτ' ἀφῆτ' ἔπος κακόν.

4⁰ Soph. Philoct. 1039:

εἰ μή τι κέντρον θεῖον ἦγ' ὑμᾶς ἐμοῦ.

Inepte vulgo cum Schneidewinio interpretantur: „κέντρον θεῖον ἐμοῦ, divinitus immissum stimulans desiderium mei". Aliquanto rectius Brunckius: „nisi vos impulisset stimulus quispiam divinus", et nostrates Ravius:

„had niet der goden stakkel u tot mij gejaagd", [2])

et Leeuwenius:

„de goden dreven thans u herwaarts heen". [3])

Sed potestne ἐμοῦ dici pro εἰς ἐμέ? Hoc cum negaret, Brunckius, qui ceteroquin hic quoque se virum fortem et prudentem praestitit, ἐμοῦ coniunxit cum verbis ἀνδρὸς ἀθλίου in fine versus praecedentis et totum locum distinxit hoc modo:

---

1) Cf. Wilamowitz, Griech. Leseb. Erläut. I, p. 25: „κέντρον (als Lenker des Staatswagens)". Scholia Sandysii et Linforthii exilia et parum dilucida sunt.

2) Rau, Sophocles' Philoctetes, Amstelodami, 1855.

3) I. van Leeuwen, Philoktetes, Lugduni Batavorum, 1882.

οὔποτ' ἂν στόλον
ἐπλεύσατ' ἂν τόνδ' οὕνεκ' ἀνδρὸς ἀθλίου,
εἰ μή τι κέντρον θεῖον ἦγ' ὑμᾶς, ἐμοῦ.

Atque hoc quidem conamen reiciendum esse quivis videt; sed haud scio an genitivus ἐμοῦ apte ad verbum ἦγε referri possit. Genitivus enim in lingua Graeca usurpatur de re, cuius aliquis particeps fit vel *ad quam tendit.* Hic est ille genitivus, qui apud Homerum et Herodotum post ἰθύ, ἰθύς [1]), apud Atticos post εὐθύ, εὐθύς [2]) occurrit, porro in locutione ἰέναι τοῦ πρόσω [3]) et in Euripidis Bacchis vs. 1096 sq.:

πρῶτον μὲν α ὐ τ ο ῦ χερμάδας κραταιβόλους
ἔρριπτον

et 1099 sq.:

ἄλλαι δὲ θύρσους ἵεσαν δι' αἰθέρος
Π ε ν θ έ ω ς.

Nihil tamen hac de re pro certo affirmaverim; reputent alii velim, num opinionem meam gravioribus argumentis affirmare possint.

XIII, 3: ὅλως δὲ διετέλουν νοσοῦντες τὰ πρὸς ἑαυτούς, οἱ μὲν ἀρχὴν καὶ πρόφασιν ἔχοντες τὴν τῶν χρεῶν ἀποκοπήν (συνεβεβήκει γὰρ αὐτοῖς γεγονέναι πένησιν), οἱ δὲ τῇ πολιτείᾳ δυσχεραίνοντες διὰ τὸ μεγάλην γεγονέναι μεταβολήν, ἔνιοι δὲ διὰ τὴν πρὸς ἀλλήλους φιλονικίαν.

Nonnullos dicit propria causa reipublicae infestos fuisse, uti semper et ubique in turbis civilibus unus et alter propter odium privatum iis qui civitati praesunt adversatur. Iam vero, si hos omittimus, Aristoteles dicere videtur illa aetate solos εὐπατρίδας rerum impatientes et turbulentos fuisse, quippe quorum pars (οἱ μέν) damnis quibus affecti essent, pars (οἱ δέ) auctoritate, qua prius apud cives valerent, amissa maxime gravarentur. Atque Sandysius quidem in commentariis suis hunc de sententia Aristotelis Athenis rerum statum fuisse diserte dixit. Contra ego manifestum esse arbitror illum in

1) Hom. Il. XII, 254; XVI, 584; XVII, 233; Herod. VI, 95.

2) Eur. Hipp. 1197; Plat. Lys. p. 203, a.

3) Cf. Kühner—Gerth, Griech. Gramm. II, 1, p. 351, 384 sq.; Brugmann—Thumb, Griech. Gramm. p. 445 sq.

hac sententia non fuisse, idque duabus de causis: primum enim verum non est optimates iam tunc auctoritatem et principatum in rebus publicis amisisse [1]), deinde ipse nos docet etiam populares in republica tunc temporis multa aegre tulisse. Hoc iam usu venisse, cum Solon adhuc Athenis degeret, dixit c. XI[1] § 2: *ἅμα δὲ καὶ συνέβαινεν αὐτῷ τῶν τε γνωρίμων διαφόρους γεγενῆσθαι πολλοὺς διὰ τὰς τῶν χρεῶν ἀποκοπάς, καὶ τὰς στάσεις ἀμφοτέρας μεταθέσθαι διὰ τὸ παράδοξον αὐτοῖς γενέσθαι τὴν κατάστασιν. ὁ μὲν γὰρ δῆμος ᾤετο πάντ' ἀνάδαστα ποιήσειν αὐτόν, οἱ δὲ γνώριμοι πάλιν εἰς τὴν αὐτὴν τάξιν ἀποδώσειν ἢ μικρὸν παραλλάξειν.* Similiter hoc de quo nunc agimus loco Aristoteles narrare pergit tres fuisse Athenis factiones, quarum prima, duce Megacle, *τῇ μέσῃ πολιτείᾳ*, ergo Solonis legibus, faveret, altera esset *ὀλιγαρχική*, *τρίτη δ' ἡ τῶν διακρίων, ἐφ' ᾗ τεταγμένος ἦν Πεισίστρατος δημοτικώτατος εἶναι δοκῶν.* Pisistrato igitur et qui illum sequebantur iudicibus, rerum commutatio, quae Soloni debebatur, levis, ne dicam inanis, fuerat [2]).

Cum tamen e verbis traditis alia sententia elici non possit, Herwerdenus statim sensit haec non incorrupta aetatem tulisse: non solum enim divites et optimates, sed etiam populares et pauperes hoc loco memoratos fuisse consentaneum esse. Lacunam igitur suspicabatur, quam in editione a. 1891 a se et Leeuwenio parata hoc fere modo complendam esse coniecit: *οἱ μὲν ἀρχὴν καὶ (πλείονα ζητοῦντες, οἱ δὲ) καὶ πρόφασιν ἔχοντες τὴν τῶν χρεῶν ἀποκοπήν.* Sed nullam hic lacunam maioris ambitus esse efficitur e fragmento Berolinensi, in quo et alia multa cernuntur et haec verba: *ἀρχὴν καὶ πρόφασιν ἔχοντες* [3]). Accedit quod voces *ἀρχή* et *πρόφασις* tam bene congruunt, ut ea divellere reformidares. Cf. locutio: *ἀρχὴν πολέμου πορίζειν* [4]); Aristot. Polit. V, 1, p. 1301, b, 4 sq.: *ἀρχαὶ μὲν οὖν ὡς εἰπεῖν αὗται καὶ πηγαὶ τῶν στάσεων εἰσιν*; Polyb. III, 6, 2—7, ubi

1) Cf. Gilliard, Quelques réformes de Solon, p. 216: „Surtout ils (sc. optimates) conservent intacte leur puissance politique. C'est dans leurs rangs que se recrutent tous les hauts magistrats; c'est là un privilège inappréciable'' etc.

2) Cf. Linforth, op. l. p. 21: „the rich were angry because his reforms cut too deep, the poor because they did not cut deep enough''.

3) V. Diels, Abh. Akad. Wiss. Berl. Phil.-hist. Cl., 1885, tab. II.

4) Aristoph. frg. 26 Meineke, 81 Kock.

legentes admonet, quid intersit inter ἀρχάς (*aanleidingen*) et αἰτίας καὶ προφάσεις (*oorzaken*) τοῦ πολέμου. Remedium igitur ab Herwerdeno quaesitum utique damnandum est; sed tamen opera eius non fuit irrita; nam recte sensisse eum, qua in re fere verba tradita laborent, persuasum habeo, iamque sanare ea posse mihi videor, una vocula, quae saepissime a scribis praetermittitur, adiecta: οἱ δὲ τῇ πολιτείᾳ δυσχεραίνοντες διὰ τὸ (οὐ) μεγάλην γεγονέναι μεταβολήν, in quibus οὐ μεγάλην per litoteta pro ἐλαχίστην dictum sit. Fatendum est ne hanc quidem emendationem fragmento Berolinensi commendari; nam in eo voces quidem διὰ τό ante μεγάλην lacuna haustae sunt, sed spatium non sinit in illa plus quinque litteras restitui. Vide tamen ne hoc coniecturae meae non omnino obstet; nam leviorum corruptelarum hoc genus iam antiquissimas editiones Athenis a librariis paratas non plane immunes fuisse crediderim.

XV, 1: μετὰ δὲ ταῦτα ὡς ἐξέπεσε τὸ δεύτερον [1]) κτλ. Iure Kenyon: „structura et sententia corruptae". Ecquid post ὡς lacuna statuenda est? Quid si Aristoteles scripsisset: ὡς (λέγεται) vel ὡς (ἔνιοι) [2]) vel etiam ὥς (φησιν Ἡρόδοτος), ut c. XIV § 4?

XXI, 3: (Clisthenes) τὴν βουλὴν πεντακοσίους ἀντὶ τετρακοσίων κατέστησεν, πεντήκοντα ἐξ ἑκάστης (τῆς) φυλῆς· τότε δ' ἦσαν ἑκατόν. Nonne legendum est: (εἰς) τότε δ' ἦσαν ἑκατόν?

XXI, 5: προσηγόρευσε δὲ τῶν δήμων τοὺς μὲν ἀπὸ τῶν τόπων, τοὺς δὲ ἀπὸ τῶν κτισάντων· οὐ γὰρ ἅπαντες ὑπῆρχον ἔτι τοῖς τόποις. Sic papyrus musei Britannici, in fragmento Berolinensi pro ἔτι legitur ἐν.

Quasnam Clisthenes partes in demis constituendis tulerit, disserere nunc non curo; illud tantum enucleare cupio, quid Aristoteles, qui brevius hic quam par erat fontes suos contraxerit, illum fecisse dicat. Verba supra exscripta a viris

---

1) Cf. Aristot. Polit. V, 12, p, 1315, b, 30 sq.: δὶς γὰρ ἔφυγε Πεισίστρατος τυραννεύων.

2) Saepe Aristoteli (et post eum peripateticis) ita loqui placuit quasi rumores sine certis auctoribus referret (cf. Mathieu, Aristote, Constitution d'Athènes, p. 28).

doctis variis modis explicata sunt; quorum opinionum conspectum invenias apud Sandysium. Has ego non recensebo, ne legentes longis ambagibus detineam, sed quid ipse sentiam paucis enuntiare satis habebo. Clistheni de sententia Aristotelis id consilii erat, ut demis, quantum fieri poterat, nomina gentium nobilium inderet; quod facere consentaneum erat virum novarum rerum studiosum, ut splendida nomina quam plurima in vulgus profanarentur. Cur vero, si hoc perpetrare gestiret, non omnes demos suos nominibus optimatium ab heroibus ductis beavit? Causa in aperto est: non ubique gens nomenve gentis antiquae et cultus archegetae eius terrae adhaerescebat, sive, ut dixit Aristoteles: *οὐ γὰρ ἅπαντες* (sc. *οἱ κτίσαντες*) *ὑπῆρχον ἔτι ἐν*[1]) *τοῖς τόποις.* Huic sententiae aliquantum opitulatur, opinor, id quod Wilamowitzius (Aristoteles und Athen, II, p. 150) de duobus demis Atticis in medium protulit. Cum enim vici duo Paeonia et Cropeia essent, novis demis non haec nomina sunt indita, sed nomina gentium, quae ibi consederant, Paeonidarum et Creopidarum.

Aristoteles cum dicat: *ὑπῆρχον ἔτι*, sequitur ut crediderit olim totum solum Atticae inter gentes nobiles fuisse divisum[2]). Qua in sententia eum revera fuisse efficimus etiam ex iis quae scribit de aetate illa, qua tribus IV, phratriae sive trittyes XII, gentes CCCLX numerabantur[3]).

Quod ad rem grammaticam spectat, haec tria velim teneant qui sententiam meam examinabunt. Primum haud raro cum sententiae duae per *μέν* et *δέ* invicem opponuntur, prior tantum quasi praelusionis causa praemittitur, in altera demum dicitur id quod auctori cordi est. Deinde crebro accidit, ut sententia a particula causali incipiens non ad proxime antecedentem, sed ad alteram illi vicinam referenda sit. Postremo reputandum est neminem profecto magis quam Aristotelem constructionibus liberioribus et brachylogiae deditum fuisse.

(Continuabitur).

---

1) *ἔτι ἐν* recte Papageorgius.

2) De domicilio nunc loquor, non de dominio locorum.

3) Aristot. *Ἀθ. πολ.* frg. 5 Thalheim (lex. Patm. p. 152 Sakkel.; schol. Plat. Axioch. p. 371, d).

PROPERTIANA.

SCRIPSIT

I. I. HARTMAN.

(Continuantur e pag. 111).

LIBER III.

Elegia 1.

Coniunxerunt hanc elegiam cum sequente (Orphea... stat sine morte decus) Muretus et Scaliger. In codicibus duae sunt, quarum secunda a versu „carminis interea" incipit in O. Haud dubie utriusque partis simile atque cognatum est argumentum. Non tamen inde apparet unum hic facere voluisse carmen poetam, non duo. Quid quod mihi quidem adeo est persuasum prioris elegiae ab initio hanc fuisse clausulam

carminis interea nostri redeamus in orbem,
gaudeat ut solito tacta puella sono

ut, tamquam si res gravis ageretur, iusto illud lubeat demonstrare argumento. Certe mihi iustum argumentum videtur.

Igitur omnium aetatum omniumque populorum poetae non solum certos sibi habent flosculos, sed etiam eos certo loco ponere solent, certisque vinculis coniungere cum iis quae praecedunt, certa denique in promptu habere artificia quibus a locis illis communibus ad sequentia paretur transitus et praesertim ad ipsam longioris loci conclusionem. Sic, ut exemplo utar, quod in manibus est, saepe futurum aliquid vaticinantur vel se facturos minantur, sed his minis atque his vaticiniis missis subito ad rem de qua cum maxime agitur redeunt, idque haud raro iocularem in modum. Iuvat eius rei

duo exempla e Catullo afferre, eaque et ipsa ad risum movendum satis apta.

Carmine 14 iratum se dulcissimo amico Calvo simulat poeta, qui sibi fasciculum ineptissimorum et ab ineptissimis compositorum poetis miserit carminum. Ergo ei haec minatur:

> non, non hoc tibi, salse, sic abibit:
> nam, si luxerit, ad librariorum
> curram scrinia, Caesios, Aquinos,
> Suffenum, omnia colligam venena,
> ac te his suppliciis remunerabor.

Sed ad rem redit et epistolium suum sic concludit:

> vos hinc *interea* (valete) abite
> illuc, unde malum pedem intulistis,
> saecli incommoda, pessimi poetae.

Carmine 36 poeta narrat Lesbiam vovisse se, si secum in gratiam rediisset poeta amator, utpote qui iam desiisset truces in se vibrare iambos, in ignem iniecturam pessimum aliquem hostiae instar electum poetam. Vehementer illud votum laudat probatque poeta ipsamque Venerem hoc precatur:

> acceptum face redditumque votum,
> si non illepidum neque invenustumst.

Sed a poeta illo ignoto, certe nondum nominato, se convertit ad notissimum illum a quo initium fecit ipse, et sic facetissimum carmen facetissime ita concludit:

> at vos interea venite in ignem,
> pleni ruris et inficetiarum
> annales Volusi, cacata charta.

Nonne similiter nostro loco Propertius primum se quocumque tandem carminum genere immortalem fore vaticinatur, sed isto *interea* futura missa facit et de iis solis quae iam instant cogitare denuo incipit?

1 Callimachi manes et Coi sacra Philetae

varie haec emendare studuerunt viri docti, omnium venustissime Fonteinius:

> C. m. et consors umbra Philetae

sed quod proposuit Baehrensius *fata* pro *sacra* id strenuum invenit patronum Enkium, cuius utique consulendae sunt duae doctissimae et sagacissimae disputationes in Mnemosyne anno-

PROPERTIANA.

SCRIPSIT

I. I. HARTMAN.

(Continuantur e pag. 111).

LIBER III.

Elegia 1.

Coniunxerunt hanc elegiam cum sequente (Orphea... stat sine morte decus) Muretus et Scaliger. In codicibus duae sunt, quarum secunda a versu „carminis interea" incipit in O. Haud dubie utriusque partis simile atque cognatum est argumentum. Non tamen inde apparet unum hic facere voluisse carmen poetam, non duo. Quid quod mihi quidem adeo est persuasum prioris elegiae ab initio hanc fuisse clausulam

carminis interea nostri redeamus in orbem,
gaudeat ut solito tacta puella sono

ut, tamquam si res gravis ageretur, iusto illud lubeat demonstrare argumento. Certe mihi iustum argumentum videtur.

Igitur omnium aetatum omniumque populorum poetae non solum certos sibi habent flosculos, sed etiam eos certo loco ponere solent, certisque vinculis coniungere cum iis quae praecedunt, certa denique in promptu habere artificia quibus a locis illis communibus ad sequentia paretur transitus et praesertim ad ipsam longioris loci conclusionem. Sic, ut exemplo utar, quod in manibus est, saepe futurum aliquid vaticinantur vel se facturos minantur, sed his minis atque his vaticiniis missis subito ad rem de qua cum maxime agitur redeunt, idque haud raro iocularem in modum. Iuvat eius rei

duo exempla e Catullo afferre, eaque et ipsa ad risum movendum satis apta.

Carmine 14 iratum se dulcissimo amico Calvo simulat poeta, qui sibi fasciculum ineptissimorum et ab ineptissimis compositorum poetis miserit carminum. Ergo ei haec minatur:

> non, non hoc tibi, salse, sic abibit:
> nam, si luxerit, ad librariorum
> curram scrinia, Caesios, Aquinos,
> Suffenum, omnia colligam venena,
> ac te his suppliciis remunerabor.

Sed ad rem redit et epistolium suum sic concludit:

> vos hinc *interea* (valete) abite
> illuc, unde malum pedem intulistis,
> saecli incommoda, pessimi poetae.

Carmine 36 poeta narrat Lesbiam vovisse se, si secum in gratiam rediisset poeta amator, utpote qui iam desiisset truces in se vibrare iambos, in ignem iniecturam pessimum aliquem hostiae instar electum poetam. Vehementer illud votum laudat probatque poeta ipsamque Venerem hoc precatur:

> acceptum face redditumque votum,
> si non illepidum neque invenustumst.

Sed a poeta illo ignoto, certe nondum nominato, se convertit ad notissimum illum a quo initium fecit ipse, et sic facetissimum carmen facetissime ita concludit:

> at vos interea venite in ignem,
> pleni ruris et inficetiarum
> annales Volusi, cacata charta.

Nonne similiter nostro loco Propertius primum se quocumque tandem carminum genere immortalem fore vaticinatur, sed isto *interea* futura missa facit et de iis solis quae iam instant cogitare denuo incipit?

1 Callimachi manes et Coi sacra Philetae

varie haec emendare studuerunt viri docti, omnium venustissime Fonteinius:

> C. m. et consors umbra Philetae

sed quod proposuit Baehrensius *fata* pro *sacra* id strenuum invenit patronum Enkium, cuius utique consulendae sunt duae doctissimae et sagacissimae disputationes in Mnemosyne anno-

rum 1914 et 1916. Ego tamen quominus illam probem lectionem obstat istud *Coi*, quod quam languide addatur vereor ut satis observetur. Si quis enim nihil aliud dicere vult quam hoc „o Callimache et Phileta", non enim video quid nobis praeter illud praebeat lectio „Callimachi manes et fata (= manes) Philetae", quid ponderis inest in adiectivo alterius notante patriam? Recordamur omnes lepidissimam et arte limatam Cyri ad duces allocutionem in Xenophontis Anabasi sic incipientem: *ἀπολελοίπασιν ἡμᾶς Ξενίας καὶ Πασίων.* Quid si ibi *ἀπολελοίπασιν ἡμᾶς Ξενίας καὶ Πασίων ὁ Μεγαρεύς* legeretur? Nonne inciderentur omnes orationis nervi? Quanto ergo venustior Fonteinii coniectura:

Callimachi manes et consors umbra Philetae

in qua manum agnoscis poetae lacerum mutilumque poetam sanantis. Neque est ea tam audax quam primo aspectu videtur. Idem enim huic versui evenisse quod 27° suspicor, ubi codex N. nihil habet nisi hoc:

Idaeum Simoenta Iovis

versum codices O ita suppleverunt ut immanis hic nasceretur in re mythologica error:

Idaeum Simoenta Iovis cunabula parvi

(confunditur enim Ida mons Troadis cum monte Cretensi). Sic nostri versus in communi codicum fonte nihil supererat nisi „Callimachi manes". Eiusmodi autem lacunas is bene suppleverit qui id restituerit quod maxime bono poeta dignum fuerit. Non ergo minore iure ego mihi Fonteinianum coniecturam

Callimachi manes et consors umbra Philetae

probare videor quam (ut hunc solum nominem) Baehrensius vs. 27 Gustavi Wolffii recepit lectionem

Idaeum Simoenta Iovis cum prole Scamandro.

In locis graviter corruptis raro ad probabilitatem palaeographicam res redit.

4 Itala per Graios oppida ferre choros

Sic Fonteinius. Valckenaerius vero:

Graia per Italicos orgia ferre choros.

In utraque lectione suspectum *ferre*, in illa etiam *per* non suo loco positum.

9 sq. quo me fama levat terra sublimis et a me
nata coronatis Musa triumphat equis.

Pentametri primum vocabulum *mota* fecit Richardsius (Class. Rev. XIII p. 16). Recte u. o. Quo enim, obsecro, iure ullus poeta umquam a se *natam* Musam dixit? In „deterioribus" est *nota*.

21 sq. Lenissima Marklandi coniectura *ut mihi... reddat* pro *at mihi... reddet* magnum vitatur incommodum.

(II, 1) Orphea detinuisse feras et concita dicunt
flumina Threicia sustinuisse lyra.

Nostris auribus ingrata haec, sed sententiae multo aptius *detinuisse* quam quod proposuit Ayrmannus *delenisse*.

3 Saxa Cithaeronis Thebas agitata per artem e. q. s.

Iure v. d. in Misc. Obs. *Phoebeam* legendo pro *Thebas* ne „per artem" sensu careret cavit.

11 sq. Nec mea Phaeacas aequant pomaria silvas
nec operosa rigat Marcius antra liquor.

A scopo hic plane aberrasse videtur magnus ille Schraderus *arva* pro *antra* legendo. Quid enim *operosa* arva hic sibi volunt? Sed luxum illum antrorum aliorumque ornamentorum per quae aqua duceretur novimus omnes.

13 sq. at Musae comites et carmina cara legenti
nec defessa choris Calliopea meis.

Gratia Baehrensio qui *nec* pro *et* restituendo e magnis legentes extraxerit molestiis.

Venustissima est Fonteinii et Santenii lectio

22 annorum aut ipso pondere victa ruent

Venustior tamen Eldikii illa

annorum aut tacito pondere victa ruent.

ELEGIA 3.

5 parvaque tam magnis admoram fontibus ora

Pro *parva* L. Muellerus proposuit *pronaque*, eleganter, ut vere metuo; totus enim contextus eiusmodi est ut *parvus* poeta et *ingens* argumentum inter se opponantur. Quapropter *tam* praetulerim Guyeti et Heinsii coniecturae *iam*.

7 et cecinit Curios fratres et Horatia pila
regiaque Aemilia vecta tropaea rate

victricesque moras Fabii pugnamque sinistram
Cannensem et versos ad pia vota deos
Hannibalemque Lares Romana sede fugantes,
anseris et tutum voce fuisse Iovem.

Magna res hic agi videtur, ita etiamnunc certant grammatici utrum cum „melioribus codicibus" *cecinit* sit legendum an cum „Italis" *cecini*. Equidem eodem utrumque redire putaverim. Nam verum sit hic Ennii Annalium brevem fere dari conspectum, nonne eadem fere *se* cecinisse narrare hic potuit Propertius quippe qui ora admorit fontibus unde ante biberit idem ille Ennius? Tum graviter indignantur viri docti quod versu 8

regiaque Aemilia vecta tropaea rate

tamquam res ab Ennio tractata Aemilii Pauli commemoretur triumphus qui anno post Ennii mortem evenerit. Hoc equidem in quovis poeta aequi bonique consulendum censeo, magis indigner quod hunc versum nonnulli viri docti referant ad rem multo minus notam quae a. 219 evenit. Ne cogitari quidem potest homo tam invenustus qui in eiusmodi conspectu quidquam ponat quod non cuivis mortalium sit quam notissimum. Sed heus tu! Serione credis ista omnia a Propertio addita? Relege ergo sex illos versus „et cecinit-fuisse Iovem". Nonne stridulam audis magistelli vocem invitissimis nobis suam obtrudenti doctrinam? Nonne sentis talia qualia sunt haec: „iam admoram... cum Phoebus" quam minimo esse separanda inter se spatio? Velocitate ibi ardentis iuvenis opus est, non loquacis senis odio.

13 Cum me Castalia speculans ex arbore Phoebus

Ecquid *speculatus ab arbore*? Risum enim hic movet Apollo tamquam avis arbori insidens.

Notetur licentia poetica in hisce:

28 pendebantque cavis tympana pumicibus

non enim *pumicis* sed *tympani* solitum est adiectivum *cavus* epitheton.

31 et Veneris dominae volucres, mea turba, Columbae

Lachmannus quid suo *sua turba* velit diudicent οἱ νεκυομάντεις.

Utique recipienda praeclara Scaligeri emendatio

33 et diversa novem sortitae iura puellae

„Noli Musa, ait, bellica canere et alia"

45 barbarus aut saevo perfusus sanguine Rhenus
saucia maerenti corpora vectet aqua.

Sic est in codicibus „melioribus", at Itali pro inepto isto *saeva* praebent quod unice verum est *Suevo*. Iuvat hac occasione oblata paucis exemplis, sed e Propertio prolatis omnibus demonstrare quantum illis Italis iam debeamus et quantum auctoritatis eos apud nos habere aequum sit. Habemus ergo hic illud *Suevo* at IV, 1, 33 sic ratio redditur qui iam Romulus triumphum reportare potuerit:

quippe suburbanae parva minus urbe violae.

Pro absurdo isto *violae* Itali ipsam poetae manum restituerunt *Bovillae* legendo. Haec enim est sententia: cum urbs etiam tum parva erat, minus suburbanae erant *Bovillae*, ita ut expeditionem eo facere minime esset ridiculum.

IV, 2, 31 Omnes deorum dearumque formas capere se posse et aliis affirmat versibus Vertumnus et hoc:

cinge caput mitra speciem furabor Achaei.

Praeclare Itali *Iacchi* pro *Achaei*. Pentameter, ne dubites, est:

furabor Phoebi si mihi plectra dabis.

IV, 4, 75 Palilia sic describuntur:

annua pastorum convivia, lusus in urbe,
cum pagana madent fercula deliciis
cumque super raros foeni flammantis acervos
traiicit immundos ebria turba dapes.

Pro ultimo vocabulo Itali dederunt *pedes*. Qui nisi fuissent, quantae etiamnunc molis esset illud *dapes* e textu removere! Videre mihi videor longas annotationes et aliarum rerum plenas et substantivorum, quae semper et ubique cum femini essent generis semel tamen adiectiva masculina sibi haberent adiuncta. I nunc et lectionem aliquam hoc solo sperne argumento quod ab Italis sit prolata! Quod et alibi factum est et versu illo Lucretiano, saepe iam a me allato:

non, ut opinor, enim dat quod promittit abundae

ubi operae pretium est cognoscere recentiores commentarios, quorum hoc consilium ut contra veram „Italorum" lectionem *abunde* insanum illud defendatur *et unde*, quod est in melioribus scilicet codicibus.

Elegia 4.

3 Magna, viri, merces, parat ultima terra triumphos.

Quosnam *viros* hic alloquatur poeta nemo mortalium dixerit, neque ullum habet vox quae est *merces* sensum, nisi aliquis addatur genitivus. Lege ergo cum Heinsio *Viae*, sic demum quae sequuntur recte erunt annexa. Quousque tandem nobis erit expectandum donec editiones habebimus, quae tam certas emendationes in textum recipiant? Nam in annotatione tantum critica eas commemorare eius est qui dubitet etiam, idque ego perversius etiam esse censeo quam omnino numquam a codicibus recedere velle.

4 Tigris et Euphrates sub *tua* iura fluent.

Sic codices; temere Baehrensius *nova*, multo melius Brouckhusius *sua* (fere = *debita*). Sed superat omnes Housmani *Thybris* (in vocativo).... *fluet*. Cogita enim de notissimo Propertii loco

gaude, Crasse, nigras si quid sapis inter arenas:
ire per Euphraten ad tua busta licet

et simplex illud et grave *Euphraten* compara cum languido hoc *Tigris et Euphrates*. Quod praeterea Paley proponit *ut*... *fluat*, plane inutile videtur.

5 *Seres et* Ausoniis veniet provincia virgis

Praeclare sic Ianus Gulielmius pro *sera sed*. Praeterea observa quam apte illud *Ausoniis* excipiat vocem quae est *Thybris* in versu praecedenti.

6 assuescent (vel: adsuescent) Latio Partha tropaea Iovi.

Unice verum Fonteinii *accedent*. Nam Slothouweri *adsurgent* parum intelligo. Baehrensii vero *adcrescent* ridiculum videtur. Non enim de homine in monstrum aliquod converso hic agitur.

7 sq. Ite agite, expertae bello date lintea prorae,
et solitum armigeri ducite munus equi

Equidem *armigeri munus equi* legens non possum non cogitare de *equo Troiano* idemque Burmannis evenisse arbitror quorum senior pro *ducite* legit *discite*, iunior *sumite* proposuit. Sic etiam in *solitum* haeremus. Baehrensii: „et solitum Armigeri ducite munus equos" languere videtur.

11 sqq. Mars pater et sacrae fatalia lumina Vestae,
ante meos obitus sit, precor, illa dies,
qua videam spoliis oneratos Caesaris axes,
ad vulgi plausus saepe resistere equos.

Non tulit, et iure non tulit, ingratam structuram et subito illatum infinitivum *resistere* Muretus et vs. 13 *onerato Caesaris axe* legit. Turbata etiam sequentia:

15 inque sinu carae nixus spectare puellae
incipiam et titulis oppida capta legam
17 tela fugacis equi et braccati militis arcus
et subter captos arma sedere duces

inter se his transpositis distichis locum non persanavit Keilius. Quorsum enim istud *sedere* pertinet? Et quid Baehrensii coniectura *captivos subterque* proficimus? Sterkii *victos* pro *nixus* (v. 15) probandum videtur.

Quae post vs. 22 sequuntur ea contra codices coniunxerunt Scaliger et Muretus, ut una fiat elegia „Arma deus Caesar...." „Crassi..... referte domum". Vanitas vanitatum! Quae enim ullius elegiae aptior clausula vel excogitari potest quam ipsum illud: „me sat erit sacra plaudere posse via"! Et quam inepte post illam sic eadem elegia pergitur: „pacis Amor deus est"! Probat tamen illam coniunctionem Baehrensius hoc argumento „quod in tota huius elegiae dispositione poetae nostro obversatam esse puto primam Tibulli elegiam". En qualem sibi posteriores viri docti finxerint poetae mentem et consilium! Nonne potuit Propertius scribere:

praeda sit haec illis quorum meruere labores

nisi Tibulliani versus

hoc mihi contingat, sit dives e. q. s.

memor? Vel

exitus hic vitae superet mihi: vos, quibus arma
grata magis, Crassi signa referte domum

nisi disticho Tibulliano

ferte et opes, ego composito securus acervo
despiciam dites despiciamque famem

in memoriam sibi revocato? Quae ista vita, non hominum sed instrumentorum! Tamen hae, ut ipse declarat Baehrensius, prae ceteris similitudines eum ad hoc paradoxon impulerunt.

Et omnino eiusmodi annotationibus nunc plerumque onerantur doctae editiones!

ELEGIA 5.

1 Pacis Amor deus est, pacem veneramur amantes,
stant mihi cum domina praelia dura mea.

Sic codices, haud male, ut equidem opinor. Certe connexus sententiarum satis est perspicuus et minime absurdus: „Ceteri omnes amantes veneramur pacem, ego miser unus excipior, qui semper praelia geram cum amica mea". At Livineius pro *stant* coniecit *sat*, idque adeo unice verum esse Baehrensio est persuasum ut tamquam fontem vitiosi scilicet illius *stant* indicet 3, 44, ubi Calliope sic poetam admonet:

nil tibi sit rauco....

. . . .

aut quibus in campis Mariano *praelia* signo
stent e. q. s.

Miram et vix credibilem librarii perversitatem, qui tam diverso loco in errorem inductus *sat* (in quo, per se spectato, suspecti nihil erat) mutaverit in *stant*, cui, Baehrensio iudice, nulla hic apta sedes.

Sequitur:

nec tamen inviso pectus mihi carpitur auro,
nec bibit e gemma divite nostra sitis

et multa alia in hanc sententiam (usque ad vs. 18): „neque dives sum neque esse cupio". Nullum hic a praecedentibus (sive vs. 2 *stant* legimus, sive eam a codicibus traditam vocem quocumque tandem modo mutamus) video transitum, et quaerere destiti. Ipse, ut opinor, poeta, parum hic logicam curavit artem, neque sanatur hoc vitium sollicitando vocabulo *tamen*. Multo iam sunt aptiora haec: „at alii neque maris neque belli reformidant pericula". Hic ego miror eos qui ex elegiis 4 et 5 unam fecerint, non simul cum ea iunxisse septimam, quae legentibus Paetum ponit ante oculos tamquam insigne exemplum insani hominis, qui divitiarum amore naufragii adierit pericula. Cetera satis apte decurrunt, vitiaque quae insunt probabiliter iam sunt sublata. Prae ceteris equidem laudarem Baehrensii coniecturam versum 18 sic restituentis:

optima mors carpta quae venit apta die,

nisi dubitarem primum de latinitate. Nam putidum quidem videri possit quod dicam, reticere tamen neque possum neque volo, tam grave mihi videtur. „Mors quae carpta venit die" significat mortem quae venit postquam *ipsa* diem carpsit, non eam quae venit postquam aliquis homo diem carpsit. Tum totum illud *diem carpere* admodum rarum est, fortasse nusquam invenitur nisi noto illo versu Horatiano. Postremo vel sic haeremus in voce quae est *apta*, pro qua multo rectius N. habet *acta.*

Sed de versu 21 ipse habeo quod proferam in medium. Totum distichon huiuscemodi est:

me iuvat et multo mentem vincire Lyaeo,
et caput in verna semper habere rosa.

Sed quis umquam audivit a Baccho vel mentem vel linguam cuiusquam *vinciri*? Solvere potius illius dei est, cuius Graecum nomen Λυαῖος non hercle ignotum fuit poetis latinis. Sensit hoc Fonteinius ideoque *fulcire* reposuit. Sed ne hoc quidem huic loco aptum. Quid si *suffire* legamus, sive *odore* aliquo *implere* illud est, sive *calefacere.* Vox parum usitata facile ab imperito librario in aliam quamvis corrumpi potuit.

Elegia 6.

Suavissima haec elegia, qua poeta, gaudii plenus propter laeta multa sibi modo a Lygdamo servo de Cynthia narrata, illum iubet eadem repetere, sed ita ut rogando illa omnia repetat ipse. Fingiturque Lygdamus tacitus solo capitis nutu affirmans.

Versus 3 sq. post 8 ponendo ultro ordinem perturbare mihi quidem Housmanus videtur. Quid enim post

incipe: suspensis auribus incipiam

aptius infertur quam illud „sicine" quo poeta rogando repetendi facit initium? Quid ineptius quam „num me laetitia-velle putas" quod ab 1 sq. ne divelli quidem potest? Suringarius vss. 12 et 14 inter se locum mutare iubens fortasse structuram paulo reddidit expeditiorem, sed ne illam quidem transpositionem necessariam dixerim.

6 Pro *timens* Itali *metu* praebent, quo totum distichon eam qua opus est obtinet sententiam:

omnia enim debet sine vano nuntius esse,
maioremque meo servus habere fidem.

At istud *timens* tantum non sensu caret.

21 sq. ille potest nullo miseram me linquere facto
aequalem (O) nulla (O) dicere habere domo
et qualem (N) nullo (N)

pentametrum sic refinxit Palmerius:

et qualem nolo dicere habere domi

qua emendatione nullam Propertio adhibitam esse, quae maiore sit admiratione digna, perhibet Housmanus, fortasse non iniuria.

De rivale sua sic conquestam Cynthiam Lygdamus refert:

25 non me moribus illa, sed herbis improba vicit.

Annotat Burmannus: „Artificioso numero singultantis puellae affectus exprimit”. Non minus pulchre in simili causa idem fit IV, 7, 41:

et graviora rependit iniquis pensa quasillis.

27 sq. illum turgentis ranae portenta rubetae... trahunt.

Delectet alios ista *rana rubeta*, mihi indignationem movet, quod prae illa spernitur praeclara Heinsii emendatio:

illum turgentis sanie prosecta rubetae.

31 si non vana canunt mea somnia.

Minime spernenda videtur lectio codicis D. *cadunt* pro *canunt*, quod vereor ut somniis aptum sit.

39 sq. me quoque consimili impositum torquerier igne
iurabo, bis sex integer ecce dies.

Poetae manum restituisse Palmerius videtur *torrerier* legendo pro languido *torquerier*. In pentametro Baehrensius pro *esse* dedit *ecce*. Quanto melius Housmanus *ipse*!

42 sq. ... per me, Lygdame, liber eris.

Illud *per me* criticus Graecus explicat *mea opera*. Iure, ut opinor.

Elegia 7.

Nullum fere huiusce elegiae versum non suo moverunt loco viri critici. Quae res me quidem admonet ut cautos nos esse oportere censeam, identidem rogitantes, ecquid fortasse ipse Propertius non suo posuerit loco omnia, sed suis cogitationibus ductus praecepti „ut iam nunc dicat iam nunc debentia dici”

immemor, ea quae differenda fuerant iusto maturius in chartam coniecerit. Nam Housmanus certe suis transpositionibus quas enumerare longum est, totam elegiam planam reddidit perspicuamque: quid vero si paulo obscuriorem et turbatiorem eam ipse poeta esse voluit? Baehrensius vero quod ad Huschkii disputationem provocat (p. 101) parum me movet. Nolim enim credere totam elegiam nostram verbum de verbo ex aliquo exemplo Graeco esse expressam. Denique nihil hic molior praeterquam quod Fischerum secutus versus

51 huic fluctus vivo radicitus abstulit ungues
et 53 hunc parvo ferri vidit nox improba ligno

locum inter se mutare iussi, quae sane est lenissima transpositio et Scaligeri utor emendatione vs. 25—28

reddite corpus humo, positumque in margine ripae
Paetum sponte tua, mollis arena, tegas,
et quotiens Paeti transibit nauta sepulcrum,
dicat „et audaci tu timor esse potes"

ponentis post versum 70, quo eos tantum non vocat trahitque statim sequens elegiae clausula:

at tu, saeve Aquilo, numquam mea vela videbis:
ante fores dominae condar oportet iners.

Semel hac elegia deprehenditur vitium illud commune omnibus poetarum scriptorumque codicibus; versibus enim 21 sq., de quibus asseverare nihil possumus nisi Argynnum ibi Agamemnonis amasium commemorari, cetera sunt obscurissima, annotavit ludimagister ea quae in distichi formam conversa irrepserunt in textum:

hoc iuvene amisso classem non solvit Atrides,
pro qua mactata est Iphigenia mora.

Sed fortasse multo frequentius se iste morbus quam suspicantur viri docti offert Propertium legentibus. Mihi certe veri videtur similius hic illic additamento aliquo Propertii elegias esse inquinatas, quam toties tam absurde ordinem versuum esse perturbatum.

De Baehrensio hoc unum etiam observare velim. In errorem inductus vir sagacissimus ille mihi videtur de vs. 51

hunc parvo ferri vidit nox improba ligno

(Nam Fischeri transpositionem hic Baehrensius sequitur).

Putat enim significari tabulam aliquam cui se Paetus alligaverit. Sed quis non videt toto hoc loco 51—54

hunc parvo ferri vidit nox improba ligno
et miser invitam traxit hiatus aquam,
huic fluctus vivo radicitus abstulit ungues.
Paetus ut occideret tot coiere mala

enumerari causas quibus factum sit ut *navis* Paeti frangeretur et fluctibus mergeretur ipse?

Vs. 17. Certa mihi videtur Schraderi emendatio: „Paete quid aetatem *memoras*" pro absurdo isto *numeras*.

Vs. 29 ite rates curvae et leti texite causas.

Sic O, versum explet Fischerus *praetexite* legendo. Sed quam ineptum est ipsam navigationem non ab hominibus inventam dicere sed ab ipsis navibus! Quanto rectius simulque modulatius *curvas* pro *curvae* Passeratius, ut *et* habeat vim epexegeticam.

Vss. 32 et 35 egregie vocabula quae sunt *fortuna* et *natura* locum inter se mutare iussit Brouckhusius. Praeterea cum Italis *insidias* legendum pro *insidians* et *ponto* cum Fonteinio pro *pontum*.

40 (Saxa triumphales fregere Capharea puppes)
naufraga cum vasto Graecia tracta salo est.

Istud *tracta* me iudice ferri nequit; praetulerim Burmannianum *rapta* Heinsiano *strata*.

41 paulatim socium iacturam flevit Ulixes.

Tolerandum censeo primum versus vocabulum, cum praesertim quod pro eo saepe ponitur *palantum* non minus a veritate Homerica recedat.

„Mihi si morem gessisset Paetus" (poeta ait) viveret
45 pauper at in terra nil nisi (al. ubi) flere potest.

Quod reposuit Iacobsius: „pauper at in terra nil ubi flare potest" absurdum quidem est, si rem physice consideras; tamen ego hanc poetae negligentiam aequi bonique consulo et ne eo quidem confugiam ut „flare" substantive positum fingam. Hoc enim e Iacobsii coniectura cogitat poeta: numquam navigando semet Paetus locupletasset, sed ét maris emolumentis caruisset ét (quod multo pluris est) malis periculisque". Id autem parum accurate enuntiavit sed ita ut vel ipse Orbi-

lius dissimulare vitium possit. An prorsus omni culpa vacat versus paenultimus

„at tu, saeve Aquilo, numquam mea vela videbis?"

Nonne enim et *eius vela videt* Aquilo, qui in praedioli sui lacu se velificando oblectat? Vel olim vidit eius qui (IV, 9, 6)

nauta per urbanas velificabat aquas?

Talia in carmine severa examinare trutina, hic revera est ille „intellectualismus" saepe reprehensus.

Ante versum 49

sed Thyio thalamo aut Oricia terebintho

haud dubium est quin exciderit aliquid: caremus enim verbo. Sed ipse cogitationis decursus integer est.

Qui potuit Baehrensius legere velle

52 et miseri multam traxit hiatus aquam

simulque probare Fischeri transpositionem illam, qua totus locus longe diverso sensu accipitur?

57 di maris Aegaei quos sunt penes aequora venti.

Fortasse non necessarium hic cum I. H. Vossio *et* inserere ante *quos*.

60 attulimus longas in freta vestra manus.

Pro *longas* requiritur *castas*, *puras*, *sanctas* vel aliud adiectivum in eandem sententiam. Quod placet Housmano *nocuas*, ut tota sententia interrogativa fiat non satis videtur perspicuum.

63 at saltem Italiae regionibus advehat Eurus.

Sic Itali, recte, ut semper fere, non *evehat*, quod iure damnat Burmannus (M. O. II 112).

72 Ante fores dominae condar oportet iners.

Secundum Graecum criticum *condar* hic *moriar* est. Certe hic sensus requiritur, sed exemplum mihi non est in promptu.

Versu 25 legatur cum Marklando: *positumque in margine ripae*. An *ripa* pro *litore maris* dici non potest?

26 cur hic *vilis* dicatur harena non video. Quanto aptius Marklandi *mollis*!

Elegia 8.

Ex hac quoque elegia elui potest lacunae macula, qua saepe dehonestatur. Si enim versu 24 (volo)

Sive meas lacrimas, sive videre tuas

eum [illegible] quae sunt [illegible] et [illegible] inter
se [illegible]:

tecta superciliis si quando verba remittis

et deinde aliae afferuntur res, quae saepe lacrimas [illegible]
[illegible].

vs. 3 cum furibunda mero mensam propellis.

Non credo [illegible] *furibunda mero* huius esse loci: de *irata* enim, non de *ebria* Cynthia audire plura cupimus. Pro verbo quod est *propellis* aliud exspecto quocum ablativus *mero* tamquam ablativus *instrumenti* iungi possit („mero perfundis”, vel eiusmodi aliquid).

12 quae mulier rabida iactat convicia lingua.

Scaligeri est *rabida*. nam inepte traditur *gravida*. Non tamen inutilis ille error. videmus enim quomodo natus sit: oscitans librarius in aure habebat etiam vs. 10: „nam sine amore *gravi* femina nulla dolet”.

13 Fonteinium hic sequor sic legentem:

custodem gregibus seu se non stipat euntem

et deinde: sed sequitur medias, Maenas ut icta, vias.

Nec tamen vel sic ista inter se opposita probo.

19 non est certa fides quam non iniuria versat.

Sic vulgo editur. At codex N. habet non *iniuria* verum *iniurgia*. Ergo Vahlenus sic versum restituit

non est certa fides quam non in iurgia vertas

et ita nos posthac legere iubet Housmanus. Nunc quoque dubito etiam.

At gravior est dubitatio de versibus 29—32.

Inde ab initio hoc fere docet elegia: amatorem quo maioribus conflictetur molestiis, litibus, aerumnis, eo ardentiorem ideoque feliciorem eum esse in amore

militat omnis amans et habet sua castra Cupido

huc et Propertii redit philosophia quam nunc diserto illustrat exemplo:

dulcior ignis erat Paridi, quum Graia per arma
  Tyndaridi poterat gaudia ferre suae.
dum vincunt Danai, dum restat barbarus Hector,
  ille Helenae in gremio maxima bella gerit.

Rectissime Fruterius *Graia* reposuit pro *grata*, neque iniuria

Fonteinius in adiectivo *barbarus* haesit ut languidissimo atque adeo prorsus hinc alieno, sed eius coniectura *fervidus* parum proficimus, ut neque ea quam ante illum proposuerat Heinsius *Dardanus*. Graviori totus locus laborat vitio. Quis enim non videt tum demum iure eum suam obtinere sedem, si *duo* hic inter se opponuntur rerum status, alter cum in minore versabantur periculo Troiani, alter cum gravissimo premebantur bello? Quod sic obtinebimus, si pro *dulcior* (vs. 29) legemus *lentior* aliudve comparativum in eam sententiam et „Graia per arma-poterat" eo accipiemus sensu quo dicitur *per me licet*, tum versum 31 (ut simul istud *barbarus* corrigatur) sic fere refingemus

dum vincunt Danai nec restat barbarus hosti.

ELEGIA 9.

Invitatus, vel invitatum se simulans, ut amatorio genere misso se ad historiam patriam atque adeo ad fabulosam hominum aetatem canendam convertat, Maecenati respondet poeta tum se id facturum cum ipse tale mutati consilii dederit exemplum. Hoc elegiae argumentum, exile sane pro tanto carminis ambitu (sunt enim 60 versus) sed tamen argumentum, obtinebimus, si cum Lachmanno distichon quod nobis tamquam ultimum est traditum:

hoc mihi, Maecenas, laudis concedis et a te est
quod ferar in partes ipse fuisse tuas

transposuerimus ita ut versu 47 sic pergatur:

te duce vel Iovis arma canam

(aliaque vel fabulosa vel historica, sed quae utraque Virgilium aliquem requirant) vocabulaque quae sunt *te duce* cum critico Graeco in hunc sensum „si tu mihi exemplum dederis" acceperimus.

Esto, patronum suum Propertius leniter deridet et hoc est totius elegiae propositum. Sic certe evadere elegiam minime illepidam haud infitior, neque quod ex ea extraham argumentum, Lachmanni illa transpositione repudiata, video. Non tamen dissimulo nunc ultimum distichon

mollia tu coeptae fautor cape lora iuventae
dexteraque inmissis da mihi signa rotis

gravitatem habere ex animi sententia loquentis non derisionem iocantis. De tota ergo elegia incertus haereo.

5 sq. turpe est quod nequeas capiti committere pondus
et pressum inflexo mox dare terga genu.

Fortasse aequi bonique consulendum simplex istud *nequeas* non addita *perferendi* notione. Sed pentameter inepte balbutientis est et quocumque tandem modo versus conflantis. Neque omni labe caret qui sequitur:

omnia non pariter rerum sunt omnibus apta
palma nec ex aequo ducitur una iugo.

Observa enim quam ingrate post:

4 non sunt *apta* meae grandia vela rati

brevi intervallo inferatur

7 omnia non pariter rerum sunt omnibus *apta*

et quam sit inanis ista verbositas *omnia rerum* scribentis pro *omnes res*. Sed nunc quoque pentametrum considera:

palma nec ex aequo ducitur una iugo

nonne eiusdem videtur qui priorem illum

et pressum inflexo mox dare terga genu

e bene notis vocabulis tam male consarcinavit? Parum enim refert utrum cum O *flamma* vel cum G *palma* legas an Lipsii praeferas coniecturam *fama*.

Denique exime duo disticha ista, quam lepide nunc post lepidum illud responsum negantis se facturum quod rógatus est:

non sunt apta meae grandia vela rati

exempla aliorum enumerantur responsum illud suo exemplo probantium.

12 Parrhasius parva vindicat arte locum.

Neque *propria* quod Pontanus, neque *pulchri* quod Fonteinius pro *parva* reposuerunt equidem intelligo; omnium vero minime Lachmanni illud *iocum* pro *locum*. Sed in hexametro praecedenti nonne *summum* est legendum ut

in Veneris tabula summum sibi ponit Apelles

legamus? *Summum* sc. *locum* quod in pentametro habemus:

13 argumenta magis sunt Mentoris addita formae.

Haec cur improbaverit Fonteinius non video. An *argumenta* non potest significare: historias, bella, proelia, res gestas denique?

15 Phidiacus signo se Iuppiter ornat eburno
Lachmannus coniecit:

Phidiaca ars signo te, Iuppiter, ornat eburno

admodum speciose, sed nescio quid ingrati illa habet synizesis neque placet apostrophe quae a Propertio, certe si hic cum Ovidio comparatur, vitari potius quam quaeri videtur.

16 Praxitelem propria vindicat urbe lapis.

Sententiam satis claram reddit praecedens hexameter, sed verba sunt obscura. Nec multum proficimus Broukhusii coniectura *Paria*. Housmaniano vero invento

Praxitelem propria vendit at urbe lapis

quid faciamus!

17 est quibus Eleae *concurrit* palma quadrigae.

Sic Baehrensius. Fonteinius *consurgit* quod non intelligo coniecit. Quidni *contingit* legamus?

20 naturae sequimur semina quisque suae.

Quam egregia haec Brouckhusii lectio prae vulgata *sequitur*, quam cod. N. laceram tradidit. Quam venuste sic poeta aliis missis ad semet ipsum redit! Eadem virtus et vs. 21 cognoscitur in Baehrensii coniectura:

haec tua, Maecenas, vitae praecepta recepi

pro *et*. Nam hinc incipit facetum illud responsum, quo Maecenatem leniter deridet poeta.

22 *Cogor* et exemplis te superare tuis.

Perplacet Broukhusii *conor*, tum cum codice N. legendum *tuis* pro *meis*. Nam sic demum quae de praeceptis et de exemplis dicuntur venuste opponuntur inter se.

24 et liceat medio ponere iura foro.

„Ponere *signa* medio foro" signiferi illius est de quo Livius narrat in loco de Camilli cum tribunis certamine. At praetor iura non *ponit* sed *promit*. Recte ergo Ruhnkenius *ponere* in *promere* mutavit.

25 vel tibi (sc. liceat) Medorum pugnaces ire per *hostes*.

Sic satis inepte codices. Optima emendatio est Marklandi *hastas*. Housmani „Medorum pugna rescindere postes" cui potest placere?

26 atque *onerare* tuam fixa per arma domum.

Et omnino eiusmodi annotationibus nunc plerumque onerantur doctae editiones!

Elegia 5.

1 Pacis Amor deus est, pacem veneramur amantes,
stant mihi cum domina praelia dura mea.

Sic codices, haud male, ut equidem opinor. Certe connexus sententiarum satis est perspicuus et minime absurdus: „Ceteri omnes amantes veneramur pacem, ego miser unus excipior, qui semper praelia geram cum amica mea". At Livineius pro *stant* coniecit *sat*, idque adeo unice verum esse Baehrensio est persuasum ut tamquam fontem vitiosi scilicet illius *stant* indicet 3, 44, ubi Calliope sic poetam admonet:

nil tibi sit rauco....
. . . .
aut quibus in campis Mariano *praelia* signo
stent e. q. s.

Miram, et vix credibilem librarii perversitatem, qui tam diverso loco in errorem inductus sit [illegible] in quo, per se spectato, [illegible] Baehrensio iudice, [illegible]

[illegible]

nisi dubitarem primum de latinitate. Nam putidum quidem videri possit quod dicam, reticere tamen neque possum neque volo, tam grave mihi videtur. „Mors quae carpta venit die" significat mortem quae venit postquam *ipsa* diem carpsit, non eam quae venit postquam aliquis homo diem carpsit. Tum totum illud *diem carpere* admodum rarum est, fortasse nusquam invenitur nisi noto illo versu Horatiano. Postremo vel sic haeremus in voce quae est *apta*, pro qua multo rectius N. habet *acta*.

Sed de versu 21 ipse habeo quod proferam in medium. Totum distichon huiuscemodi est:

me iuvat et multo mentem vincire Lyaeo,
et caput in verna semper habere rosa.

Sed quis umquam audivit a Baccho vel mentem vel linguam cuiusquam *vinciri*? Solvere potius illius dei est, cuius Graecum nomen Λυαῖος non hercle ignotum fuit poetis latinis. Sensit hoc Fonteinius ideoque *fulcire* reposuit. Sed ne hoc quidem huic loco aptum. Quid si *suffire* legamus, sive *odore* aliquo *implere* illud est, sive *calefacere*. Vox parum usitata facile ab imperito librario in aliam quamvis corrumpi potuit.

Elegia 6.

Suavissima haec elegia, qua poeta, gaudii plenus propter laeta multa sibi modo a Lygdamo servo de Cynthia narrata, illum iubet eadem repetere, sed ita ut rogando illa omnia repetat ipse. Fingiturque Lygdamus tacitus solo capitis nutu affirmans.

Versus 3 sq. post 8 ponendo ultro ordinem perturbare [illegible] quidem Housmanus videtur. Quid enim post

incipe: suspensis auribus incipiam

[illegible]us infertur quam illud „sicine" quo poeta [illegible] facit initium? Quid ineptius quam „num me [illegible] [illegible] 1 sq. ne divelli quidem potest? [illegible] [illegible] inter se locum mutare iubens [illegible] [illegible] expeditiorem. sed ne [illegible] [illegible] [illegible]sarium dixerim.

[illegible] *[illegible]* prae[illegible]

[illegible] sententiae

Et omnino eiusmodi annotationibus nunc plerumque onerantur doctae editiones!

ELEGIA 5.

1 Pacis Amor deus est, pacem veneramur amantes,
stant mihi cum domina praelia dura mea.

Sic codices, haud male, ut equidem opinor. Certe connexus sententiarum satis est perspicuus et minime absurdus: „Ceteri omnes amantes veneramur pacem, ego miser unus excipior, qui semper praelia geram cum amica mea". At Livineius pro *stant* coniecit *sat*, idque adeo unice verum esse Baehrensio est persuasum ut tamquam fontem vitiosi scilicet illius *stant* indicet 3, 44, ubi Calliope sic poetam admonet:

nil tibi sit rauco....

. . . .

aut quibus in campis Mariano *praelia* signo
stent e. q. s.

Miram et vix credibilem librarii perversitatem, qui tam diverso loco in errorem inductus *sat* (in quo, per se spectato, suspecti nihil erat) mutaverit in *stant*, cui, Baehrensio iudice, nulla hic apta sedes.

Sequitur:

nec tamen inviso pectus mihi carpitur auro,
nec bibit e gemma divite nostra sitis

et multa alia in hanc sententiam (usque ad vs. 18): „neque dives sum neque esse cupio". Nullum hic a praecedentibus (sive vs. 2 *stant* legimus, sive eam a codicibus traditam vocem quocumque tandem modo mutamus) video transitum, et quaerere destiti. Ipse, ut opinor, poeta, parum hic logicam curavit artem, neque sanatur hoc vitium sollicitando vocabulo *tamen*. Multo iam sunt aptiora haec: „at alii neque maris neque belli reformidant pericula". Hic ego miror eos qui ex elegiis 4 et 5 unam fecerint, non simul cum ea iunxisse septimam, quae legentibus Paetum ponit ante oculos tamquam insigne exemplum insani hominis, qui divitiarum amore naufragii adierit pericula. Cetera satis apte decurrunt, vitiaque quae insunt probabiliter iam sunt sublata. Prae ceteris equidem laudarem Baehrensii coniecturam versum 18 sic restituentis:

optima mors carpta quae venit apta die,

nisi dubitarem primum de latinitate. Nam putidum quidem videri possit quod dicam, reticere tamen neque possum neque volo, tam grave mihi videtur. „Mors quae carpta venit die" significat mortem quae venit postquam *ipsa* diem carpsit, non eam quae venit postquam aliquis homo diem carpsit. Tum totum illud *diem carpere* admodum rarum est, fortasse nusquam invenitur nisi noto illo versu Horatiano. Postremo vel sic haeremus in voce quae est *apta*, pro qua multo rectius N. habet *acta*.

Sed de versu 21 ipse habeo quod proferam in medium. Totum distichon huiuscemodi est:

me iuvat et multo mentem vincire Lyaeo,
et caput in verna semper habere rosa.

Sed quis umquam audivit a Baccho vel mentem vel linguam cuiusquam *vinciri*? Solvere potius illius dei est, cuius Graecum nomen Λυχῖος non hercle ignotum fuit poetis latinis. Sensit hoc Fonteinius ideoque *fulcire* reposuit. Sed ne hoc quidem huic loco aptum. Quid si *suffire* legamus, sive *odore* aliquo *implere* illud est, sive *calefacere*. Vox parum usitata facile ab imperito librario in aliam quamvis corrumpi potuit.

ELEGIA 6.

Suavissima haec elegia, qua poeta, gaudii plenus propter laeta multa sibi modo a Lygdamo servo de Cynthia narrata, illum iubet eadem repetere, sed ita ut rogando illa omnia repetat ipse. Fingiturque Lygdamus tacitus solo capitis nutu affirmans.

Versus 3 sq. post 8 ponendo ultro ordinem perturbare mihi quidem Housmanus videtur. Quid enim post

incipe: suspensis auribus incipiam

aptius infertur quam illud „sicine" quo poeta rogando repetendi facit initium? Quid ineptius quam „num me laetitia-velle putas" quod ab 1 sq. ne divelli quidem potest? Suringarius vss. 12 et 14 inter se locum mutare iubens fortasse structuram paulo reddidit expeditiorem, sed ne illam quidem transpositionem necessariam dixerim.

6 Pro *timens* Itali *metu* praebent, quo totum distichon eam qua opus est obtinet sententiam:

omnis enim debet sine vano nuntius esse,
maioremque metu servus habere fidem.

At istud *timens* tantum non sensu caret.

21 sq. ille potest nullo miseram me linquere facto
aequalem (O) nulla (O) dicere habere domo
et qualem (N) nullo (N)

pentametrum sic refinxit Palmerius:

et qualem nolo dicere habere domi

qua emendatione nullam Propertio adhibitam esse, quae maiore sit admiratione digna, perhibet Housmanus, fortasse non iniuria.

De rivale sua sic conquestam Cynthiam Lygdamus refert:

25 non me moribus illa, sed herbis improba vicit.

Annotat Burmannus: „Artificioso numero singultantis puellae affectus exprimit". Non minus pulchre in simili causa idem fit IV, 7, 41:

et graviora rependit iniquis pensa quasillis.

27 sq. illum turgentis ranae portenta rubetae... trahunt.

Delectet alios ista *rana rubeta*, mihi indignationem movet, quod prae illa spernitur praeclara Heinsii emendatio:

illum turgentis sanie prosecta rubetae.

31 si non vana canunt mea somnia.

Minime spernenda videtur lectio codicis D. *cadunt* pro *canunt*, quod vereor ut somniis aptum sit.

39 sq. me quoque consimili impositum torquerier igne
iurabo, bis sex integer ecce dies.

Poetae manum restituisse Palmerius videtur *torrerier* legendo pro languido *torquerier*. In pentametro Baehrensius pro *esse* dedit *ecce*. Quanto melius Housmanus *ipse*!

42 sq. ...per me, Lygdame, liber eris.

Illud *per me* criticus Graecus explicat *mea opera*. Iure, ut opinor.

Elegia 7.

Nullum fere huiusce elegiae versum non suo moverunt loco viri critici. Quae res me quidem admonet ut cautos nos esse oportere censeam, identidem rogitantes, ecquid fortasse ipse Propertius non suo posuerit loco omnia, sed suis cogitationibus ductus praecepti „ut iam nunc dicat iam nunc debentia dici"

immemor, ea quae differenda fuerant iusto maturius in chartam coniecerit. Nam Housmanus certe suis transpositionibus quas enumerare longum est, totam elegiam planam reddidit perspicuamque: quid vero si paulo obscuriorem et turbatiorem eam ipse poeta esse voluit? Baehrensius vero quod ad Huschkii disputationem provocat (p. 101) parum me movet. Nolim enim credere totam elegiam nostram verbum de verbo ex aliquo exemplo Graeco esse expressam. Denique nihil hic molior praeterquam quod Fischerum secutus versus

51 huic fluctus vivo radicitus abstulit ungues
et 53 hunc parvo ferri vidit nox improba ligno

locum inter se mutare iussi, quae sane est lenissima transpositio et Scaligeri utor emendatione vs. 25—28

reddite corpus humo, positumque in margine ripae
Paetum sponte tua, mollis arena, tegas,
et quotiens Paeti transibit nauta sepulcrum,
dicat „et audaci tu timor esse potes"

ponentis post versum 70, quo eos tantum non vocat trahitque statim sequens elegiae clausula:

at tu, saeve Aquilo, numquam mea vela videbis:
ante fores dominae condar oportet iners.

Semel hac elegia deprehenditur vitium illud commune omnibus poetarum scriptorumque codicibus; versibus enim 21 sq., de quibus asseverare nihil possumus nisi Argynnum ibi Agamemnonis amasium commemorari, cetera sunt obscurissima, annotavit ludimagister ea quae in distichi formam conversa irrepserunt in textum:

hoc iuvene amisso classem non solvit Atrides,
pro qua mactata est Iphigenia mora.

Sed fortasse multo frequentius se iste morbus quam suspicantur viri docti offert Propertium legentibus. Mihi certe veri videtur similius hic illic additamento aliquo Propertii elegias esse inquinatas, quam toties tam absurde ordinem versuum esse perturbatum.

De Baehrensio hoc unum etiam observare velim. In errorem inductus vir sagacissimus ille mihi videtur de vs. 51

hunc parvo ferri vidit nox improba ligno

(Nam Fischeri transpositionem hic Baehrensius sequitur).

Putat enim significari tabulam aliquam cui se Paetus alligaverit. Sed quis non videt toto hoc loco 51—54

hunc parvo ferri vidit nox improba ligno
et miser invitam traxit hiatus aquam,
huic fluctus vivo radicitus abstulit ungues.
Paetus ut occideret tot coiere mala

enumerari causas quibus factum sit ut *navis* Paeti frangeretur et fluctibus mergeretur ipse?

Vs. 17. Certa mihi videtur Schraderi emendatio: „Paete quid aetatem *memoras*" pro absurdo isto *numeras*.

Vs. 29 ite rates curvae et leti texite causas.

Sic O, versum explet Fischerus *praetexite* legendo. Sed quam ineptum est ipsam navigationem non ab hominibus inventam dicere sed ab ipsis navibus! Quanto rectius simulque modulatius *curvas* pro *curvae* Passeratius, ut *et* habeat vim epexegeticam.

Vss. 32 et 35 egregie vocabula quae sunt *fortuna* et *natura* locum inter se mutare iussit Brouckhusius. Praeterea cum Italis *insidias* legendum pro *insidians* et *ponto* cum Fonteinio pro *pontum*.

40 (Saxa triumphales fregere Capharea puppes)
naufraga cum vasto Graecia tracta salo est.

Istud *tracta* me iudice ferri nequit; praetulerim Burmannianum *rapta* Heinsiano *strata*.

41 paulatim socium iacturam flevit Ulixes.

Tolerandum censeo primum versus vocabulum, cum praesertim quod pro eo saepe ponitur *palantum* non minus a veritate Homerica recedat.

„Mihi si morem gessisset Paetus" (poeta ait) viveret
45 pauper at in terra nil nisi (al. ubi) flere potest.

Quod reposuit Iacobsius: „pauper at in terra nil ubi flare potest" absurdum quidem est, si rem physice consideras; tamen ego hanc poetae negligentiam aequi bonique consulo et ne eo quidem confugiam ut „flare" substantive positum fingam. Hoc enim e Iacobsii coniectura cogitat poeta: numquam navigando semet Paetus locupletasset, sed ét maris emolumentis caruisset ét (quod multo pluris est) malis periculisque". Id autem parum accurate enuntiavit sed ita ut vel ipse Orbi-

lius dissimulare vitium possit. An prorsus omni culpa vacat versus paenultimus

„at tu, saeve Aquilo, numquam mea vela videbis?"

Nonne enim et *eius vela videt* Aquilo, qui in praedioli sui lacu se velificando oblectat? Vel olim vidit eius qui (IV, 9, 6)

nauta per urbanas velificabat aquas?

Talia in carmine severa examinare trutina, hic revera est ille „intellectualismus" saepe reprehensus.

Ante versum 49

sed Thyio thalamo aut Oricia terebintho

haud dubium est quin exciderit aliquid: caremus enim verbo. Sed ipse cogitationis decursus integer est.

Qui potuit Baehrensius legere velle

52 et miseri multam traxit hiatus aquam

simulque probare Fischeri transpositionem illam, qua totus locus longe diverso sensu accipitur?

57 di maris Aegaei quos sunt penes aequora venti.

Fortasse non necessarium hic cum I. H. Vossio *et* inserere ante *quos*.

60 attulimus longas in freta vestra manus.

Pro *longas* requiritur *castas*, *puras*, *sanctas* vel aliud adiectivum in eandem sententiam. Quod placet Housmano *nocuas*, ut tota sententia interrogativa fiat non satis videtur perspicuum.

63 at saltem Italiae regionibus advehat Eurus.

Sic Itali, recte, ut semper fere, non *evehat*, quod iure damnat Burmannus (M. O. II 112).

72 Ante fores dominae condar oportet iners.

Secundum Graecum criticum *condar* hic *moriar* est. Certe hic sensus requiritur, sed exemplum mihi non est in promptu.

Versu 25 legatur cum Marklando: *positumque in margine ripae*. An *ripa* pro *litore maris* dici non potest?

26 cur hic *vilis* dicatur harena non video. Quanto aptius Marklandi *mollis*!

Elegia 8.

Ex hac quoque elegia elui potest lacunae macula, qua saepe dehonestatur. Si enim versu 24 (volo)

Sive meas lacrimas, sive videre tuas

cum Sandstroemio vocabula quae sunt *meas* et *tuas* locum inter se mutare iusserimus, satis apte annectetur:

tecta superciliis si quando verba remittis

et deinde aliae afferuntur res, quae saepe lacrimas *amatori* movent.

vs. 3 cur furibunda mero mensam propellis.

Non credo istud *furibunda mero* huius esse loci: de *irata* enim, non de *ebria* Cynthia audire plura cupimus. Pro verbo quod est *propellis* aliud exspecto quocum ablativus *mero* tamquam ablativus *instrumenti* iungi possit („mero perfundis", vel eiusmodi aliquid).

12 quae mulier rabida iactat convicia lingua.

Scaligeri est *rabida*, nam inepte traditur *gravida*. Non tamen inutilis ille error, videmus enim quomodo natus sit: oscitans librarius in aure habebat etiam vs. 10: „nam sine amore *gravi* femina nulla dolet".

13 Fonteinium hic sequor sic legentem:

custodem gregibus seu se non stipat euntem

et deinde: sed sequitur medias, Maenas ut icta, vias.

Nec tamen vel sic ista inter se opposita probo.

19 non est certa fides quam non iniuria versat.

Sic vulgo editur. At codex N. habet non *iniuria* verum *iniurgia*. Ergo Vahlenus sic versum restituit

non est certa fides quam non in iurgia vertas

et ita nos posthac legere iubet Housmanus. Nunc quoque dubito etiam.

At gravior est dubitatio de versibus 29—32.

Inde ab initio hoc fere docet elegia: amatorem quo maioribus conflictetur molestiis, litibus, aerumnis, eo ardentiorem ideoque feliciorem eum esse in amore

militat omnis amans et habet sua castra Cupido

huc et Propertii redit philosophia quam nunc diserto illustrat exemplo:

dulcior ignis erat Paridi, quum Graia per arma
Tyndaridi poterat gaudia ferre suae.
dum vincunt Danai, dum restat barbarus Hector,
ille Helenae in gremio maxima bella gerit.

Rectissime Fruterius *Graia* reposuit pro *grata*, neque iniuria

Fonteinius in adiectivo *barbarus* haesit ut languidissimo atque adeo prorsus hinc alieno, sed eius coniectura *fervidus* parum proficimus, ut neque ea quam ante illum proposuerat Heinsius *Dardanus*. Graviori totus locus laborat vitio. Quis enim non videt tum demum iure eum suam obtinere sedem, si *duo* hic inter se opponuntur rerum status, alter cum in minore versabantur periculo Troiani, alter cum gravissimo premebantur bello? Quod sic obtinebimus, si pro *dulcior* (vs. 29) legemus *lentior* aliudve comparativum in eam sententiam et „Graia per arma-poterat" eo accipiemus sensu quo dicitur *per me licet*, tum versum 31 (ut simul istud *barbarus* corrigatur) sic fere refingemus

dum vincunt Danai nec restat barbarus hosti.

Elegia 9.

Invitatus, vel invitatum se simulans, ut amatorio genere misso se ad historiam patriam atque adeo ad fabulosam hominum aetatem canendam convertat, Maecenati respondet poeta tum se id facturum cum ipse tale mutati consilii dederit exemplum. Hoc elegiae argumentum, exile sane pro tanto carminis ambitu (sunt enim 60 versus) sed tamen argumentum, obtinebimus, si cum Lachmanno distichon quod nobis tamquam ultimum est traditum:

hoc mihi, Maecenas, laudis concedis et a te est
quod ferar in partes ipse fuisse tuas

transposuerimus ita ut versu 47 sic pergatur:

te duce vel Iovis arma canam

(aliaque vel fabulosa vel historica, sed quae utraque Virgilium aliquem requirant) vocabulaque quae sunt *te duce* cum critico Graeco in hunc sensum „si tu mihi exemplum dederis" acceperimus.

Esto, patronum suum Propertius leniter deridet et hoc est totius elegiae propositum. Sic certe evadere elegiam minime illepidam haud infitior, neque quod ex ea extraham argumentum, Lachmanni illa transpositione repudiata, video. Non tamen dissimulo nunc ultimum distichon

mollia tu coeptae fautor cape lora iuventae
dexteraque inmissis da mihi signa rotis

gravitatem habere ex animi sententia loquentis non derisionem iocantis. De tota ergo elegia incertus haereo.

5 sq. turpe est quod nequeas capiti committere pondus
et pressum inflexo mox dare terga genu.

Fortasse aequi bonique consulendum simplex istud *nequeas* non addita *perferendi* notione. Sed pentameter inepte balbutientis est et quocumque tandem modo versus conflantis. Neque omni labe caret qui sequitur:

omnia non pariter rerum sunt omnibus apta
palma nec ex aequo ducitur una iugo.

Observa enim quam ingrate post:

4 non sunt *apta* meae grandia vela rati

brevi intervallo inferatur

7 omnia non pariter rerum sunt omnibus *apta*

et quam sit inanis ista verbositas *omnia rerum* scribentis pro *omnes res.* Sed nunc quoque pentametrum considera:

palma nec ex aequo ducitur una iugo

nonne eiusdem videtur qui priorem illum

et pressum inflexo mox dare terga genu

e bene notis vocabulis tam male consarcinavit? Parum enim refert utrum cum O *flamma* vel cum G *palma* legas an Lipsii praeferas coniecturam *fama.*

Denique exime duo disticha ista, quam lepide nunc post lepidum illud responsum negantis se facturum quod rógatus est:

non sunt apta meae grandia vela rati

exempla aliorum enumerantur responsum illud suo exemplo probantium.

12 Parrhasius parva vindicat arte locum.

Neque *propria* quod Pontanus, neque *pulchri* quod Fonteinius pro *parva* reposuerunt equidem intelligo; omnium vero minime Lachmanni illud *iocum* pro *locum.* Sed in hexametro praecedenti nonne *summum* est legendum ut

in Veneris tabula summum sibi ponit Apelles

legamus? *Summum* sc. *locum* quod in pentametro habemus:

13 argumenta magis sunt Mentoris addita formae.

Haec cur improbaverit Fonteinius non video. An *argumenta* non potest significare: historias, bella, proelia, res gestas denique?

15 Phidiacus signo se Iuppiter ornat eburno
Lachmannus coniecit:

Phidiaca ars signo te, Iuppiter, ornat eburno

admodum speciose, sed nescio quid ingrati illa habet synizesis neque placet apostrophe quae a Propertio, certe si hic cum Ovidio comparatur, vitari potius quam quaeri videtur.

16 Praxitelem propria vindicat urbe lapis.

Sententiam satis claram reddit praecedens hexameter, sed verba sunt obscura. Nec multum proficimus Broukhusii coniectura *Paria*. Housmaniano vero invento

Praxitelem propria vendit at urbe lapis

quid faciamus!

17 est quibus Eleae *concurrit* palma quadrigae.

Sic Baehrensius. Fonteinius *consurgit* quod non intelligo coniecit. Quidni *contingit* legamus?

20 naturae sequimur semina quisque suae.

Quam egregia haec Brouckhusii lectio prae vulgata *sequitur*, quam cod. N. laceram tradidit. Quam venuste sic poeta aliis missis ad semet ipsum redit! Eadem virtus et vs. 21 cognoscitur in Baehrensii coniectura:

haec tua, Maecenas, vitae praecepta recepi

pro *et*. Nam hinc incipit facetum illud responsum, quo Maecenatem leniter deridet poeta.

22 *Cogor* et exemplis te superare tuis.

Perplacet Broukhusii *conor*, tum cum codice N. legendum *tuis* pro *meis*. Nam sic demum quae de praeceptis et de exemplis dicuntur venuste opponuntur inter se.

24 et liceat medio ponere iura foro.

„Ponere *signa* medio foro" signiferi illius est de quo Livius narrat in loco de Camilli cum tribunis certamine. At praetor iura non *ponit* sed *promit*. Recte ergo Ruhnkenius *ponere* in *promere* mutavit.

25 vel tibi (sc. liceat) Medorum pugnaces ire per *hostes*.

Sic satis inepte codices. Optima emendatio est Marklandi *hastas*. Housmani „Medorum pugna rescindere postes" cui potest placere?

26 atque *onerare* tuam fixa per arma domum.

Vulgata haec lectio. Quam quis aequo animo ferre potest aptissima Dempsteri correctione *ornare* cognita?

35 non ego velifera tumidum mare findo carina.

Notabilis hic versus propter corruptum ŏ in *findo*, quod iam usitatissimum apud Ovidium. Horatius et Tibullus primi habent *Polliŏ*, *desinŏ* simm. Imitatione expressum eum esse ab Ovidio Met. XV, 719 et Pont. III, 2, 67 censet Housmanus. Ille versus est

huc ubi veliferam nautae advertere carinam

at hic

cum duo velifera iuvenes venere carina.

Ergone adiectivum quod est *velifer* non potuit de suo comminisci Ovidius? Si minus placet, quidni in locum vocabuli quod est *velivolus* irrepsisse credamus, quod de versu e Ponticis coniecit Heinsius? Accedit quod versus ille Propertianus

non ego velifera tumidum mare findo carina

omnino in codice N. non legitur. Quae res, cum accedat insolita illa prosodia *findŏ*, haud parvi est ponderis.

36 tuta sub exiguo flumine nostra mora est.

Pro *sub* Baehrensius coniecit *sed*, quo facto melior certe fit sententiarum connexus. At retento *sed* Madvigius *flamine* legit pro *flumine*, quo me iudice nihil proficimus. Quod vero provocatur ad Ov. Tr. II, 328 sq.

non ideo pelago debet se credere, si qua
audet in exiguo ludere cumba lacu

cur id fiat non video. Ipsa enim oppositio admodum trita est, et est tamen quaedam inter hos locos discrepantia. An Ovidium nullo auctore adiectivum quod est *exiguus* adhibuisse est incredibile? Denique totius versus 35 defectus in magnae auctoritatis codice N. minime negligendus videtur. Ab Italis *tuta* pro *tota*, quod sensu caret, sumes.

38 nec semper proelia clade pari.

Pro *semper* Marklandus *fratrum* optimo sensu. Sed lenior multo Lipsii emendatio *septem*, licet recedat a narratione tradita. Aequo enim animo eiusmodi errores ferendos censeo.

Elegia 10.

Suavissima haec elegiarum, non solum Propertii sed omnium

qui umquam amarunt vel divina quadam cantandi arte praediti (nihil enim in hoc genere fieri non potest) amores sunt commenti, felici quodam casu tantum non integra ad nos pervenit. Non quod nulla ei aspersa sit macula, sed omnes primo adspectu deprehenduntur et a quovis vel mediocriter latine docto elui possunt. Transpositione opus esse videtur nulla, nisi quod 17 sq.

et pete, qua polles, ut sit tibi forma perennis,
inque meum semper stent tua regna caput

statim post 12 inferri malim. Nam nunc satis ingrate adhortatio ad precandum et ipsum precum argumentum inter se divelluntur, divelluntur etiam illa quae ad vestitum ornatumque pertinent.

Quo magis miror quod editores, quantum videtur, omnes spernunt aspernanturque id quod de ipso versu primo a summo viro Heinsio est observatum. An forte haec

natalis nostrae signum *misere* puellae

et haec:

mirabar, quidnam *misissent* mane Camenae

una ferri possunt? Paulisper tecum rem considera: Post aliquod tempus intellexisse se *quidnam* sibi vellet signum illud a Musis missum poeta narrat, sed ipsum signum describere neglexit. Talia non videre scin quorum ego editorum esse censeam? Eorundem qui cum in Anabasi argute sic disputat Clearchus: *μάχης δεῖ πρῶτον· ἄριστον γὰρ οὐκ ἔστιν οὐδ' ὁ τολμήσων περὶ σπονδῶν λέγειν τοῖς Ἕλλησι μὴ πορίσας ἄριστον*, simulatque puero dignam illam coniecturam *μάζης* pro *μάχης* cognoverint, in textum eam recipere festinaverint. Utrobique enim eadem fere regnat ratiocinandi perversitas. Et ne poetae quidem condonandus est plenus recte disputandi neglectus. Accedit quod, si *misisset* scribere poeta voluisset, omittere *mihi* haudquaquam potuisset, et pro *quidnam* scribere *mihi quid* quam facile erat! Cum Heinsio ergo legamus:

mirabar quidnam *risissent* mane Camenae,
ante meum stantes sole rubente torum:
natalis nostrae signum misere puellae
et manibus faustos ter crepuere sonos.

Nonne enim bellissimum hoc, nonne omnibus numeris absolutum? Nam omnia perturbat H. Richardsius (Class. Rev.

XIII, 16) *bis* verbum *ridendi* huc introducendo. Legit enim versu 1 *risissent* et vs. 3 *risere,* cuius consilii ratio prorsus me fugit. Operae pretium est hic annotationem legere Rothsteinii de magistratu ludis circensibus praesidente et tamquam signum certaminis incipiendi album linteum deiiciente. Sic nullum non Antiquitatum Romanarum caput trahi huc potest. Sed contineo mea: metuo enim ne pro opinione mea pugnans paulo fiam acerbior. Sed facile hoc evenit, si quis pro certo scire aliquid sibi videatur, quidquid illud sit.

21 sq. sit mensae ratio, noxque inter pocula currat,
et crocino naris murreus ungat onyx.

Non negligenda hic fuerat Cornelissenii coniectura *surgat* pro *currat*, neque Heimreichii *crinis* pro *naris.*

23 tibia nocturnis succumbat rauca choreis.

Pro *nocturnis* Housmanus *continuis* commendat, fortasse non male.

Elegia 11.

Quod sit huius elegiae argumentum et qua via poeta a Cynthia et crimine ignaviae desidiaeque, quo ipse ab amico sit petitus, ad Actiacam perveniat victoriam et ad laudes Augusti, raptim percurso carmine nemo facile dixerit. Sed quicumque iterum iterumque carmen accurate consideraverit et omnia diligenter perpenderit, tandem aliquando mirari disinet Propertium ab hac interrogatione exorsum:

1 quid mirare, meam si versat femina vitam
et trahit addictum sub sua iura virum,
criminaque ignavi capitis mihi turpia fingis,
quod nequeam fracto rumpere vincla iugo?

sub finem elegiae nautas praesentes futurosque ita monere:

71 at tu, sive petes portus seu, navita, linques
Caesaris in toto sis memor Ionio.

Tamen, licet certo filo tota elegia cohaereat, tam tenue illud est et tam laxum ut fieri vix potuerit quin aliquid a sede sua aberraret. Cavendum tamen censeo ne modum excedamus. Nam si variis omnium criticorum hic aurem praebebimus coniecturis, nullus iam versus eo loco remanere poterit, quem ei codices assignant. Contra omnino totum illud transponendi

genus respuere et damnare nimiae sit pertinaciae. Testatur distichon 59 sq.

> Hannibalis spolia et victi monumenta Syphacis
> et Pyrrhi ad nostros gloria fracta pedes

quod nunc quidem sensu plane caret. Et quid nos adiuvant lacunae signa quae post pentametrum posuit L. Muellerus? At ergo nihil grave hic molior, tantummodo 59—64 post 68 pono. Vide enim an non ille locus:

> haec di condiderunt, haec di quoque moenia servant:
> vix timeat salvo Caesare Roma Iovem.
> nunc ubi Scipiadae classes, ubi signa Camilli,
> aut modo Pompeia, Bosphore capta manu?
> Hannibalis spolia et victi monumenta Syphacis
> 60 et Pyrrhi ad nostros gloria fracta pedes
> Curtius expletis statuit monumenta lacunis,
> ac Decius misso praelia rupit equo,
> Coclitis abscissos testatur semita pontes,
> est cui cognomen corvus habere dedit

bene decurrat, annon sit in se teres atque rotundus, denique annon clare enuntiet quod quin voluerit Propertius non est dubitandum. Est enim huiuscemodi: „quis priora Romanorum praeclara facta cum victoria Actiaca comparare audeat? quae tutos nos reddidit a mulieris imperio". Sic totum totius elegiae argumentum hoc evadit: „desidiae turpisque amoris crimen a se repellit poeta declaratque olim se quoque quae esset mulieris potentia atque adeo impotentia ignorasse, et nunc accusatorem suum refutat e mythologia et ex historia tam barbara quam Romana afferendo exempla mulierum quae nimium sibi arrogaverint, quarum ultima audacissimaque fuit Cleopatra, cuius tamen insanas minas fregit Octavianus. Quae dum mente secum revolvit, intelligit pristinam omnium Romanorum virtutem irritam futuram fuisse, nisi unus exstitisset ille qui nunc totum regit orbem terrarum et hunc populum e tanto servavit incolumem periculo. Nihil ergo praeter unam illam versuum paucorum aberrationem tota habet elegia quod magnopere sit improbandum. Nam nimius ille ambitus in poeta nostro nil habet insoliti.

Nunc singula consideremus.

XIII, 16) *bis* verbum *ridendi* huc introducendo. Legit enim versu 1 *risissent* et vs. 3 *risere,* cuius consilii ratio prorsus me fugit. Operae pretium est hic annotationem legere Rothsteinii de magistratu ludis circensibus praesidente et tamquam signum certaminis incipiendi album linteum deiiciente. Sic nullum non Antiquitatum Romanarum caput trahi huc potest. Sed contineo mea: metuo enim ne pro opinione mea pugnans paulo fiam acerbior. Sed facile hoc evenit, si quis pro certo scire aliquid sibi videatur, quidquid illud sit.

21 sq. sit mensae ratio, noxque inter pocula currat,
et crocino naris murreus ungat onyx.

Non negligenda hic fuerat Cornelissenii coniectura *surgat* pro *currat*, neque Heimreichii *crinis* pro *naris*.

23 tibia nocturnis succumbat rauca choreis.

Pro *nocturnis* Housmanus *continuis* commendat, fortasse non male.

Elegia 11.

Quod sit huius elegiae argumentum et qua via poeta a Cynthia et crimine ignaviae desidiaeque, quo ipse ab amico sit petitus, ad Actiacam perveniat victoriam et ad laudes Augusti, raptim percurso carmine nemo facile dixerit. Sed quicumque iterum iterumque carmen accurate consideraverit et omnia diligenter perpenderit, tandem aliquando mirari disinet Propertium ab hac interrogatione exorsum:

1 quid mirare, meam si versat femina vitam
et trahit addictum sub sua iura virum,
criminaque ignavi capitis mihi turpia fingis,
quod nequeam fracto rumpere vincla iugo?

sub finem elegiae nautas praesentes futurosque ita monere:

71 at tu, sive petes portus seu, navita, linques
Caesaris in toto sis memor Ionio.

Tamen, licet certo filo tota elegia cohaereat, tam tenue illud est et tam laxum ut fieri vix potuerit quin aliquid a sede sua aberraret. Cavendum tamen censeo ne modum excedamus. Nam si variis omnium criticorum hic aurem praebebimus coniecturis, nullus iam versus eo loco remanere poterit, quem ei codices assignant. Contra omnino totum illud transponendi

genus respuere et damnare nimiae sit pertinaciae. Testatur distichon 59 sq.

> Hannibalis spolia et victi monumenta Syphacis
>   et Pyrrhi ad nostros gloria fracta pedes

quod nunc quidem sensu plane caret. Et quid nos adiuvant lacunae signa quae post pentametrum posuit L. Muellerus? At ergo nihil grave hic molior, tantummodo 59—64 post 68 pono. Vide enim an non ille locus:

> haec di condiderunt, haec di quoque moenia servant:
>   vix timeat salvo Caesare Roma Iovem.
> nunc ubi Scipiadae classes, ubi signa Camilli,
>   aut modo Pompeia, Bosphore capta manu?
> Hannibalis spolia et victi monumenta Syphacis
> 60 et Pyrrhi ad nostros gloria fracta pedes
> Curtius expletis statuit monumenta lacunis,
>   ac Decius misso praelia rupit equo,
> Coclitis abscissos testatur semita pontes,
>   est cui cognomen corvus habere dedit

bene decurrat, annon sit in se teres atque rotundus, denique annon clare enuntiet quod quin voluerit Propertius non est dubitandum. Est enim huiuscemodi: „quis priora Romanorum praeclara facta cum victoria Actiaca comparare audeat? quae tutos nos reddidit a mulieris imperio". Sic totum totius elegiae argumentum hoc evadit: „desidiae turpisque amoris crimen a se repellit poeta declaratque olim se quoque quae esset mulieris potentia atque adeo impotentia ignorasse, et nunc accusatorem suum refutat e mythologia et ex historia tam barbara quam Romana afferendo exempla mulierum quae nimium sibi arrogaverint, quarum ultima audacissimaque fuit Cleopatra, cuius tamen insanas minas fregit Octavianus. Quae dum mente secum revolvit, intelligit pristinam omnium Romanorum virtutem irritam futuram fuisse, nisi unus exstitisset ille qui nunc totum regit orbem terrarum et hunc populum e tanto servavit incolumem periculo. Nihil ergo praeter unam illam versuum paucorum aberrationem tota habet elegia quod magnopere sit improbandum. Nam nimius ille ambitus in poeta nostro nil habet insoliti.

Nunc singula consideremus.

5 Venturam melius praesagit navita noctem

Nihil equidem hic mutandum censeo. Nam ipsum substantivum quod est *navita* iam in se habet adiectivi quod est *expertus* notionem, quod pro *melius* reponi vult Baehrensius. Mecum hic facit Ellisius, qui tamen lectionem *noctem* improbans *molem* coniicit, collato Virg. Aen. V. 789, ubi sic ad Neptunum de Iunone loquitur Venus:

ipsa mihi nuper Libycis tu testis in undis
quam molem subito excierit.

Sed ibi ipsum illud quod Neptunus hic in scena versatur facit ut *moles* pro *procella* dictum facile feramus atque adeo laudemus, nam omnino non placet. H. Richardsius „*venturum-ventum*" malit, mihi *ventum* pro *procella* iusto videtur languidius.

13 sq. Ausa ferox ab equo quondam oppugnare sagittis
iniectis Danaum Penthesilea rates.

Quam inane est *sagittis iniectis* istud! Quanto praestat varia lectio *Maeotis* quam et codex N. praebet! Eadem est Housmani sententia. Qui cur 13—16 post 20 transponi velit causam non video.

17 Omphale in tantum formae processit honorem,
Lydia Gygaeo tincta puella lacu e. q. s.

Mihi quoque nomen *Omphale* glossema videtur. Pro quo quod reposuit Baehrensius *egregiae* quam sono est ingratum et sententia languidissimum. Lubenter arriperem Housmani *Maeonis*, si crederem duo vocabula patriam significantia (*Lydia* et *Maeotis*) simul hic ferri posse.

21 Persarum statuit Babylona Semiramis urbem,
ut solidum cocto tolleret aggere opus,
et duo in adversum missi per moenia currus
ne possent tacto stringere ab axe latus

Ante versum 23 duos excidisse versus Baehrensio statuenti assentiri non possum. Multo malim cum Housmano et Tyrrello illum versum cum sequente sic refingere ut hoc exsistat distichon:

et duo in adversum *mitti* per moenia currus,
nec possent tacto stringere ab axe latus

et structura dura quidem sed minime inaudita hoc dicatur: „ut mitti possent nec stringere". Versu vero 22 quin acu

rem tetigerit Schraderus *cingeret* legendo pro *tolleret* non dubito: ἀμφὶ δὲ τεῖχος ἔλασσε πόλει i. e. urbem condidit et muro cinxit.

25 duxit et Euphratem medium quam condidit *arces*.

Sic O, Heins. *arci*. Revera sanasse vulnus videtur Baehrensius *arcis* legendo.

26 iussit et imperio surgere Bactra caput.

Sententiam sanam hinc extricari posse quis credat? Quis melius versum emendaverit quam Burmannus senior *subdere* pro *surgere* legendo?

30 et famulos inter femina trita suos.

Pro languidissimo isto *et* legendo *heu* Passeratius poetae manum restituisse videtur.

31 coniugis obsceni pretium Romana poposcit
moenia (Cleopatra).

Pro *coniugis* requiri *coniugii* primus mortalium intellexit Passaratius. Post eum alii alia sunt commenti et sic corruptum locum ultro reddiderunt corruptiorem.

35 ....Pompeio detraxit arena triumphos.

Initium versus incertum, sed quis non statim suspicetur hic quoque nobis *tres* illos Pompeii triumphos offerri? Nonne ergo paene certum est codices D. V. N. veram poetae scripturam

tres ubi Pompeio detraxit arena triumphos

servare?

55 sq. sic Housmanus legit:

„non hoc, Roma, fui tanto tibi cive verenda"
dixerat assiduo lingua sepulta mero

quod vix intelligo. An post *dixerat* semicolon vel virgula est ponenda ut sit: „vix ea fata erat Cleopatra statimque vino victa concidit"?

vs. 56 sic est in codicibus

dixit et assiduo lingua sepulta mero

pro *dixit et* D. Heinsius *et ducis*. Multo melius Passeratius *nec ducis*.

61 Curtius expletis statuit monumenta lacunis.

Pro *monumenta* Hauptius *lamenta* coniecit, sed quid, obsecro, est *lamenta statuere*?

70 tantum operis belli sustulit una dies

Feliciter absurda ista emendavit Housmanus

tanti operis bellum sustulit una dies

legendo.

71 sq. at tu sive petes portus seu, navita, linques,
Caesaris in toto sis memor Ionio.

Sic clauditur elegia quae coepit a refutatione amici, qui poetam ut nimis amicae deditum reprehendit. Sentisne hoc exemplo quam recte ab iis, qui elegiacos inter se compararunt, Propertium praeter ceteros hoc habere dicatur ut sensim ab alio ad aliud delabatur argumentum, donec tandem eo perveniat quo pervenire eum potuisse non possis non mirari? Et tamen una, eaque leni transpositione, quam ego proposui, admissa omnia sat bene decurrunt, nihil desideratur, nihil moleste abundat. Et ipsa clausula proposito tam, quod ad sonum attinet, apta est ut vix sentiamus sensu eam carere. Nulla enim non navis dum alium portum *linquit* simul alium *petit*. Sed quis tam est pertinax ut nolit „portum petere" tamquam de portu longinquo, at „linquere portum" tamquam de aliquo Italiae portu dictum accipere? Quare neque Francii emendatione *tuto* pro *toto*, quamvis sit elegans, opus esse censeo, et ne Baehrensii quidem illa, elegantiore etiam si fieri potest, *intrato* pro *in toto*. Sponte enim quivis sentit praeter traditum illud „in toto Ionio" nil amplius optari posse: toto mari Ionio nauta securum se esse intelligit.

Elegia 12.

3 sq. Postumum iamiam militatum abiturum suamque Gallam relicturum sic a proposito abducere tentat poeta:

tantine ulla fuit spoliati gloria Parthi,
ne facias Galla multa rogante tua?

Optime haec habent, modo „*ne facias*" scribamus, ut ipsa Galla sic obtestans inducatur.

11 sq. neve tua Medae laetentur caede sagittae,
ferreus aurato neu cataphractus equo.

Tradita haec lectio prorsus absurda mihi videtur. An forte sumamus Postumum hic fingi in terra hostili *aurato* vectum equo? Libenter ergo Heinsii *aerato* (vel *armato*) probo, ut ablativum qualitatis hic habeamus. Et iure Marklandum conie-

cisse censeo requiri pro eo quod est *ferreus* adiectivum quod hostis nationem (velut *Sericus*) indicet.

13 neve aliquid de te flendum referatur in urna,
sic redeunt illis qui cecidere locis.

Baehrensius *si* pro *sic* legendo hoc saltem demonstrat probe se sentire quam sit inepta lectio tradita. Mortuos in urna reportari neque inauditum est, neque tantummodo ultimae barbariae proprium. Sed neque *redeunt* in *redient* est mutandum: aliena enim ea a Propertii tempore forma, neque omnino illud verbum sollicitandum. Nunc non in eo latet vitium, verum in *cadendi* verbo. Vix dubito quin scripserit Propertius:

sic redeunt illos qui tetigere locos.

ELEGIA 13.

1 quaeritis unde avidis nox sit pretiosa puellis
et Venere exhaustae damna querantur opes

Merito de voce quae est *Venere* dubitavit Baehrensius. Nam verum quidem est hic metonymice paternas opes querentes induci quod ab amore capto domino dissipentur atque adeo exhauriantur (revera paterfamilias lamentatur quod sua res familiaris culpa filii amantis damnum capiat et detrimentum), sed *Venere exhaustae* tantum non cogit legentem de re hinc aliena cogitare. Accedit quod neglecta omni dominorum istorum significatione totum enuntiatum nimis fit obscurum. Versus vero sic a Baehrensio refictus

et iuvenum exhaustae damna querantur opes

omnibus est numeris absolutus.

9 haec etiam clausas expugnant arma pudicas

Sic est in O sine sensu. Optimum videtur quod pro *pudicas* coniecit Marklandus *puellas*. Nam Housmani *Euhadnas* pro *clausas* ingeniosum quidem est, sed simul falsissimum. Nam neque usquam Euhadne tamquam exemplum pudicitiae sollicitatae proponitur et est languidissimum „Euhadnas pudicas".

In versu proxime praecedente adstupeo *pastori* illi, quem novae editiones ab inferis reduxerunt, dudum Guyetiano *coston* necato et interfecto. An subito *pastor* factus est *cultor*, neque iam sentitur, quam ridiculam rem *pastor multi odoris* ille legentium menti subiiciat?

13 sq. nulla est poscendi, nulla est reverentia dandi,
aut, si qua est, pretio tollitur ipsa mora.

Pro *aut* Livineius *et* proposuit. Quo quid proficiamus non video.

19 sq. Eoae uxores sic laudantur:

et certamen habent leti, quae viva sequatur
coniugium, pudor est non licuisse mori.

Tolerabile non est *leti*, praesertim cum subito *viva* inferatur. Nec placet Lipsii *laetae* quod praecedentibus et sequentibus prorsus fit supervacuum. Magnopere mihi Housmani *letum*... *coniugii* arridet.

21 ardent victrices et flammae pectora praebent.

Tantum non necessarium est H. Stephani *gaudent*. Nam *ardent* in hoc contextu nimis est absurdum.

23 hoc genus infidum nuptarum, hic nulla puella
nec fida Euhadne nec pia Penelope.

Pro *puella*, quod ferendum non videtur, optime Burmannus *pudica*. Ceterum hic recte Euhadne nominatur et cum Eois componitur uxoribus, quae et ipsae se in funere maritorum in ignem coniiciunt, non vero vs. 9 (e coniectura Housmani, vide supra).

25 felix agrestum quondam pacata iuventus,
divitiae quorum messis et arbor erant.

Nil opus hic veteres agricolas propter placidum pectus (*pacata*) laudari. Quid quod iidem et placidissimi fuerunt. Sensit hoc Cornelissen nostras et *barbata* coniecit. Ad sensum aptissime, sed nescio an praestet lenior illa Iani Gulielmii coniectura *pagana* commendantis.

29 sq. Et alio nomine laudantur prisci agricolae et quod iis munus erat

nunc violas tondere manu, nunc mixta referre
lilia vimineos lucida per calathos.

Istud *mixta* vix concoquo; nam significare non potest *mixta violis*, utpote nimis quod sit languidum neque recte praecedenti *violas* opponatur; *vimineos* bona est Fruterii coniectura pro insano *virgineos*. Denique in *per calathos* haereo, quod vix habere vim ablativi instrumentalis posse videtur, quo tamen opus est.

35 hinnulei ac pellis totos operibat amantes.

Pro *totos* Baehrensius requirit *stratos*, Heimreichius *tutos*, Housmanus vero *lentos*. Equidem *lentos amatores* longe a Propertio retinendos arbitror, ne ira excandescat. Quod periculum non metuens Baehrensius versu 37 ultro *lentis* pro *lentas* legit, ut fiat:

pinus et incumbens lentis circumdabat umbras
36 altaque nativo creverat herba toro.

Fonteiniano *aptaque* vix opus esse putaverim.

38 nec fuerat nudas poena videre deas.

Hic ego non possum non cogitare de Paridis iudicio, cum praesertim

vs. 39 corniger atque dei vacuam pastoris in aulam

dubium non sit quin sub absurdo isto *atque dei* lateat *Idaei*. Ergo si totum distichon sic refingimus:

corniger Idaei vacuas pastoris in aulam
dux aries saturas ipse reduxit oves

et vocem quae est *vacuas* tamquam eo sensu dictum quo vult Baehrensius accipimus (vide eius Miscellanea critica), egregium, me iudice, obtinemus sensum.

41 sq. dique deaeque omnes, quibus est tutela per agros,
praebebant vestris verba benigna focis.

Assentior Baehrensio istud *vestris* non ferenti. Sed quod *iustis* coniicit, vereor ut sic locum correxerit. Etenim, iustis focis *verba* benigna praebere quid est? Requiritur aliquid in hanc fere sententiam: „*aures* praebere benignas".

43—46. Hos versus

et leporem, quicumque venis, venaberis, hospes,
et si forte meo tramite quaeris avem:
et me Pana tibi comitem de rupe vocato,
sive petes calamo praemia sive cane

Housmanus huc aliunde aberasse statuit. Neque ego obloqui ausim: non enim video quis hic subito loquens inducatur. An forte vs. 42 non solum Baehrensianum *iustis* recipiendum, sed etiam *reddebant* pro *praebebant* legendum? Sic certe obtinebimus aliquid quod Philemonis Baucidisque, deos hospitio recipientium et meritum benignitatis ab iis ferentium praemium, nos admoneat. Quid enim deos agrestes magis promittere decet hominibus agrestibus et ipsis, quorum sint experti benignitatem, quam auxilium in venando?

50 sq. auro pulsa fides, auro venalia iura,
aurum lex sequitur mox sine lege pudor.

Quid hic dicatur qui secum accurate pependerit vix, ut opinor, negare fidem Heimreichio poterit acute reponenti *furor* pro *pudor*.

52 dum petit intonsi Pythia regna dei.

Inani verbositate dei nomen describitur. Sanavit vitium Schraderus *ditia* pro *Pythia* legendo.

55 te scelus accepto Thracis Polymestoris auro
nutrit in hospitio non, Polydore, tuo.

Contorte et obscure dicta haec sunt, grammatici culpa, ut equidem opinor.

61 sq. certa loquor, sed nulla fides, nec credita quondam
verax Pergameis Maenas habenda malis.

Sic cum Schradero lego: *nec credita* pro *neque enim Ilia*, quod et verborum laborat nimia copia et sententiae defectu.

65 sq. ille furor (sc. Cassandrae) patriae fuit utilis, ille parenti
experta est veros irrita lingua deos.

Ne impudenter mentiretur poeta et inepte sibi obloqueretur, Baehrensius coniecit *vilis fuit* pro *fuit utilis*. Iam antea Fonteinius *fuit irritus*. Multo probabilius. Quodsi pentametro suum sibi sensum reddiderimus cum eodem *diruta Troia* legendo pro *irrita lingua*, simul vitii apparebit origo.

(Continuabuntur).

DE ORIGINE HYPOTHECAE IN IURE ATTICO.

SCRIPSIT

GUILIELMUS VOLLGRAFF.

Aristoteles initio libelli de republica Atheniensium angustias in quas rustici ante Solonem archontem adducti erant, depingit his verbis (II, 2): ἐδούλευον οἱ πένητες τοῖς πλουσίοις καὶ αὐτοὶ καὶ τὰ τέκνα καὶ αἱ γυναῖκες· καὶ ἐκαλοῦντο πελάται καὶ ἑκτημόροι· κατὰ ταύτην γὰρ τὴν μίσθωσιν ἠργάζοντο τῶν πλουσίων τοὺς ἀγρούς (ἡ δὲ πᾶσα γῆ δι' ὀλίγων ἦν), καὶ εἰ μὴ τὰς μισθώσεις ἀποδιδοῖεν, ἀγώγιμοι καὶ αὐτοὶ καὶ οἱ παῖδες ἐγίγνοντο. Quinam autem fuerint ἑκτημόροι, adhuc inter viros doctos ambigitur. A quibus cum de origine hypothecae disputaturo mihi ordiendum sit, primum de illorum statu et conditione sententiam meam aperiam. Sed breviter id facere studebo; neque enim nova argumenta mihi suppetunt neque opinio mea ab opinionibus multorum, qui his de rebus egerunt, valde discrepat. Quamquam sunt etiam, qui ex iisdem fere argumentis longe alia concluserint. [1])

Ipsi iam grammatici antiqui de significatione prisci vocabuli nihil acceperant, itaque hectemoros modo sextam frugum partem retinuisse augurabantur, modo terrae domino reliquisse. Illud tantum nomen quod est ἑκτημόρος significare posse inter philologos hodiernos intellexerunt Schoemann Boeckh Wilamowitz Thumser Gilbert Busolt Guiraud Beloch Glotz [2]). Recte autem Belochius sic argumentatus est: „Sprachlich ist nur

1) Cf. Gilliard, Quelques réformes de Solon, diss. Losan. a. 1907, p. 93 sqq. 102, 2.

2) Glotz, Le travail dans la Grèce ancienne (1920), p. 100.

diese letztere Interpretation zulässig; da aber ein Teilbauer mit so wenig unmöglich bestehen kann, so müssen die Hektemoroi noch andere Bezüge gehabt haben" [1]). Quamquam protinus adiungit: „welche, ist natürlich nicht zu erraten". Atque patet et veterum grammaticorum partem et eorum qui nunc sunt ideo nomen hectemororum contra linguae indolem interpretatos esse, quod videbant partem frugum ipsis tributam minutiorem esse, quam qua vitam tolerarent. Sed hac in re equidem a Belochio dissentio, quod intellegere mihi videor, unde hectemori etiam alios fructus perceperint. Parvorum enim agellorum dominos eos fuisse reor [2]) qui cum victus egeni essent, sed labore et opera praestarent, etiam agros optimatium excolendos susceperint ea lege, ut sexta parte fructuum perceptorum remunerarentur [3]). Profecto gravissimus rerum status, quo omnes praeter solos divites affligebantur, diu perstare non potuit, sed rarae temporum iniquitati tribuendus est. Itaque hectemororum quoque reditus et mercedes eiusmodi fuisse consentaneum est, ut, si proventus agrorum bonus vel modicus esset, durare possent. Sed fructuum calamitate aliquando illos coactos a divitibus auxilium petiisse, deinde aere obrutos omnia sua, quoad lex sinebat, oppignerasse veri simile est.

Iam si quaeras unde efficiam quave ratione demonstrem id quod dixi, hectemoros non meros villicos vel colonos fuisse, sed etiam suos agellos coluisse, respondebo apparere hoc se ita habere, si reputes, quibus consiliis Solon iugum ab iis

---

1) Beloch, Griech. Gesch. I, 1^2, p. 295, 3.

2) Longe alia mens est viro doctissimo Bury, cuius haec sunt verba (A history of Greece[2], 1914, p. 174): „there was a mass of freemen who were not citizens. Among these we can distinguish the agricultural labourers, who, *having no land of their own*, cultivated the estates of the nobles. In return for their labour they retained one-sixth of the produce and were hence called „Sixth-partners" (Hektemoroi)".

3) Optime a. 1855 Schoemannus in libro cui inscribitur „Griechische Altertümer", I, p. 325: „die kleinen Besitzer auf dem Lande wurden von den adelichen Herren, deren Nachbarn, zum Theil vielleicht auch Pächter sie waren, gemisshandelt". Eadem in editione IV[a] huius libri, quam a. 1897 curavit Lipsius, repetita invenias (I, p. 337), excepto quod ille iure ac merito voculam „vielleicht" expunxit.

depulerit. Duae enim res sunt, quibus ille pauperes Atticae incolas aerumnis levasse traditur. Primum omnes pecunias creditas debitoribus condonavit atque etiam eorum, qui pignora dederant, aes alienum dissolvit, ut ipse dixit in carmine celeberrimo:

> συμμαρτυροίη ταῦτ' ἂν ἐν δίκῃ Χρόνου..
> Γῆ μέλαινα, τῆς ἐγώ ποτε
> ὅρους ἀνεῖλον πολλαχῇ πεπηγότας,
> πρόσθεν δὲ δουλεύουσα, νῦν ἐλευθέρα. [1]

Simul corpora debitorum non aere alieno amplius obligari decrevit. Inde inopes debitores statim eatenus utilitatem cepisse liquet, ut pro suo iure liberi neque cuiquam optimatium obnoxii essent; sed, nisi ipsis agri fuissent, tamen in summa egestate vix minus quam antea divitioribus servire coacti fuissent [2]). Tum demum igitur efficacitatem Solonis decreti, quo plebem et, ut ipse dicit, terram liberavit, intellegimus, cum hectemoros rusticos fuisse sumimus, pauperes quidem, sed tamen non omnino agris destitutos [3]), qui post σεισάχθειαν illam pristinos reditus suos recuperarint. Forsitan dixerit quispiam vel sic fieri potuisse ut deinceps, si quando tempora iniquissima fuissent, in easdem miserias delaberentur. Sed dehinc ipsorum in civitate potestas summa erat, ut etiam domi commodius sese tueri et defendere possent; imprimis autem lege Solonis, qua heliaea instituta est, telum acerrimum iis datum est, quo potentissimum quemque adversarium ferire et profligare pollerent. [4])

---

1) Aristot. de republ. Athen. XII, 4.

2) Hanc conclusionem iustam esse senserunt Glotz (La solidarité de la famille dans le droit criminel en Grèce, 1904, p. 329: „Malgré son importance matérielle, cette abolition de dettes ne pouvait avoir par elle seule de grandes conséquences politiques et sociales") et Bury (l. l. p. 182: „though he (Solon) rescued the free labourer from bondage, he made no change in the sixth-part system, so that the condition of these landless freemen was improved only in so far as they could not be enslaved and in so far as the law limiting exportation affected prices").

3) Cf. insuper Beloch l. l. p. 364, 2: „Eben die Hypothekensteine beweisen ja, dass die Bauern auch vor Solon ihr Land zu freiem Eigentum hatten".

4) Cf. Aristot. de republ. Athen. IX, 1: δοκεῖ δὲ τῆς Σόλωνος πολιτείας τρία ταῦτ' εἶναι δημοτικώτατα...τρίτον δὲ ᾧ μάλιστά φασιν ἰσχυκέναι τὸ πλῆθος, ἡ εἰς τὸ δικαστήριον ἔφεσις· κύριος γὰρ ὢν ὁ δῆμος τῆς ψήφου κύριος γίγνεται τῆς πολιτείας.

Si autem hectemororum conditio talis fuit, qualem supra depinxi, sequitur ut ager Atticus saeculo septimo magnam partem in parvos fundos descriptus fuerit [1]), quibus latifundia principum interiacuerint. Quanam ratione quibusque temporibus hic rerum status ortus sit quaerere multis dulcissimum fuit neque hercle inutile esse videtur. Neque est cur meam sententiam celare instituam. Facio cum iis qui censent Graecos, cum primum in Atticam invaserunt, ipsos quidem fortasse adhuc pecuaria magis quam agricultura assuetos fuisse, sed cum ibi non latissima prata ad boves ovesque innumeras alendas idonea nanciscerentur, sed agros diligenter cultos et inter cultores divisos, ad haec se accommodasse ita, ut omnem agrum statim inter se dividerent. Nec solum in Attica, sed etiam in ceteris Graeciae regionibus ita evenisse crediderim [2]). Partitio autem agri captivi hoc modo instituta esse videtur, ut unicuique patri familias certa portio (κλῆρος) eodem fere pretio aestimanda assignaretur, nisi quod proceribus nonnullis iam inde ab initio maiora fortasse praedia data sunt. Tum progrediente aetate, quandocumque gens aliqua exstinguebatur, primum duos, deinde plures κλήρους in unum coaluisse consentaneum est. Contra alii censent principio apud Graecos communionem agrorum fuisse. Veluti Wilamowitzius, cui magis cum placitis viri clarissimi de Laveleye convenit, in Attica sero agrum communem inter cultores divisum esse autumat [3]). Sed hanc quaestionem dirimere non est huius loci; nunc enim non curamus, quando illa agri divisio facta sit, dummodo inter nos constet saeculo septimo ante Solonem archontem agrum

---

1) Cf. Beloch, l. l. p. 364, 2: „Da Solon, wie er selbst sagt ('Αθ. πολ. XII, 3) an der Verteilung des Grundbesitzes nichts geändert hat, in Attika aber später der Kleinbesitz vorwog, so muss das auch vor Solon der Fall gewesen sein". Longe aliter Fustel de Coulanges, Recherches sur le droit de propriété chez les Grecs (Nouvelles recherches sur quelques problèmes d'histoire, 1891), p. 131: „De même que les Eupatrides des γένη possèdent seuls les droits politiques et religieux, de même ils sont seuls, ou presque seuls, propriétaires du sol. Deux ou trois cents γένη se partagent ainsi toute l'Attique... Nous avons donc sous les yeux un régime de grande propriété, de propriété aristocratique".

2) Cf. Fustel de Coulanges, l. l. Guiraud, La propriété foncière en Grèce (1893).

3) Wilamowitz, Aristot. und Athen, II (1893), p. 47; Staat und Gesellschaft der Griechen (1910), p. 60 sq.

Atticum ita divisum fuisse, ut partem minutatim dispertitam haberent rustici, partem optimates.

Erat autem antiquitus apud Graecos ius ita constitutum, ut praedia non proprie essent possessorum, sed familiae, sed gentis, ut semper pater familias agrum quem ipse acceperat integrum heredi suo et necessario relinqueret. Hoc maiorum institutum diu permansit, tametsi tempore hic illic nonnihil mitigatum est, veluti cum fratribus agri hereditarii inter se partiendi vel etiam possessori agri vendendi agnato [1]) potestas data est. In Attica certe ante Solonem ius familiare adhuc viguisse non ita pridem vir praestantissimus Fustel de Coulanges [2]) egregie demonstravit. Nihil enim clarius esse potest testimonio Plutarchi Vitae Solonis cap. XXI[1] § 3: ἐν τῷ γένει τοῦ τεθνηκότος ἔδει τὰ χρήματα καὶ τὸν οἶκον καταμένειν... (Σόλων) τὰ χρήματα κτήματα τῶν ἐχόντων ἐποίησεν. Primum Solonem ius testamenti civibus Atticis dedisse tradunt oratores, et ipsa fere legis verba apud illos feruntur: τὰ ἑαυτοῦ διαθέσθαι εἶναι, ὅπως ἂν ἐθέλῃ, ἐὰν μὴ παῖδες ὦσι γνήσιοι ἄρρενες [3]). Minime nova sunt haec, nec tamen supervacaneum est memoriam ad ea revocare, quia nostra aetate a via Fustelio probata absistunt viri docti et, licet palam cum illo digladiari refugere videantur, tamen ipsius scita praetereunt deque eius praeceptis addubitant. Praeter v. d. Guiraud [4]) inprimis hic mihi nominandi sunt Zimmern Linforth Glotz.

E quibus Zimmern [5]) lepide narrat non quid revera in Attica ante Solonem evenisse rescisci possit, sed quomodo aliquis animo sibi fingere queat sermones et pactiones inter astutos principes et famelicos improvidosque colonos. Illius sententia dominium a familia ad possessorem transiit et agri pignori dari coepti sunt, quoniam ita inter dominum et colonos obae-

1) E notissimo Hesiodi versu (Op. 341):

ὄφρ' ἄλλων ὠνῇ κλῆρον καὶ τὸν τεὸν ἄλλος

non statim concludere licet in Boeotia illius aetate veterem morem iam prorsus obsoletum fuisse: poterat enim venditio fieri inter agnatos vel gentiles.

2) Fustel de Coulanges, Nouv. rech. p. 139.

3) V. Gilliard, l. l. p. 181 sqq.

4) Guiraud, La propriété foncière en Grèce, p. 103 sqq.

5) Zimmern, The Greek Commonwealth[2], 1915, p. 114.

ratos bis terve confabulatos convenerat. Quod si recte statuisset, non intellegerem, cur dominus agellos colonorum non occupasset suisque possessionibus adiunxisset, simulatque fenora debita non solvissent. Ne mihi obieceris dominum hoc modo egisse, cum ipsi conduceret. Nam colonum vel sic in agro et domo sua habitare sinere potuisset semel minatus se illum cum omnibus suis venditurum esse, nisi die ac nocte laborarent. Ergo si optimates in bona debitorum non invaserunt, ideo hoc usu venit, quod illos mos et fas praediis colonorum potiri vetabant.

Linforth [1]) admodum haerere videtur quid statuat: „Some scholars claim that the sale of land, unknown in primitive society, was only just coming into use in the first part of the sixth century..." „If this contention is sound"....

Denique Glotz, qui antea Fustelio astipulabatur [2]), nunc dominium agrorum in Attica iam ante Solonis aetatem mutatum esse censet: „Une fois happé par l'usure, le paysan est perdu. Le mieux qui puisse lui advenir, c'est qu'on se contente, comme garantie, de sa terre. Il la vend à réméré. L'échéance arrive, il n'a pas la somme due; la borne plantée sur son champ à titre hypothécaire devient la marque d'une aliénation définitive" [3]). Sed definitivae si fuissent alienationes, quomodo quaeso Solon eas rescindere potuisset? Et quare creditores ὅρους illos hypothecarios non amovissent, si agros debitorum possedissent, quo facto iam hypotheca nulla fuisset?

Quodsi iure statuimus ante Solonem praedia abalienari non potuisse, sequitur ut ne hypothecae quidem nomine obligari potuerint [4]). Hoc nemo negabit; sed protinus oritur quaestio,

---

1) Linforth, Solon the Athenian, University of California, 1919, p. 63.

2) Glotz, La solidarité etc. p. 327 sqq.

3) Glotz, Le travail etc., p. 99.

4) Cf. Fustel de Coulanges, l. l.; La cité antique l. IV[i] cap. VI, p. 75, 315 sq.; Wilbrandt, Philol. Suppl. VII (1899), p. 169; Gilliard, l. l. p. 127: „Lorsque la terre est inaliénable, l'hypothèque proprement dite est inconcevable. Comment donner en garantie d'une obligation un bien incessible, et que le créancier ne pourrait réaliser?" Contra G. de Sanctis (ATΘIΣ², 1912, p. 194, 3) Fustelium hac in re errasse contendit: „troppo palesemente accenna a quella ipoteca Solone menzionando gli ὅροι e la γῆ δουλεύουσα.

quinam fuerint ὅροι quibus sublatis Solon terram liberavit. Equidem persuasum habeo rusticos aere alieno obrutos, cum ipsa terra hypothecae dari non posset, oppignerasse terrae fructus [1]) praesentes et futuros in aeternum. Pignori dederint homines primum res mobiles pecus uxores liberos semet ipsos; deinde, cum ager hereditarius familiae esset, ius in reditus huius agri omnes (quo facto interdictio venditionis prorsus irrita facta esset, nisi Solon tabulas novas fecisset). Sunt autem ὅροι termini agrorum. In his principio inscriptas esse summas hypothecarum suspicor, quod termini sacri essent et gravissimis poenis multaretur quicumque eos laeserat vel everterat [2]).

Restat ut ostendam, quatenus sententia quam supra in medium protuli, nova sit. Apparet eam aliquantum distare ab opinione Glotzii, cuius haec sunt verba: „Le fardeau dont il (Solon) soulagea les ἐκτημόροι, c'était la servitude pour insolvabilité...; il les dispensa de remettre à leurs créanciers jusqu'à libération les cinq sixièmes de la récolte, et non d'abandonner un sixième éternellement à leurs patrons" [3]). Neque plane concinit cum iudicio Linforthii, qui l.l. obscurius de his rebus egit et dubitanter ita conclusit: „If this contention is sound, we can only conclude that the stone tablets were set up as a proof that the creditor could claim a certain fixed portion of the produce of the soil. This is equivalent to saying that while a creditor could not claim in return for a loan the laud which served as security [?!], he could nevertheless exact regular interest upon it, in the form of natural produce, until the debtor was able to discharge the debt". Quae si vera essent, in ὅροις relatum fuisset aes alienum sine ullo pignore contractum. Contra non multum a mea opinione afuit Wilbrandt, cum a. 1899 l.l. p. 175 scriberet sic: „Die Schuldner durften ihre Aecker weder verkaufen noch verpfänden. Die Horoi, welche auf ihren Grundstücken errichtet waren, zeigten nur an, dass die so abgegrenzten Teile im Interesse der Gläubiger zu bebauen seien. Einen Teil ihrer

---

1) Etiam postea apud Graecos non solum praesentes reditus oppignerabantur, sed etiam futuri. V. Cuq, Dictionn. des antiq. grecques et rom. III, I, p. 357.

2) Cf. I. G. A. 381, S. G. D. I. 5653, A.

3) Glotz, La solidarité, p. 329.

Einkünfte also verpfändeten oder verkauften die Bauern". Ὅρους igitur suspicatus est esse terminos quibus conterminata esset agri pars illa cuius fructus pignori dati essent. Sed non quaesivisse videtur, quomodo fieri potuerit, ut colonus aere alieno oppressus nihilominus partem fructuum sibi vindicare valuerit. Similiter Gilliard l. l. p. 135 ὅρους a Solone sublatos fuisse autumat „un signe qui devait montrer aux yeux de tous que tout ou partie du revenu du sol appartenait à tel ou tel Eupatride". Quamquam quo iure, qua sponsione fructus illi obligarentur, Gilliard non diserte dixit. Idem ipse fundamenta disputationis suae subruit, dum adversariis concedit aetate Solonis terram vendere et hypothecae nomine obligare fortasse iam licuisse [1]). Si enim colonis ius fuisset agros suos hypothecae dare, creditores, sat scio, nulla alia securitate contenti fuissent.

Colonus cum proventum agelli sui in perpetuum oppignerasset, vix credendum est creditorem ei non per beneficium et gratiam quotannis aliquam partem frugum reliquisse. Illius enim non intererat hectemoros suos fame enecare, sed maligne sustentare, ut semper in arbitrio suo essent. Atque hoc quidem prorsus assequebatur; quin etiam debitorem, qui solvendo non erat et iugum aspernabatur, ilico mancipare poterat. Sed nihilominus potentiae et licentiae eius certi fines constituti erant vel tunc: ipsis debitorum praediis potiri nequibat, haec numquam sua facere potuerat, ut potuisset, si pignori opposita fuissent. Sed etiam hectemorus nullus per maturam agelli abalienationem aere alieno et servitute imminente liberare sese potuerat: fundus enim quem lex vendi vetet revera invendibilis esse solet.

Quam sententiam de origine hypothecae in iure Attico defendere conatus sum, longe abhorret ab illa, quam olim Fustel de Coulanges de his rebus exposuit. Is enim hectemoros clientes optimatium semiliberos fuisse censet, qui nihil haberent suum,

---

1) Gilliard, l. l. p. 131, 2: „On ne sait si la vente fut autrefois interdite à Athènes, comme cela est probable, ni depuis quand elle y a été autorisée. Elle se pratiquait peut-être déjà avant Solon..." p. 136: „Les hypothèques proprement dites étaient rares...."

sed quibus agri portionem dominus certis conditionibus tribuisset [1]), ὅρους vero signa, quae in istis agellis posita dominium patroni attestarentur et memoriam dominii perpetuarent [2]). Atque hoc quidem iudicium hodie vindicem habet nullum. Sed quamvis licet Fustelius his in rebus erraverit, illi in fine huius disputationis gratiae mihi referendae sunt, siquidem quod ipse proposui accedit ad similitudinem ingeniosissimae coniecturae, quam alibi de rebus Lacedaemoniorum agens adhibuit. Spartae enim saeculo quarto exeunte et tertio ineunte veteres κλᾶροι exstabant et etiam tunc, ut semper fuerant, invendibiles erant, sed palam et impune circumferebantur et vendebantur syngraphae κλάρια dictae, quibus ius perpetuum in fructus κλάρου alicuius consignatum erat. Ipsius verba [3]) describere libet:

„Remarquons bien ces deux faits que la législation de Sparte mettait en présence: propriété qu'on ne pouvait pas vendre, dette qu'on ne pouvait pas éteindre. Ces deux faits étaient, par la loi, associés et enchaînés l'un à l'autre. Le propriétaire était, en même temps, presque toujours un débiteur. Plutarque nous dit, en effet, que la classe des propriétaires était endettée à un tel point, „que si on leur offrait l'abolition des dettes, ils accepteraient sans se plaindre l'abolition des propriétés". Que devenait donc ce petit propriétaire endetté, ce propriétaire malgré lui, qui ne pouvait ni se débarrasser de son bien ni se libérer de sa dette?... L'hypothèque ne pouvait pas exister, du moins sous la forme que nous lui donnons aujourd'hui, puisque la vente de la terre était interdite. Il fallait alors... que le créancier prît gage sur la redevance [4]) annuelle....

---

1) Fustel de Coulanges, La cité antique, p. 312 sqq.; Nouv. rech. p. 129: „Ces tenanciers... ne sont pas libres... Ils sont dans une situation intermédiaire entre la servitude et la liberté. Un lien de dépendance héréditaire les attache au γένος de l'Eupatride".

2) Fustel de Coulanges, La cité ant. p. 315, 1: „A l'époque de Solon, l'ὅρος n'était et ne pouvait être que le *terminus*, emblème et garantie du droit de propriété. Dans le cas qui nous occupe, l'ὅρος marquait, sur le champ occupé par le thète, le domaine éminent de l'eupatride"; Nouv. Rech. p. 130: „L'ὅρος dont il est question ici ne peut être que l'antique borne sainte... qui, attestant le droit de propriété du maître, est le lien sacré et indissoluble qui unit à jamais la terre à la famille Eupatride".

3) Fustel de Coulanges, Nouv. rech. p. 112 sq.

4) I. e. vectigal, quod Hilota Spartano agri domino pensitabat.

Le débiteur restait propriétaire sans jouir du revenu, lequel était porté par l'hilote cultivateur au créancier. Il n'était donc plus, lui et ses enfants après lui, qu'un propriétaire légal, un propriétaire de nom; mais le créancier avait la jouissance de fait. Ainsi, la vente étant interdite, l'emprunt donnait à peu près le même résultat en pratique qu'aurait donné la vente. Il y a plus: cette créance, qu'il était très rare qu'on pût éteindre, pouvait passer des mains du premier créancier dans celles d'un tiers et devenir un objet de commerce. On ne pouvait pas vendre la terre, mais on pouvait vendre le contrat ou l'obligation qui reposait sur cette terre et qui en représentait le revenu. Plutarque [1]) nous apprend que dans la langue de Sparte le lot de terre s'appelait κλᾶρος et la créance s'appelait κλάριον. Le mot est le même et il donne à penser que cette sorte de créance n'était pas autre chose que l'image mobilisée d'un immeuble invendable. Par là, le champ du Spartiate, ce κλῆρος qui produisait toujours une même redevance invariable, se transformait en une sorte de titre de rente, et sous cette forme il circulait. Il se transmettait de main en main par une sorte de transfert, quoique le propriétaire nominal du champ fût toujours le même".

Haec Fustelius omnino certa et explorata esse non contendit. Imo pudentissime haec subiunxit p. 114: „Nous ne présentons tout cela que comme hypothèse; mais nous ne voyons pas d'autre moyen d'expliquer un fait qui, lui, est bien avéré et qui est attesté par Aristote: les deux cinquièmes de la terre étaient entre les mains des femmes", et p. 115: „Tout cela, il est vrai, n'est que conjecture et vraisemblance; nous n'avons pas le droit de formuler une affirmation". Perinde ne ego quidem quae mihi in mentem venerunt impensius vera esse affirmabo. Paucis enim hic documentis utimur, et erroribus obnoxii sumus semper omnes, sive verum fateri sustinemus sive non. Si tamen quae mihi veri similia visa sunt, iamiam breviter verbis complecti licet, hoc modo sententiam meam enuntiare velim:

Hypotheca in iure Attico minime orta est ex venditione,

---

1) Plut. Agis, XIII.

quam Graeci dicebant πρᾶσιν ἐπὶ λύσει [1]). Imo vero hypothecae in Attica antecesserat pigneratio fructuum agri in perpetuum; quae cum in consuetudinem venisset, mox lex necessario ita immutata est, ut ius agri familiaris vendendi possessoribus non omnino denegaretur, postea sine ulla exceptione concederetur.

Ad Inscriptionem Argivam.

Bull. de corr. hell. 1909, p. 172, vs. 19—22: (οἱ προμάντιες) τὰν[ς] θ[ύρα]νς τοῦ ναοῦ ὠχύρωσαν [καὶ] λα[π]ίδας καὶ ἐπιχύ[τ]αν ἀργυρέα ἔθεν καὶ θηαύρὸν ἐνσε.ο.αντο. Nuper Fridericus Bechtel adnotavit: „Hier ist nur eine Ergänzung möglich: ἐνσε[κ]ό[ψ]αντο" [2]). Vellem tam fidenter loqui nobis liceret; sed adhuc dubitationi locus esse videtur. Cum verbum mutilum incipiat a praepositione ἐνς, expectaremus θηαύρόν illum dici in templo *collocatum esse*; cf. inscriptio Andaniae: καὶ χωραξάντω τὸν μὲν ἕνα (sc. θησαυρόν) εἰς τὸν ναόν [3]). Iam vestigia litterarum neque ἐνσεχωράξαντο neque verbi causa ἐνσιδρυάντο legere nos sinunt; quapropter conieceram legendum esse: ἐνσεποιήσαντο [4]). Possis etiam: ἐνσεστάσαντο (nam littera ο non plane certa est) vel ἐνσεθήκαντο, quod mihi nunc cum maxime placet. Certe de recto usu generis medii verbi εἰστιθέναι nihil ambigendum esset; optime enim iam Henricus Stephanus in Thesauro suo: „εἰστίθημι, impono, pono in... qua in signif. aor. med. 2 frequens est". Utut est, haec conamina mihi non minus veri similia videntur quam coniectura Bechtelii, qua

---

1) Hoc contenderunt Dareste (Nouv. rev. hist. de droit français et étranger, 1877, p. 171: „En Grèce, comme partout, le gage immobilier s'était d'abord produit sous la forme de vente à pacte de rachat"; et Fustel de Coulanges, La cité ant. p. 316, 1; Nouv. Rech. p. 140 sq. Cf. Beauchet, Hist. du droit privé de la républ. athénienne, vol. III[i] (1897) tit. III[i] cap. II.

2) Zeitschr. für vergl. Sprachforsch. L, p. 69.

3) Dittenberger, Syll.[2] 653; Syll.[3] 736, 91.

4) Bull. de corr. hell. 1913, p. 308.

diese letztere Interpretation zulässig; da aber ein Teilbauer mit so wenig unmöglich bestehen kann, so müssen die Hektemoroi noch andere Bezüge gehabt haben" [1]). Quamquam protinus adiungit: „welche, ist natürlich nicht zu erraten". Atque patet et veterum grammaticorum partem et eorum qui nunc sunt ideo nomen hectemororum contra linguae indolem interpretatos esse, quod videbant partem frugum ipsis tributam minutiorem esse, quam qua vitam tolerarent. Sed hac in re equidem a Belochio dissentio, quod intellegere mihi videor, unde hectemori etiam alios fructus perceperint. Parvorum enim agellorum dominos eos fuisse reor [2]) qui cum victus egeni essent, sed labore et opera praestarent, etiam agros optimatium excolendos susceperint ea lege, ut sexta parte fructuum perceptorum remunerarentur [3]). Profecto gravissimus rerum status, quo omnes praeter solos divites affligebantur, diu perstare non potuit, sed rarae temporum iniquitati tribuendus est. Itaque hectemororum quoque reditus et mercedes eiusmodi fuisse consentaneum est, ut, si proventus agrorum bonus vel modicus esset, durare possent. Sed fructuum calamitate aliquando illos coactos a divitibus auxilium petiisse, deinde aere obrutos omnia sua, quoad lex sinebat, oppignerasse veri simile est.

Iam si quaeras unde efficiam quave ratione demonstrem id quod dixi, hectemoros non meros villicos vel colonos fuisse, sed etiam suos agellos coluisse, respondebo apparere hoc se ita habere, si reputes, quibus consiliis Solon iugum ab iis

---

1) Beloch, Griech. Gesch. I, 1^2, p. 295, 3.

2) Longe alia mens est viro doctissimo Bury, cuius haec sunt verba (A history of Greece[2], 1914, p. 174): „there was a mass of freemen who were not citizens. Among these we can distinguish the agricultural labourers, who, *having no land of their own*, cultivated the estates of the nobles. In return for their labour they retained one-sixth of the produce and were hence called „Sixth-partners" (Hektemoroi)".

3) Optime a. 1855 Schoemannus in libro cui inscribitur „Griechische Altertümer", I, p. 325: „die kleinen Besitzer auf dem Lande wurden von den adelichen Herren, deren Nachbarn, zum Theil vielleicht auch Pächter sie waren, gemisshandelt". Eadem in editione IVa huius libri, quam a. 1897 curavit Lipsius, repetita invenias (I, p. 337), excepto quod ille iure ac merito voculam „vielleicht" expunxit.

depulerit. Duae enim res sunt, quibus ille pauperes Atticae incolas aerumnis levasse traditur. Primum omnes pecunias creditas debitoribus condonavit atque etiam eorum, qui pignora dederant, aes alienum dissolvit, ut ipse dixit in carmine celeberrimo:

συμμαρτυροίη ταῦτ' ἂν ἐν δίκῃ Χρόνου..
Γῆ μέλαινα, τῆς ἐγώ ποτε
ὅρους ἀνεῖλον πολλαχῇ πεπηγότας,
πρόσθεν δὲ δουλεύουσα, νῦν ἐλευθέρα. [1])

Simul corpora debitorum non aere alieno amplius obligari decrevit. Inde inopes debitores statim eatenus utilitatem cepisse liquet, ut pro suo iure liberi neque cuiquam optimatium obnoxii essent; sed, nisi ipsis agri fuissent, tamen in summa egestate vix minus quam antea divitioribus servire coacti fuissent [2]). Tum demum igitur efficacitatem Solonis decreti, quo plebem et, ut ipse dicit, terram liberavit, intellegimus, cum hectemoros rusticos fuisse sumimus, pauperes quidem, sed tamen non omnino agris destitutos [3]), qui post σεισάχθειαν illam pristinos reditus suos recuperarint. Forsitan dixerit quispiam vel sic fieri potuisse ut deinceps, si quando tempora iniquissima fuissent, in easdem miserias delaberentur. Sed dehinc ipsorum in civitate potestas summa erat, ut etiam domi commodius sese tueri et defendere possent; imprimis autem lege Solonis, qua heliaea instituta est, telum acerrimum iis datum est, quo potentissimum quemque adversarium ferire et profligare pollerent. [4])

1) Aristot. de republ. Athen. XII, 4.

2) Hanc conclusionem iustam esse senserunt Glotz (La solidarité de la famille dans le droit criminel en Grèce, 1904, p. 329: „Malgré son importance matérielle, cette abolition de dettes ne pouvait avoir par elle seule de grandes conséquences politiques et sociales") et Bury (l. l. p. 182: „though he (Solon) rescued the free labourer from bondage, he made no change in the sixth-part system, so that the condition of these landless freemen was improved only in so far as they could not be enslaved and in so far as the law limiting exportation affected prices").

3) Cf. insuper Beloch l. l. p. 364, 2: „Eben die Hypothekensteine beweisen ja, dass die Bauern auch vor Solon ihr Land zu freiem Eigentum hatten".

4) Cf. Aristot. de republ. Athen. IX, 1: δοκεῖ δὲ τῆς Σόλωνος πολιτείας τρία ταῦτ' εἶναι δημοτικώτατα...τρίτον δὲ ᾧ μάλιστά φασιν ἰσχυκέναι τὸ πλῆθος, ἡ εἰς τὸ δικαστήριον ἔφεσις· κύριος γὰρ ὢν ὁ δῆμος τῆς ψήφου κύριος γίγνεται τῆς πολιτείας.

ratos bis terve confabulatos convenerat. Quod si recte statuisset, non intellegerem, cur dominus agellos colonorum non occupasset suisque possessionibus adiunxisset, simulatque fenora debita non solvissent. Ne mihi obieceris dominum hoc modo egisse, cum ipsi conduceret. Nam colonum vel sic in agro et domo sua habitare sinere potuisset semel minatus se illum cum omnibus suis venditurum esse, nisi die ac nocte laborarent. Ergo si optimates in bona debitorum non invaserunt, ideo hoc usu venit, quod illos mos et fas praediis colonorum potiri vetabant.

Linforth [1]) admodum haerere videtur quid statuat: „Some scholars claim that the sale of land, unknown in primitive society, was only just coming into use in the first part of the sixth century..." „If this contention is sound"....

Denique Glotz, qui antea Fustelio astipulabatur [2]), nunc dominium agrorum in Attica iam ante Solonis aetatem mutatum esse censet: „Une fois happé par l'usure, le paysan est perdu. Le mieux qui puisse lui advenir, c'est qu'on se contente, comme garantie, de sa terre. Il la vend à réméré. L'échéance arrive, il n'a pas la somme due; la borne plantée sur son champ à titre hypothécaire devient la marque d'une aliénation définitive" [3]). Sed definitivae si fuissent alienationes, quomodo quaeso Solon eas rescindere potuisset? Et quare creditores ὅρους illos hypothecarios non amovissent, si agros debitorum possedissent, quo facto iam hypotheca nulla fuisset?

Quodsi iure statuimus ante Solonem praedia abalienari non potuisse, sequitur ut ne hypothecae quidem nomine obligari potuerint [4]). Hoc nemo negabit; sed protinus oritur quaestio,

---

1) Linforth, Solon the Athenian, University of California, 1919, p. 63.

2) Glotz, La solidarité etc. p. 327 sqq.

3) Glotz, Le travail etc., p. 99.

4) Cf. Fustel de Coulanges, l. l.; La cité antique l. IVi cap. VI, p. 75, 315 sq.; Wilbrandt, Philol. Suppl. VII (1899), p. 169; Gilliard, l. l. p. 127: „Lorsque la terre est inaliénable, l'hypothèque proprement dite est inconcevable. Comment donner en garantie d'une obligation un bien incessible, et que le créancier ne pourrait réaliser?" Contra G. de Sanctis (ΑΤΘΙΣ², 1912, p. 194, 3) Fustelium hac in re errasse contendit: „troppo palesemente accenna a quella ipoteca Solone menzionando gli ὅροι e la γῆ δουλεύουσα.

quinam fuerint ὅροι quibus sublatis Solon terram liberavit. Equidem persuasum habeo rusticos aere alieno obrutos, cum ipsa terra hypothecae dari non posset, oppignerasse terrae fructus [1]) praesentes et futuros in aeternum. Pignori dederint homines primum res mobiles pecus uxores liberos semet ipsos; deinde, cum ager hereditarius familiae esset, ius in reditus huius agri omnes (quo facto interdictio venditionis prorsus irrita facta esset, nisi Solon tabulas novas fecisset). Sunt autem ὅροι termini agrorum. In his principio inscriptas esse summas hypothecarum suspicor, quod termini sacri essent et gravissimis poenis multaretur quicumque eos laeserat vel everterat [2]).

Restat ut ostendam, quatenus sententia quam supra in medium protuli, nova sit. Apparet eam aliquantum distare ab opinione Glotzii, cuius haec sunt verba: „Le fardeau dont il (Solon) soulagea les ἑκτημόροι, c'était la servitude pour insolvabilité...; il les dispensa de remettre à leurs créanciers jusqu'à libération les cinq sixièmes de la récolte, et non d'abandonner un sixième éternellement à leurs patrons" [3]). Neque plane concinit cum iudicio Linforthii, qui l.l. obscurius de his rebus egit et dubitanter ita conclusit: „If this contention is sound, we can only conclude that the stone tablets were set up as a proof that the creditor could claim a certain fixed portion of the produce of the soil. This is equivalent to saying that while a creditor could not claim in return for a loan the laud which served as security [?!], he could nevertheless exact regular interest upon it, in the form of natural produce, until the debtor was able to discharge the debt". Quae si vera essent, in ὅροις relatum fuisset aes alienum sine ullo pignore contractum. Contra non multum a mea opinione afuit Wilbrandt, cum a. 1899 l.l. p. 175 scriberet sic: „Die Schuldner durften ihre Aecker weder verkaufen noch verpfänden. Die Horoi, welche auf ihren Grundstücken errichtet waren, zeigten nur an, dass die so abgegrenzten Teile im Interesse der Gläubiger zu bebauen seien. Einen Teil ihrer

1) Etiam postea apud Graecos non solum praesentes reditus oppignerabantur, sed etiam futuri. V. Cuq, Dictionn. des antiq. grecques et rom. III, I, p. 357.

2) Cf. I. G. A. 381, S. G. D. I. 5653, A.

3) Glotz, La solidarité, p. 329.

Einkünfte also verpfändeten oder verkauften die Bauern". Ὅρους igitur suspicatus est esse terminos quibus conterminata esset agri pars illa cuius fructus pignori dati essent. Sed non quaesivisse videtur, quomodo fieri potuerit, ut colonus aere alieno oppressus nihilominus partem fructuum sibi vindicare valuerit. Similiter Gilliard l. l. p. 135 ὅρους a Solone sublatos fuisse autumat „un signe qui devait montrer aux yeux de tous que tout ou partie du revenu du sol appartenait à tel ou tel Eupatride". Quamquam quo iure, qua sponsione fructus illi obligarentur, Gilliard non diserte dixit. Idem ipse fundamenta disputationis suae subruit, dum adversariis concedit aetate Solonis terram vendere et hypothecae nomine obligare fortasse iam licuisse [1]). Si enim colonis ius fuisset agros suos hypothecae dare, creditores, sat scio, nulla alia securitate contenti fuissent.

Colonus cum proventum agelli sui in perpetuum oppignerasset, vix credendum est creditorem ei non per beneficium et gratiam quotannis aliquam partem frugum reliquisse. Illius enim non intererat hectemoros suos fame enecare, sed maligne sustentare, ut semper in arbitrio suo essent. Atque hoc quidem prorsus assequebatur; quin etiam debitorem, qui solvendo non erat et iugum aspernabatur, ilico mancipare poterat. Sed nihilominus potentiae et licentiae eius certi fines constituti erant vel tunc: ipsis debitorum praediis potiri nequibat, haec numquam sua facere potuerat, ut potuisset, si pignori opposita fuissent. Sed etiam hectemorus nullus per maturam agelli abalienationem aere alieno et servitute imminente liberare sese potuerat: fundus enim quem lex vendi vetet revera invendibilis esse solet.

Quam sententiam de origine hypothecae in iure Attico defendere conatus sum, longe abhorret ab illa, quam olim Fustel de Coulanges de his rebus exposuit. Is enim hectemoros clientes optimatium semiliberos fuisse censet, qui nihil haberent suum,

---

1) Gilliard, l. l. p. 131, 2: „On ne sait si la vente fut autrefois interdite à Athènes, comme cela est probable, ni depuis quand elle y a été autorisée. Elle se pratiquait peut-être déjà avant Solon..." p. 136: „Les hypothèques proprement dites étaient rares...."

sed quibus agri portionem dominus certis conditionibus tribuisset [1]), ὅρους vero signa, quae in istis agellis posita dominium patroni attestarentur et memoriam dominii perpetuarent [2]). Atque hoc quidem iudicium hodie vindicem habet nullum. Sed quamvis licet Fustelius his in rebus erraverit, illi in fine huius disputationis gratiae mihi referendae sunt, siquidem quod ipse proposui accedit ad similitudinem ingeniosissimae coniecturae, quam alibi de rebus Lacedaemoniorum agens adhibuit. Spartae enim saeculo quarto exeunte et tertio ineunte veteres κλᾶροι exstabant et etiam tunc, ut semper fuerant, invendibiles erant, sed palam et impune circumferebantur et vendebantur syngraphae κλάρια dictae, quibus ius perpetuum in fructus κλάρου alicuius consignatum erat. Ipsius verba [3]) describere libet:

„Remarquons bien ces deux faits que la législation de Sparte mettait en présence: propriété qu'on ne pouvait pas vendre, dette qu'on ne pouvait pas éteindre. Ces deux faits étaient, par la loi, associés et enchaînés l'un à l'autre. Le propriétaire était, en même temps, presque toujours un débiteur. Plutarque nous dit, en effet, que la classe des propriétaires était endettée à un tel point, „que si on leur offrait l'abolition des dettes, ils accepteraient sans se plaindre l'abolition des propriétés". Que devenait donc ce petit propriétaire endetté, ce propriétaire malgré lui, qui ne pouvait ni se débarrasser de son bien ni se libérer de sa dette?... L'hypothèque ne pouvait pas exister, du moins sous la forme que nous lui donnons aujourd'hui, puisque la vente de la terre était interdite. Il fallait alors... que le créancier prît gage sur la redevance [4]) annuelle....

---

1) Fustel de Coulanges, La cité antique, p. 312 sqq.; Nouv. rech. p. 129: „Ces tenanciers... ne sont pas libres... Ils sont dans une situation intermédiaire entre la servitude et la liberté. Un lien de dépendance héréditaire les attache au γένος de l'Eupatride".

2) Fustel de Coulanges, La cité ant. p. 315, 1: „A l'époque de Solon, l'ὅρος n'était et ne pouvait être que le *terminus*, emblème et garantie du droit de propriété. Dans le cas qui nous occupe, l'ὅρος marquait, sur le champ occupé par le thète, le domaine éminent de l'eupatride"; Nouv. Rech. p. 130: „L'ὅρος dont il est question ici ne peut être que l'antique borne sainte... qui, attestant le droit de propriété du maître, est le lien sacré et indissoluble qui unit à jamais la terre à la famille Eupatride".

3) Fustel de Coulanges, Nouv. rech. p. 112 sq.

4) I. e. vectigal, quod Hilota Spartano agri domino pensitabat.

Le débiteur restait propriétaire sans jouir du revenu, lequel était porté par l'hilote cultivateur au créancier. Il n'était donc plus, lui et ses enfants après lui, qu'un propriétaire légal, un propriétaire de nom; mais le créancier avait la jouissance de fait. Ainsi, la vente étant interdite, l'emprunt donnait à peu près le même résultat en pratique qu'aurait donné la vente. Il y a plus: cette créance, qu'il était très rare qu'on pût éteindre, pouvait passer des mains du premier créancier dans celles d'un tiers et devenir un objet de commerce. On ne pouvait pas vendre la terre, mais on pouvait vendre le contrat ou l'obligation qui reposait sur cette terre et qui en représentait le revenu. Plutarque [1]) nous apprend que dans la langue de Sparte le lot de terre s'appelait *κλᾶρος* et la créance s'appelait *κλάριον*. Le mot est le même et il donne à penser que cette sorte de créance n'était pas autre chose que l'image mobilisée d'un immeuble invendable. Par là, le champ du Spartiate, ce *κλῆρος* qui produisait toujours une même redevance invariable, se transformait en une sorte de titre de rente, et sous cette forme il circulait. Il se transmettait de main en main par une sorte de transfert, quoique le propriétaire nominal du champ fût toujours le même".

Haec Fustelius omnino certa et explorata esse non contendit. Imo pudentissime haec subiunxit p. 114: „Nous ne présentons tout cela que comme hypothèse; mais nous ne voyons pas d'autre moyen d'expliquer un fait qui, lui, est bien avéré et qui est attesté par Aristote: les deux cinquièmes de la terre étaient entre les mains des femmes", et p. 115: „Tout cela, il est vrai, n'est que conjecture et vraisemblance; nous n'avons pas le droit de formuler une affirmation". Perinde ne ego quidem quae mihi in mentem venerunt impensius vera esse affirmabo. Paucis enim hic documentis utimur, et erroribus obnoxii sumus semper omnes, sive verum fateri sustinemus sive non. Si tamen quae mihi veri similia visa sunt, iamiam breviter verbis complecti licet, hoc modo sententiam meam enuntiare velim:

Hypotheca in iure Attico minime orta est ex venditione,

1) Plut. Agis, XIII.

quam Graeci dicebant πρᾶσιν ἐπὶ λύσει [1]). Imo vero hypothecae in Attica antecesserat pigneratio fructuum agri in perpetuum; quae cum in consuetudinem venisset, mox lex necessario ita immutata est, ut ius agri familiaris vendendi possessoribus non omnino denegaretur, postea sine ulla exceptione concederetur.

Ad Inscriptionem Argivam.

Bull. de corr. hell. 1909, p. 172, vs. 19—22: (οἱ προμάντιες) τὰν[ς] θ[ύρα]νς τοῦ ναοῦ ὠχύρωσαν [καὶ] λο[π]ίδας καὶ ἐπιχύ[τ]αν ἀργυρέα ἔθεν καὶ θηαυρὸν ἐνσε.ο.αντο. Nuper Fridericus Bechtel adnotavit: „Hier ist nur eine Ergänzung möglich: ἐνσε[κ]ό[ψ]αντο" [2]). Vellem tam fidenter loqui nobis liceret; sed adhuc dubitationi locus esse videtur. Cum verbum mutilum incipiat a praepositione ἐνς, expectaremus θηαυρόν illum dici in templo *collocatum esse*; cf. inscriptio Andaniae: καὶ χωραξάντω τὸν μὲν ἕνα (sc. θησαυρόν) εἰς τὸν ναόν [3]). Iam vestigia litterarum neque ἐνσεχωράξαντο neque verbi causa ἐνσιδρύαντο legere nos sinunt; quapropter conieceram legendum esse: ἐνσεποήαντο [4]). Possis etiam: ἐνσεστάαντο (nam littera ο non plane certa est) vel ἐνσεθήκαντο, quod mihi nunc cum maxime placet. Certe de recto usu generis medii verbi εἰστιθέναι nihil ambigendum esset; optime enim iam Henricus Stephanus in Thesauro suo: „εἰστίθημι, impono, pono in... qua in signif. aor. med. 2 frequens est". Utut est, haec conamina mihi non minus veri similia videntur quam coniectura Bechtelii, qua

---

1) Hoc contenderunt Dareste (Nouv. rev. hist. de droit français et étranger, 1877, p. 171: „En Grèce, comme partout, le gage immobilier s'était d'abord produit sous la forme de vente à pacte de rachat"; et Fustel de Coulanges, La cité ant. p. 316, 1; Nouv. Rech. p. 140 sq. Cf. Beauchet, Hist. du droit privé de la républ. athénienne, vol. III[1] (1897) tit. III[1] cap. II.

2) Zeitschr. für vergl. Sprachforsch. L, p. 69.

3) Dittenberger, Syll.[2] 653; Syll.[3] 736, 91.

4) Bull. de corr. hell. 1913, p. 308.

cogimur ut sumamus in fano Apollinis Pythii fuisse θησαυρόν non ex lapide sculptum, sed in vivo saxo incisum, qualem Therae cognovimus fuisse [1]). Eiusmodi tamen thesaurus, licet solum, omni terra egesta, sedulo scrutati simus, Argis in fano Apollinis τοῦ Δειραδιώτου non est repertus.

In eadem inscriptione, quae lectu difficillima est, vs. 15 sq. primum legeram ΒΩ | ΜΟΝΣ [2]), deinde, cum paucis post annis retractanda esset, legi: Ṃ | ṆΟΝΣ. Iam Bechtelius conicit legendum esse Λ | ΑΟΝΣ. Equidem ne nunc quidem, quid scriptum fuerit, pro certo dixerim (..μόνς vel...νόνς). Λάονς tamen non legi posse omni asseveratione harum rerum studiosis affirmo, siquidem littera, quae Bechtelio Α esset, procul dubio aut Μ est aut Ν. Addo etiam quod ad sententiam attinet mihi non placere lectionem: τὸνς λ ά ο ν ς ἐνς τάξιν πεδάγχγον καὶ τ ὸ ν ς κ ο λ ο σ σ ό ν ς; saxa enim nude sic dicta et colossi sunt res nimis inter se dispares, quam quas commode uno spiritu efferamus.

De forma Argiva οἰκείη v. Mnemos. 1919, p. 338, 6.

G. V.

---

1) Dictionn. des antiq. s. v. thesaurus, p. 224.

2) Bull. de corr. hell. 1903, p. 270.

MNEMOSYNE.

BIBLIOTHECA PHILOLOGICA BATAVA.

COLLEGERUNT

P. H. DAMSTÉ, J. J. HARTMAN, C. W. VOLLGRAFF.

OPERAM SUAM POLLICITI SUNT

J. C. NABER, M. C. VALETON, I. VAN WAGENINGEN.

NOVA SERIES.
VOLUMEN QUINQUAGESIMUM. PARS III.

LUGDUNI-BATAVORUM
E. J. BRILL.

LIPSIAE,
O. HARRASSOWITZ.
1922.

INDEX.

DE ATELLANA FABULA.[1]

SCRIPSIT

I. I. HARTMAN.

Perantiquum istud genus esse comoediae nemo nescit vel infitiari conatus est umquam. Sed quando natum sit et cur vetustum illud nomen per tot saecula retinuerit, de eo ariolari possumus et ariolati sunt multi. At nihil sic proficimus. Atellanane in oppidulo Campaniae adeo tamdiuque in tanto fuit honore ut propterea Pomponius Bononiensis, Sullae aequalis, et Novius, qui eodem tempore vixit, usi illo sint nomine tamquam egregio ornamento quo fabulas suas urbanis hominibus, iam Graece perdoctis, commendarent? An Atellani Abderitarum similes fuerunt, in quos omne genus iocorum fraudum fallaciarum optime conveniret, ita ut nullus in orbe locus aptior esset quo quidquid ad hominum mentes exhilarandas excogitatum esset transferretur? Difficile dictu. Sed errant ei qui putant longe longeque discrepuisse Atellanas a togatis vel a palliatis ipsis. An Atellanae ultima ab origine rusticanae fuerunt delectationes, haud multo praestantes iocis ineptis quibus nunc inhiat popellus incultus ligneis plaudens actoribus, qui alapis praesertim rem gerunt et motibus gestibusque obscenis? Quid tum postea? Itane nasci potuit fabula iusta in qua ordine procedunt omnia et verae vitae nobis pars aliqua non sine arte ita exhibetur ut aliquamdiu vincti ea teneamur et fictis nos decipi rebus plane obliviscamur? Immo vero quid-

---

1) Accuratius tota fere hac disputatione *exodium Atellanicum* pro *Atellana* scripsissem. Vide D. A. H. van Eck in dissertatione merito saepe laudata c. t. Quaestiones Scenicae Romanae p. 73 sqq. Amst. 1992 apud I. H. de Bussy.

quid ex ipsa popelli mente tamquam ex inculto solo prodit, aut penitus interit aut manet quale fuit ab initio. Habemus comoediam „moralem", „politicam", „domesticam" et quas non? Sed habemus et, ut opinor, habebimus vetusta illa *νευρόσπαστα θαύματα* in quibus primas partes agunt Ianus ille Nicolaides eiusque uxor, qui, nisi quod, quemadmodum nuper vidi, nonnumquam simium sibi adsciscunt socium, prorsus easdem exhibent ineptias tunicato popello ad ligneum confluenti theatrum ligneosque actores. Quodsi quis umquam portabilis illius scenae dominus vel scurriles illas loquentes induceret agentesque personas, quibus ante pauca decennia cultiorum hominum mentes delectabat, scilicet, Germania, si Ianus Nicolaides altius surgere conaretur atque laudem humilissimi, iusti tamen, comici sibi affectare, non foras eum eiiceret plebecula sed cum toto grege suo humum deiiceret. Age, finge tibi a te in theatrum duci hominem, cui suus tantummodo pagus notus. Pollicitus ei es spectaculo eum adfore, maiori quidem sed tamen subsimili illis quae toties domi ludorum tempore spectavit. Quid fit? Aulaeum tollitur (ut secundum nostri temporis morem loquar), aliquamdiu sedebit noster mirans quid tandem tantos ceterorum excitet cachinnos, mox aut obdormiscet aut circumspiciet quomodo hinc effugere possit.

Nihil quod a popello est excogitatum *sua sponte* ad maturitatem perveniet. Neque comicus quisquam Iani Nicolaidae sales veste induere honesta audebit, neque quisquam, qui fabulam quamvis „popularem" fecit, operam dabit ut a plebecula pro Iani Nicolaidae opella accipiatur, non sic iocantur homines qui, quamvis sint scurriles, musarum tamen adscribi cupiunt gregi, non sic popelli aucupantur rumusculos.

Illud *sua sponte* non est in historia literarum. Neque Ilias neque Odyssea solo tractu temporis in hanc quam nunc admiramur excreverunt amplitudinem, cum antea particulatim recitabantur ad citharam vel in epulis nobilium vel in circulis otiose confabulantium paganorum civiumve. Atellana autem opus est quam maxime literarium et quidquid literarii est generis suum sibi habet auctorem, hominem cultum et ipsum et literis haud leviter imbutum. Is fuit, ut in Atellanis subsistam, Pomponius Bononiensis, quem tempore Sullae fabulas

scripsisse audimus, quas *Atellanas* appellaverit. Earum uni nomen fuit „Armorum iudicium", quod nobis in mentem vocat non unam tragoediam, qua illud argumentum tragice fuit exornatum. Facio enim cum Ribbeckio qui scholiastae ad Statii Thebaidem obtemperans lepidum illud fragmentum

> tum prae se portant ascendibilem semitam
> quam scalam vocitant

„inter Atellanas reposuit". Nam Dieterichii rationem minime probo, qui eos versiculos tractat in libro cui nomen inscripsit „Pulcinellam" (p. 102). Sic enim prodit totum Atellanarum genus commune aliquid sibi habere videri cum vetustis ligneorum actorum facetiis. Opus enim literarium fuit Pomponii genus, quod vel maxime inde apparet quod etiam parodiam tangere ausus est.

„At enim in scena eiusdem locus fuit Macco et Pappo, Bucconi et Dossenno". Audio, sed sub illis nominibus latent Curculio, Demea, Thraso, Phormio et quis non e comoedia togata palliatave. Sic illud „ascendibilem semitam" egregie Gnathonem aliquem deceret, de rebus a patrono suo Thrasone fortiter gestis incredibilia omnia narrantem.

Agite, totam praeclari libri Ribbeckiani, quo fragmenta poesis scenicae Romanae sunt congesta, percurramus eam partem quae ad Atellanas pertinet. Obiter eam percurramus, vel sic tamen apparebit parum eas discrepuisse a ceteris omnibus fabulis, quotquot ex antiquitate ad nos pervenerunt. Nullus enim labor est iucundior quam ille quamvis miseras lacinias ita illustrandi ut vitae aliquid eis et lucis aspergatur neque fortasse utilior. Quicumque enim eum aggreditur, quamvis exiguum et tenue in eo sit ingenium, spes est sic fore ut nonnumquam e paucis vocabulis eluceat integrae alicuius fabulae, si non totum argumentum, at certe eius pars haud plane spernenda.

Sic, cum *aedituum* in fabula cognomine ita cum deo suo expostulantem audimus:

> qui postquam tibi appareo atque aeditumor in templo tuo,
> nec mortalis nec mortalium ullum in terra miserius

statim admonemur Pluti Aristophanei, ubi sacerdos similiter lamentatur de vita sua variis districta negotiis. Sponte ergo

nobis nascitur coniectura de eodem hic agi deo, quo nemo umquam fuit occupatior. An forte Pomponius exagitavit novam quandam superstitionem ea aetate natam, quae ad id genus tam fuerit propensa?

(In versu secundo pro *miserius* cum Bothio *est miserius* reposuerim et cum editore Hauptioque probo *ullum* pro *quidquam* positum. Nam versui quomodo suum sibi reddatur metrum et iusta caesura non video.)

Aleones cur dicta sit fabula non est quod quaeramus; res enim agitur inter hominem urbanum rusticumque, fortasse fratres (videor enim mihi non temere hic de Terentianis *Adelphis* cogitare), sed utrumque eidem voluptati deditum. Quorum ille invitanti huic primum respondet:

alea non ludam sane ne meae male olant manus

(Ribbeckius *aleo* quod *allio* interpretatur affertque duos locos, quorum alter nusquam est, alter quid habeat praesidii non video. Pro *olant* altera lectio *oleant* erit recipienda ne claudicet metrum, aut, si nefas est vetustam formam tangere, fortasse pro *male* legendum est *mane* quo facto haud illepidam obtinemus alliterationem.)

Sed mox mentem mutat, nam iam secum ludenti minatur rusticus:

at ego rusticatim tangam nam urbanatim nescio

Minatur: non plagas, sed sequitur noster loquendi usum frequentissimum in sermone ludentium. Quodvis enim damnum nummarium cum plaga et vulnere comparatur. Confer quod est in initio Phormionis Terentiani „ferietur alio munere". Vides Pomponium virum esse quam maxime literatum, studiosissimum flosculorum quibus oratio cotidiana exornetur. An non lepidissimum illud *rusticatim-urbanatim*? Vides ad quantum splendorem vetusta pervenerit Atellana, non hercle sua sponte.

In *Asina*, si non primas, certe aliquas partes agit stolida aliqua ancilla, quam sic domina corripit:

atque auscultare disce, si nescis loqui:

Facete hic et rei convenienter variatur reprehensio illa usitatior: „loqui potes et nugari, aliorum verba intelligere non curas".

In hac quoque fabula *fullonum* fit mentio, unde apparet Pomponii Atellanam admodum cognatam fuisse comoediae togatae. Sic enim narrat, ut opinor, stolidae illius ancillae magistra, de opere fullonico, in quo cum festinato opus esset, ipsi mane fuerit de lecto surgendum:

exsilui de nocte ad molam fullonis festinatim.

De *ludo* et lusoribus agitur etiam in *Auctorato*, quo nomine *mercennarius* indicatur. Certe de uno homine ibi sermo est quocum ludere anceps res est, non quod fallere adversarium soleat sed quia modum tenere nescit:

metuo illum, iocari nescit, ludit nimium insaniter

alter ait.

Huius quoque fabulae mentionem fecit Dieterich in libro c. t. *Pulcinella*, de Pomponii genere falsam sibi imaginem informans. Qui enim ex ea citatur

occidit taurum torviter, me amore sauciavit

tragici poetae videtur versus leviter corruptus. Ribbeckii annotationem „*mea memores amavit* Ba, in quibus latere *saviavit* recte monet Bue, verum tamen esse vix credo" prorsus non intelligo. An invito viro egregio inter *latere* et *saviavit* excidit *posse*?

Satis scurriliter in *Buccone Auctorato* dicitur:

si praegnans non eo, paribis numquam

sed ne apud Terentium quidem (ut Plautum mittam) eiusmodi ioci desunt. Suspicor enim ludibrio hic haberi a petulante servo hominem aliquem obesum.

In *Campanis* Dossennus impostor satis ludicre lascivit. Audite psephisma quod cum magna gravitate fert apud ordinem municipalem vel apud ipsum populum:

dantor publicitus Dossenno et fullonibus
cibaria.

Magna hic est de singulis vocabulis inter viros doctos controversia. Sed illud *fullonibus* nemo tetigit. Fortasse fullonibus tamquam choro praefuit Dossennus coryphaeus. Certe hic primariae partes fuerunt fullonum quos e togatis tam bene cognitos habemus.

Incertum est nomen fabulae (Ribbeckius *Citharistam* appellat) e qua haec citantur:

noli, quaeso, irascere:
more fit, moriri suam vir quisque ut uxorem velit.

Alii editores hic illic discrepant; universa sententia saepe recurrit tam in togata quam in palliata. *Conchae* quod fuerit primarium argumentum sat probabili coniectura assequimur. Mater familias quaedam et impotens et damnosa, fortasse et pudica parum, amicas invitavit, cum illis hilariter diem sumtura. Maritum enim afuturum pro certo speraverat. Sed spes eam fefellit. Iamque domum sunt rediturae, cum domina eas revocat his verbis:

vos istic manete: eliminabo extra aedes coniugem.

Ergastulum. Sic fortasse tota fabula appellatur propter locum quo mox amandabitur is quem nunc inepte gloriantem audimus:

longe ab urbe vilicari quo erus rarenter venit,
id non vilicari, sed dominari est mea sententia.

Huius loci memorem esse oportet qui legit apud Horatium (Epl. I, 14, 14 sq.):

tu mediastinus tacita prece rura petebas.
nunc urbem et ludos et balnea vilicus optas.

Intelliget enim inter se opponi mediastinum (servorum urbanorum ultimum) et vilicum (rusticorum primum). An *mediastrinum* scribamus, ut significetur puer ultro citroque inter servos currens sitque *mediaster* formatum ad analogiam Ciceroniani *surdaster*?

Fullonibus suum sibi locum esse in Pomponii Atellana modo observavimus. Nunc eam eiusdem affero comoediam cuius ipsum nomen *Fullones* est. Audimus ibi dominum haec servis edicentem:

facite ut ignis fervat, ligna insipte, far concidite

Insipite Scaligeri est coniectura pro tradito *instipites*, quam recepit Ribbeckius, sed de sententia vocabuli incertos nos relinquit, cum praesertim in alia fabula (c. t. *Nuptiae*) illius obiectum sit *farinam* vel *farinae partem*. Aliud ergo vitium latere suspicor.

Certe fullonem in suo opere occupatum hic deprehendimus. Sed et graviores res ibidem tractantur. Verba enim:

quin ergo, quando convenit, complectite?
mi frater salveto! o soror, salve, mea

tragoediam sapere videntur magis quam scurrilem comoediam.

In „*Gallis Transalpinis*" verba

> Mars, tibi facturum voveo, si umquam redierit,
> bidenti verre,

patris sunt maerentis filii absentiam. Fortasse filius ille peregre militatum abiit, patris nimiam severitatem metuens. Sic hic habemus argumentum fabulae palliata non indignum. Quis enim non verbis illis admonetur Heautontimorumeni Terentianae?

Heres petitor iam nunc se gerit pro certo hereditatis domino. Sic enim imperat:

> heus aptate, pueri munde atque ampliter convivium

in locuplete domo haec peraguntur, non in platea vel in pauperis casa.

In *Kalendis Martiis* non agitur de donis ad mulieres mittendis sed multo magis de mulieribus, quae iam ad ferias celebrandas convenerunt, decipiendis et speculandis. Quo modo in ea re se gerat servus, iam muliebri veste indutus, sic docetur

> vocem deducas oportet, ne videantur mulieris
> verba.

Et respondet ille:

> iube modo adferatur, vocem reddam ego
> tenuem et tinnulam

(*adferatur* sc. donum, mihi tamquam mulieri destinatum). Scena ergo haec est e vita cultorum hominum, non plebeculae pauperis sumpta).

Maccus miles mutatis partibus Thraso hic fit atque adeo Gnatho

> nam cibaria
> vicem duorum me comesse condecet

neque ulla re magis gloriatur quam quod (ut ait ipse)

> cum contubernale pugnavi, qui meam cenam

deficientia facile supplentur.

Eadem atque Maccus ille miles voracitate esse videtur is qui in *Maiale* sic nobis depingitur:

> caenam quaeritet:
> si eum nemo vocat, revortit maestus ad maenam miser.

Observa lepidum verborum lusum qui est in *maestus-maenam*.

Successu carent et trechedipni illi de quibus agitur in

Munda, quod nomen fabulae designat mulierem luxus cupidam. Etenim

si kalendis domi convivant, idibus cenant domi

h. e.: kalendis lautum convivium opulentis apparant amicis, at cum revocandi dies adest, soli cum cotidiana sua cenula domi relinquuntur.

Pannuceatorum nomine designari videntur adulescentes, qui liberius viventes ad inopiam atque adeo ad pannos sunt redacti. Res hic agitur inter duos fratres, avarum alterum, at alterum helluonem. Hunc ille nescio quomodo extrusit foras:

sed meus

(sic helluo narrat)

frater maior, postquam vidit, me vi deiectum domo,
nupsit posterius dotatae vetulae varicosae vafrae.

Lepide *nupsit*: qui enim uxorem duxit dotatam, pro marito uxor fit: ipse domi iam secundas partes agit, at regnat atque imperat impotens illa. Cognosce nunc grammaticorum, tam vetustorum quam recentium perversitatem. Annotat ad locum hunc princeps ille stolidorum Nonius: „*nubere* veteres non solum mulieres, sed etiam viros dicebant, ut nunc Itali dicunt". Quasi vero quisquam *serio* umquam de viris nubentibus locutus sit! Non tamen eo contentus Ribbeckius sic pergit: „apte comparatur Martialis VIII, 12". Scripsit enim Martialis:

uxorem quare locupletem ducere nolim
quaeritis? uxori nubere nolo meae.
inferior matrona suo sit, Prisce, marito:
non aliter fiunt femina virque pares.

Quis non videt totam epigrammatis festivitatem in eo versari quod *nubendi* verbum prorsus *contrario* modo adhibeatur illi quo *vulgo ab omnibus mortalibus* adhiberi soleat? Iocatur Martialis sic ut olim iocatus erat Pomponius et fortasse maiorem natu minor est imitatus.

Lepidam in eadem Atellana hanc habemus locutionem:

Sarculum hinc illo profectus illim rediisti rutrum

cuius haec esse videtur sententia: „nebulo hinc profectus avarus huc rediisti".

Alibi de pannuceatorum genere unus lamentatur: „quid agam? quo me vertam?" respondeturque ei:

Nunc rogas quid fiat? restis vilis est, velet gulam.

Facete iubetur seram sumere poenam de ea parte corporis quae omnia devoravit.

Maccum militem modo cognovimus; alibi *Pappum* agricolam videmus, *Dossennum* philosophum. Tam parum apud Pomponium sibi constant certae illae personae e vetusta Atellana translatae. Philosophia autem illa Pomponiana nihil celsi, nihil caeleste habet, sed tota humi repit atque adeo latitat in terrae visceribus. In fabula enim, quae *Philosophia* inscribitur, Dossennus magus est, qui ita roganti

ergo, mi Dossenne, cum istaec memore meministi, indica
qui illud aurum abstulerit

respondet:

non didici ariolari gratiis.

Agitur ergo in hac „Atellana" de eadem re quae praecipuum efficit argumentum Mostellariae Plautinae: de thesauro abscondito, deinde sublato.

In *Pictoribus* Pappus mendicus est. Habemus huius fabulae septem reliquias e quibus satis probabiliter coniicimus qui fuerit totius comoediae decursus. In tugurio Pappus habitat paupere:

Pappus hic mendicus habitat, senica non sescunciae.

Quomodo eo sit delapsus mox cognoscimus. Olim in urbe habitabat, vir erat opulentus quem adolescentuli colebant, testamento eius inhiantes. Omne genus donorum et nulla non bellaria in aedes eius ingerebant. Nam senex ille vafer modo hunc modo illum spe lactabat inani. Post, ubi divitiarum satis corraserat,

ipsus cum uno servo senex intestato... proficiscitur.

Lepidissimum est illud παρὰ προσδοκίαν pro „intestato obit".

Sed ne ruri quidem senex ille dives et orbus quaestum suum missum fecit. Servum enim speculatum mittit ecquid novi lucelli afferatur:

asside, si qua ventura est alia strena strenue

(ubi sat probabiliter Ribbeckius *aliqua* pro *alia* coniecit). Lusus verborum *strena-strenue* Pomponio in deliciis fuisse videtur.

Quantum habeat periculum heredipetarum ars unus ex illo grege nos docet:

quae tuleram (ait) mecum milia decem victoriata
in Graeca mercede ilico curavi ut occuparem.

Audimus hunc vel rivalem eius aliquem cum sene suo colloquentem. Quemadmodum saepe fit in Luciani colloquiis Menandreis heredipeta et testator inter se heredes scribunt aut pecuniam legant. „Nummos certos dicas" ille ait et respondet hic „dico quinquaginta milia".

Uter horum diutius sit victurus iam in fatis est. Sed iunior nimis festinat quam ut fatale exspectet tempus. Certe in nostra fabula consulit sagam quandam, quae, quod res ipsa fert, simul est venefica. Sic illa nobis describitur:

mirum ni haec Marsa est: in colubris callet cantiunculas.

Observa alliterationem, ornamentum in hoc genere frequentissimum.

Qui sit futurus rerum exitus haud difficile est divinare. Satis enim nota res est e Luciano vel, si mavis, Menandro. Die ad id constituto iuvenis, nescio quomodo in errorem inductus, venenum seni destinatum ebibet ipse et sic piscis cum esca ipsum devorabit piscatorem. Praeter unum et alterum e Lucianeis Mortuorum colloquiis digna hic est quae conferatur Horatii Satira (II, 5), ubi Tiresias quo modo ditescere possit Ulyssem docet: videbis Atellanam, dum in scenam producit heredipetam deceptum, vix ullum iam servare originis suae vestigium.

De *Piscatoribus* vix quidquam pro certo commemorari potest neque de *Pistore* qui

decipit vicinos: quod molendum conduxit comest.

Fortasse et alias exercet artes de quibus celandi sunt aediles. Quarum una eiusmodi est ut ipse declaret: (hanc si cotidie exercere mihi liceret)

plus quaesti facerem quam quadrinas si haberem molas.

In hac quoque fabula sermo est de sene qui thesaurum abscondit. Ipse sic loquitur:

nisi nunc aliquis subitod obviam occurrit mihi
qui oquiniscat quo compingam terminum in tutum locum.

At cum de thesauro suo cogitat

fit desubitod hilarus, tristis saltat ridens ringitur

sic enim alius de eo narrat.

Quae verba quomodo sint disponenda docebit locus in Terentii Phormione, ubi „ringi" et „ridere" inter se „opponuntur".

Quod fere fuerit argumentum *Placentae* et *Porcetrae* prorsus latet. E priore fabula non sine admiratione quadam discimus poetae tempore *intibos* olus fuisse vile, quo praeter ceteros rustici delectarentur:

> rustici
> edunt lubenter tristes atros intibos.

Ovidii tempore aliter se rem habuisse dixeris. Philemonis enim et Baucidis, qui simpliciter, sed copiose epulentur paropsida esse:

> intibaque et radicem et lactis massam coacti.

Sed et hi dapibus inemtis sunt contenti.

Contra „*Praeconis posterioris*" argumentum satis est perspicuum. Senex quidam uxorem duxit adolescentulam, quam deperit eiusdem filius. Malum minatur filius patri, qui sic respondet:

> age modo, sta garri, particulones producam tibi.

Filii abominamur impietatem, qui sic patrem alloqui non vereatur:

> ego dedita opera te, pater, solum foras
> seduxi, ut ne quis esset testis tertius
> praeter nos, tibi cum tunderem labeas lubens

miramurque Romanos aequo animo ferre talia potuisse qui paucis annis postea in oratione pro Roscio Amerino Ciceroni plausuri essent graviter de liberorum adversus parentes officiis oranti. Sed simul in mentem nobis venit Phidippidae Aristophanei, neque iam putamus Pomponium hic nobis praebere aliquid quod non sit commune omnium comoediarum antiquarum sed Atellanarum proprium.

Quid quod nihilo melior pater quam filius. Sic enim de eo lamentatur nova nupta:

> sed me exercet senica nequam neque illo quid faciam scio

(ubi dubium non est quin verbum *exercendi* et adiectivum quod est *nequam* obsceniore sensu dicta sint).

At senex ipse vanus ille haud leviter sua victoria gloriatur. Sic enim de eo narratur:

> ad Veneris est profectus mane vetulus votum ut solveret,
> ibi nunc operatus est.

Interea fraudum quidam et dolorum artifex adolescenti operam suam pollicetur, rogatque:

vis facere ut noverca vetulum derepente deserat?

Eiusmodi autem ministrum adulescentulorum parentes suos decipientium vultu quoque et corpore a ceteris mortalibus differre oportet. Huius autem fabulae „sycophanta" calvus est. Et suggerit discipulo consilium scelestum, quo audito exclamat ille:

at te di omnes cum consilio, calve, mactassint malo.

Probatur tamen calvi consilium, aut leviter immutatum, aut pro eo aliud est inventum magis innocuum. Nuntiat enim ille rem prospere cessisse et aufugisse novercam. Laetusque exclamat rivalis iunior:

calve, apportas nuncium
nobis disparem, divisum, huic seni senium et metum.

Haud dubie laetum res habet eventum, certe filio. Sic enim ille exsultat gaudio ut ne gravissimum quidem soloecismum metuens exclamet:

quot laetiti*as* insperat*as* modo mi irrepsere in sinum.

Sed quamvis laetus sit fabulae eventus, res tamen in ea peragitur admodum seria. Non sunt ludicra omnia et ridicula. Nihilominus tamen illa quoque ab auctore suo *Atellana* nominata est.

„*Praefecti morum*" non plus tres superstites habemus versiculos et dimidiatum. Sed videmur hic nobis Terentii Adelphos legere. Quamquam non cum *fratribus* nobis res est, sed cum amicis, fratrum illorum Terentianorum simillimis, quemadmodum efficimus ex enuntiato hoc varie tentato sed ad usum nostrum sic satis perspicuo:

ut si quis est
amici amicus, gaudet si cui quid boni
evenit cui amicus est germanitus.

Idem vel (quod verisimilius est) alter cum edicit servo:

pater adest, negato esse hic me, ego operibo caput,

nonne admonet nos eiusdem fabulae Terentianae, ubi adolescens ille, quo pater hactenus tamquam antiquae virtutis exemplo sit gloriatus, ab ipso illo patre deprehenditur genio indulgens cum fratre nequissimo, vel cum eundem servum iubet curare ne pater sentiat se in urbe esse sed ruri versari putet et strenue agro colendo dare operam?

Saepius iam mentionem feci de ornamento illo orationis in

Atellanis frequentissimo quod plerumque *alliteratio* dicitur. Dabo exemplum unde appareat etiam Pomponio in deliciis illud fuisse. Apud nostrates in proverbio est: „fabellae non implent foramina". Si sententia haec est: „vocabulis vesci non potes" vel: „vocabula latrantem stomachum non satiant", admodum lepide eandem sic enuntiare Pomponius censendus est:

ego rumorem parvi facio, dum sit rumen qui impleam.

Quo qui hic utitur non hercule homo gravis est, sed est Phormio aliquis, isque in suo genere vel improbissimus, id quod iam ex ipso fabulae, in qua ille partes agit, apparet nomine, est enim „*Prostibulum*" illud. Omnia ibi per vim peraguntur maximam. Non deest ibi leno in quem impetum faciunt adolescentes protervi. Non tamen illi causam agunt suam sed amici procurant negotium, qui apud lenonem amicam habet, quovis pretio inde abducendam. Neque non sufficit ad illam oppugnationem militum numerus. Certe non re infecta a suo sibi castello eos abiisse efficimus e lenonis verbis, qui everberatus ad necem, cum tandem e stupore suo expergiscitur, sic eiulat:

iamne abierunt? iam non tundunt? iamne ego sum in tuto loco?
numqui hic restitat, qui nondum labeas lerarit mihi?

Sunt et Pomponii fabulae quarum tituli nos vitae admonent rusticae: „*Rusticus*, *Sarcularia*, *Vacca*, *Verres aegrotus*, *Verres salvus*." Ex ultima hic citatur versus:

tamquam frater mihi sis, medium abdomen tecum dividam

quo dubium non est quin veterinario gratias agat agricola aliquis.

Sed hic quoque eaedem res quae in ceteris peraguntur fabulis. Velut cum de altero filio pater haec narrat:

alter amat, potat, prodigit, patrem suppilat semper

sponte locum sic supplemus ut de altero filio haec dicantur: „alter antiquae frugalitatis est exemplum" totaque fiat fabula simillima vel Terentii Adelphorum vel Mostellariae Plautinae.

Denique quid Pomponium moverit ut vetustum illud Atellanorum nomen in vitam reduceret adeo ignoramus ut paene ad incitas redacti ad hanc confugiamus coniecturam: poetam, sui ingenii detrectatorem, usum eo esse ut verecundiam ostentaret et artis suae contemptionem quandam simularet. Sed huic quoque coniecturae obstat quod et alii poetae comici, quorum

unum nomino Novium, aetate supparem Pomponio, fabulas suas Atellanas dici voluerunt.

Sed in illis quocumque modo se res habet, Pomponius certe easdem fere res in scenam protulit atque Plautus Terentiusque et Titinius Afraniusque. Totum eius opus prorsus literarium est et sine ulla dubitatione „pulchris" quae dicuntur literis adscribendum. Idemque de Novio est statuendum, cuius non solum, id quod e fragmentis quae pauca ad nos pervenerunt, apparet, sermo fuit idem qui Pomponii sed etiam eadem fuerunt argumenta. Iuvat quosdam Novii enumerare titulos maxime huc pertinentes; sunt fere hi:

Agricola, Asinius, Bubulcus, Bubulcus cerdo, Gallinaria.

Milites Pometianenses, Optio.

Decuma, Dotata, *Fullones*, *Fullones* feriati, Gemini, Parcus, Surdus.

Duo *Dossenni*, *Maccus*, *Maccus copo*, *Maccus exul*, *Pappus* praeteritus.

Hercules coactor, *Mania* medica.

Hetaera, *Phoenissae*.

Quanta diversitas! clamet quispiam. Unitatem admiremur potius. Parum enim refert utrum *Atellana* dicatur comoedia aliqua an *togata* an denique *palliata*, nam de singularum fabularum argumento et indole certi nihil nos illa nomina docent.

AD LEGEM CINCIAM.

SCRIPSIT

J. VAN BINSBERGEN.

Qua ratione lex Cincia [1]) cum legibus repetundarum cohaereat haud facile accurate demonstres, sed videntur recentiore aetate (i. e. imperatoria) hae leges a ICtis quodammodo inter se esse coniunctae.

Legimus enim in l. 6 § 2 Dig. 48. 11 (de lege Iulia repetund.) „ut urbani magistratus ab omni sorde se abstineant neve plus doni muneris in anno accipiant quam quod sit aureorum centum".

Ex his verbis colligere licet legem Cinciam in hac parte legis Iuliae poenalem sanctionem nactam esse saltem respectu magistratuum urbanorum; notissimum enim est Cinciam esse ex genere legum imperfectarum i. e. quae sanctione carent. Procedente tempore legis Iuliae poenam et ad magistratus provinciales extensam esse, non nimis audax meo iudicio est coniectura. Quomodo haec poena ad Cinciam pertineat expressis verbis nusquam commemoratur, sed si Tacito [2]) fides habenda sit: „legemque Cinciam flagitant qua cavetur antiquitus ne quis ob causam orandam pecuniam donumve accipiat", sic res se habuisse mihi vîdetur: lex Cincia lata anno 204 a. C. n. donare plus quam? sestertios vetuit exceptis quibusdam cognatis. Eo consilio lata esse videtur, ut impediret quominus pars civium Romanorum ab altera parte ditaretur, quo facto haec ad egestatem perduceretur. Sed omni sanctione haec lex care-

1) Cf. Ulp. Reg. i. i. et Fragm. Vatic. § § 248—316.
2) Ann. XI, 5.

bat; vigebat lex, sed quod semel contra legem datum erat, manebat apud eos, qui acceperant. Erat, ut iam dixi, lex imperfecta. Aetate tamen imperatoria saepe fit mentio de poena quadam legis Cinciae, quae qualis fuerit, non novimus, sed patet Cinciam his temporibus auctam et ad ius criminale, i. e. publicum, provectam esse. Antea mere iuris privati erat, quod ius de donationibus causam dedit intricatissimae illi doctrinae, de qua vide Fragm. Vaticana §§ 248—316. Nova autem pars, ut ita dicam, poenalis sive criminalis legis nostrae, aetate imperatoria orta, cum lege Iulia saltem artissime cohaeret. Ut non prorsus meo Marte haec contendere videar, eos qui scire cupiunt, relego ad Mommsenii opus de iure poenali Romano p. 705 sq. [1]). Neglexit tamen Mommsen demonstrare quale sit vinculum inter Iuliam et Cinciam. Saepissime a causarum patronis legem Cinciam violatam vel certe migratam esse ex iis quae nobis historia tradidit certissimum est. Sed impune migrare poterant, quia actio ad repetendum, nedum poena, a lege prorsus aberat.

Hanc lacunam supplevit lea Iulia repetund.: cf. l. 8 Dig. h. t. „quod contra legem repetundarum proconsuli vel praetori donatum est, non poterit usucapi" et l. un. Cod. (de contract. iud.) l. 53 „donationes vero omnimodo recusent". [2])

Vide praeterea l. 18 Dig. (de off. praes.) l. 18: „plebiscito continetur ut ne quis praesidum munus donumve caperet, nisi esculentum potulentumve". Quod plebiscitum quale fuerit non novimus. Sed hoc minus ad rem. Binas autem nostras leges aetate imperatoria arte cohaesisse persuasum mihi est; quod si aliis probavero, gaudebo.

---

1) Röm. Strafr. p. 705/6: uno casu, i. e. si causarum patroni pecunias accepissent, actionem ad repetendum ex lege Cincia iam antiquitus fuisse putat. Quod quo iure asseveret, non addit.

2) Plut. V. Cic. c. 7; Cic. in Verrem act. I, 14, 40.

AD PAEANA ISYLLI EPIDAURII.

SCRIPSIT

GUILIELMUS VOLLGRAFF.

Vs. 10 sq.:

ἐγ δὲ Φλεγύα γένετο, Αἴγλα δ' ὀνομάσθη·
τόδ' ἐπώνυμον· τὸ κάλλος δὲ Κορωνὶς ἐπεκλήθη. [1])

Balbutire [2]) hic videtur poeta cetera non inconcinnus. Licet tamen nobis litteras in lapide exaratas etiam hoc modo interpretari:

ἐκ δὲ Φλεγύα γένετ' Αἴγλ'· ἁ δ' ὀνομάσθη
τόδ' ἐπώνυμον, τὸ κάλλος δὲ Κορωνὶς ἐπεκλήθη.

Eodem modo *α* breve in fine nominis elisum est, quo Hom. Il. II, 107:

αὐταρ ὁ αὖτε Θυέστ' Ἀγαμέμνονι λεῖπε φορῆναι,

et Od. IV, 228:

ἐσθλά, τά οἱ Πολύδαμν' ἔπορεν Θῶνος παράκοιτις.

Etiam vs. 17, ubi nominativus eiusdem nominis iterum occurrit, scribere licet:

σέβομαί σ'· ἐν δὲ θυώδει τεμένει τέκε-
τό νιν Αἴγλα,

siquidem ultima syllaba metri Ionici etiam vs. 11 et vs. 24 correpta est [3]). At alibi heroina semper dicitur *Αἴγλη*. Esto; sed non raro apud poetas iuxta formas in *ᾱ, η* exeuntes comparent formae desinentes in *α*, velut *νύμφα, ἔερσα* [4]), *Πέλλανα* [5]),

---

1) I. G. IV, 950, 43 sqq.

2) Wilamowitz, Isyllos von Epidauros, p. 18: „was vs. 10 steht, ist so arg, dass ich mich nur sehr schwer dazu bekehrt habe, die überlieferung gelten zu lassen".

3) Cf. ibid. p. 20.

4) Pind. Nem. III, 78.

5) Pind. Ol. VII, 86; XIII, 109.

μίτρα [1]). Aeolum dialecto hoc maxime proprium esse dudum cognitum est [2]; cuius rei exempla ab antiquis grammaticis afferebantur voces Ἔλενα, Ἀφρόδιτα, εἴρηνα, ἔδυνα aliae.

Restant in versu altero aliae difficultates. Nudus enim accusativus τὸ κάλλος vix significare potest: „ob pulchritudinem" corporis; nec vero audiendi sunt ii qui nominativo hic locum esse censent [3]). Accedit quod praeter grammaticam etiam sententia loci laborat; nam qui fiat ut nomen quale Κορωνίς aptum sit, quo pulchra virgo cognominetur, non dispicimus.

Sed haud scio an eodem fere modo huic quoque loco mederi possimus scribendo:

ἐκ δὲ Φλεγύα γένετ' Αἴγλ'· ἃ δ' ὀνομάσθη
τόδ' ἐπώνυμον τόκ', ἄλλως δὲ Κορωνὶς ἐπεκλήθη.

Τόκα, i. e. ὅτ' ἐγένετο. Ἄλλως i. e. aliter atque oportuit, μάτην, falso, perperam. Cf. Soph. Philoct. 345:

λέγοντες εἴτ' ἀληθὲς εἴτ' ἄρ' οὖν μάτην,

Electr. 1298:

ἀλλ' ὡς ἐπ' ἄτῃ μὴ μάτην λελεγμένῃ,

Callim. epigr. XVIII, 4:

ἐγὼ δ' ἄλλως οὔνομα τύμβος ἔχων,

Epict. diss. II, 10, 13: εἰ μὲν χαλκεὺς ὢν ἐχρῶ τῇ σφύρᾳ ἄλλως.

In lapide extare videtur: ἄλλΟς, sed etiam vs. 9 exaratum est ἄνευ θεΟν pro ἄνευ θεῶν, et vs. 54 sq. invicem pro vera lectione αὖξον, quam restituit Wilamowitzius, mendose scriptum est αὖξΩν.

Κορωνὶς ἐπεκλήθη, Coronis nomen ei inditum est; cf. vs. 19: ἐπίκλησιν δέ νιν Αἴγλας ματρὸς Ἀσκλαπιὸν ὠνόμαξ' Ἀπόλλων, et supra: ἐπώνυμον.

1) Theocr. XXVII, 55.

2) Cf. R. Meister, Die griech. Dialekte, I, p. 159; Hoffmann, Die griech. Dialekte, II, p. 529 sq.

3) Radermacher, Philol. 1899, p. 314.

DE CULICE.

SCRIPSIT

C. BRAKMAN J. f.

Argumentum Culicis pertinet ad tales res, quales saepe in poësi quae vocatur Hellenistica tractabantur. Eius autem inventorem fuisse poetam Graecum vel inde apparet, quod Cithaeron, ut ita dicam, scaena significatur, ubi fabula agitur. Idem indicat Vesper, qui dicitur oriri ab Oeta, sicut in Catulli Epithalamio (LXII 7). Quanquam summa epyllii debetur vati Graeco, facile vestigia Romana deprehendas, nam invocatur Pales (vs. 20), dedicatur carmen Octavio, praedicatur modo Lucretiano laus vitae rusticae (58—97), ubi iterum sermo est de dea Pale commemoranturque opes Attalicae (63), quin totus hic locus quasi praenuntia est extremae partis secundi libri Georgicon (458 sqq.). Denique manifesto interpres Latinus maximorum ducum seriem Romanorum addidit heroibus Graecis Elysium incolentibus (359—371).

Poetae Alexandrini parum aequabilitatem curare solebant itaque Culicis umbra multa est in tradendis Orphei et Eurydicae casibus (268—295), cum Alcestim et Penelopam tantummodo perstringat (262—266). Quae digressio aliquatenus similis est episodio elaboratissimo, quod claudit Georgicon quartum. Illa porro inconcinnitas augetur descriptione naufragii classis Graecorum inserta, qua culex a heroibus Graecis tanquam transit ad Romanos in sedibus beatis versantes. Hoc novum emblema (337—357) agens de re omnibus et poetis et rhetoribus gratissima nos admonet naufragii in primo Aeneïdos depicti.

Auctor Culicis dicit opusculum suum, quod Octavio dedicat, doctum fore. Re vera proprium est poetarum Latinorum Alexan-

drinos sequentium carmina condere, quae doctrinam prae se ferunt. Describens igitur silvam, quo pastor capellas agit, ut umbram quaerant, vates ipsas populos (128—130) non nominat, sed Heliadas mutatas inducit atque amygdalum significat commemorans metamorphosim puellae, cui Demophoon dolorem aeternum reliquit. Rursus vero alludit ad Myrsinae formam versam scribens *myrtus non nescia fati* (145). Dodonae oraculum ambagibus designat appositione usus: *fatalia carmina, quercus* (134).

Idem genus poetarum nomina geographica adamat admodum rara, quorum in numero habenda sunt *in Chalcodoniis* (264) (pro *Thessalia*), *Ericthonias prostravit funditus arces* (i. e. Troiam). E contra Cithaeronis nomen lectori colligendum est ex hisce verbis

110 quo quondam victa furore
venit Nyctelium fugiens Cadmeis Agave.

Longis periodis frequentibus parenthesesin interruptis abundat Culex ut primum quodque poema Alexandrinum. Eiusmodi carminum scriptores artificiosa et nimis quaesita affectare notum est. Expergefactum pastorem auctor sic inducit *hunc... dimisit inertia vitae* (385), at Penelope tanquam gloria sexus sui laudatur locutione mira: *femineum concepta decus* (266). Interdum dictio adhibetur cothurno digna *ferri capulum repetivit in usum*, quanquam nihil aliud dicendum erat nisi: palam manibus arripuit.

Ceterum ut recte cognoscamus genus dicendi in Culice obvium, necesse est scire eius poetam etiam minus quam Lucretium Propertiumque sermonem contemnere plebeium. Quare attendamus pleonasmum *magis* [1]) *beatior* (79), formam activam *metabat* (174), genetivos inhaerentiae *litoris ora* (313, sicut Georg. II 44) et *nemorum silvas* (382); simplicia pro compositis: *conformare locum capit* (391 pro *incipit*) [2]), *vincit* (244 pro *convincit*) [3]), *manet* coniunctum cum participio

1) Cf. Plésent, Etude sur l'Alexandrinisme latin pag. 361 (et in universum inde a pag. 330). 2) Plésent, Etude pag. 334.

3) Scribit autem Compernass (Glott. II pag. 125) „Das Vulgärgriechisch sowie das Vulgärlatein liebten es, das Simplex statt des Compositum zu setzen". Concedendum est metro coactum hic illic poetam formam vulgarem praetulisse.

64 lapidum nec fulgor in ulla
cognitus utilitate *manet,*

ubi *manet* [1]) eandem fere vim habet atque *est*, cuius rei 17 exempla e Manilio hausta congessit v. Wageningen (Mnemos. XLVII (1919) pag. 342).

Multo etiam magis quam sermo cotidianus, cui Culicis scriptor nimis indulsit, usus frequens eiusdem vocis post exiguum intervallum ostendit illum fuisse adulescentulum necdum diu artem poeticam coluisse. Legitur e. g. in toto epyllio undecies *decus*; insuper ter *devotus* (364—370), ter *torvus* (173—189) cet.

Ineunte adulescentia poetam Culicem panxisse etiam hac re merito concludas, quod ille dubitat inter Epicuream et Stoicam disciplinam, cum de pastore culicis ictu servato sic indicet

193 qui *casus* sociarit opem *numenve deorum*
prodere sit dubium.

Idem de tempestate, quae Graecorum classis iactatae multas naves in mari mersit, confitetur

347 cum seu caelesti *fato* seu *sideris ortu*
undique mutatur caeli nitor.

In universum generatimque descriptio inferorum regni in Culice quamvis parum certa et accurata tamen sequitur Odysseam. Unum modo vestigium rationis Stoicae deprehendere mihi visus sum. Cur enim Aiacis facinora multo fusius exposita sunt quam Achillis? Fortasse hanc ob causam quod vates favet Telamoniadae, qui cum honore polluto non diutius ei vivere liceret, voluntaria morte quasi praeceptum Stoicum coluit observavitque.

Verum constat non pauca Epicurea in Culice inveniri e. g. vs. 80 ubi agitur de *mente pura* [2]), quae opes non agnovit; vs. 188 docens atomos animae culicis obtriti dispersas esse; ipsius auctoris verba haec sunt *dissitus omnis spiritus* [3]) cet. Hic certe si usquam admonemur de Vergilio, qui a prima adulescentia Sirone magistro auctore disciplinam philosophi Gargetti maximi faciebat, quanquam provectus aetate Porticus

1) Plésent, Etude pag. 382 (cum annotatione).
2) Cf. Lucret. V 18 et 43.
3) Cf. Lucret. III 143 cetera *pars animae* per totum *dissita* corpus.

sectator evasit. Quare non miramur et Leonem in Commentario in Culicem et Skutschium in libro, qui inscribitur Aus Vergils Frühzeit pag. 127 tot imitationes Lucretii, qui Romae Epicuri interpres erat, indicare potuisse. Potuerunt addere
gemmantis... per herbas Cul. 70 = Lucret. V 461.
mundus (Cul. 102 et 236) positus sensu *caeli*, sicut Lucret. I 788, V 514 (Georg. I 232) cet.
densere (Cul. 233); neque Lucretius *densare* agnoscit.

At enim Vergilius adulescens Culicem componere nequivit, nam C. Weyman coll. Cul. 128 et Horat. C. IV 11, 25 (utrobique legitur *ambustus Phaëthon*) scribit [1]): Für mich ist dieser Ausdrück eine Prägung des Horaz, der sich später der imitirende Culexdichter bedient hat vielleicht zur Latinisierung des ἡμιδαὴς Φαέθων bei Apollonios Rhodios (IV 596). Sed doctissimus ille vir obliviscitur iam permultis annis, antequam Horatius illis verbis uteretur, Varronem Atacinum Argonautica Apollonii in linguam Latinam vertisse. Ab eo igitur Culicis auctor, si opus fuisset, locutionem illam mutuari potuisset. Attamen nihil est cur hoc sumamus. Forte enim bis participium, quod est *ambustus*, usurpatur in epyllio nostro, nempe legimus, ubi Aiacis fortia facinora et Hectoris impetus in classem narrantur

313 omnis ut in cineres Rhoetei litoris ora
classibus ambustis flamma lacrimante daretur.

Classibus ambustis nimirum respiciunt Iliad. XVI 294 ἡμιδαὴς δ' ἄρα νηῦς 'λίπετ' αὐτόθι. Itaque cum ἡμιδαὴς vox Homerica sit, dubitari nequit, quin a primo quoque discipulo rhetorum verba, quae sunt ἡμιδαὴς Φαέθων, transferri sic latine potuerint *ambustus Phaethon*.

Poteram Weymannum relegare ad Leonis Commentar. pag. 16, ubi de Culicis auctore affirmatur: „Lucretium Catullum Vergilium, Vergilio recentiorem nullum expressisse videtur" [2]). Sed invicem nunc rogamus, utrum Culex Vergilium imitatus sit, an Culicem Vergilius. Vel qui semel Culicem perlegerit, movebitur magna similitudine, quae intercedit inter hoc epyl-

---

1) Cf. Neophilolog. VII (1922) pag. 131.
2) Cf. etiam Schanz R. L. G. II 1 pag. 90.

lion et carmina maiora Vergiliana. In Diario c. t. The Classical Quarterly V (1911) pag. 161—174 Elizabeth Jackson octoginta fere locos similes enumeravit tractavitque. Quos facile equidem augere possum, desidero enim

Cul. 331 Aetnaeusque Cyclops.	Aen. XI 263 Aetnaeos.... Cyclopas.
Cul. 345 Nereis ab unda signa dabat.	Aen. XV 166 et Tellus et pronuba Iuno dant signum.
Cul. 11 aurea proles (= Apollo).	Aen. X 16 Venus aurea.
Cul. 25 Octavi venerande.	Aen. XI 276 venerande puer (Euryale).

Talis similitudo artum vinculum fortasse etiam cognationem scriptorum videtur indicare. Cum igitur in Bucolicis, Georgicis, Aeneïde verba atque sententias locorum collatorum plerumque rotundiora et elegantiora esse videantur, poeta, quae satis incondita scripserat ante, post expoliverit necesse est. Itaque assentior doctissimae illi mulieri, quam modo nominavi, sic concludenti (l. l. pag. 174). The evidence in many cases, as we have seen, would point to Vergil as the borrower. The resemblance, further, are of such a kind as to give reasonable ground for maintaining that Virgil was merely reusing what was his own. [1])

Illis ergo locis omnibus, ubi similitudo est inter Culicem et Buc. Georg. Aeneïd., Vergilius mihi videtur esse *sui imitator*. Hic commemorandum est iam a. 1908. Roironium [2]) demonstrasse Vergilium multo saepius Ovidio locutiones ante adhibitas post repetivisse paulum immutatas.

Leo quoque a locis similibus profectus est, putat autem Vergilium exemplo fuisse Culici, cuius auctor paulo post Maronis mortem hoc epyllion condidisset probavissetque aequalibus suum opus tribuendum esse nobilissimo illi vati nuper mortuo. Nititur autem Leo praesertim hisce tribus fundamentis:

I. De serpente pastorem petente secundum Leonem poeta cecinit

179 ardet mente, furit stridoribus, *intonat ore.*

Ad hunc versum in commentario suo ille haec annotat

1) In annotatione (pag. 163) auctor haec refert: Prof. Conway asks me to state, that he entirely accepts the conclusions, to which I have been led.

2) Etude sur l'imagination auditive de Virgile. Eius argumenta imprimis pertinent ad Aeneïd. Lib. IV et VIII.

(pag. 63) „hoc versu cecidit et se ipse indicavit imitator; nam quod Verg. Aen. 6, 607 de furiarum maxima praedicat *intonat ore*, id hic ad serpentem transtulit inepte". Sed codex Corsinianus (de quo Vollmer pag. 10 editionis suae sic refert „collectaneum est humanistae cuiusdam, in quod ex codice optimo et vetusto recepit Culicem" cet.) exhibet *insonat ore.* Itaque hanc unice veram lectionem editiones recentes Vollmeri, Faircloughii alii praebent.

II. Continent Cul. vs. 58—97 laudem vitae rusticae, Leo autem (Commentar. pag. 38) scribit „cuius loci colores poetam quaesivisse ex Georgicorum secundo (454—474) neminem fugit". Sed inter omnes constat Lucretii libris (secundo et quinto) et Culicis poetam esse instinctum et Vergilium in componendo fine Georgicon secundi. Cum autem permagnus numerus locutionum ex poemate de Rerum Natura in hanc partem Culicis translatus sit [1]), hoc epyllion existimandum est propius ad Lucretii tempora accedere quam Georgicon secundum.

III. Leo (Commentar. pag. 87) observat ad vs. 292

sed tu crudelis, crudelis tu magis Orpheu

„negari non potest *magis* ineptum esse, nam comparari Orphei actio non potuit nisi cum Eurydica... nimirum expressit (sc. poeta Culicis) duorum crudelium comparationem Eclog. 8, 47—49

saevus Amor docuit natorum sanguine matrem
commaculare manus, crudelis tu quoque, mater.
crudelis mater magis an puer improbus ille?

Ne hic quidem Leo suam rationem nobis probare potuit, significat enim *magis* (Cul. 292) *potius* [2]), quocirca vertendum est: „(niet gij Eurydice waart wreed) maar gij, Orpheus, ja gij waart eerder wreed".

Ergo Leoni non contigit, ut probaret Culicem esse scriptum post Bucolica Georgica Aeneïdem, immo haec tria opera antecedit epyllion. Schanz quoque nobiscum faciens [3]) scribit illum

1) Plésent omnes locos similes afferens egregie de hac re agit Etude pag. 91—92.

2) Cf. Schmalz, Syntax pag. 501 § 257 Anm. Verg. Ecl. I [11].

Etiam Plésent Le Culex Edit. crit. et explic. pag. 211 similiter fere disserens cum alia contendit tum haec: Leo a tort de traiter cet adverbe d'inepte.

Skutsch (Aus Vergils Frühzeit pag. 128) item Leoni obloquens sic locum explanat: magis crudelis quam *manes severi* (cf. 289).

3) R. L. G. II 1 pag. 90.

praestantem philologum nusquam argumentis confirmasse Vergilium esse exemplar, Culicem imitationem. Equidem censeo quasi digitis monstrari posse, quomodo Vergilii ars scribendi a Culice usque ad Bucolica Georgica Aeneïdem magis magisque creverit.

Videamus quid res metrica nos doceat. Caesura praecipue penthemimeres invenitur in Culice, nonnisi perraro hephthemimeres, quae tamen sensim magis magisque crebrescit in Bucolicis Georgicis Aeneïde. [1])

Notatu dignum est in Culice inveniri viginti versus (e. g. 37, 39, 59, 105, 214 cet.), quorum prima syllaba quinti pedis vox est monosyllaba. Haec dura proprietas Lucretiana decrescit in Bucolicis, nam tot exempla praebent quot Culex, etsi duplicem numerum habent versuum. Eundem usum Warde Fowler [2]) computatione instituta deprehendit in Georgicis in centesima parte, in Aeneïdos sex prioribus libris in ducentesima parte versuum. Ita videmus Vergilium Lucretiano vitio solutum evadere summum artificem hexametri Latini.

Severam legem elisionis poeta sibi imponit: vix ter syllabam longam elidit. Severe etiam spondeum a quinto pede removet, ergo ne unum quidem versum spondiacum Culex offert.

Semel positio neglegitur nempe Cul. 195

horrida squamosi volventia membra draconis,

quocum conferri oportet Aen. XI 309

(spem) *ponite.* spes sibi quisque, sed haec quam angusta, videtis.

Et in Culice et in Aeneïde lepos versuum augetur pulchris allitterationibus, illic imprimis in loco de serpente, qui fortasse maxime egregius est totius epyllii (cf. 171 c c c c; 189 t t t; 192 d d d). Digna quae describatur est allitteratio in Epitaphio

413 *P*arve *c*ulex *p*ecudum *c*ustos *t*ibi *t*ale meren*t*i.

Saepe vocalis quaedam iterata [3]) versui vim suppeditat peculiarem, cf. 188 (litt. *i*)

---

1) Butcher, The caesura in Virgil, and its bearing on the authenticity of the Pseudo-Virgiliana (The Class. Quart. VIII (1917) pag. 125—131.

2) A metrical peculiarity of The Culex (The Class. Rev. XXXIII (1919) pag. 95—97.

3) Hanc soni repetitionem viri docti Germani vocant *Tonmalerei.*

(pag. 63) „hoc versu cecidit et se ipse indicavit imitator; nam quod Verg. Aen. 6, 607 de furiarum maxima praedicat *intonat ore*, id hic ad serpentem transtulit inepte”. Sed codex Corsinianus (de quo Vollmer pag. 10 editionis suae sic refert „collectaneum est humanistae cuiusdam, in quod ex codice optimo et vetusto recepit Culicem” cet.) exhibet *insonat ore*. Itaque hanc unice veram lectionem editiones recentes Vollmeri, Faircloughii alii praebent.

II. Continent Cul. vs. 58—97 laudem vitae rusticae, Leo autem (Commentar. pag. 38) scribit „cuius loci colores poetam quaesivisse ex Georgicorum secundo (454—474) neminem fugit”. Sed inter omnes constat Lucretii libris (secundo et quinto) et Culicis poetam esse instinctum et Vergilium in componendo fine Georgicon secundi. Cum autem permagnus numerus locutionum ex poemate de Rerum Natura in hanc partem Culicis translatus sit [1]), hoc epyllion existimandum est propius ad Lucretii tempora accedere quam Georgicon secundum.

III. Leo (Commentar. pag. 87) observat ad vs. 292

sed tu crudelis, crudelis tu magis Orpheu

„negari non potest *magis* ineptum esse, nam comparari Orphei actio non potuit nisi cum Eurydica... nimirum expressit (sc. poeta Culicis) duorum crudelium comparationem Eclog. 8, 47—49

saevus Amor docuit natorum sanguine matrem
commaculare manus, crudelis tu quoque, mater.
crudelis mater magis an puer improbus ille?

Ne hic quidem Leo suam rationem nobis probare potuit, significat enim *magis* (Cul. 292) *potius* [2]), quocirca vertendum est: „(niet gij Eurydice waart wreed) maar gij, Orpheus, ja gij waart eerder wreed”.

[illegible]rgo Leoni non contigit, ut probaret Culicem esse scriptum [illegible] Bucolica Georgica Aeneïdem, immo haec tria opera ante[illegible] epyllion. Schanz quoque nobiscum faciens [3]) scribit illum

[illegible] Plésent omnes locos similes afferens egregie de hac re agit Etude pag. 91—92.

[illegible] Cf. Schmalz, Syntax pag. 501 § 257 Anm. Verg. Ecl. I 11.

Etiam Plésen[illegible] Culex Edit. crit. et explic. pag. 211 similiter fere disserens [illegible]um alia con[illegible]m haec: Leo a tort de traiter cet adverbe d'inepte. Skutsch [illegible]gils Frühzeit pag. 128) item Leoni obloquens sic locum explanat[illegible] quam *manes severi* (cf. 289).

3) [illegible] pag. 90.

praestantem philologum nusquam argumentis confirmasse Vergilium esse exemplar, Culicem imitationem. Equidem censeo quasi digitis monstrari posse, quomodo Vergilii ars scribendi a Culice usque ad Bucolica Georgica Aeneïdem magis magisque creverit.

Videamus quid res metrica nos doceat. Caesura praecipue penthemimeres invenitur in Culice, nonnisi perraro hephthemimeres, quae tamen sensim magis magisque crebrescit in Bucolicis Georgicis Aeneïde. [1])

Notatu dignum est in Culice inveniri viginti versus (e. g. 37, 39, 59, 105, 214 cet.), quorum prima syllaba quinti pedis vox est monosyllaba. Haec dura proprietas Lucretiana decrescit in Bucolicis, nam tot exempla praebent quot Culex, etsi duplicem numerum habent versuum. Eundem usum Warde Fowler [2]) computatione instituta deprehendit in Georgicis in centesima parte, in Aeneïdos sex prioribus libris in ducentesima parte versuum. Ita videmus Vergilium Lucretiano vitio solutum evadere summum artificem hexametri Latini.

Severam legem elisionis poeta sibi imponit: vix ter syllabam longam elidit. Severe etiam spondeum a quinto pede removet, ergo ne unum quidem versum spondiacum Culex offert.

Semel positio neglegitur nempe Cul. 195

horrida squamosi volventia membra draconis,

quocum conferri oportet Aen. XI 309

(spem) *ponite.* spes sibi quisque, sed haec quam angusta, videtis.

Et in Culice et in Aeneïde lepos versuum augetur pulchris allitterationibus, illic imprimis in loco de serpente, qui fortasse maxime egregius est totius epyllii (cf. 171 c c c c; 189 t t t; 192 d d d). Digna quae describatur est allitteratio in Epitaphio

413 *P*arve *c*ulex *p*ecudum *c*ustos *t*ibi *t*ale meren*t*i.

Saepe vocalis quaedam iterata [3]) versui vim suppeditat peculiarem, cf. 188 (litt. *i*)

---

1) Butcher, The caesura in Virgil, and its bearing on the authenticity of the Pseudo-Virgiliana (The Class. Quart. VIII (1917) pag. 125—131.

2) A metrical peculiarity of The Culex (The Class. Rev. XXXIII (1919) pag. 95—97.

3) Hanc soni repetitionem viri docti Germani vocant *Tonmalerei.*

bat; vigebat lex, sed quod semel contra legem datum erat, manebat apud eos, qui acceperant. Erat, ut iam dixi, lex imperfecta. Aetate tamen imperatoria saepe fit mentio de poena quadam legis Cinciae, quae qualis fuerit, non novimus, sed patet Cinciam his temporibus auctam et ad ius criminale, i. e. publicum, provectam esse. Antea mere iuris privati erat, quod ius de donationibus causam dedit intricatissimae illi doctrinae, de qua vide Fragm. Vaticana §§ 248—316. Nova autem pars, ut ita dicam, poenalis sive criminalis legis nostrae, aetate imperatoria orta, cum lege Iulia saltem artissime cohaeret. Ut non prorsus meo Marte haec contendere videar, eos qui scire cupiunt, relego ad Mommsenii opus de iure poenali Romano p. 705 sq. [1]). Neglexit tamen Mommsen demonstrare quale sit vinculum inter Iuliam et Cinciam. Saepissime a causarum patronis legem Cinciam violatam vel certe migratam esse ex iis quae nobis historia tradidit certissimum est. Sed impune migrare poterant, quia actio ad repetendum, nedum poena, a lege prorsus aberat.

Hanc lacunam supplevit lea Iulia repetund.: cf. l. 8 Dig. h. t. „quod contra legem repetundarum proconsuli vel praetori donatum est, non poterit usucapi" et l. un. Cod. (de contract. iud.) l. 53 „donationes vero omnimodo recusent". [2])

Vide praeterea l. 18 Dig. (de off. praes.) l. 18: „plebiscito continetur ut ne quis praesidum munus donumve caperet, nisi esculentum potulentumve". Quod plebiscitum quale fuerit non novimus. Sed hoc minus ad rem. Binas autem nostras leges aetate imperatoria arte cohaesisse persuasum mihi est; quod si aliis probavero, gaudebo.

---

1) Röm. Strafr. p. 705/6: uno casu, i. e. si causarum patroni pecunias accepissent, actionem ad repetendum ex lege Cincia iam antiquitus fuisse putat. Quod quo iure asseveret, non addit.

2) Plut. V. Cic. c. 7; Cic. in Verrem act. I, 14, 40.

AD PAEANA ISYLLI EPIDAURII.

SCRIPSIT

GUILIELMUS VOLLGRAFF.

Vs. 10 sq.:

ἐγ δὲ Φλεγύα γένετο, Αἴγλα δ' ὀνομάσθη·
τόδ' ἐπώνυμον· τὸ κάλλος δὲ Κορωνὶς ἐπεκλήθη. [1])

Balbutire [2]) hic videtur poeta cetera non inconcinnus. Licet tamen nobis litteras in lapide exaratas etiam hoc modo interpretari:

ἐκ δὲ Φλεγύα γένετ' Αἴγλ'· ἅ δ' ὀνομάσθη
τόδ' ἐπώνυμον, τὸ κάλλος δὲ Κορωνὶς ἐπεκλήθη.

Eodem modo *α* breve in fine nominis elisum est, quo Hom. Il. II, 107:

αὐταρ ὁ αὖτε Θυέστ' Ἀγαμέμνονι λεῖπε φορῆναι,

et Od. IV, 228:

ἐσθλά, τά οἱ Πολύδαμν' ἔπορεν Θῶνος παράκοιτις.

Etiam vs. 17, ubi nominativus eiusdem nominis iterum occurrit, scribere licet:

σέβομαί σ'· ἐν δὲ θυώδει τεμένει τέκε-
τό νιν Αἴγλα,

siquidem ultima syllaba metri Ionici etiam vs. 11 et vs. 24 correpta est [3]). At alibi heroina semper dicitur *Αἴγλη*. Esto; sed non raro apud poetas iuxta formas in *ᾱ, η* exeuntes comparent formae desinentes in *α*, velut *νύμφα, ἕερσα* [4]), *Πέλλανα* [5]),

1) I. G. IV, 950, 43 sqq.

2) Wilamowitz, Isyllos von Epidauros, p. 18: „was vs. 10 steht, ist so arg, dass ich mich nur sehr schwer dazu bekehrt habe, die überlieferung gelten zu lassen".

3) Cf. ibid. p. 20.

4) Pind. Nem. III, 78.

5) Pind. Ol. VII, 86; XIII, 109.

μίτρα [1]). Aeolum dialecto hoc maxime proprium esse dudum cognitum est [2]); cuius rei exempla ab antiquis grammaticis afferebantur voces Ἕλενα, Ἀφρόδιτα, εἴρηνα, ἔδυνα aliae.

Restant in versu altero aliae difficultates. Nudus enim accusativus τὸ κάλλος vix significare potest: „ob pulchritudinem" corporis; nec vero audiendi sunt ii qui nominativo hic locum esse censent [3]). Accedit quod praeter grammaticam etiam sententia loci laborat; nam qui fiat ut nomen quale Κορωνίς aptum sit, quo pulchra virgo cognominetur, non dispicimus.

Sed haud scio an eodem fere modo huic quoque loco mederi possimus scribendo:

ἐκ δὲ Φλεγύα γένετ' Αἴγλ'· ἁ δ' ὀνομάσθη
τόδ' ἐπώνυμον τόκ', ἄλλως δὲ Κορωνὶς ἐπεκλήθη.

Τόκα, i. e. ὅτ' ἐγένετο. Ἄλλως i. e. aliter atque oportuit, μάτην, falso, perperam. Cf. Soph. Philoct. 345:

λέγοντες εἴτ' ἀληθὲς εἴτ' ἄρ' οὖν μάτην,

Electr. 1298:

ἀλλ' ὡς ἐπ' ἄτῃ μὴ μάτην λελεγμένῃ,

Callim. epigr. XVIII, 4:

ἐγὼ δ' ἄλλως οὔνομα τύμβος ἔχων,

Epict. diss. II, 10, 13: εἰ μὲν χαλκεὺς ὢν ἐχρῶ τῇ σφύρᾳ ἄλλως.

In lapide extare videtur: ἄλλOς, sed etiam vs. 9 exaratum est ἄνευ θεOν pro ἄνευ θεῶν, et vs. 54 sq. invicem pro vera lectione αὖξον, quam restituit Wilamowitzius, mendose scriptum est αὖξΩν.

Κορωνὶς ἐπεκλήθη, Coronis nomen ei inditum est; cf. vs. 19: ἐπίκλησιν δέ νιν Αἴγλας ματρὸς Ἀσκλαπιὸν ὠνόμαξ' Ἀπόλλων, et supra: ἐπώνυμον.

---

1) Theocr. XXVII, 55.

2) Cf. R. Meister, Die griech. Dialekte, I, p. 159; Hoffmann, Die griech. Dialekte, II, p. 529 sq.

3) Radermacher, Philol. 1899, p. 314.

DE CULICE.

SCRIPSIT

C. BRAKMAN J. f.

Argumentum Culicis pertinet ad tales res, quales saepe in poësi quae vocatur Hellenistica tractabantur. Eius autem inventorem fuisse poetam Graecum vel inde apparet, quod Cithaeron, ut ita dicam, scaena significatur, ubi fabula agitur. Idem indicat Vesper, qui dicitur oriri ab Oeta, sicut in Catulli Epithalamio (LXII 7). Quanquam summa epyllii debetur vati Graeco, facile vestigia Romana deprehendas, nam invocatur Pales (vs. 20), dedicatur carmen Octavio, praedicatur modo Lucretiano laus vitae rusticae (58—97), ubi iterum sermo est de dea Pale commemoranturque opes Attalicae (63), quin totus hic locus quasi praenuntia est extremae partis secundi libri Georgicon (458 sqq.). Denique manifesto interpres Latinus maximorum ducum seriem Romanorum addidit heroibus Graecis Elysium incolentibus (359—371).

Poetae Alexandrini parum aequabilitatem curare solebant itaque Culicis umbra multa est in tradendis Orphei et Eurydicae casibus (268—295), cum Alcestim et Penelopam tantummodo perstringat (262—266). Quae digressio aliquatenus similis est episodio elaboratissimo, quod claudit Georgicon quartum. Illa porro inconcinnitas augetur descriptione naufragii classis Graecorum inserta, qua culex a heroibus Graecis tanquam transit ad Romanos in sedibus beatis versantes. Hoc novum emblema (337—357) agens de re omnibus et poetis et rhetoribus gratissima nos admonet naufragii in primo Aeneïdos depicti.

Auctor Culicis dicit opusculum suum, quod Octavio dedicat, doctum fore. Re vera proprium est poetarum Latinorum Alexan-

drinos sequentium carmina condere, quae doctrinam prae se ferunt. Describens igitur silvam, quo pastor capellas agit, ut umbram quaerant, vates ipsas populos (128—130) non nominat, sed Heliadas mutatas inducit atque amygdalum significat commemorans metamorphosim puellae, cui Demophoon dolorem aeternum reliquit. Rursus vero alludit ad Myrsinae formam versam scribens *myrtus non nescia fati* (145). Dodonae oraculum ambagibus designat appositione usus: *fatalia carmina, quercus* (134).

Idem genus poetarum nomina geographica adamat admodum rara, quorum in numero habenda sunt *in Chalcodoniis* (264) (pro *Thessalia*), *Ericthonias prostravit funditus arces* (i. e. Troiam). E contra Cithaeronis nomen lectori colligendum est ex hisce verbis

110 quo quondam victa furore
venit Nyctelium fugiens Cadmeis Agave.

Longis periodis frequentibus parenthesesin interruptis abundat Culex ut primum quodque poema Alexandrinum. Eiusmodi carminum scriptores artificiosa et nimis quaesita affectare notum est. Expergefactum pastorem auctor sic inducit *hunc... dimisit inertia vitae* (385), at Penelope tanquam gloria sexus sui laudatur locutione mira: *femineum concepta decus* (266). Interdum dictio adhibetur cothurno digna *ferri capulum repetivit in usum*, quanquam nihil aliud dicendum erat nisi: palam manibus arripuit.

Ceterum ut recte cognoscamus genus dicendi in Culice obvium, necesse est scire eius poetam etiam minus quam Lucretium Propertiumque sermonem contemnere plebeium. Quare attendamus pleonasmum *magis* [1]) *beatior* (79), formam activam *metabat* (174), genetivos inhaerentiae *litoris ora* (313, sicut Georg. II 44) et *nemorum silvas* (382); simplicia pro compositis: *conformare locum capit* (391 pro *incipit*) [2]), *vincit* (244 pro *convincit*) [3]), *manet* coniunctum cum participio

---

1) Cf. Plésent, Etude sur l'Alexandrinisme latin pag. 361 (et in universum inde a pag. 330). 2) Plésent, Etude pag. 334.

3) Scribit autem Compernass (Glott. II pag. 125) „Das Vulgärgriechisch sowie das Vulgärlatein liebten es, das Simplex statt des Compositum zu setzen". Concedendum est metro coactum hic illic poetam formam vulgarem praetulisse.

64 lapidum nee fulgor in ulla
cognitus utilitate *manet,*

ubi *manet* [1]) eandem fere vim habet atque *est*, cuius rei 17 exempla e Manilio hausta congessit v. Wageningen (Mnemos. XLVII (1919) pag. 342).

Multo etiam magis quam sermo cotidianus, cui Culicis scriptor nimis indulsit, usus frequens eiusdem vocis post exiguum intervallum ostendit illum fuisse adulescentulum necdum diu artem poeticam coluisse. Legitur e. g. in toto epyllio undecies *decus*; insuper ter *devotus* (364—370), ter *torvus* (173—189) cet.

Ineunte adulescentia poetam Culicem panxisse etiam hac re merito concludas, quod ille dubitat inter Epicuream et Stoicam disciplinam, cum de pastore culicis ictu servato sic indicet

193 qui *casus* sociarit opem *numenve deorum*
prodere sit dubium.

Idem de tempestate, quae Graecorum classis iactatae multas naves in mari mersit, confitetur

347 cum seu caelesti *fato* seu *sideris ortu*
undique mutatur caeli nitor.

In universum generatimque descriptio inferorum regni in Culice quamvis parum certa et accurata tamen sequitur Odysseam. Unum modo vestigium rationis Stoicae deprehendere mihi visus sum. Cur enim Aiacis facinora multo fusius exposita sunt quam Achillis? Fortasse hanc ob causam quod vates favet Telamoniadae, qui cum honore polluto non diutius ei vivere liceret, voluntaria morte quasi praeceptum Stoicum coluit observavitque.

Verum constat non pauca Epicurea in Culice inveniri e. g. vs. 80 ubi agitur de *mente pura* [2]), quae opes non agnovit; vs. 188 docens atomos animae culicis obtriti dispersas esse; ipsius auctoris verba haec sunt *dissitus omnis spiritus* [3]) cet. Hic certe si usquam admonemur de Vergilio, qui a prima adulescentia Sirone magistro auctore disciplinam philosophi Gargetti maximi faciebat, quanquam provectus aetate Porticus

1) Plésent, Etude pag. 382 (cum annotatione).
2) Cf. Lucret. V 18 et 43.
3) Cf. Lucret. III 143 cetera *pars animae* per totum *dissita* corpus.

sectator evasit. Quare non miramur et Leonem in Commentario in Culicem et Skutschium in libro, qui inscribitur Aus Vergils Frühzeit pag. 127 tot imitationes Lucretii, qui Romae Epicuri interpres erat, indicare potuisse. Potuerunt addere
gemmantis... per herbas Cul. 70 = Lucret. V 461.
mundus (Cul. 102 et 236) positus sensu *caeli*, sicut Lucret. I 788, V 514 (Georg. I 232) cet.
densere (Cul. 233); neque Lucretius *densare* agnoscit.

At enim Vergilius adulescens Culicem componere nequivit, nam C. Weyman coll. Cul. 128 et Horat. C. IV 11, 25 (utrobique legitur *ambustus Phaëthon*) scribit [1]): Für mich ist dieser Ausdrück eine Prägung des Horaz, der sich später der imitirende Culexdichter bedient hat vielleicht zur Latinisierung des *ἡμιδαὴς Φαέθων* bei Apollonios Rhodios (IV 596). Sed doctissimus ille vir obliviscitur iam permultis annis, antequam Horatius illis verbis uteretur, Varronem Atacinum Argonautica Apollonii in linguam Latinam vertisse. Ab eo igitur Culicis auctor, si opus fuisset, locutionem illam mutuari potuisset. Attamen nihil est cur hoc sumamus. Forte enim bis participium, quod est *ambustus*, usurpatur in epyllio nostro, nempe legimus, ubi Aiacis fortia facinora et Hectoris impetus in classem narrantur

313 omnis ut in cineres Rhoetei litoris ora
classibus ambustis flamma lacrimante daretur.

Classibus ambustis nimirum respiciunt Iliad. XVI 294 *ἡμιδαὴς δ' ἄρα νηῦς 'λίπετ' αὐτόθι.* Itaque cum *ἡμιδχής* vox Homerica sit, dubitari nequit, quin a primo quoque discipulo rhetorum verba, quae sunt *ἡμιδαὴς Φχέθων*, transferri sic latine potuerint *ambustus Phaethon.*

Poteram Weymannum relegare ad Leonis Commentar. pag. 16, ubi de Culicis auctore affirmatur: „Lucretium Catullum Vergilium, Vergilio recentiorem nullum expressisse videtur" [2]). Sed invicem nunc rogamus, utrum Culex Vergilium imitatus sit, an Culicem Vergilius. Vel qui semel Culicem perlegerit, movebitur magna similitudine, quae intercedit inter hoc epyl-

---

1) Cf. Neophilolog. VII (1922) pag. 131.
2) Cf. etiam Schanz R. L. G. II 1 pag. 90.

lion et carmina maiora Vergiliana. In Diario c. t. The Classical Quarterly V (1911) pag. 161—174 Elizabeth Jackson octoginta fere locos similes enumeravit tractavitque. Quos facile equidem augere possum, desidero enim

Cul. 331 Aetnaeusque Cyclops.	Aen. XI 263 Aetnaeos.... Cyclopas.
Cul. 345 Nereis ab unda signa dabat.	Aen. XV 166 et Tellus et pronuba Iuno dant signum.
Cul. 11 aurea proles (= Apollo).	Aen. X 16 Venus aurea.
Cul. 25 Octavi venerande.	Aen. XI 276 venerande puer (Euryale).

Talis similitudo artum vinculum fortasse etiam cognationem scriptorum videtur indicare. Cum igitur in Bucolicis, Georgicis, Aeneïde verba atque sententias locorum collatorum plerumque rotundiora et elegantiora esse videantur, poeta, quae satis incondita scripserat ante, post expoliverit necesse est. Itaque assentior doctissimae illi mulieri, quam modo nominavi, sic concludenti (l. l. pag. 174). The evidence in many cases, as we have seen, would point to Vergil as the borrower. The resemblance, further, are of such a kind as to give reasonable ground for maintaining that Virgil was merely reusing what was his own. [1])

Illis ergo locis omnibus, ubi similitudo est inter Culicem et Buc. Georg. Aeneïd., Vergilius mihi videtur esse *sui imitator*. Hic commemorandum est iam a. 1908. Roironium [2]) demonstrasse Vergilium multo saepius Ovidio locutiones ante adhibitas post repetivisse paulum immutatas.

Leo quoque a locis similibus profectus est, putat autem Vergilium exemplo fuisse Culici, cuius auctor paulo post Maronis mortem hoc epyllion condidisset probavissetque aequalibus suum opus tribuendum esse nobilissimo illi vati nuper mortuo. Nititur autem Leo praesertim hisce tribus fundamentis:

I. De serpente pastorem petente secundum Leonem poeta cecinit

179 ardet mente, furit stridoribus, *intonat ore.*

Ad hunc versum in commentario suo ille haec annotat

1) In annotatione (pag. 163) auctor haec refert: Prof. Conway asks me to state, that he entirely accepts the conclusions, to which I have been led.

2) Etude sur l'imagination auditive de Virgile. Eius argumenta imprimis pertinent ad Aeneïd. Lib. IV et VIII.

(pag. 63) „hoc versu cecidit et se ipse indicavit imitator; nam quod Verg. Aen. 6, 607 de furiarum maxima praedicat *intonat ore*, id hic ad serpentem transtulit inepte". Sed codex Corsinianus (de quo Vollmer pag. 10 editionis suae sic refert „collectaneum est humanistae cuiusdam, in quod ex codice optimo et vetusto recepit Culicem" cet.) exhibet *insonat ore*. Itaque hanc unice veram lectionem editiones recentes Vollmeri, Faircloughii alii praebent.

II. Continent Cul. vs. 58—97 laudem vitae rusticae, Leo autem (Commentar. pag. 38) scribit „cuius loci colores poetam quaesivisse ex Georgicorum secundo (454—474) neminem fugit". Sed inter omnes constat Lucretii libris (secundo et quinto) et Culicis poetam esse instinctum et Vergilium in componendo fine Georgicon secundi. Cum autem permagnus numerus locutionum ex poemate de Rerum Natura in hanc partem Culicis translatus sit [1]), hoc epyllion existimandum est propius ad Lucretii tempora accedere quam Georgicon secundum.

III. Leo (Commentar. pag. 87) observat ad vs. 292

sed tu crudelis, crudelis tu magis Orpheu

„negari non potest *magis* ineptum esse, nam comparari Orphei actio non potuit nisi cum Eurydica... nimirum expressit (sc. poeta Culicis) duorum crudelium comparationem Eclog. 8, 47—49

saevus Amor docuit natorum sanguine matrem
commaculare manus, crudelis tu quoque, mater.
crudelis mater magis an puer improbus ille?

Ne hic quidem Leo suam rationem nobis probare potuit, significat enim *magis* (Cul. 292) *potius* [2]), quocirca vertendum est: „(niet gij Eurydice waart wreed) maar gij, Orpheus, ja gij waart eerder wreed".

Ergo Leoni non contigit, ut probaret Culicem esse scriptum post Bucolica Georgica Aeneïdem, immo haec tria opera antecedit epyllion. Schanz quoque nobiscum faciens [3]) scribit illum

---

1) Plésent omnes locos similes afferens egregie de hac re agit Etude pag. 91—92.

2) Cf. Schmalz, Syntax pag. 501 § 257 Anm. Verg. Ecl. I [11].

Eiiam Plésent Le Culex Edit. crit. et explic. pag. 211 similiter fere disserens cum alia contendit tum haec: Leo a tort de traiter cet adverbe d'inepte.

Skutsch (Aus Vergils Frühzeit pag. 128) item Leoni obloquens sic locum explanat: magis crudelis quam *manes severi* (cf. 289).

3) R. L. G. II 1 pag. 90.

praestantem philologum nusquam argumentis confirmasse Vergilium esse exemplar, Culicem imitationem. Equidem censeo quasi digitis monstrari posse, quomodo Vergilii ars scribendi a Culice usque ad Bucolica Georgica Aeneïdem magis magisque creverit.

Videamus quid res metrica nos doceat. Caesura praecipue penthemimeres invenitur in Culice, nonnisi perraro hephthemimeres, quae tamen sensim magis magisque crebrescit in Bucolicis Georgicis Aeneïde. [1])

Notatu dignum est in Culice inveniri viginti versus (e. g. 37, 39, 59, 105, 214 cet.), quorum prima syllaba quinti pedis vox est monosyllaba. Haec dura proprietas Lucretiana decrescit in Bucolicis, nam tot exempla praebent quot Culex, etsi duplicem numerum habent versuum. Eundem usum Warde Fowler [2]) computatione instituta deprehendit in Georgicis in centesima parte, in Aeneïdos sex prioribus libris in ducentesima parte versuum. Ita videmus Vergilium Lucretiano vitio solutum evadere summum artificem hexametri Latini.

Severam legem elisionis poeta sibi imponit: vix ter syllabam longam elidit. Severe etiam spondeum a quinto pede removet, ergo ne unum quidem versum spondiacum Culex offert.

Semel positio neglegitur nempe Cul. 195

horrida squamosi volventia membra draconis,

quocum conferri oportet Aen. XI 309

(spem) *ponite.* spes sibi quisque, sed haec quam angusta, videtis.

Et in Culice et in Aeneïde lepos versuum augetur pulchris allitterationibus, illic imprimis in loco de serpente, qui fortasse maxime egregius est totius epyllii (cf. 171 c c c c; 189 t t t; 192 d d d). Digna quae describatur est allitteratio in Epitaphio

413 *P*arve *c*ulex *p*ecudum *c*ustos *t*ibi *t*ale meren*t*i.

Saepe vocalis quaedam iterata [3]) versui vim suppeditat peculiarem, cf. 188 (litt. *i*)

---

1) Butcher, The caesura in Virgil, and its bearing on the authenticity of the Pseudo-Virgiliana (The Class. Quart. VIII (1917) pag. 125—131.

2) A metrical peculiarity of The Culex (The Class. Rev. XXXIII (1919) pag. 95—97.

3) Hanc soni repetitionem viri docti Germani vocant *Tonmalerei.*

obtritum morti misit, cui dissitus omnis
spiritus,

quocum conferas velim Aen. 4, 413

ire iterum in lacrimas iterum temptare precando.

Littera *a* repetitur prope in unoquoque horum versuum vocabulo:

Cul. 248 atque alias alio densas super agmine turmas et
Aen. II 303 ascensu supero atque arrectis auribus adsto.

At consonans *s* regnat in his duobus versibus:

Cul. 359 heroes mediisque siti sunt sedibus omnes
et Eclog. 4, 45 sponte sua sandyx pascentes vestiet agnos.

Culex abutitur epanalepsis figura (124 sq. *impia*; 122 sq. *perfide*; 239 *terreor*; 275 sq. *iudice*; 292 *tu crudelis* cet.), quae in Aeneïde eleganter adhibetur IV 247 sq. *Atlantis*, IV 25 sq. *umbras*; XII 89 sq. *ensem*.

Non raro Vergilius in Aeneïde nomen Graecum ponit, quod idem verbis Latinis reddit e. q.

VI 439 tristisque palus inamabilis undae [1])
alligat, et noviens Styx interfusa coercet.

Hic *inamabilis undae* spectant ad nomen proprium, quod est *Styx* (a verbo στυγεῖν, odisse, non amare). Id vestigium Vergilianum reperitur iam Cul. 272

nec timuit Phlegethonta, furens, ardentibus undis.

Quis non videt *Phlegethonta* exprimi verbis *ardentibus undis*? Tot tantaeque similitudines cum externae tum interiores cogunt nos Culicem Bucolica Georgica Aeneïdem quasi fratres germanos agnoscere et quidem filios Vergilii quo dixi ordine sibi succedentes.

Addamus aliud, quod argumenti vi fungitur. Vergilii ars splendet in funeribus depingendis e. g. initium lib. XI Aeneïdos exponens Pallantis sepulturam habendum est in numero locorum pulcherrimorum illius carminis epici. Quare fieri non potest quin moveat nos, quod poeta iuvenis Culicem, cuius historiae funus summa est, sumit celebrandum. Memorabile est culicis umbram non diserte sepulturam rogare, exprobrat tamen pastori animum ingratum. Ille autem vix expergefactus

1) Sic edendum est cum Nordeno.

est, cum tumulum exstruit: hic ter vates — hic saltem non frustra — iterat verba, quae sunt *cura* (394, 398, 403) et *memor* (394, 398, 406), ut infitietur pastorem ingratum esse. Denique poeta mollissimus, qui rusticum inducit tumulum floribus conspergentem, idem debet esse, qui aliquando canet Aen. VI 883

manibus date lilia plenis,
purpureos spargam flores animamque nepotis
his saltem accumulem donis fungarque inani
munere.

Adversus testimonia poetarum Lucani, Statii, Martialis, grammaticorum Nonii et Donati, qui uno ore Vergilio Culicem tribuerunt, Leo huic vati epyllion abiudicat, quod illius ars plane diversa sit (Comment. pag. 15). Idem criticus de Culicis auctore scribit (l. l. pag. 21): „ille aliena habet a poetica urbanitate non pauciora quam a pedestri urbanitate Varro" et paulo infra carmen ipsum vocatur „iste ingenii mediocris, animi diligentis fructus". Sed Donatus tradidit a Vergilio quindecim annos nato id poema conditum esse, cum Suetonius memoriae prodiderit poetam id composuisse viginti sex annos natum. Hac fortasse aetate scriptor opus suum edidit, quod Schanz (l. l. pag. 89) magna cum probabilitate suspicatur. Quod si verum est, Vergilius, qui a. 70 a. C. n. natus erat, epyllion divulgavit ante mensem Iunium anni 44., cum Octavius [1]), cui carmen dedicatum est, adulescens erat duodeviginti annorum (cf. Octavi venerande..... sancte *puer* 25 sq.).

Quod attinet ad sermonem minus elegantem nimisque artificiosum, hoc vitium partim exemplari, partim imitationi imputandum est. Mihi videtur rectius quam Leo de poetae ingenio iudicasse Teuffel-Kroll (§ 230 1, 2; II pag. 41) asseverans: „Er ist keineswegs ein Stümper". Ceterum haud ignoramus Vergilium nunquam desiisse diligentissimis studiis artem suam excolere: etiam Aeneïde prope absoluta iter trium annorum facturus erat in Graeciam, ubi summam manum operi imponeret. Quocirca non est cur dubitemus quin tempus fuerit,

---

1) Tunc temporis ei nondum nomen Octavianus erat. Ceterum Octavium eundem esse atque Octavianum ne Leo quidem negat (cf. Comment. pag. 23 sq.),

[illegible] melius quam Culicem pangere posset. Quan[illegible] opus est tironis, tamen sine ullo negotio [illegible] 150 versus egregios excerpere possit. Insunt [illegible] elementa carminum maiorum. Capellae pascentes et [illegible] canens a Musa Bucolica in dignioribus eclogis [illegible]. Felicitas vitae rusticae, serpens, Orpheus atque [illegible] haec tria argumenta in carmine didascalico Georgicon pulcherrimis versibus tractabuntur. Omnia denique quae [illegible] umbra pastori exponit somnianti res est epica, quae magnifice aucta et ornata in sexto Aeneïdos exsistet opus omnibus numeris absolutum, ubi vates ad ipsum fastigium artis pervenerit.

Ab arte critica, quae dicitur, superiore ad inferiorem transeamus, aliquot enim Culicis locos emendare posse mihi videor.

Beatitudine vitae pastorum depicta poeta exclamat

94 o pecudes, o Panes et o gratissima tempe
fontis Hamadryadum . . . .

Plerique editores *frondis* substituerunt voci traditae, quae est *fontis*, quorum alii *frondis* habent pro genetivo relationis pendente a *gratissima*, etsi hoc adiectivum eum casum adsciscere non solet, alii, velut Plésent, ducunt pro genetivo explicativo [1]) pendente a *tempe*. Hic *tempe frondis* audet vocare hebraismum, coll. *odor suavitatis, vas electionis* cet. Nemo criticus tamen explicavit, quomodo lectio facilior *frondis* abiisset in difficiliorem *fontis*, quare equidem *fontis* non prorsus reiciendum censeo. Colebatur enim a Romanis Fontus [2]), Iani filius, deus fontium. Itaque vix dubito quin genuina lectio fuerit

o pecudes, o Panes et o gratissima tempe
Fonti et Hamadryadum . . . . .

Apte deus fontium invocatur una cum Hamadryadibus, quia sine aqua arbores crescere nequeunt. In eodem hoc episodio nomen alterius numinis Romani, nempe Palis (vs. 97) legitur. (cf. etiam vs. 20). Librarius non intellegens formam antiquam, quae est *Fonti*, exaravit *fontis* et coniunctionem delevit, ut

---

[1]) [illegible], Le Culex edit. crit. et explic. pag. 122 et Etude pag. 352.

[2]) [illegible] III 29 (Reiffersch. pag. 131, 13).

metrum salvum esset. Elisionem vocalis longae (*i*) ante *et* invenitur etiam vs. 216 *vidi et*.

De serpente ad sua vada repente cum alia legimus tum haec

168 tollebant *aurae* venientis ad omnia visus.

Inducitur nimirum anguis in omnes partes intuens, si forte hostem observet. Est haec bestia quasi imago cautionis, ideo plena curarum circumspicit, videtur ergo poeta posuisse

tollebant *curae* [1]) venientis ad omnia visus,

ita ut haec verba translate dicta sint pro: serpens caute allabens oculos circum se versat. Haec ratio loquendi non semel in Culice adhibetur, cf.

37 memorabilis et tibi *certet*
gloria perpetuom lucens, mansura per aevum;
223 heu quid ab officio *digressa est gratia*, cum te
restitui superis leti iam limine ab ipso?

Vim artis Orphei eodem modo atque alii vates noster exponit

278 iam rapidi steterant amnes et turba ferarum
blanda voce sequax regionem insederat Orphei,
iamque imam viridi radicem moverat alte
quercus humo ⟨*devincta modis*⟩ silvaeque sonorae
sponte sua cantus rapiebant cortice avara.

In lacuna supplevi *devincta modis*: cum *imam* pertineat ad *radicem*, *viridi* ad *humo*, *alte* ad *moverat*, et *quercus* aliquod attributum habeat necesse est. *Devinctum* proprio sensu positum est Cul. 235.

Poeta fingit apud inferos eadem fieri quae iam in terra acciderunt, itaque in Proserpinae regno Achilles a Paride caeditur atque Aiax in armorum iudicio ab Ulixe victus mortem sibi consciscit. Haec duobus versibus narrantur

325 rursus acerba fremunt [2]), Paris hunc [3]) quod letat et huius [4])
arma dolis Ithaci virtus quod concidit icta.

Arma tanquam glossema a Vollmero damnatur, sed quae vox

1) Cum serpens pastore animadverso demum ira accendatur (175 sqq.), in versum 168, verbum *irae*, quod Leo coniecit, non quadrat.

2) sc. umbrae. 3) i. e. Achillem. 4) i. e. Aiacis.

extrusa est? Novimus iam Aiacem in hoc epyllio propter singularem fortitudinem vel supra Achillem laudari, Flagitatur ergo

mira dolis Ithaci virtus quod concidit icta.

Similitudo, quae intercedit inter *mira* et *arma,* effecit ut adiectivum expelleretur. Accedit quod *mirus* est vox Lucretiana: quam optime Lucretii vocabularium Culicis auctor didicisset, satis ostendimus. Unum certe exemplum e pedestri oratione petitum comparetur: Iustin. XLI 5, 7 *mira* virtute pugnavit (sc. Arsaces).

Leo proponens *firma*..... *virtus* suam coniecturam nullo exemplo comprobavit.

Umbra Culicis heroes Romanos in Elysio visos enumerat:

361 hic Fabii Deciique, hic est et Horatia virtus,
hic et fama vetus nunquam moritura Camilli,
Curtius et, mediis quem quondam sedibus Urbis
devotum *bellis* consumpsit gurges in unda.

Livius [1]) aliique historici facinus praedicant Curtii, qui in voraginem in Foro repente factam se immisit, ut patriam servaret. Prorsus diversam narrationem legimus apud Ovidium (Fast. I 270 sqq.) et Macrobium (Sat. I 9, 17 sq.) de gurgite in via Tarpeia facto, unde aqua calida exsiluit tum cum Titus Tatius et copiae Sabinae Romuli exercitum pepulerunt. Illud miraculum periculum ab urbe defendit. De hac re ultimus paganorum poeta Latinus Rutilius Namatianus in Carm. de Reditu suo haec canit I 107

Nempe tibi [2]) *subitus* calidarum *gurges* aquarum
rupit Tarpeias hoste premente vias.

Hoc distichon docet in Culice quoque scribendum esse

364 devotum *subitus* consumpsit *gurges* in unda,

i. e. ook Curtius is in 't Elysium, dien eenmaal in 't hart der stad, toen hij zich vrijwillig opofferde, een plotseling ontstane kolk in haar wateren verzwolg.

Post *devotum* sive potius *devotū* haplographia *ſu* librarius omisit, sed e reliquis litteris *bitus* verbum finxit *bellis.*

1) VII 6. 2) i. e. Romae.

ΧΟΡΟΥΝ.

SCRIPSIT

GUILIELMUS VOLLGRAFF.

Anno MCMVIII Theodorus Wiegand (Sechster vorläufiger Bericht über die in Milet und Didyma unternommenen Ausgrabungen, Abhandl. der kön. preuss. Akad. der Wiss. 1908, p. 46) publici iuris fecit epigramma Didymis prope Miletum in sepulcro puellae inscriptum:

στὰς πρόσθε τύμβου δέρκε τὴν ἄνυμφον
κόρην Διογνήτοιο νηπίην χοροῦ⟨ν⟩,
ἣν θῆκεν Ἅιδης ἐγ κύκλοισιν ἑβδόμοις,
οὐ δοῦσαν οὐ γονεῦσιν οὐ τροφεῖ χάριν.
ὦ ξεῖνε, ταῦτ' ἔκρανε μοῖρα καὶ τύχη,
τὰ λοιπὰ χαῖρ', ἔρρωσο, κοινὰ γὰρ τάδε.

Permirum est virum cultissimum qui hoc carmen fecit, cum sermonem tragicorum tam bene calleret (vs. 4 *τροφεῖ* pro *τροφῷ* ex Aesch. Choeph. 760; vs. 3 *ἑβδόμοις*, v. infra), primum senarium decurtasse. Ecquid in lapide fuit: *ἀνυμφέα*? Wiegand legit *ἄνυμφο[ν]*.

Secundi versus in fine legitur in lapide ΧΟΡΟΥΝ, cuius vocis Wiegand ultimam litteram delendam esse censet. Ceterum quid sibi vellet istud *χοροῦ* post *νηπίην* cum ille non explanasset, nuper enodare conatus est Franciscus Cumont (Revue de Philol. XLIV a. 1920, p. 77 sq.), cuius haec sunt verba: „Le troisième vers est particulièrement intéressant; je crois qu'il faut y rattacher *χοροῦ* (non pas *χοροῦν*) en coupant après *νηπίην* et traduire „qu' Hadès a placée dans le septième cercle d'un choeur". L'expression, volontairement vague, désigne, comme l'a remarqué M. Bernard Haussoullier, la sphère de la lune qui est la septième du choeur des planètes..." Iam quod de *κύκλοισιν ἑβδόμοις* nos docet vir harum rerum peritissimus, infra paucis attingam; sed valde dubito num neces-

sarium sit litteram N expungi. Poeta enim nullo apparatu hoc dixisse mihi videtur:

ἑπτὰ[illegible] προσθε[illegible] τ[illegible] [illegible] [illegible]
κόρην Διογνήτου νηπίην Χορ[illegible].

Nomen mulieris quod est Χο[illegible], cuius legitimus accusativus in Ionum sermone est Χο[illegible], non minus certe hic mihi agnoscere videor quam in altera inscriptione Milesia, quae legitur in opere cui inscribitur: Milet. Ergebnisse der Ausgrab. III (1914), p. 34[illegible], a, b [1]. Paene supervacaneum est monere saepius in epigrammatis sepulcralibus nomen dilectum parentibus in ultima distichi sede collocatum esse. Cf. Kaibel. Epigramm. Graeca ex lapidibus conlecta, 112:

Ἀντιοχὴ Θεμίστωνος ἀεθλοφόρον κόνις ἥδε
κεύθει δωδεχέτη παῖδα Θεμιστοκλέα.

Ibid. 508:

παρθενίαν λείπουσ' ἐρατὴν θυγάτηρ Κλεαρίστης
ἥδε Πολυμνιάστου κεῖται Ἀρισταγόρα.

Callimachi epigr. XIX:

δωδεκέτην τὸν παῖδα πατὴρ ἀπέθηκε Φίλιππος
ἐνθάδε τὴν πολλὴν ἐλπίδα Νικοτέλην.

[illegible] [illegible] κυκλ[illegible] ἑβδόμοις dictum esse mihi videtur pro [illegible] ἑπτὰ κύκλοις sive ζώναις (ut legitur Aesch. Sept. 125 [illegible] ἑβδόμαις pro ἑπτὰ πύλαις) i. e. *caelo locari*. Cf. Nonn. Dion. I, 145 [illegible] ἑπταζώνου; XXXVIII, 115: [illegible] ἑπταζώνου [illegible] 312 [illegible]... ἑπτὰ περὶ ζώναις κυκλούμεν[illegible]. [illegible] [illegible] in quinque ζώνας sive κύκλους describebant, [illegible] Diog. Laert. Vita Zenon. VII, 155: κύκλους δ' εἶναι [illegible] [illegible]. Nonn. Dion. XXXVIII, 258: πέντε ... κυκλ[illegible]. Cf. Manil. I, 22[illegible] [illegible] quinque per arcus.

Plagulas dum corrigo, animadverti iam a. 190[illegible] A[illegible] Wilhelm nomen Χ[illegible] posuisse, Beiträge zur griech. In[illegible] schriftenkunde, p. 22[illegible]. Sed non [illegible] mihi ignoscat vir [illegible], qui tanta scientia et copia polleat, ut omnia eius [illegible] memoria tenere difficile sit.

---

1) Bechtel, Die histor. Personennamen des Griech. p. 47[illegible].

PROPERTIANA.

SCRIPSIT

I. I. HARTMAN.

(Continuantur e pag. 212).

ELEGIA 14.

1 sq. Multa tuae, Sparte, miramur iura palaestrae,
sed mage virginei tot bona gymnasii.

De vocabulo quod est *iura* equidem dubito. Opponetur mihi, sat scio, ultimum elegiae distichon

quod si iura fores luctasque imitata Laconum,
carior hoc esses tu mihi, Roma, bono.

Sed ipsum illud iterum positum *iura* ultro magis me de priore dubitare cogit.

Nam „iura Laconum" egregie decet clausulam prius dicta repetentem et eleganti brevitate comprehendentem, sed „multa iura palaestrae" misere languet frigetque. Quanto praestaret: *iure*, quod tam apte cum *mirandi* verbo coniungitur, et *multa tuae palaestrae* brevitatem habet gratissimam.

Clausulae autem hexametrum ita citavi ut habet Baehrensiana. Nam in codicibus O *pugnasque* legitur, quod cur in *luctasque* mutaverit Fonteinius non video vereorque ut vox quae est *lucta* Propertii tempore in usu fuerit.

Codex N vero ridiculum errorem *pugnasque imitata leonum* exhibet.

5 cum pila velocis fallit per brachia iactus.

Neque haec intelligo, neque Scaligeri coniecturam *veloci.... iactu*, nam sic quoque haereo in isto *per brachia*, pro quo

sectator evasit. Quare non miramur et Leonem in Commentario in Culicem et Skutschium in libro, qui inscribitur Aus Vergils Frühzeit pag. 127 tot imitationes Lucretii, qui Romae Epicuri interpres erat, indicare potuisse. Potuerunt addere
gemmantis... per herbas Cul. 70 = Lucret. V 461.
mundus (Cul. 102 et 236) positus sensu *caeli*, sicut Lucret. I 788, V 514 (Georg. I 232) cet.
densere (Cul. 233); neque Lucretius *densare* agnoscit.

At enim Vergilius adulescens Culicem componere nequivit, nam C. Weyman coll. Cul. 128 et Horat. C. IV 11, 25 (utrobique legitur *ambustus Phaëthon*) scribit [1]: Für mich ist dieser Ausdrück eine Prägung des Horaz, der sich später der imitirende Culexdichter bedient hat vielleicht zur Latinisierung des ἡμιδαὴς Φαέθων bei Apollonios Rhodios (IV 596). Sed doctissimus ille vir obliviscitur iam permultis annis, antequam Horatius illis verbis uteretur, Varronem Atacinum Argonautica Apollonii in linguam Latinam vertisse. Ab eo igitur Culicis auctor, si opus fuisset, locutionem illam mutuari potuisset. Attamen nihil est cur hoc sumamus. Forte enim bis participium, quod est *ambustus*, usurpatur in epyllio nostro, nempe legimus, ubi Aiacis fortia facinora et Hectoris impetus in classem narrantur

313 omnis ut in cineres Rhoetei litoris ora
classibus ambustis flamma lacrimante daretur.

Classibus ambustis nimirum respiciunt Iliad. XVI 294 ἡμιδαὴς δ' ἄρα νηῦς 'λίπετ' αὐτόθι. Itaque cum ἡμιδαής vox Homerica sit, dubitari nequit, quin a primo quoque discipulo rhetorum verba, quae sunt ἡμιδαὴς Φαέθων, transferri sic latine potuerint *ambustus Phaethon.*

Poteram Weymannum relegare ad Leonis Commentar. pag. 16, ubi de Culicis auctore affirmatur: „Lucretium Catullum Vergilium, Vergilio recentiorem nullum expressisse videtur" [2]). Sed invicem nunc rogamus, utrum Culex Vergilium imitatus sit, an Culicem Vergilius. Vel qui semel Culicem perlegerit, movebitur magna similitudine, quae intercedit inter hoc epyl-

---

1) Cf. Neophilolog. VII (1922) pag. 131.
2) Cf. etiam Schanz R. L. G. II 1 pag. 90.

lion et carmina maiora Vergiliana. In Diario c. t. The Classical Quarterly V (1911) pag. 161—174 Elizabeth Jackson octoginta fere locos similes enumeravit tractavitque. Quos facile equidem augere possum, desidero enim

Cul. 331 Aetnaeusque Cyclops.	Aen. XI 263 Aetnaeos.... Cyclopas.
Cul. 345 Nereis ab unda signa dabat.	Aen. XV 166 et Tellus et pronuba Iuno dant signum.
Cul. 11 aurea proles (= Apollo).	Aen. X 16 Venus aurea.
Cul. 25 Octavi venerande.	Aen. XI 276 venerande puer (Euryale).

Talis similitudo artum vinculum fortasse etiam cognationem scriptorum videtur indicare. Cum igitur in Bucolicis, Georgicis, Aeneïde verba atque sententias locorum collatorum plerumque rotundiora et elegantiora esse videantur, poeta, quae satis incondita scripserat ante, post expoliverit necesse est. Itaque assentior doctissimae illi mulieri, quam modo nominavi, sic concludenti (l. l. pag. 174). The evidence in many cases, as we have seen, would point to Vergil as the borrower. The resemblance, further, are of such a kind as to give reasonable ground for maintaining that Virgil was merely reusing what was his own. [1])

Illis ergo locis omnibus, ubi similitudo est inter Culicem et Buc. Georg. Aeneïd., Vergilius mihi videtur esse *sui imitator*. Hic commemorandum est iam a. 1908. Roironium [2]) demonstrasse Vergilium multo saepius Ovidio locutiones ante adhibitas post repetivisse paulum immutatas.

Leo quoque a locis similibus profectus est, putat autem Vergilium exemplo fuisse Culici, cuius auctor paulo post Maronis mortem hoc epyllion condidisset probavissetque aequalibus suum opus tribuendum esse nobilissimo illi vati nuper mortuo. Nititur autem Leo praesertim hisce tribus fundamentis:

I. De serpente pastorem petente secundum Leonem poeta cecinit

179 ardet mente, furit stridoribus, *intonat ore*.

Ad hunc versum in commentario suo ille haec annotat

1) In annotatione (pag. 163) auctor haec refert: Prof. Conway asks me to state, that he entirely accepts the conclusions, to which I have been led.

2) Etude sur l'imagination auditive de Virgile. Eius argumenta imprimis pertinent ad Aeneïd. Lib. IV et VIII.

(pag. 63) „hoc versu cecidit et se ipse indicavit imitator; nam quod Verg. Aen. 6, 607 de furiarum maxima praedicat *intonat ore*, id hic ad serpentem transtulit inepte". Sed codex Corsinianus (de quo Vollmer pag. 10 editionis suae sic refert „collectaneum est humanistae cuiusdam, in quod ex codice optimo et vetusto recepit Culicem" cet.) exhibet *insonat ore*. Itaque hanc unice veram lectionem editiones recentes Vollmeri, Faircloughii alii praebent.

II. Continent Cul. vs. 58—97 laudem vitae rusticae, Leo autem (Commentar. pag. 38) scribit „cuius loci colores poetam quaesivisse ex Georgicorum secundo (454—474) neminem fugit". Sed inter omnes constat Lucretii libris (secundo et quinto) et Culicis poetam esse instinctum et Vergilium in componendo fine Georgicon secundi. Cum autem permagnus numerus locutionum ex poemate de Rerum Natura in hanc partem Culicis translatus sit [1]), hoc epyllion existimandum est propius ad Lucretii tempora accedere quam Georgicon secundum.

III. Leo (Commentar. pag. 87) observat ad vs. 292

sed tu crudelis, crudelis tu magis Orpheu

„negari non potest *magis* ineptum esse, nam comparari Orphei actio non potuit nisi cum Eurydica... nimirum expressit (sc. poeta Culicis) duorum crudelium comparationem Eclog. 8, 47—49

saevus Amor docuit natorum sanguine matrem
commaculare manus, crudelis tu quoque, mater.
crudelis mater magis an puer improbus ille?

Ne hic quidem Leo suam rationem nobis probare potuit, significat enim *magis* (Cul. 292) *potius* [2]), quocirca vertendum est: „(niet gij Eurydice waart wreed) maar gij, Orpheus, ja gij waart eerder wreed".

Ergo Leoni non contigit, ut probaret Culicem esse scriptum post Bucolica Georgica Aeneïdem, immo haec tria opera antecedit epyllion. Schanz quoque nobiscum faciens [3]) scribit illum

1) Plésent omnes locos similes afferens egregie de hac re agit Etude pag. 91—92.

2) Cf. Schmalz, Syntax pag. 501 § 257 Anm. Verg. Ecl. I [11].

Etiam Plésent Le Culex Edit. crit. et explic. pag. 211 similiter fere disserens cum alia contendit tum haec: Leo a tort de traiter cet adverbe d'inepte.

Skutsch (Aus Vergils Frühzeit pag. 128) item Leoni obloquens sic locum explanat: magis crudelis quam *manes severi* (cf. 289).

3) R. L. G. II 1 pag. 90.

praestantem philologum nusquam argumentis confirmasse Vergilium esse exemplar, Culicem imitationem. Equidem censeo quasi digitis monstrari posse, quomodo Vergilii ars scribendi a Culice usque ad Bucolica Georgica Aeneïdem magis magisque creverit.

Videamus quid res metrica nos doceat. Caesura praecipue penthemimeres invenitur in Culice, nonnisi perraro hephthemimeres, quae tamen sensim magis magisque crebrescit in Bucolicis Georgicis Aeneïde. [1])

Notatu dignum est in Culice inveniri viginti versus (e. g. 37, 39, 59, 105, 214 cet.), quorum prima syllaba quinti pedis vox est monosyllaba. Haec dura proprietas Lucretiana decrescit in Bucolicis, nam tot exempla praebent quot Culex, etsi duplicem numerum habent versuum. Eundem usum Warde Fowler [2]) computatione instituta deprehendit in Georgicis in centesima parte, in Aeneïdos sex prioribus libris in ducentesima parte versuum. Ita videmus Vergilium Lucretiano vitio solutum evadere summum artificem hexametri Latini.

Severam legem elisionis poeta sibi imponit: vix ter syllabam longam elidit. Severe etiam spondeum a quinto pede removet, ergo ne unum quidem versum spondiacum Culex offert.

Semel positio neglegitur nempe Cul. 195

horrida squamosi volventia membra draconis,

quocum conferri oportet Aen. XI 309

(spem) *ponite.* spes sibi quisque, sed haec quam angusta, videtis.

Et in Culice et in Aeneïde lepos versuum augetur pulchris allitterationibus, illic imprimis in loco de serpente, qui fortasse maxime egregius est totius epyllii (cf. 171 c c c c; 189 t t t; 192 d d d). Digna quae describatur est allitteratio in Epitaphio

413 *P*arve *c*ulex *p*ecudum *c*ustos *t*ibi *t*ale meren*t*i.

Saepe vocalis quaedam iterata [3]) versui vim suppeditat peculiarem, cf. 188 (litt. *i*)

---

1) Butcher, The caesura in Virgil, and its bearing on the authenticity of the Pseudo-Virgiliana (The Class. Quart. VIII (1917) pag. 125—131.

2) A metrical peculiarity of The Culex (The Class. Rev. XXXIII (1919) pag. 95—97.

3) Hanc soni repetitionem viri docti Germani vocant *Tonmalerei.*

obtritum morti misit, cui dissitus omnis
spiritus,

quocum conferas velim Aen. 4, 413

ire iterum in lacrimas iterum temptare precando.

Littera *a* repetitur prope in unoquoque horum versuum vocabulo:

Cul. 248 atque alias alio densas super agmine turmas et

Aen. II 303 ascensu supero atque arrectis auribus adsto.

At consonans *s* regnat in his duobus versibus:

Cul. 359 heroes mediisque siti sunt sedibus omnes

et Eclog. 4, 45 sponte sua sandyx pascentes vestiet agnos.

Culex abutitur epanalepsis figura (124 sq. *impia*; 122 sq. *perfide*; 239 *terreor*; 275 sq. *iudice*; 292 *tu crudelis* cet.), quae in Aeneïde eleganter adhibetur IV 247 sq. *Atlantis*, IV 25 sq. *umbras*; XII 89 sq. *ensem.*

Non raro Vergilius in Aeneïde nomen Graecum ponit, quod idem verbis Latinis reddit e. q.

VI 439 tristisque palus inamabilis undae [1])
alligat, et noviens Styx interfusa coercet.

Hic *inamabilis undae* spectant ad nomen proprium, quod est *Styx* (a verbo *στυγεῖν*, odisse, non amare). Id vestigium Vergilianum reperitur iam Cul. 272

nec timuit Phlegethonta, furens, ardentibus undis.

Quis non videt *Phlegethonta* exprimi verbis *ardentibus undis*?

Tot tantaeque similitudines cum externae tum interiores cogunt nos Culicem Bucolica Georgica Aeneïdem quasi fratres germanos agnoscere et quidem filios Vergilii quo dixi ordine sibi succedentes.

Addamus aliud, quod argumenti vi fungitur. Vergilii ars splendet in funeribus depingendis e. g. initium lib. XI Aeneïdos exponens Pallantis sepulturam habendum est in numero locorum pulcherrimorum illius carminis epici. Quare fieri non potest quin moveat nos, quod poeta iuvenis Culicem, cuius historiae funus summa est, sumit celebrandum. Memorabile est culicis umbram non diserte sepulturam rogare, exprobrat tamen pastori animum ingratum. Ille autem vix expergefactus

---

1) Sic edendum est cum Nordeno.

est, cum tumulum exstruit: hic ter vates — hic saltem non frustra — iterat verba, quae sunt *cura* (394, 398, 403) et *memor* (394, 398, 406), ut infitietur pastorem ingratum esse. Denique poeta mollissimus, qui rusticum inducit tumulum floribus conspergentem, idem debet esse, qui aliquando canet Aen. VI 883

manibus date lilia plenis,
purpureos spargam flores animamque nepotis
his saltem accumulem donis fungarque inani
munere.

Adversus testimonia poetarum Lucani, Statii, Martialis, grammaticorum Nonii et Donati, qui uno ore Vergilio Culicem tribuerunt, Leo huic vati epyllion abiudicat, quod illius ars plane diversa sit (Comment. pag. 15). Idem criticus de Culicis auctore scribit (l. l. pag. 21): „ille aliena habet a poetica urbanitate non pauciora quam a pedestri urbanitate Varro" et paulo infra carmen ipsum vocatur „iste ingenii mediocris, animi diligentis fructus". Sed Donatus tradidit a Vergilio quindecim annos nato id poema conditum esse, cum Suetonius memoriae prodiderit poetam id composuisse viginti sex annos natum. Hac fortasse aetate scriptor opus suum edidit, quod Schanz (l. l. pag. 89) magna cum probabilitate suspicatur. Quod si verum est, Vergilius, qui a. 70 a. C. n. natus erat, epyllion divulgavit ante mensem Iunium anni 44., cum Octavius [1]), cui carmen dedicatum est, adulescens erat duodeviginti annorum (cf. Octavi venerande..... sancte *puer* 25 sq.).

Quod attinet ad sermonem minus elegantem nimisque artificiosum, hoc vitium partim exemplari, partim imitationi imputandum est. Mihi videtur rectius quam Leo de poetae ingenio iudicasse Teuffel-Kroll (§ 230 1, 2; II pag. 41) asseverans: „Er ist keineswegs ein Stümper". Ceterum haud ignoramus Vergilium nunquam desiisse diligentissimis studiis artem suam excolere: etiam Aeneïde propo absoluta iter trium annorum facturus erat in Graeciam, ubi summam manum operi imponeret. Quocirca non est cur dubitemus quin tempus fuerit,

1) Tunc temporis ei nondum nomen Octavianus erat. Ceterum Octavium eundem esse atque Octavianum ne Leo quidem negat (cf. Comment. pag. 23 sq.),

cum Maro nihil melius quam Culicem pangere posset. Quanquam Culex opus est tironis, tamen sine ullo negotio unusquisque, si velit, 150 versus egregios excerpere possit. Insunt praeterea elementa carminum maiorum. Capellae pascentes et pastor calamo canens a Musa Bucolica in dignioribus eclogis celebrabuntur. Felicitas vitae rusticae, serpens, Orpheus atque Eurydice, haec tria argumenta in carmine didascalico Georgicon pulcherrimis versibus tractabuntur. Omnia denique quae culicis umbra pastori exponit somnianti res est epica, quae magnifice aucta et ornata in sexto Aeneïdos exsistet opus omnibus numeris absolutum, ubi vates ad ipsum fastigium artis pervenerit.

Ab arte critica, quae dicitur, superiore ad inferiorem transeamus, aliquot enim Culicis locos emendare posse mihi videor.
Beatitudine vitae pastorum depicta poeta exclamat

94 o pecudes, o Panes et o gratissima tempe
fontis Hamadryadum.......

Plerique editores *frondis* substituerunt voci traditae, quae est *fontis*, quorum alii *frondis* habent pro genetivo relationis pendente a *gratissima*, etsi hoc adiectivum eum casum adsciscere non solet, alii, velut Plésent, ducunt pro genetivo explicativo [1]) pendente a *tempe*. Hic *tempe frondis* audet vocare hebraïsmum, coll. *odor suavitatis*, *vas electionis* cet. Nemo criticus tamen explicavit, quomodo lectio facilior *frondis* abiisset in difficiliorem *fontis*, quare equidem *fontis* non prorsus reiciendum censeo. Colebatur enim a Romanis Fontus [2]), Iani filius, deus fontium. Itaque vix dubito quin genuina lectio fuerit

o pecudes, o Panes et o gratissima tempe
Fonti et Hamadryadum.....

Apte deus fontium invocatur una cum Hamadryadibus, quia sine aqua arbores crescere nequeunt. In eodem hoc episodio nomen alterius numinis Romani, nempe Palis (vs. 97) legitur. (cf. etiam vs. 20). Librarius non intellegens formam antiquam, quae est *Fonti*, exaravit *fontis* et coniunctionem delevit, ut

1) Plésent, Le Culex edit. crit. et explic. pag. 122 et Etude pag. 352.
2) Arnob. III 29 (Reiffersch. pag. 131, 13).

metrum salvum esset. Elisionem vocalis longae (*i*) ante *et* invenitur etiam vs. 216 *vidi et*.

De serpente ad sua vada repente cum alia legimus tum haec

168 tollebant *aurae* venientis ad omnia visus.

Inducitur nimirum anguis in omnes partes intuens, si forte hostem observet. Est haec bestia quasi imago cautionis, ideo plena curarum circumspicit, videtur ergo poeta posuisse

tollebant *curae* [1]) venientis ad omnia visus,

ita ut haec verba translate dicta sint pro: serpens caute allabens oculos circum se versat. Haec ratio loquendi non semel in Culice adhibetur, cf.

37 memorabilis et tibi *certet*
gloria perpetuom lucens, mansura per aevum;
223 heu quid ab officio *digressa est gratia*, cum te
restitui superis leti iam limine ab ipso?

Vim artis Orphei eodem modo atque alii vates noster exponit

278 iam rapidi steterant amnes et turba ferarum
blanda voce sequax regionem insederat Orphei,
iamque imam viridi radicem moverat alte
quercus humo ⟨*devincta modis*⟩ silvaeque sonorae
sponte sua cantus rapiebant cortice avara.

In lacuna supplevi *devincta modis*: cum *imam* pertineat ad *radicem*, *viridi* ad *humo*, *alte* ad *moverat*, et *quercus* aliquod attributum habeat necesse est. *Devinctum* proprio sensu positum est Cul. 235.

Poeta fingit apud inferos eadem fieri quae iam in terra acciderunt, itaque in Proserpinae regno Achilles a Paride caeditur atque Aiax in armorum iudicio ab Ulixe victus mortem sibi consciscit. Haec duobus versibus narrantur

325 rursus acerba fremunt [2]), Paris hunc [3]) quod letat et huius [4])
arma dolis Ithaci virtus quod concidit icta.

Arma tanquam glossema a Vollmero damnatur, sed quae vox

1) Cum serpens pastore animadverso demum ira accendatur (175 sqq.), in versum 168, verbum *irae*, quod Leo coniecit, non quadrat.

2) sc. umbrae. 3) i. e. Achillem. 4) i. e. Aiacis.

extrusa est? Novimus iam Aiacem in hoc epyllio propter singularem fortitudinem vel supra Achillem laudari, Flagitatur ergo

mira dolis Ithaci virtus quod concidit icta.

Similitudo, quae intercedit inter *mira* et *arma,* effecit ut adiectivum expelleretur. Accedit quod *mirus* est vox Lucretiana: quam optime Lucretii vocabularium Culicis auctor didicisset, satis ostendimus. Unum certe exemplum e pedestri oratione petitum comparetur: Iustin. XLI 5, 7 *mira* virtute pugnavit (sc. Arsaces).

Leo proponens *firma*..... *virtus* suam coniecturam nullo exemplo comprobavit.

Umbra Culicis heroes Romanos in Elysio visos enumerat:

361 hic Fabii Deciique, hic est et Horatia virtus,
hic et fama vetus nunquam moritura Camilli,
Curtius et, mediis quem quondam sedibus Urbis
devotum *bellis* consumpsit gurges in unda.

Livius [1]) aliique historici facinus praedicant Curtii, qui in voraginem in Foro repente factam se immisit, ut patriam servaret. Prorsus diversam narrationem legimus apud Ovidium (Fast. I 270 sqq.) et Macrobium (Sat. I 9, 17 sq.) de gurgite in via Tarpeia facto, unde aqua calida exsiluit tum cum Titus Tatius et copiae Sabinae Romuli exercitum pepulerunt. Illud miraculum periculum ab urbe defendit. De hac re ultimus paganorum poeta Latinus Rutilius Namatianus in Carm. de Reditu suo haec canit I 107

Nempe tibi [2]) *subitus* calidarum *gurges* aquarum
rupit Tarpeias hoste premente vias.

Hoc distichon docet in Culice quoque scribendum esse

364 devotum *subitus* consumpsit *gurges* in unda,

i. e. ook Curtius is in 't Elysium, dien eenmaal in 't hart der stad, toen hij zich vrijwillig opofferde, een plotseling ontstane kolk in haar wateren verzwolg.

Post *devotum* sive potius *devotū* haplographia *su* librarius omisit, sed e reliquis litteris *bitus* verbum finxit *bellis.*

1) VII 6. 2) i. e. Romae.

ΧΟΡΟΥΝ.

SCRIPSIT

GUILIELMUS VOLLGRAFF.

Anno MCMVIII Theodorus Wiegand (Sechster vorläufiger Bericht über die in Milet und Didyma unternommenen Ausgrabungen, Abhandl. der kön. preuss. Akad. der Wiss. 1908, p. 46) publici iuris fecit epigramma Didymis prope Miletum in sepulcro puellae inscriptum:

στὰς πρόσθε τύμβου δέρκε τὴν ἄνυμφον
κόρην Διογνήτοιο νηπίην χοροῦ⟨ν⟩,
ἣν θῆκεν Ἅιδης ἐγ κύκλοισιν ἑβδόμοις,
οὐ δοῦσαν οὐ γονεῦσιν οὐ τροφεῖ χάριν.
ὦ ξεῖνε, ταῦτ' ἔκρανε μοῖρα καὶ τύχη,
τὰ λοιπὰ χαῖρ', ἔρρωσο, κοινὰ γὰρ τάδε.

Permirum est virum cultissimum qui hoc carmen fecit, cum sermonem tragicorum tam bene calleret (vs. 4 τροφεῖ pro τροφῷ ex Aesch. Choeph. 760; vs. 3 ἑβδόμοις, v. infra), primum senarium decurtasse. Ecquid in lapide fuit: ἀνυμφέα? Wiegand legit ἄνυμφο[ν].

Secundi versus in fine legitur in lapide ΧΟΡΟΥΝ, cuius vocis Wiegand ultimam litteram delendam esse censet. Ceterum quid sibi vellet istud χοροῦ post νηπίην cum ille non explanasset, nuper enodare conatus est Franciscus Cumont (Revue de Philol. XLIV a. 1920, p. 77 sq.), cuius haec sunt verba: „Le troisième vers est particulièrement intéressant; je crois qu'il faut y rattacher χοροῦ (non pas χοροῦν) en coupant après νηπίην et traduire „qu' Hadès a placée dans le septième cercle d'un choeur". L'expression, volontairement vague, désigne, comme l'a remarqué M. Bernard Haussoullier, la sphère de la lune qui est la septième du choeur des planètes..." Iam quod de κύκλοισιν ἑβδόμοις nos docet vir harum rerum peritissimus, infra paucis attingam; sed valde dubito num neces-

sarium sit litteram N expungi. Poeta enim nullo apparatu hoc dixisse mihi videtur:

στὰς πρόσθε τύμβου δέρκε τὴν ἀνυμφέα
κόρην Διογνήτοιο νηπίην Χοροῦν.

Nomen muliebre quod est Χορώ, cuius legitimus accusativus in Ionum sermone est Χοροῦν, non minus certe hic mihi agnoscere videor quam in altera inscriptione Milesia, quae legitur in opere cui inscribitur: Milet, Ergebnisse der Ausgrab. III (1914), p. 34, a, 5 [1]). Paene supervacaneum est monere saepius in epigrammatis sepulcralibus nomen dilectum parentibus in ultima distichi sede collocatum esse. Cf. Kaibel, Epigramm. Graeca ex lapidibus conlecta, 112:

Ἀντιοχῇ Θεμίσωνος ἀεθλοφόρον κόνις ἥδε
κεύθει δωδεχέτη παῖδα Θεμιστοκλέα.

Ibid. 508:

παρθενίαν λείπουσ' ἐρατὴν θυγάτηρ Κλεαρίστης
ἠδὲ Πολυγνώτου κεῖται Ἀρισταγόρα.

Callimachi epigr. XIX:

δωδεκέτην τὸν παῖδα πατὴρ ἀπέθηκε Φίλιππος
ἐνθάδε τὴν πολλὴν ἐλπίδα Νικοτέλην.

Θῆκεν ἐγ κύκλοισιν ἑβδόμοις dictum esse mihi videtur pro: *ἔθηκεν ἐν τοῖς ἑπτὰ κύκλοις* sive *ζώναις* (ut legitur Aesch. Sept. 125 *πύλαις ἑβδόμαις* pro *ἑπτὰ πύλαις*) i. e. *caelo locavit.* Cf. Nonn. Dion. I, 145: *πόλος ἑπτάζωνος*; XXXVIII, 115: *αἰθέρος ἑπτάζωνον ἴτυν*, 312: *οὐρανόν... ἑπτὰ περὶ ζώναις κυκλούμενον.* Antea caelum in quinque *ζώνας* sive *κύκλους* describebatur; cf. Diog. Laert. Vita Zenon. VII, 155: *κύκλους δ' εἶναι ἐν τῷ οὐρανῷ πέντε*; Nonn. Dion. XXXVIII, 258: *πέντε... κύκλων*; Ov. Metam. II, 129: via quinque per arcus.

Plagulas dum corrigo, animadverti iam. a. 1909 Adolphum Wilhelm nomen Χοροῦν restituisse, Beiträge zur griech. Inschriftenkunde, p. 325. Spero fore ut mihi ignoscat vir egregius, qui tanta scientia et copia polleat, ut omnia eius inventa memoria tenere difficile sit.

---

1) Bechtel, Die histor. Personennamen des Griech. p. 471.

PROPERTIANA.

SCRIPSIT

I. I. HARTMAN.

(Continuantur e pag. 212).

ELEGIA 14.

1 sq. Multa tuae, Sparte, miramur iura palaestrae,
sed mage virginei tot bona gymnasii.

De vocabulo quod est *iura* equidem dubito. Opponetur mihi, sat scio, ultimum elegiae distichon

quod si iura fores luctasque imitata Laconum,
carior hoc esses tu mihi, Roma, bono.

Sed ipsum illud iterum positum *iura* ultro magis me de priore dubitare cogit.

Nam „iura Laconum" egregie decet clausulam prius dicta repetentem et eleganti brevitate comprehendentem, sed „multa iura palaestrae" misere languet frigetque. Quanto praestaret: *iure*, quod tam apte cum *mirandi* verbo coniungitur, et *multa tuae palaestrae* brevitatem habet gratissimam.

Clausulae autem hexametrum ita citavi ut habet Baehrensiana. Nam in codicibus O *pugnasque* legitur, quod cur in *luctasque* mutaverit Fonteinius non video vereorque ut vox quae est *lucta* Propertii tempore in usu fuerit.

Codex N vero ridiculum errorem *pugnasque imitata leonum* exhibet.

5 cum pila velocis fallit per brachia iactus.

Neque haec intelligo, neque Scaligeri coniecturam *veloci.... iactu*, nam sic quoque haereo in isto *per brachia*, pro quo

(Scaligerano, ut opinor, invento probato) Cornelissen *per inania* commendat, minime inepte, ut mihi videtur.

9 nunc ligat ad caestum *gaudentia* brachia loris

Non receptam a Baehrensio splendidam Guyeti emendationem *candentia* est quod mireris.

11 gyrum pulsat equis.

Dubitaturne etiam de Fonteiniano: „gyrum curvat eques"?

15 sq. 13 sq. Hunc ordinem recte restituerunt Scaliger et Canterus. Denuo turbari mihi videtur 15 sq. ante 11 positis quod vult Housmanus. Nam quin de Amazonidum turba vs. 16 legendum sit cum Heinsio: „Thermodontiacis — vagatur agris" quis dubitet?

17 talis et Eurotae Pollux et Castor Athenis.

Ultimum vocabulum quam esset absurdum senserunt Itali, qui *ad undas* reposuerunt quod an Volsci coniecturae *arenis* praestet dubito.

19 inter quos Helene nudis..... capillis.

Nihili istud, nec tamen Baehrensii *fluidis* pro *nudis* probaverim. Totum argumentum elegiae *nudis... papillis* flagitat, quod est in N, qui et *capere arma* praebet pro *armata* et *est armata* ceterorum, quod Baehrensius iusto festinantius in *versata* mutavit. Propter primum pentametri vocabulum *fertur* quis eo loco non aliquem praeferat infinitivum?

22 et licet in triviis ad latus esse suae.

Eleganter Housmanus *isse* pro *esse.*

27 sq. Et aliis argumentis Spartanorum mores laudantur et hisce:

> non Tyriae vestes errantia lumina fallunt,
> est neque odoratae cura molesta comae.

Ultimum distichi vocabulum Canteri debemus sagacitati, nam traditum est *domi*. Quod unde huc pedem intulerit non assequor, miror tamen esse editores qui vindicent. Ceterum, ut tam saepe, ita hic quoque egregie de Propertio meritus est Housmanus, qui hos ex Ovidio adscripserit locos parallelos:

Fast. II, 357 sq.:

> veste deus lusus fallentes lumina vestes
> non amat et nudos ad sua sacra vocat.

Med. form. 19:

Vultis odoratos positu variare capillos.

Ars II, 734:

palmam date, grata iuventus,
Sertaque odoratae myrtea ferte comae.

Videmus hinc quantum habuerit auctoritatem apud iuniores poetas, quem quidem summus ille versuum pangendorum artifex Ovidius tantopere memoria teneat ut interdum — paene dixerim invito — illius magistri vocabula ei ex ore fluerent. Nam Ovidium et ex aliis poetis et e Propertio diligenter flosculos sublegentem fingere mihi non possum.

31 Contra corruptos Romanorum mores et· inde apparet quod difficile est levissimas puellas a probis dignoscere:

nec quae sint facies nec quae sint verba rogandi
invenias, caecum versat amator iter.

Haud facile, ut opinor, ad desperationem adigatur, qui ex hexametro isto umquam sanum sensum extortum iri credat etiam. Miror Baehrensium commemorare tantummodo, in textum recipere non ausum esse praeclaram Burmanni lectionem:

nec quae sit facilis nec quae det verba roganti

quamvis illud ipsum voluisse poetam manifestum sit.

Elegia 15.

ὦ Ζεῦ τί δὴ χρυσοῦ μὲν ὃς κίβδηλος ᾖ
τεκμήρι᾽ ἀνθρώποισιν ὤπασας σαφῆ,
στίχων δ᾽ ὅτῳ χρὴ τὴν φύσιν διειδέναι
οὐδεὶς χαρακτὴρ ἐμπέφυκε ῥήμασιν;

Cui non saepe sic Medeam philosophantem παρῳδεῖν iuvet in omni poetarum antiquorum studio, sed praesertim in toto illo versuum transponendorum genere? Cum Scaligeris Housmanisque qui faciant pauci sunt et vereor ne semper sint futuri. Sed quis invenitur invenieturque qui omnibus hexametris, pentametris, distichis Propertii eum servare atque vindicare locum audeat quem in codicibus habent, etiamsi omnes illi inter se consentiant? At semel eiusmodi aliquid molito, ubi tandem tibi standum erit? Ergone eo metu adducti, quidquid est traditum aequi bonique consulamus? Feramusne Propertium, postquam sancte iuraverit se Lycinna reiecta soli

iam Cynthiae et esse et fore fidelem, quod iusiurandum graviter sic conclusit:

> cuncta tuus sepelivit amor, nec femina post te
> ulla dedit collo dulcia vincla meo,

haec subiungentem:

> testis erit Dirce

et quae praeterea de Dirce, Zetho, Amphione, Antiope narrat? Cuius, obsecro, rei hic *testis* adhibetur Dirce? An gratiae inter Cynthiam Propertiumque reconciliatae? Apage ineptias, sed versus qui antea 43 sq. fuerunt statim post 10 ponamus cum Vulpio et Burmanno. Quid enim concinnius quam hoc

> cuncta tuus sepelivit amor, nec femina post te
> ulla dedit collo dulcia vincla meo.
> at tu non meritam parcas vexare Lycinnam:
> nescit vestra ruens ira referre pedem:

testis erit Dirce (et quae praeterea usque ad 42 de Dirce narrantur), quid aptius? Nam nunc quidem novimus Lycinna illa vs. 6 memorata quae sit, qui totam elegiam pervolvit oblivisci iam potuit. Perficiamusne antiquorum illorum criticorum transpositionem cum Fischero eodem trahentes vs. 45 sq.? Minime vero! Istud enim

> fabula nulla tuas de nobis concitet aures

tum demum recte infertur cum modo exemplum narratum est malorum quae ζηλοτυπία olim attulit muliebris. Pentameter vero

> te solam et lignis funeris ustus amem

efficit ut tota sit elegia una et simplex. Exorsus est poeta a sua adversus Cynthiam fide, qui dudum Lycinnam missam fecerit a qua ipse sit amoris initiatus mysteriis, neque cum illa iam per tres annos rem habuerit, vituperatque Cynthiam, quae tamen eandem illam Lycinnam suspectam habere numquam desinat eamque implacabili odio persequi pergat. Et admonet eam Dirces Thebanae, quae simili odio sibi dirissimum exitium paraverit ipsa. Quod in ea narratione exornanda poeta paulo est prolixior aequo animo ferimus: novimus enim quid sibi epexodium illud velit. Sub ipsum enim finem laxius illud vinculum firmiter adstringit et ad Cynthiam a qua fecit initium et propter quam tota est composita elegia sic redit:

fabula nulla tuas de nobis concitet aures:
te solam et lignis funeris ustus amem.

Quis tam temerarius ut hoc

te solam et lignis funeris ustus amem

tantum non adstante poeta et „ne facias'' clamante paulo post initium carminis transponere audeat? Quid vero si hic eius fiat finis:

41 sq. prata cruentantur..., victorque canebat
paeana Amphion rupe, Aracynthe, tua:

nonne quivis videatur sibi nil nisi fabulosam legisse narratiunculam, utpote amorum Cynthiae et Propertii plane iam immemor?

Quod autem vs. 41 locum reliqui vacuum, ibi non *Zethi*, quae est vulgata lectio, sed *loci* alicuius nomen a poeta scriptum fuisse Baehrensio libenter assentior.

3 Meliorane fiunt tempora an ubique in deterius delabuntur? Nam qui fit ut saeculo XV intellexerint viri docti sensu cassum esse

ut mihi praetexti pudor est velatus amictus

et pro *velatus* requiri *sublatus* vel eiusmodi aliquid, at nunc profligata dudum lectio tradita iam tollere caput incipiat? An e terrae latebris scriptum aliquod est erutum quod nova et inaudita antea de togae praetextae usu doceat?

13 Et nostrane aetate „melior'' quaedam „natura'' homines docuit *non* insana haec de Dirce dici

ah quotiens pulchros *ussit* regina capillos

(Antiopes), neque ergo Roberti Titii *vulsit* opus esse?

29 (eadem Antiope)

et durum Zethum et lacrimis Amphiona mollem
experta est.

Pro *mollem* equidem contrarium fere exspectaverim, velut *lentum*. Alioquin enim non apte decurrit narratio, neque versu 35 recte infertur:

sera tamen pietas *natis* et cognitus error.

31 sqq. Instituitur comparatio, cuius quod sit „tertium'' frustra quaeris.

34 Pulchra est emendatio Baehrensii:

sic, adit ut flexo lapsa puella genu

pro *si cadit*. Qui quod vs. 36 *prolem* legit pro *natos*, quoniam et vs. 35 *natis* legatur, fortasse iusto severior est dicendus.

Elegia 16.

Transpone hic cum Struchtmeyero vss. 19 sq. ut statim post 14 legantur et... tolle hinc vss. 21—30 cum Heimreichio: concedes te numquam quidquam legisse quod esset simplicius simulque perfectius. Sic enim secum disputat deliberatque poeta: „noctu me Tibur venire Cynthia iubet. Suscipiamne iter tam plenum periculi? At si morem non gessero, Cynthiae minas e dolore (vs. 8 *fletus*) natas magis mihi timendas esse expertus novi". Tum sic pergit

11 nec tamen est quisquam sacros qui laedit amantes

„Nec tamen" hoc fere sensu „sed quid itineris pericula loquor? Etiam latrones et ferae amantibus parcere solent". Quam sententiam postquam paucis illustravit verbis poeta sic epistolium (ex ipsa vita sumptum) concludit.

18 huic generi quovis tempore tuta via est.

Quodsi quis mihi obiiciat quae tam saepe iam dixi de subitis, quas Propertius habeat in deliciis, ad aliud argumentum transitionibus, primum reputet quam exile sit argumentum quod fere totum insit in versu

30 „non iuvat in media nomen habere via", et quantopere sermo assuti istius panni 22—30 discrepet ab oratione genuinae elegiolae 1—18. Testis profecto est Struchtmeyerus ille iam multo ante Peerlkampium ipsum alios vixisse Peerlkampios. Fischerum 21—30 post 10 traiecisse credo quia tradit Baehrensius.

Versu 12 cum Heinsio lege: Scironis media, *si libet*, *ite* via pro: *sic licet ire*.

vs. 20 *ecce suis* it comes ipsa Venus. Sic recte Fischerus pro *exclusis*. Housmanianum *exsuctis* quid sibi velit non assequor.

Elegia 17.

7 sq. Verba poetae ad Bacchum et alia sunt et haec:

te quoque enim non esse rudem testatur in astris
lyncibus ad caelum vecta Ariadna tuis.

In astris et *ad caelum* ingratum efficiunt pleonasmum, neque nudum *rudem* ferri potest. Duo haec argumenta sufficiunt, ut opinor, ad Burmanni emendationem *amoris* (pro *in astris*) ab omni vindicandam dubitatione.

11 semper enim vacuos nox sobria torquet amantes.

Nisi vs. 41

tu modo servitio vacuum me siste superbo

vacuum tam diverso esset sensu positum, hic *vacuos* nulli suspicioni obnoxium affirmarem, esset enim fere idem quod „solos relictos (ab amica)". Nunc etiam atque etiam deliberandum censeo de Baehrensii coniectura *somni* (pro *sobria*), quae, si recte consideras, vel sic magnam habet veri speciem.

12 spesque timorque animum versat utrimque meum.

Non, ut opinor, de se solo hic poeta loquitur. Lege ergo cum Heinsio *animos*, cum Baehrensio *malus* pro *meum*. Housmano legenti

spesque timorque animae versat utroque modo

ut „animae modo" sit „venti instar" quis obtemperabit?

19 quod superest vitae, per te et tua cornua vivam.

Quid attinet hic, quod facit Baehrensius, annotare a Lachmanno *et* deleri? An ea omissa vocula versus integer dici potest?

24 Pentheos in triplices funera grata greges.

Heinsii *lata* (pro *grata*) nimis est languidum. Quanto praestat Passeratii *rapta*. Housmani *carpta* iam idem Heinsius occupaverat.

27 et tibi per mediam bene olentia flumina Naxon.

Praeclara est Palmeri emendatio *per Diam* (pro *per mediam*), ἀτὰρ οὐ τέλος ἵκετο μύθων. Perfecisse emendationem videtur Baehrensius pro supervacuo *Naxon* legendo *nasci*, quo simul apte suppletur sententia.

31 sq. levis odorato cervix manabit olivo
et feries nudos veste fluente pedes.

Pro *nudos* Heinsius *udos* malit. Haud opus, ut opinor. Sed *ferire pedes* quid est?

37 sq. ante fores templi crater antistitis auro
libatum fundens in tua sacra merum.

Heinsius: „cratere antistes et auro", quod placet Baehrensio.

Sed potestne sententia carere verbo finito? Et *cratere et auro* num fere idem quod *aureo cratere* significat? Vix credibile. Quid fieri possit nescio. Nam traditam lectionem ferri non posse libenter concedo.

Elegia 18.

Nulla laborare lacuna huiusce elegiae initium, sed primum distichon sic esse legendum:

Claudius umbroso qua tundit pontus Averno
  fumida Baiarum stagna tepentis aquae

(*tundit* pro *ludit* cum Baehrensio, possis etiam *alludit* cum Lambino) tam saepe, tam copiose, tam diligenter iam demonstrare studui, ut tandem aliquando iam invitis persuadere pigeat. Hi ergo Averno illo quo pontus clauditur delectentur et aequi bonique consulant stagna Baiarum sine ullo vinculo viciniae suae adiecta; ego legere quod olim conieci pergam et *Averno* tamquam ablativum instrumenti accipiam: pontus (i. e. mare externum) Averno tamquam instrumento usus tundit stagna Baiarum.

19 sq. Attalicas supera vestes atque omnia magnis
  gemmea sint ludis: ignibus ista dabis.

Absurda haec venuste sic emendat Housmanus:

Attalicas supera vestes atque ostra smaragdis
  gemmea sint Indis: ignibus ista dabis.

21 Sic pergit poeta de via mortis communi omnibus:
  sed tamen hoc omnes.

Lege cum Heinsio (nam nulla hic fit oppositio): „tendimus huc omnes" et Propertium addentem fac, non „hoc primus et ultimus ordo" sed:

hic primus et ultimus idem

ἐν δ' ἰῇ τιμῇ ἠμὲν κακὸς ἠδὲ καὶ ἐσθλός.

31 sq. at tibi, nauta, pias hominum qui traiicis umbras
  huc animae portent corpus inane suae
qua e. q. s.

multi multa hic temptarunt, certe non sanat locum coniectura Burmanno-Heinsiana:

at tu, nauta, p. h. q. t. u.
  duc animae, Porthmeu, c. i. s.

An forte *nauta porthmeu* ferendum videtur?

34 Caesar ab humana cessit in astra via.

Ultimam vocem recte in *vice* mutavit Heinsius.

Elegia 19.

27 Postquam quomodo Scylla poenas dederit narravit poeta, sic ratiocinatur:

non etenim immerito Minos sedet arbiter Orci.

Recte Baehrensius *etenim* pro *tamen*. Nihil proficimus Rothsteinii consilio sententiam incidentis signo interrogandi post *immerito* posito.

Elegia 20.

Post vs. 10 lacunae signo opus non est; dummodo Scaligerum sequamur et 11 sq. post 14 ponamus, nulla hic lacuna cernitur et ne audax quidem sententiarum saltus. Sed vs. 11 *data* legatur, nam *date* hic sensu caret.

Recte deletis versibus 28 sq. Heimreichius lepida hac imprecatione in perfidum amatorem concludit elegiam:

illi sint quicumque solent in amore dolores:
semper amet, fructu semper amoris egens.

Elegia 21.

3 Causam cur sibi sit peregrinandi hanc poeta affert:

crescit enim assidue *spectandi* cura puellae

Sic N., Mullerus *spectanti*. Certe pro *puellae* legendum *puellam*.

7 vix tamen aut semel admittit, cum saepe negarit.

Pro *tamen* Fonteinius *tandem*. Multo melius versum correxit Cornelissen legendo *bis tamen* e. q. s.

11 nunc agite, o socii, propellite in aequora navem,
remorumque pares ducite sorte vices.

A re quae hic iubetur plane diversum est id quod describitur Virg. A. II, 510: „sortiuntur remos, tum „sternuntur optatae gremio telluris ad undam", denique „corpora curant". Narrat ergo Virgilius de rebus quae peraguntur antequam navis soluta est; at Propertius nautas alloquitur iam sedentes in scamnis. Apud hunc igitur lege:

remorumque pari ducite sorte vices

remorum vices = „remos alternantes" et *pari sorte* = „aequabiliter".

27 sq. persequar aut studium linguae, Demosthenis arma,
librorumque tuos, culte Menandre, sales.

Parum feliciter pentametri initium *mimorumque* fecit Heinsius; requiritur enim verbum novum, nam unum *persequar* non sufficit, neque recte Menandri comoediae *mimi* dicuntur. Haud male ergo Fonteinius *miraborque*, sed melius Baehrensius *ridebove*, optime vero Suringarius *libaboque*.

31 Nunc *et-et* opus esse, non *aut-aut* probe intellexit Baehrensius. Denique recte Vossius sic elegiam claudit „*sic* moriar fato" e. q. s. Absurdum est codicum *seu* nec multo praestat Guyeti *aut*.

Elegia 22.

1 sq. frigida tam multos placuit tibi Cyzicus annos,
Tulle, Propontiaca qua *fluit Isthmos* aqua.

Absurda ista; sensum restituit Fonteinius legendo *furit aestus*. Lenius sane nec minus probabiliter Baehrensius *fremit Isthmos,* nam in nomine illo nulla est suspicio.

19—22 armis apta magis tellus quam commoda noxae,
Famam, Roma, tuae non pudet historiae;
nam quantum ferro, tantum pietate potentes
stamus: victrices temperat illa manus.

Facundam hanc Italiae laudem perspicaciter Baehrensius ponendam esse post 38 intellexit. Sic enim demum omnia bene cohaerent, sic suo sibi loco posita erit haec clausula:

haec tibi, Tulle, parens, haec est pulcherrima sedes,
hic tibi pro digna gente petendus honos,
hic tibi ad eloquium cives, hic ampla penatum
spes et venturae coniugis aptus amor.

25 Inter amoenissima Italiae spectacula memoratur et:

Albanus lacus et socii Nemorensis ab unda.

Sic est in N, *sociis* in DV, Francius *socia* coniecit, quod probavit Baehrensius, sed haec quoque lectio cui placere potest? Housmanus tamquam certam hanc proposuit:

Albanus lacus et foliis Nemorensis *abundans.*

Venustissimam esse libenter declaro. Quae enim aptior huic

lacui laus? Et in quanto periculo apud librarios sint versatae voces quales sunt *abundare* et cognatae admonere nos potest versus e tertio libro Lucretii: „non ut opinor, enim dat quod promittit abunde", ubi ultima vox abiit in *et unde*, quod defendere et interpretari non desinunt editores mysteriorum amantes.

Elegia 23.

Qualis quantusque poeta fuerit Propertius si quis vult intelligere, hanc praesertim elegiam consideret. Quam vera et sincera hic sunt omnia, quam lepide venusteque enuntiata. Atque hanc esse causam puto cur tam incolumis ad nos pervenerit. Non quod nullis umquam laboraverit vitiis, sed ea et ab aliis et praesertim ab Italis, qui non sine contemptu sic appellantur, certissimis sunt sublata emendationibus. Ergo et alibi in hisce carminibus semper id quaeramus quod hoc artifice tam limpido tamque veritatis studioso dignum sit, atque sicubi haeremus ab Heinsiis, Schraderis, Fonteiniis opem petamus potius quam ab iis qui nunc vivunt Nigidii Figuli!

Elegia 24.

Est et haec elegia summa laude digna. Quam utrum unam esse sinamus quid attinet an inter vs. 20 et 21 in duas dissecemus? Non enim clausulae minus aptus vs. 20 quam 38, et tamen hic

eventum formae disce timere tuae

artissimo cohaeret vinculo cum

falsa est ista tuae, mulier, fiducia formae.

2 olim oculis nimium facta superba meis.

Hanc lectionem qui probant sic Propertium secum disputantem faciunt: „vidi te, adamavi te, carmina de te scripsi, ea te superbam reddiderunt — ergo oculis meis superba facta es". Hoc est illud „utinam ne in nemore Pelio e. q. s.". Nos vero laeti accipiamus Schraderi emendationem *elegis* pro *oculis*.

9—12 Locus graviter corruptus, quod vel maxime apparet e vocabulo *quod* a quo vs. 9 incipit et quod in *quae* mutando nil proficit Guyetus. Transponendo nullam difficultatem tollit Housmanus.

Vs. 29 e praeclara Burmanni emendatione sic restituatur:

limina iam lacrimis valeant manantia nostris.

In sequenti vs.

nec tamen irata ianua fracta manu

quid miserum illud *tamen* deliquerit ut tam graves daret poenas Baehrensio me fugit.

LIBER IV.

Elegia 1.

Suavissima haec elegia et plena facetiarum. Nam quod varia doctrina huc undique est collata id quidem neutiquam latini poetae meritum imminuit. Quod enim hic primarium est, utpote quod prae ceteris toti carmini suum sibi praebeat colorem, inepti dico ineptum astrologi vaticinium, id a solo Propertio inventum exornatumque esse quivis non malignus facile sentit. Neque tam multa hic mutanda delenda transponenda esse quam et olim et nostra aetate sibi persuaserunt philologi et alii et Housmanus mihi quidem constat. Si quid tamen ex eo genere hic illic moliendum videbitur, id suo loco observabimus.

4 Euandri profugae concubuere boves.

Quidquid dicunt docti interpretes, istud *concubuere* aut turpe est et obscenum, aut ineptum ridiculumque, neque est dubium quin hic quoque, ut tantum non semper, contempti illi Itali poetae servarint manum *procubuere* legendo.

8 et Tiberis nostris advena bubus erat.

Pro *bubus* in codicibus vulgo *tutus* legitur, quod Baehrensium ad infelicem coniecturam *temptus* adduxit. Quam quis, obsecro, intelligat? An quidquam ei lucis affert lepidissimus ille locus Fastorum Ovidianorum, ubi ipse fluvius sic:

V, 642 et quem nunc gentes Tiberim noruntque timentque
tunc etiam pecori *despiciendus* eram

loquens inducitur? Alia alium decent ornamenta et par Ovidio Propertius in perspicue enuntiando quid velit. At *bubus* omnes habet numeros. Egregie enim eo depingitur et antiquae urbis

exiguitas et antiquorum morum simplicitas rusticitasque. Quid quod ipsum illud *bubus* abesse nullo modo potest? Eadem fere vs. 33 sqq. significantur:

> quippe suburbanae parva minus urbe Bovillae
> et, qui nunc nulli, maxima turba Gabi,
> et stetit Alba potens, albae suis omine nata,
> ac tibi Fidenas longa erat ire via.

Qui locus et ipse variam est expertus sortem: versu 33 „meliores" scilicet codices habent *violae*, at unice verum illud *Bovillae* nobis servarunt Itali. En iterum insigne exemplum unde discamus vix minorem esse illorum auctoritatem quam antiquissimorum qui umquam sunt eruti codicum. Eandem fere vim habet id quod elegiae 2 praebet versus 31:

> cinge caput mitra, speciem furabor *achei*
> furabor Phoebi, si modo plectra dabis.

Insanum istud *achei* est in codicibus „melioribus", sed in tempore adfuerunt Itali qui veram lectionem *Iacchi* ab interitu defenderent. Tum pentametros 34 et 36 locum inter se mutare iussit L. Muellerus, quam transpositionem utique necessariam dicerem, si nobis res esset cum magistello pueris antiqui Latii topographiam dictante, non cum elegiacorum principe suaviter narrante. Nam in ipso versu 33, modo longe inde arceatur mysterium istud Lachmannianum *parva eminus*, molesti nihil est. Sic enim poeta disputat: „nolite mirari iam a Romulo triumphum ductum" (hoc enim inest in illo „quattuor albos Romulus egit equos), „nam cum parva etiam nostra erat urbs, Bovillae minus erant suburbanae, ergo cum illis bellum geri poterat". Quod non est nimis contorte enuntiatum. Denique penitus sentiens cum quam egregio hic sibi res esset poeta, Baehrensius vs. 36 *ac tibi* reposuit pro *hac ubi*, quod sensu cassum. Quantum enim in uno illo *tibi* ἦθους inest!

13 sq. bucina cogebat priscos ad verba Quirites:
> centum illi in prato saepe senatus erat.

Potestne una illa vox quae est *verba* magistratuum significare verba? Haud opinor, sed aut cum Heinsio pro ea *septa* aut cum Fonteinio *iura* legendum censeo. Et *illi* quorsum est referendum? Ecquid ad „bucina"? Vehementer dubito.

15 *cavo.... theatro*. Baehrensio plaudo ‚*alto... theatro*' reponenti.

18 Confer hic, ne inutilibus praebeas aurem coniecturis, utilissimam Rothsteinii annotationem de oscillis.

19 annuaque accenso celebrare Palilia faeno.

Non cohaerent haec cum praecedentibus. Haud spernenda Housmani coniectura *celebrante.*

Apte enim haec Ovidiana structura comparatur (Met. X, 362 sq.):

postquam exploratum satis est loca nulla labare
depositoque metu.

48 sqq. felix terra tuos cepit, Iule, deos,
si modo Avernalis tremulae cortina Sibyllae
dixit Aventino rura pianda Remo.

Versu 49 nihil tangere malim quam iusto audaciorem Heinsii coniecturam „si modo certa olim" in textum recipere. Versu 50 „dixit ab eventu verba probanda bono" Baehrensius coniecit, et sic certe sensum quo opus erat restituit. Nam Housmani

dixerat a ventis non rapienda Remo

suum sibi requirit Oedipodem.

55 sq. optima nutricum nostris lupa Martia rebus,
qualia creverunt moenia lacte tuo!

Hos versus post 38 ponendo Langius iustum ordinem ultro perturbasse videtur. Quam eleganter enim e tradita lectione nunc sequitur

moenia namque pio coner disponere versu.

Quamquam haec quoque immutat Lucianus Muellerus legendo:

munere namque pio conor disponere versus.

Quod est commentum vere Muellerianum.

61 Ennius hirsuta cingat sua dicta corona:

Hoc nihili esse intelligens Baehrensius ipsi rerum naturae convenienter legit: „cingat sua tempora oliva".

71 quo ruis imprudens, vage, dicere facta, Properti?

Mihi quidem *vage* perplacet, sed neque *fata* neque *facta* concoquo.

73 accersis lacrimas cantas.

Sic ineptus astrologus Propertium abducere a consilio heroica canendi avertere conatur. Totum versum ingeniose sic refingit Heinsius:

aversis Charisin cantas, adversus Apollo.

Dignum hoc Propertio, dignum summo critico. Nam quod dedit Baehrensius

accersis lacrimas cantans

eius esse videtur qui de industria id excogitat quod nemini mortalium probatum iri probe novit.

81 in pretium fecere deos.

Primum vocabulum in *en* mutavit Baehrensius. Unice verum videtur *nunc* quod manus secunda in margine codicis F servavit.

86 Dubium non est quin post hunc versum exciderit aliquid unde pendebant accusativi: *signa iterata* (82) et sequentes. Versu 83 Baehrensius edidit:

felicesque Iovis stellas Martisque *rapacis.*

Melius Livineius *rapaces.* In codicibus est *capacis.*

94 De alterius ex Arriae filiis morte a se praedicta haec gloriatur vanus astrologus:

quippe Lupercus, equi dum saucia protegit ora,
heu sibi prolapso non bene cavit equo

pro *equo* euphoniae magis quam sententiae consuluit Heinsius *eques* legendo. Iam enim de equo desiluerat Lupercus, iam saucius equus erat, quem a novis vulneribus defendere ante ipsum vel ad latus eius stans conatur Lupercus, equus iam moriens in dominum incidit.

97 De pueris illis idem sic lamentatur:

fatales pueri, duo funera *matris avarae*!

Haud dubie ingeniosissima est Muelleri coniectura „Martis avari", sed veram esse posse nego. Nam id quidem de omnibus dici potest qui in proelio ceciderunt, sed Arriae eadem fuisse culpa videtur quae Eriphylae. Lepidissime poeta hariolum gloriantem fecit propter rem ipsi soli notam.

113 sq. Calchanti obtemperans suam ipse filiam immolavit Agamemnon „exitus ut classi felix faustusque daretur".

nec rediere tamen Danai. *tu* diruta fletum
supprime et Euboicos respice, Troia, sinus.
Nauplius ultores sub noctem porrigit ignes,
et natat exuviis Graecia pressa *tuis.*

Longiorem exscripsi locum, quo magis appareret quam necessarium esset illud *tuis*, quod Muretus adversus omnes coniecit codices. Hi enim *suis* habent.

124 Poetae patria sic ab hariolo describitur:

qua nebulosa cavo rorat Mevania campo
et lacus aestivis intepet *uber* aquis

sic edidit Baehrensius quoniam „Umbria qua lacus Umber tepet" balbutientis sit poetae. At proprium illud „Umber lacus" est nomen. Idem pro *intepet* coniecit *ut tepet*. Quanto melius Housmanus „non tepet"! Quae enim maior lacus laus quam quod media quoque aestate frigidam servat aquam. Idem apud Plin. Ep. 8, 8 ipsum nostrum Umbrum lacum significari acute suspicatur.

126 murus ab ingenio notior ille tuo.

An in hoc quoque arioli derisio inest quod poeta eum ipsa illa repetentem fingit vocabula quibus modo usus est ipse? Confer enim vs. 66

ingenio muros aestimet ille meo.

136 hactenus (*turba tua*) pertinet me iudice Apollinis monitum, deinceps iterum loquitur Horus; secundum Heimreichium 135—146 sunt Apollinis; Apollini tantum 135—138 dat Luetiohannus qui vs. 139 *nam* in *iam* mutat.

139 nam tibi felices, quascumque labore parasti,
eludet palmas una puella tuas.

Egregia est Luetiohanni emendatio, *in amore* pro *labore*.

Vss. 141 sq. Baehrensius ponit post 146. Quid prodest? an sic 142 minus fit obscurus? Initio versus 142 Baehrensius *nil iuvat* ponit pro *nil premit* vel *nil erit*. At vs. 145 denuo *iuvabunt* legitur.

Elegia 2.

Mellitissimum hoc carmen nullam requirere videtur transpositionem, certe nullam equidem vidi a viro docto propositam quae plane esset necessaria. Sed, id quod semper est verisimilius, laborat additamentis quae commenti sunt putidi magistelli. Deprehendit ea primus mortalium Fonteinius, qui sic se ante ipsum Peerlkampium Peerlkampium praebuit. An quisquam est qui versus 35 sq.

est etiam aurigae species Vertumnus et eius
traicit alterno qui leve pondus equo

huic poetae et huic loco vindicare velit nec sentiat quam languide quamque obscure haec sint enuntiata?

Quis non intelligit additamento versuum 46—52 totum elegiae pessumdari consilium? Inest illud in pentametro 6:

Romanum satis est posse videre forum,

qui vere ipsum potest dici initium, iuncto cum clausula 55 sq.

sed facias, divum sator, ut Romana per aevum
transeat ante meos turba togata pedes.

Quam venuste et artificiose totum poema urbi atque paci laudandae inservit! Quam inutiliter reliqua adduntur! Quam parum apte sunt enuntiata! Quid sibi istud „sex superant versus" vult? Quasi vero cuiquam opus sit scire quo nomine fuerit caelator simulacri! Quam indignus praecedentibus iocus iste „te, qui ad vadimonia curris"? Novimus a vico Tusco non longe afuisse tribunal praetoris. Ergone ii soli versiculis (praesertim tam ineptis) legendis non vacant quibus est „obeundus Marsyas"? Quam parum Vertumnum, suum sibi locum fideliter obtinentem, etiam si pro *creta* cum „Italis", omnium poetarum scriptorumque strenuis adiutoribus, *meta* legimus, istud *spatiis meis* decet! Quam aliena a proposito laus ista artificis in terra remotissima sepulti! Et qui est *usus* ullius simulacri, huius praesertim quod peculiare nihil habet nisi quod omne genus vestimenti et ornamenti recipit? Nam ultimus versus

unum opus est, operi non datur unus honos

omnino sensu caret. Certe ego nullum inde extundere possum.

1 sq. Saepe, ubi duplex alicuius loci lectio se offert, tam certa tibi utra sit probanda stat sententia ut ipsa te inopem faciat copia. Exscribam ergo hic tantummodo vulgatam lectionem, si quem forte ipse eius aspectus sponte ad meam perducat opinionem, quam quotiescumque huc redeo nullo modo a me repellere possum.

quid mirare meas tot in uno corpore formas?
accipe Vertumni signa petenda dei.

Non ego concoquo istam omnis iuncturae inter hos versus absentiam. Aliter talia enuntiare solere Propertium et debere quemvis cultiorem poetam admonet me initium elegiae III, 11:

quid mirare, meam si versat femina vitam
et trahit addictum sub sua iura virum,

criminaque ignavi capitis mihi turpia fingis,
quod nequeam fracto rumpere vincla iugo!
venturam melius praesagit navita noctem e. q. s.

Plaudo ergo Baehrensio hic quoque Italos secuto et pro interrogationis signo virgula posita, *qui* non *quid* edenti. Quid porro in verbis quae sunt *signa petenda* lateat frustra quaero. Grave subesse vitium suspicor.

3 Tuscus ego Tuscis orior.....

Nonne *ego* corruptam habet secundam syllabam? Sic certe meus me docet „thesaurus poeticus." Fateor me numquam eius rei causa Propertium excussisse. Confidenter tamen „Tuscus ego *et* Tuscis orior" corrigerem, si omnino de versibus 3—20 certus essem. Quid enim ad quaestionem primo disticho propositam faciunt illi? Ergo hic quoque scrupulus ceteris meis accedat dubitationibus. Saepe enim impudentem hic odoror interpolatorem.

9—12 Quisquis est et qualiscumque horum versuum auctor, Paleyi acumen laudandum vs. 10 *Vertamnis* legentis, at vs. 12 *Vertanni,* hic quoniam praecedat *vertentis anni*, illic quoniam sequatur *verso ab amne.*

29 Sobrius ad lites at cum est imposta corona.

Insolita haud dubie est verbi *sum* omissio. Malo tamen omnia quam cum Baehrensio *ago* pro *at* legere.

Elegia 3.

Ad amorem poeta redit et hic quidem pro se Cynthiaque sua Lycotam nescio quem cum simulata quadam Arethusa substituit, sed idem est carminis ingenium idemque color calorque propter quae totos libros I—III amamus et admiramur. Laborat tamen nimia quadam eorundem vocabulorum repetitione nec semper satis perspicua est enuntiatio. Sed nusquam idonea adest causa cur ad graviores medelas confugiendum videatur, transpositiones dico, atheteses et deperditorum versuum indicationes. Sed et de hoc carmine et de toto libro quarto quidquam pro certo statuere difficile est. Totus collectus et utcumque ab alio dispositus est: praestantissima insunt multa, nec pauca mediocria. Sed de singulis huius carminis

videamus controversiis et paucas quasdam nostras addamus dubitationes.

Sic ergo ad amatorem absentem Arethusa lamentatur de variis illius in varias gentes expeditionibus (vss. 7—10):

te modo viderunt iteratos Bactra per ortus,
te modo munito Neuricus hostis equo,
hibernique Getae, pictoque Britannia curru,
ustus et Eoa decolor Indus aqua.

Hic primo quid istud *iteratos* sibi velit, vel, si corruptum est, quid pro eo sit legendum quaerere desii. Nomen populi, qui vs. 8 designatur, misere corruptum ad nos pervenit: fuit etiam librarius qui *Henricus* daret. Vs. 9 fortasse Schraderi *vultu* praeferendum est tradito *curru.* Sed vs. 10 primum vocabulum nullo ferri posse modo mihi est persuasissimum. Nam, ut mittam quo modo aqua incolarum mutet *colorem*, (quod et Gruterus sentiens pro *Eoa*... *aqua* coniecit *Eoo*... *equo*, neglecto, ut opinor, vs. 8, qui et ipse in *equo* exit), quid interest inter *ustus*, quod est in codicibus, et *decolor* quod recte pro *discolor* reposuit Passeratius? Sed, quod multo est gravius, observa bis iam a poeta *binos* populos simul esse significatos et inter se oppositos: 7 sq. Bactra-Neuricus, 9 Getae... Britannia. Feramusne nunc subito Indum solum incedere duobus insignem epithetis, quod ad sensum attinet, nihil inter se discrepantibus? Immo quisquis ipsum poetam recitantem audire hic cupit mecum legat:

Parthus et Eoa decolor *Indus* aqua.

Nonne bella haec et frequenti componendi usui convenientia?

11 haecne marita fides, hae sunt pactae mihi noctes.

Sic variantibus codicibus edidit Baehrensius; sed est versus elumbis et Propertio plane indignus. Quocumque tandem modo est efficiendum ut istud *pactae mihi* tollatur. Quidni „hae pactae sunt mihi noctes" legamus?

13 Intolerabilem ultro invexit repetitionem Livineius, pro

quae mihi deductae fax omen praetulit, illa

legens „q. m. d. fax *lumen* praetulit i." Sequitur enim:

traxit ab everso *lumina* nigra rogo.

Et cur omnino illud *lumen* tangamus?

17 Omnibus heu portis pendent mea noxia vota.

Ipsa nocte obscuriora haec videntur. Ultimi distichi:

armaque cum tulero portae votiva Capenae,
subscribam „salvo grata puella viro"

quae sit ratio probe intelligo. Quicumque aliqua re se iam non usurum novit, eam dedicat deo qui operi praesidet. Id nunc pro amatore se facturam promittit amata, et de porta Capena loquitur, utpote qua eum, in Asiam profectum, redituram exspectat. At hic „omnibus portis" ait. „Recte" dixeris „saepius enim iam apud exteros arma tulit Lycotas". Audio et aequi bonique consulo „omnibus" pro „tribus" dictum. Nam *quarta* est lacerna, quam cum maxime texit Arethusa. Sed quid istud *noxia* sibi vult? An sic designantur *debiti* vota, pro quibus aliquis se obligavit? Ne hoc quidem plane incredibile. Tamen semper mihi renascitur suspicio longe diversi aliquid hic a librario corruptum, et a poeta factam esse Arethusam lamentantem quod sola sit tanto miserior quam ceterae omnes uxores. Contrarium et tamen cognatum est Ovidianum illud in narratione de Ceyce et Alcyone: „saepe in tumulis sine corpore nomina legi". Decet, ut opinor, Arethusam aliquid in hanc sententiam: „me miseram! aliae uxores maritos recuperarunt, ego meum iam plus triennium frustra exspecto!"

19 sq. occidat immerita qui carpsit ab arbore vallum
et struxit querulas rauca per ossa tubas.

Vidi qui haec sic interpretaretur ut *vallum* pro „fructu" dictum putaret. Mihi oxymoron istud plane μωρόν videtur.

27 diceris et macie vultum tenuasse sed opto
e desiderio sit color iste meo.

Haud iniuria Baehrensius malit *tenuatus; at opto*. Heinsianum *dicitur et macies* iusto est audacius.

31 tum queror in toto non sidere pallia lecto.

Non sic haec accipio ut Arethusa se *queri* dicat id quod cum maxime *facit* ipsa, sed construo, ut aiunt: „queror non in toto lecto sidere pallia" i. e. „queror non duobus sed mihi soli paratum esse lectum." Conferri quadamtenus potest Ovidianum illud de Alcyone: „renovat lectusque locusque | Alcyonae lacrimas et quae pars admonet absit".

33 sq. noctibus hibernis castrensia pensa laboro
et Tyria in gladios vellera secta suos.

Haud dubie est cur plaudamus Rossbergio *suo* pro *suos* coniicienti. Sed estne hoc latinum „suo in gladios" hoc sensu (vellera, dissecta in eam qua opus est formam) „ita consuo ut fiant gladiorum vaginae"? Italorum *radios* id ipsum velle videtur quod modo dicebam: coria in eam dissecta figuram ut bina consuta bene gladium tegant, quae cum sint praeacuta, ideo fortasse non inepte *radii* appellentur. At Rossbergius *gladios* retinet et *suo* legit. Acutius fortasse quam verius sed certe acutissime.

37 sq. conor et e tabula pictos ediscere mundos
qualis et haec docti sit positura dei.

De pentametro desperandum censeo. Nam quod reposuit Fonteinius

qualis et Arctoi sit positura dei

venustissimum quidem est sed nihil praebet quod non in iis quae continuo sequuntur etiam disertius sit enuntiatum. In hexametro *conor* optima est Broukhusii coniectura pro *cogor*.

41 Mendacio lenire nutrix Arethusae desiderium conatur. Hoc, ut opinor, est cur nutrix ab Heinsio *callida*, non *pallida* dicatur. Sed obstat adiacens *curis*. Et quidni nutrix palleat cum domina pervigilando?

51 Ante hunc versum nulla est lacunae suspicio, modo cum Heinsio *si* legamus pro *tibi* et e cod. N. vs. 52 recipiamus *meas* pro *tuas*.

61 sq. Ille dies, quo malum de te omen vidi audivive
hornis caedem denuntiat agnis,
succinctique calent ad nova lucra popae.

Quid sibi *lucra* hic volunt? Ecquid *lustra* legendum? Idem et Housmano in mentem venit.

66 subdolus et versis increpat arcus equis.

Persanavit hunc versum Baehrensius legendo:

subdolus aversis et crepat arcus equis.

ELEGIA 4.

1 De proditione et poena Tarpeiae se narraturum sic poeta pollicetur:

[illegible] nemus et Tarpeiae turpe sepulcrum

. . . .

Ain vero? Nemus illud, quod paucis describitur versibus, tam longi carminis primarium est argumentum? Haud opinor, sed *scelus* pro *nemus* legendum censeo. Sic et multo fit probabilior Baehrensii coniectura versus 3—6 ponentis post 12 Heinsiique versu 7 *montem* legentis pro *fontem*. Ex uno enim vitio (*nemus* pro *scelus*) duo nata fuerint.

Abhinc me intra paucos continebo versus. De maiore parte controversiarum, quae multae hic sunt prolatae, sed non ita graves, quid mecum statuerim ex editione interpretationi meae addita sponte apparebit.

19 sq. Tarpeia

vidit arenosis Tatium proludere campis
pictaque per flavas arma levare iubas.

Haud dubie pentameter corruptus sed non ita ut ad desperationem nos adigat, quod Heinsio evenisse dixeris, qui *arma* in *ora* mutaverit. Ipsa rei natura quid requiratur clamat. An quisquam puer rogatus quid eques per equi moveat iubas non statim „habenas" respondeat? Lege ergo

pictaque per flavas *lora movere* iubas.

Parum abest quin suspicer calami lapsu Heinsium primam vocis literulam omisisse.

Credere non possum Romuli aequalem ab eo tamquam barbarum descriptum.

27 dumque subit primo Capitolia nubila fumo.

Vocabulis quae sunt *primo-fumo* diei aiunt significari initium. Sed quid miserae proderat per totam noctem domo abesse? Tunc certe non poterat Tatium conspicere. Narrationis contextus docet vesperi eam in Capitolium adscendisse. Quidni autem hic certe *primo fumo* de primis vigilum ignibus dictum statuamus? Quantum vitae sic accedat narrationi!

29 sq. et sua Tarpeia residens ita flevit ab arce
vulnera, vicino *compatienda* Iovi.

Sic O, *non patienda* V mg. m. 2, N., Baehrensius *comperienda*, quod quid sibi velit haud facile divines. Ipse quid mihi in mentem venerit vix audeo proloqui; dico tamen mihi unice rectum videri quod est in O. An Francogallorum „compassion" de nihilo natum censeamus? Et nonne aliquo modo hic significandum est Tarpeiae mala ipsi quoque Iovi fuisse

miseranda? Denique, quidni credamus semel ab uno poeta latino „compati" dictum esse verbi Graeci συναχθεσθαι sensu?

39—52 Iamne satis intellectum est hic nobis rem esse cum iusta *suasoria*, in quo genere excellit Ovidius! Sunt autem hae partes altercationis quam secum habet Tarpea, modo semet incitans modo revocans:

1 quid mirum — torta via (39—42).
2 quantum — foco (43 sq.).
3 Pallados — meis (45 sq.).
4 cras — iugi (47 sq.).
5 lubrica — aquas (49 sq.).
6 o utinam — *naenia ferret opem* (sic enim cum Heinsio legendum pro „lingua tulisset opem" in quo *tulisset* non ferendum 51 sq.).

57 sq. me iudice post 62 sunt ponendi.

93 sq. a duce Tarpeio mons est cognomen adeptus:
o vigil, iniuste praemia sortis habes.

Sic legitur hexameter in O, at in G ille sic incipit: „a duce Tarpeia", unde cur in alia omnia (*a nece Tarpeiae* Bassanus) eamus nullam causam video. Hoc dico propter pentametrum in quo nihil mutandum censeo, atque adeo propter totum sententiarum connexum, quem toti disticho equidem inesse credo. *Vigil* enim ipse est Tarpeius, cui mons custodiendus fuerat commissus, haec eius fuerat *sors*, id est „provincia". Huius habebat, et etiam nunc habet *praemium*, idque insigne: eius enim nomen monti inhaeret. Sed ne eo honore glorietur pater, αἴτιον suum poeta sic concludit et in breve contrahit: „non tibi, Tarpei, id quod vulgo opinantur homines (et facile opinari possunt), illud montis nomen debetur, sed sceleratae filiae tuae".

ELEGIA 5.

1 sqq. terra tuum spinis obducat, lena, sepulcrum,
et tua, quod non vis, sentiat umbra sitim.

Istud „quod non vis" ferri nullo modo potest, neque quidquam nos codex N. adiuvat, qui *vis* omittit. Quid quod ne in coniecturis quidem virorum doctorum („*quam meruit*" Broukh., „quod *nolis*" Burm., „quod *nunc es*" Pont.) quidquam est prae-

sidii. Longe vehementius aliquid requiritur in tanta conviciorum et exsecrationum acerbitate, velut „quod tibi ultimum malorum semper visum est". Sed et in iis haereo, quae continuo sequuntur:

nec sedeant cineri Manes, et Cerberus ultor
turpia ieiuno terreat ossa sono.

Nihili enim esse „sedeant cineri" quivis non nimis pertinax leviter monitus mihi concedet et quid fere sit rescribendum sponte inveniet et aliis locis viam monstrantibus et hoc ex elegia 11 (vs. 50)

turpior assessu non erit ulla meo

(*ulla* e nobilissimis feminis quae ante me vixerunt; *assessu* ab Italis servatum quin ab ipso Propertio sit scriptum quis dubitet?)

Legamus ergo: „nec sedem tibi dent Manes": omnes Manes tuum assessum aspernentur. Aut, si cui istud cineri praeplacet, „nec cedant cineri Manes", quod tamen multo minus est venustum. Sed multo molestior mihi est scrupulus quem praebent vocabula „Cerberus ultor". Cerberum aditu arcentem quos intrare nefas novimus omnes, sed quis umquam de Cerbero *ultore* audivit, id est de Cerbero poenas a damnatis sumente? Denique in lena illa, quam poeta noster tam vehementer odit, omnia nova esse debent et inaudita, a Cerbero *terreri* omnium est qui ad inferos descenderunt.

Nonne certum est „Cerberus alter" a poeta excogitatum? Ceteri, qui sunt demortui, tantummodo ad ianuam Ditis latratibus Cerberi terrentur, at lena etiam postquam iam introiit et frustra quaerit ubi considat, alterum habet Cerberum sibi minitantem.

19 Lenae fraudes et praestigiae in universum sic indicantur (nam priore hac elegiae parte esse quandam temporum inconstantiam id quidem aequi bonique est consulendum):

exorabat opus, verbis ceu blanda perure
saxosumve ferat sedula culpa viam.

Sic fere codices et innumerae coniecturae inter se pugnant de victoria. Partem veri invenit Baehrensius *vermis* scribendo pro *verbis*, Rossbergius *forat* pro *ferat*, m² in codice V *talpa* pro *culpa*. Quantum hic communis potuisset perficere labor! An iusto sumus audaciores nos:

excercebat opus, vermis ceu tarda pererrat,
saxosamve forat sedula talpa viam

legendo? Quis enim aliquid sperat etiam de *exorabat* vel de *exornabat*? Estne quisquam cui non absurde *blanda* dici videatur vel *vermis* vel *rura*? Quis non ex isto *perure* (cdd. D. F. N.) intelligit totam distichi structuram esse corruptam? Quis non hactenus oppositiones illas desideravit, quae nunc tantummodo levia quaedam sui reliquerunt vestigia? At nunc vide „vermis tarda, sedula talpa; pererrat, forat". Et quam apte quamque disertae utriusque bestiolae labor tamquam opus describitur, quod *exerceatur*, quo verbo earum natura clandestina et subdola tam egregie adaptatur rei de qua agitur. Mirari satis non possum Baehrensium, cum semel vocabulum *vermis* invenisset, non sponte in alterum illud quod est *talpa* incidisse quodque et ipsum in codice quodam invenitur. Hic habebat quo sibi inter Batavos vindicaret locum philologos.

21 sqq. Lena puellam a recta via deducere temptans his ei verbis pretiosissima sua dona promittit:

si te Eoa Dorozantum iuvat aurea ripa
et quae sub Tyria concha superbit aqua,
Eurypylisque placet Coae textura Minervae
sectaque ab Attalicis putria signa toris.

Dorozantes illi fortasse non dedecent lenam, magam atque id genus hominum merces suas extrudentium, sed inepte inter se coniunguntur et tantum non opponuntur ipsa concha et ripa in qua illa invenitur. Hoc intelligens Ellisius proposuit *rica*. At multo absurdius quartum est donum, quod hic puellae a lena oblatum fingitur. Vidi qui sic interpretaretur ut essent statuae pro fulcris appositae vel suppositae lectis Parthicis, quae quia essent perantiquae magnum haberent pretium. At, o bone, non res hic nobis est cum aliquo sene vafro, subdolo, avaro, rem facere cupiente e mercibus vel aliam ob causam vel propter ipsam antiquitatem raris carisque, sed cum muliercula prae comptu ornatuque cetera omnia contemnente. Illi pedes veteris grabati oblatos tibi finge! Quid sit legendum me nescire fateri non pudet, dummodo ne legatur id quod traditum est!

44 Admonet puellam lena ne Medeam imitetur quae ab

amatore ideo sit contumeliose tractata quod ei ultro se obtulerit, et hoc illi exemplum opponit:

> sed potius mundi Thais pretiosa Menandri
> cum ferit astutos comica moecha Getas.

Operam mihi perdidisse videtur summus ille Guyetus „comis amica" legendo pro „comica moecha". Ipsa enim haec lectio tradita prodit auctorem et huiusce pentametri et hexametri praecedentis. Vir ille est severus, in monasterio aliquo educatus, apud quem nulla est venia adolescentulis paulo liberius viventibus, nulla ferula castigans vitia sed omnia scutica. Comoediam et quidquid ad hilaritatem pertinet odit sed magis etiam ignorat. An in ulla comoedia Menandri Geta non servus est sed ingenuus adolescens a quo se in libertatem vindicare Thaidis est? Et de qua ille Thaide hic cogitat? Certe nullam Terentianam accurate depingit. Sed totus hic locus de theatro (41—44) quam multa habet a contextu atque ab indole poetae aliena. Cum quanto elegiae emolumento eximetur!

47 sq. Est et hoc lenae monitum ad puellam neque astutam satis neque avaram:

> ianitor ad dantes vigilet: si pulsat inanis,
> surdus in obductam somniet usque seram.

Levissime immutata haec leguntur in pariete Pompeiano qui codices omnes quos habemus tanto aetate superat. Temerarium ergo est quidquam hic mutare. Quid tamen si quid inest quod intelligi nullo modo potest, sed una lineola addita ipsa luce fieri clarior? Quid enim est dormire, somniare *in obductam seram*? Nonne „donec vespera cecidit"? Interdiu ergo dormiet miser homo. Quid noctu? Vigilabitne? Non me hinc extricem nisi *abductam* pro *obductam* legamus. Cum semel patet ianua omnibus, nulli accedunt adulteri, neque pauperes neque opulenti.

51 sq. „Nullos sperne amatores" lena monet „dummodo aurum ferant"

> aut quorum titulus per barbara colla pependit,
> caelati medio cum saliere foro.

Caelatum argentum quid sit novi, caelati servi qui fuerint inter Romanos donec didicero, Passeratio assentiar *cretati* legenti.

55 sq. Minime cum Scaligero hos ego versus tamquam ex I, 2, 1 interpolatos deleverim:

quid iuvat ornato procedere, vita, capillo
et tenues Coa veste movere sinus?

Habemus hic exemplum ornamenti satis rari in literis latinis: ut aliquis quod dictum est ab alio repetat et „depravet pronuntiatione" ut ait Donatus ad versus primae scenae Eunuchi Terentiani „at ego nescibam quorsum tu ires e. q. s." Cuius annotationis si memor fuisset Scaligerus, athetesin suam, opinor, inhibuisset. In ore enim lenae istud ludibrium admodum est efficax.

Elegia 6.

2 et cadet ante meos icta iuvenca focos.

Pro *et* Marklandus legit *en*. Perfecisset emendationem, si *cadit* pro *cadet* (et *cadat*) restituisset: sic demum suam verbi formam quaeque res haberet.

3 serta Philetaeis certet Romana corymbis
et Cyreneas urna ministret aquas.

En iterum hic habemus quod tam saepe cum apud alios poetas Latinos tum apud Propertium miror: quod cum auctores suos „Alexandrinos" nominet, quid et de quibus dicat ignorare videatur. Sic ut hic ei Philitas (sic enim scribendum aiunt qui tales minutias magni faciunt) et Callimachus poetae sunt bellicorum carminum, hymnorum, paeanumque at III, 9 43 sq. levium amorum cantores, quorum ipse se similem cupiat esse:

inter Callimachi sat erit placuisse libellos
et cecinisse modis, clare Phileta, tuis:
haec urant pueros, haec urant scripta puellas,
meque deum clament et mihi sacra ferant.

C. III, 1, 7 Iisdem quem opponit? Nempe

Phoebum quicumque moratur in armis.

Ipsum poetam postquam dehortata est Calliope a genere bellico, eius

ora Philitea.... rigavit aqua (III, 3, 52).

Denique sic imprudens viros doctos refutat a quibus ad servum pecus imitatorum relegatur, seque vindicat in libertatem.

Elegia. 7.

Pulcherrima haec elegia et tenerorum affectuum plenissima, quae certe non ab ipso poeta consulto hic est posita ut cum octava iungeretur, et ne a collectore quidem rei poeticae perito. Restat ut post mortem poetae undecim illa carmina sint inventa, tum in iusti libri formam temere coniecta. Et opus est sat longum tempus intercesserit inter libros I—III perfectos et haec de Cynthia addita. Sed hoc prae ceteris certum, omnia quae Propertius de Cynthia cantaverit in ipsius mente nata neque ullam veram et, ut aiunt, historicam eius fictionibus subesse Cynthiam. Quid hoc, si tamen omnia veram vitam spirant verosque amores? Quid anxie scrutemur unde poeta suam habeat materiam suaque ornamenta? Modo evaserit carmen quod legentem detineat hominesque vivos ei ponat ante oculos! Quae virtutes hic vel maxime elucent.

Transpositionibus hic ego non utendum censeo, certe iis non indulserim. Omnia potius suo loco reliquerim. Nihil enim hic adeo turbatum invenitur ut frustra exitum quaeras. Quod vero desultorie poeta rem interdum tractare videtur, nonne egregie amatorem decet singultientem magis quam certo ordine narrantem? Idem illud subinde in singulis deprehenditur versibus, velut in hoc (41) ubi Cynthia lamentatur de nova poetae domina crudeliter poenas sumente ab ancillis quas ipsa sibi fideles sit experta:

> et graviora *iniungit* iniquis pensa quasillis

(sic enim cum Baehrensio erit legendum pro *fundit* (O). Nam quod N. pro varia habet lectione *rependit*, id quidem ferendum non est: „rependit... pensa"!). Denique ne dubites quin hic poeta suis verbis vera certaque facere possit quae ipse de nihilo sit commentus, audi ultimos hosce versiculos somnii:

> nunc te possideant aliae: mox sola tenebo:
> mecum eris et mixtis ossibus ossa teram.

Contra, quod saepius iam dixi haud raro Peerlkampiana quoque medicina Propertio opus esse, insigne eius rei exemplum haec quoque elegia praebet. Quis enim inter tot lepida et venusta, casta, pura, urbana subito istud ferat distichon:

saepe Venus trivio commissa est pectore mixto,
fecerunt tepidas pectora nostra vias

quod est hominis impudicissimi, inter infimam plebem nati educatique, quique os aperire non possit quin turpiter ineptiat?

3 sq. Cynthia namque meo visa est incumbere fulcro,
murmur ad extremae nuper humata viae.

Corruptus pentameter, quem non sanat lectio ς *margine in* pro *murmur ad*. Housmanus proponit: „Tibure ad extremam... viam" idque probat Paley I. o. Ph. vol. 16. Et certe, ne omni sensu careat inscriptio versuum 85 sq., quae totius carminis est pars praecipua, iam multo antea Tiburis est mentio facienda. Sed nunc haereo in voce quae est *extremae*, qua non *margo* (id quod putabat qui *margine in* scripsit) significari potest. Non enim, ut ita dicam, ad latitudinem sed ad longitudinem viae ille superlativus pertinet.

15 iamne tibi exciderunt vigilacis tecta Suburae
et mea nocturnis trita fenestra dolis?

Si, id quod ego hinc efficio, Cynthia ipsa in Subura habitasse fingitur, nihil est quare in voce *tecta* offendamur. Certe codicis N. lectio *furta* mox sequente *dolis* refellitur. Vitae sunt hic omnia plena, ex ipsa vita sumpta quis affirmet? Qui enim quod statim additur:

per quam demisso quotiens tibi fune pependi,
alterna veniens in tua colla manu

fieri potuit in *vigilaci* illa vicinia?

23 at mihi non oculos quisquam inclamavit euntis.

Quid illud esset „oculos euntis inclamare" postquam diu frustra quaesivisti, propensum fieri te sentis ad recipiendam variam lectionem ς „inclinavit", probandamque Heinsii coniecturam „hiantes". Ita certe res quae fieri assolet suis sibi verbis describitur. At sic quaenam inter hexametrum et pentametrum

unum impetrassem te revocante diem

intercedit ratio? Pentameter enim rursus te ad „inclamandi" revocat verbum, quod in hexametro tam parum habet aptum obiectum „oculos".

35 Lygdamus uratur, candescat lamina vernae:
sensi ego, cum insidiis pallida vina bibi.

Quid, obsecro, sensit Cynthia cum venenum ebibebat? An a Lygdamo paratum? Qui potuit? Nam *porrectum* ab eo quivis circumstantium videre poterat. Id ipsum quod flagitat contextus vel optime restituit Baehrensius „huius ego insidiis p. v. b." legendo. Qui cur vs. 37

aut Nomas arcanas tollat versuta salivas

haut pro *aut* legerit non video. Ipsa ab eo introducta lectio, licet eam illustret, nocte est obscurior. At omnibus numeris est perfecta tradita: „aut, si Lygdamus in culpa non est, in culpa est Nomas: haec modo ne saliva humectet manum, quaestioni ferendae par non erit sed se nocentem fatebitur" (an „tollas salivas" non est hoc quod dicebam „ne saliva humectet manum"?)

51 iuro ego Fatorum nulli revolubile carmen

pro ultimis vocabulis et „revocabile" et „stamen" sunt tradita. Quidni ergo aut *revocabile carmen* aut, quod malim „rèvolubile stamen" legamus? An metrum hoc respuit? Non opinor: in mentem enim mihi veniunt Horatiana illa „praemia scribae" et „fastidire strabonem".

63 sq. Andromedeque et Hypermestre sine fraude maritae

pentameter varie traditur et varie temptatur. Res est incertissima. Quo enim erga *maritum* merito Andromeda innotuit?

69 Sic mortis lacrimis vitae sanamus amores.

Si (id quod vehementer dubito) „mortis lacrimae" dici possunt lacrimae quas fundunt mortui mortuaeve, fortasse optimum factu est cum Passeratio „solamur" legere pro „sanamus" et praeterea nil tangere.

79 sq. pelle hederam tumulo, mihi quae pugnante corymbo
mollia contortis alligat ossa comis.

Obtemperandum Ellisio videtur *mollis* rescribenti, nam quo iure „mollia" hic dicantur ossa non video. Neque obloqui ausim Burmanno „pungenti" coniicienti pro *pugnanti.*

Elegia 8.

Excipit lacrimosam de mortua (iamdudum ut opinor) Cynthia elegiam iocosissima haec de eadem vigente etiam et florente narratiuncula. Vides quam longe absit omne studium

ordinis historici, non ab hoc solum libro sed etiam a tribus quos ipse collegit poeta, quosque ita conclusit ut in perpetuum Cynthiam facessere iuberet. Tota illa Cynthia commentitia est muliercula, cui suo arbitratu omnia poeta tribuit vitia omnesque virtutes, quibus ipsi opus est ut iustum possit efficere opus amatorium. Prout ipsi cantanti mens est hilaris vel afflicta, Cynthiam inducit levem vel fidelem, facilem vel crudelem, quin et vivam et mortuam. Non reiicimus quae de Cynthia-Hostia tradita sunt, sed, ad poetam quod attinet, parvi ea momenti res est. Dummodo affectus proprios ad fabellas retulerit, veraene illae sint parum curat: satis ei est si singulae elegiae verae *videri* possint. Atque est haec totius poesis elegiacae Romanae, si non sola, certe praecipua lex.

Iuvat autem ad hanc elegiam, in suo genere praestantissimam omnium, annotare quam sit fallax et quam (ne quid dissimulem) parum seria omnis ista transponendi libido, nostro renata tempore. Cum pellicibus genio indulgentem Propertium suum deprehendit Cynthia, iam tristissima quaeque animo praesagientem. Sequitur (49 sqq.):

cum subito rauci sonuerunt cardine postes,
 et levia ad primos murmura facta Lares.
51 nec mora cum totas resupinat Cynthia valvas,
 non operosa comis, sed furibunda decens;
pocula mi digitos inter cecidere remissos e. q. s.

Numquid, obsecro, hic deest? Immo vero ne cogitari, ne fingi quidem quidquam potest quod intrudi possit quin omnia perturbentur et obscura fiant atque adeo inepta absurdaque. At nunc sunt tersissima et ipsa luce clariora. Iubemur tamen post versum 52 haec inserere:

illa ruit, qualis celerem prope Thermodonten
 Strymonis abscisso pectus aperta sinu.

Vide mihi quid sic proficiamus scilicet. Iam advenit Cynthia ad aedes in quibus cum maxime Propertius versatur, at nunc subito quo modo iter eo facere coeperit describitur. Et ne ex eodem quidem carmine hoc distichon est translatum, verum ex IV (ubi est 71 sq.), unde tolli nequit quin tota narratio concidat: habemus dormientem Tarpeiam, expergisci etiam debet et iam Tatium convenit! Quasi vero satis non sit

quod Thermodon et Strymon, Bacchae et Amazones inter se confundantur.

Opponere isti transponendi temeritati unam iuvat coniecturam cui fortasse nulla par est omnium illarum quae vel ab Heinsiis Schraderisque ulli loco Propertii corrupto est adhibita: tam certa ea est, tam ingeniose excogitata. Cornelissenii ea est, cuius ne nomen in historia criseos Propertianae sileatur pro virili parte contra iniquam Baehrensii acerbitatem obnitemur. Postquam poeta narravit de pabulis annuis quae Lanuvii serpens a puella accipit, haec addit:

9 talia demissae pallent ad sacra puellae,
cum temere anguino creditur ore manus.

Delicias illas grammaticorum, *ore* pro dativo positas, nihili faciens prae sententiae sanitate vir ille nostras legit:

cum tenera anguino raditur ore manus.

En, hoc est more Batavo emendare!

40 Inter mensae ornamenta fuit
et facilis spargi, munda sine arte rosa.

„Simplici myrto nihil adlabores" monet Horatius. Sic suae cenulae campestri non operosas postulat coronas Propertius similiaque artificia: simplici et ad spargendum habili rosa est contentus. Quid sibi velit Baehrensii *quae* pro *et* quis scire cupit?

48 Lanuvii ad portas, ei mihi, solus eram

lamentatur poeta memor cenulae illius quae sibi sine Cynthia peragenda fuerit. Cenula illa in Esquiliis fuerat apposita sed poeta ipse mente animoque Lanuvii erat cum sua sibi Cynthia. Sic rem probe intelligens Cuperus *totus* pro *solus* reposuit.

80 Ultimo hoc versu quid legendum esset pro
respondi et toto solvimus arma toro

frustra hactenus quaesitum videtur.

ELEGIA 9.

Inclaruit, revera inclaruit haec elegia... scin quae? Emendatione quadam, nam neque argumentum neque enuntiatio quidquam habet quod magnopere legentem moveat. Sed emendatio illa vere admirabilis est. A sacro luco, ubi Hercules sitim vult sedare, arcet eum anus sacerdos, monens eo intrare

fas non esse maribus; quoque magis eum deterreat, et hoc utitur argumento:

57 magnam Tiresias aspexit Pallada vates
fortia dum posita Gorgone membra lavat

quod nullam habet convincendi vim, ne plane carere sensu dicam. Quanta ergo laude dignus Passeratius qui *magno* scripserit pro *magnam*! Senserunt hoc, quantum scio, omnes editores, nam in nullo iam textu istud *magnam* comparet. At ego... Passeratio obloqui audeo. Nego enim latinum esse istud *Tiresias vates*, immo vero nego adulti esse viri. Sic loquuntur pueri. Nos Passeratii emendationem sic perficiamus ut fiat:

magno *Thebanus* conspexit Pallada vates.

Quod vero vs. 50 etiam nunc legitur „et manibus duris apta puella fui" causam hanc esse suspicor quod praeclara emendatio: „et manibus duris apta quasilla tuli" non tam innotuit quam Passeratii illud *magno*.

Elegia 10.

Pro re nata docti critici et interpretes bene mereri de locis a se tractatis variis possunt modis, ita ut ne illorum quidem opera spernenda sit, qui quod corruptum esse probe sentiant, tamen doctis interpretari annotationibus conentur. Sic ad versus 43 sq., ubi de Virdumaro, quem profligavit Marcellus, haec sunt tradita:

illi virgatis iaculantis ab agmine bracis
torquis ab incisa decidit unca gula

vir doctus quidam adscripsit: „illi accidit ut torquis viri virgatis bracis ab agmine iaculantis incisa gula decideret" et deinde Germanica multa quae rem etiam obscuriorem reddunt. Poteratne, obsecro, Schraderi praeclara illa emendatio

illi virgatas maculanti sanguine bracas
torquis ab incisa decidit unca gula

disertiore commendari argumento? Ut cetera taceam, nihilne refert utrum alicubi *ab acie* an *ab agmine* legatur?

De ceteris huius elegiae locis controversis nil novi habeo nisi vs. 13 me haerere in „*cavas*... turres" et versu 37 sq.

desecta Tolumni
cervix Romanos sanguine lavit equos

quod Thermodon et Strymon, Bacchae et Amazones inter se confundantur.

Opponere isti transponendi temeritati unam iuvat coniecturam, cui fortasse nulla par est omnium illarum quae vel ab Heinsiis Schraderisque illi loco Propertii corrupto est adhibita: tam certa ea est, tam ingeniose excogitata. Cornelissenii ea est, cuius ne nomen in historia criseos Propertianae sileatur pro virili parte contra iniquam Baehrensii acerbitatem obnitemur. Postquam poeta narravit de fabulis annuis quae Lanuvii serpens a puella accipit, haec addit:

9 Talia demissae pallent cui sacra puellae,
cum temere anguino creditur ore manus.

Delicias illas grammaticorum, *ore* pro dativo positas, nihili faciens prae sententiae sanitate vir ille nostras legit:

cum tenera anguino raditur ore manus.

En, hoc est more Batavo emendare!

40 Inter mensae ornamenta fuit
et facilis spargi, munda sine arte rosa.

„Simplici myrto nihil adlabores" monet Horatius. Sic suae cenulae campestri non operosas postulat coronas Propertius similiaque artificia; simplici et ad spargendum habili rosa est contentus. Quid sibi velit Baehrensii *quae* pro *et* quis scire cupit?

48 Lanuvii ad portas, ei mihi, solus eram

lamentatur poeta memor cenulae illius quae sibi sine Cynthia peragenda fuerit. Cenula illa in Esquiliis fuerat apposita sed poeta ipse mente animoque Lanuvii erat cum sua sibi Cynthia. Sic rem probe intelligens Cuperus *totus* pro *solus* reposuit.

80 Ultimo hoc versu quid legendum esset pro
respondi et toto solvimus arma toro

frustra hactenus quaesitum videtur.

ELEGIA 9.

Inclaruit, revera inclaruit haec elegia... scin quae? Emendatione quadam, nam neque argumentum neque enuntiatio quidquam habet quod magnopere legentem moveat. Sed emendatio illa vere admirabilis est. A sacro luco, ubi Hercules sitim vult sedare, arcet eum anus sacerdos, monens eo intrare

fas non esse maribus; quoque magis eum deterreat, et hoc utitur argumento:

57 magnam Tiresias aspexit Pallada vates
fortia dum posita Gorgone membra lavat

quod nullam habet convincendi vim, ne plane carere sensu dicam. Quanta ergo laude dignus Passeratius qui *magno* scripserit pro *magnam*! Senserunt hoc, quantum scio, omnes editores, nam in nullo iam textu istud *magnam* comparet. At ego... Passeratio obloqui audeo. Nego enim latinum esse istud *Tiresias vates*, immo vero nego adulti esse viri. Sic loquuntur pueri. Nos Passeratii emendationem sic perficiamus ut fiat:

magno *Thebanus* conspexit Pallada vates.

Quod vero vs. 50 etiam nunc legitur „et manibus duris apta puella fui" causam hanc esse suspicor quod praeclara emendatio: „et manibus duris apta quasilla tuli" non tam innotuit quam Passeratii illud *magno*.

ELEGIA 10.

Pro re nata docti critici et interpretes bene mereri de locis a se tractatis variis possunt modis, ita ut ne illorum quidem opera spernenda sit, qui quod corruptum esse probe sentiant, tamen doctis interpretari annotationibus conentur. Sic ad versus 43 sq., ubi de Virdumaro, quem profligavit Marcellus, haec sunt tradita:

illi virgatis iaculantis ab agmine bracis
torquis ab incisa decidit unca gula

vir doctus quidam adscripsit: „illi accidit ut torquis viri virgatis bracis ab agmine iaculantis incisa gula decideret" et deinde Germanica multa quae rem etiam obscuriorem reddunt. Poteratne, obsecro, Schraderi praeclara illa emendatio

illi virgatas maculanti sanguine bracas
torquis ab incisa decidit unca gula

disertiore commendari argumento? Ut cetera taceam, nihilne refert utrum alicubi *ab acie* an *ab agmine* legatur?

De ceteris huius elegiae locis controversis nil novi habeo nisi vs. 13 me haerere in „*cavas*... turres" et versu 37 sq.

desecta Tolumni
cervix Romanos sanguine lavit equos

sidii. Longe vehementius aliquid requiritur in tanta conviciorum et exsecrationum acerbitate, velut „quod tibi ultimum malorum semper visum est”. Sed et in iis haereo, quae continuo sequuntur:

nec sedeant cineri Manes, et Cerberus ultor
turpia ieiuno terreat ossa sono.

Nihili enim esse „sedeant cineri” quivis non nimis pertinax leviter monitus mihi concedet et quid fere sit rescribendum sponte inveniet et aliis locis viam monstrantibus et hoc ex elegia 11 (vs. 50)

turpior assessu non erit ulla meo

(*ulla* e nobilissimis feminis quae ante me vixerunt; *assessu* ab Italis servatum quin ab ipso Propertio sit scriptum quis dubitet?)

Legamus ergo: „nec sedem tibi dent Manes”: omnes Manes tuum assessum aspernentur. Aut, si cui istud cineri praeplacet, „nec cedant cineri Manes”, quod tamen multo minus est venustum. Sed multo molestior mihi est scrupulus quem praebent vocabula „Cerberus ultor”. Cerberum aditu arcentem quos intrare nefas novimus omnes, sed quis umquam de Cerbero *ultore* audivit, id est de Cerbero poenas a damnatis sumente? Denique in lena illa, quam poeta noster tam vehementer odit, omnia nova esse debent et inaudita, a Cerbero *terreri* omnium est qui ad inferos descenderunt.

Nonne certum est „Cerberus alter” a poeta excogitatum? Ceteri, qui sunt demortui, tantummodo ad ianuam Ditis latratibus Cerberi terrentur, at lena etiam postquam iam introiit et frustra quaerit ubi considat, alterum habet Cerberum sibi minitantem.

19 Lenae fraudes et praestigiae in universum sic indicantur (nam priore hac elegiae parte esse quandam temporum inconstantiam id quidem aequi bonique est consulendum):

exorabat opus, verbis ceu blanda perure
saxosumve ferat sedula culpa viam.

Sic fere codices et innumerae coniecturae inter se pugnant de victoria. Partem veri invenit Baehrensius *vermis* scribendo pro *verbis*, Rossbergius *forat* pro *ferat*, m^2 in codice V *talpa* pro *culpa*. Quantum hic communis potuisset perficere labor! An iusto sumus audaciores nos:

excercebat opus, vermis ceu tarda pererrat,
saxosamve forat sedula talpa viam

legendo? Quis enim aliquid sperat etiam de *exorabat* vel de *exornabat*? Estne quisquam cui non absurde *blanda* dici videatur vel *vermis* vel *rura*? Quis non ex isto *perure* (cdd. D. F. N.) intelligit totam distichi structuram esse corruptam? Quis non hactenus oppositiones illas desideravit, quae nunc tantummodo levia quaedam sui reliquerunt vestigia? At nunc vide „vermis tarda, sedula talpa; pererrat, forat". Et quam apte quamque disertae utriusque bestiolae labor tamquam opus describitur, quod *exerceatur*, quo verbo earum natura clandestina et subdola tam egregie adaptatur rei de qua agitur. Mirari satis non possum Baehrensium, cum semel vocabulum *vermis* invenisset, non sponte in alterum illud quod est *talpa* incidisse quodque et ipsum in codice quodam invenitur. Hic habebat quo sibi inter Batavos vindicaret locum philologos.

21 sqq. Lena puellam a recta via deducere temptans his ei verbis pretiosissima sua dona promittit:

si te Eoa Dorozantum iuvat aurea ripa
et quae sub Tyria concha superbit aqua,
Eurypylisque placet Coae textura Minervae
sectaque ab Attalicis putria signa toris.

Dorozantes illi fortasse non dedecent lenam, magam atque id genus hominum merces suas extrudentium, sed inepte inter se coniunguntur et tantum non opponuntur ipsa concha et ripa in qua illa invenitur. Hoc intelligens Ellisius proposuit *rica*. At multo absurdius quartum est donum, quod hic puellae a lena oblatum fingitur. Vidi qui sic interpretaretur ut essent statuae pro fulcris appositae vel suppositae lectis Parthicis, quae quia essent perantiquae magnum haberent pretium. At, o bone, non res hic nobis est cum aliquo sene vafro, subdolo, avaro, rem facere cupiente e mercibus vel aliam ob causam vel propter ipsam antiquitatem raris carisque, sed cum muliercula prae comptu ornatuque cetera omnia contemnente. Illi pedes veteris grabati oblatos tibi finge! Quid sit legendum me nescire fateri non pudet, dummodo ne legatur id quod traditum est!

44 Admonet puellam lena ne Medeam imitetur quae ab

amatore ideo sit contumeliose tractata quod ei ultro se obtulerit, et hoc illi exemplum opponit:

> sed potius mundi Thais pretiosa Menandri
> cum ferit astutos comica moecha Getas.

Operam mihi perdidisse videtur summus ille Guyetus „comis amica" legendo pro „comica moecha". Ipsa enim haec lectio tradita prodit auctorem et huiusce pentametri et hexametri praecedentis. Vir ille est severus, in monasterio aliquo educatus, apud quem nulla est venia adolescentulis paulo liberius viventibus, nulla ferula castigans vitia sed omnia scutica. Comoediam et quidquid ad hilaritatem pertinet odit sed magis etiam ignorat. An in ulla comoedia Menandri Geta non servus est sed ingenuus adolescens a quo se in libertatem vindicare Thaidis est? Et de qua ille Thaide hic cogitat? Certe nullam Terentianam accurate depingit. Sed totus hic locus de theatro (41—44) quam multa habet a contextu atque ab indole poetae aliena. Cum quanto elegiae emolumento eximetur!

47 sq. Est et hoc lenae monitum ad puellam neque astutam satis neque avaram:

> ianitor ad dantes vigilet: si pulsat inanis,
> surdus in obductam somniet usque seram.

Levissime immutata haec leguntur in pariete Pompeiano qui codices omnes quos habemus tanto aetate superat. Temerarium ergo est quidquam hic mutare. Quid tamen si quid inest quod intelligi nullo modo potest, sed una lineola addita ipsa luce fieri clarior? Quid enim est dormire, somniare *in obductam seram*? Nonne „donec vespera cecidit"? Interdiu ergo dormiet miser homo. Quid noctu? Vigilabitne? Non me hinc extricem nisi *abductam* pro *obductam* legamus. Cum semel patet ianua omnibus, nulli accedunt adulteri, neque pauperes neque opulenti.

51 sq. „Nullos sperne amatores" lena monet „dummodo aurum ferant"

> aut quorum titulus per barbara colla pependit,
> caelati medio cum saliere foro.

Caelatum argentum quid sit novi, caelati servi qui fuerint inter Romanos donec didicero, Passeratio assentiar *cretati* legenti.

55 sq. Minime cum Scaligero hos ego versus tamquam ex I, 2, 1 interpolatos deleverim:

quid. iuvat ornato procedere, vita, capillo
et tenues Coa veste movere sinus?

Habemus hic exemplum ornamenti satis rari in literis latinis: ut aliquis quod dictum est ab alio repetat et „depravet pronuntiatione" ut ait Donatus ad versus primae scenae Eunuchi Terentiani „at ego nescibam quorsum tu ires e. q. s." Cuius annotationis si memor fuisset Scaligerus, athetesin suam, opinor, inhibuisset. In ore enim lenae istud ludibrium admodum est efficax.

Elegia 6.

2 et cadet ante meos icta iuvenca focos.

Pro *et* Marklandus legit *en.* Perfecisset emendationem, si *cadit* pro *cadet* (et *cadat*) restituisset: sic demum suam verbi formam quaeque res haberet.

3 serta Philetaeis certet Romana corymbis
et Cyreneas urna ministret aquas.

En iterum hic habemus quod tam saepe cum apud alios poetas Latinos tum apud Propertium miror: quod cum auctores suos „Alexandrinos" nominet, quid et de quibus dicat ignorare videatur. Sic ut hic ei Philitas (sic enim scribendum aiunt qui tales minutias magni faciunt) et Callimachus poetae sunt bellicorum carminum, hymnorum, paeanumque at III, 9 43 sq. levium amorum cantores, quorum ipse se similem cupiat esse:

inter Callimachi sat erit placuisse libellos
et cecinisse modis, clare Phileta, tuis:
haec urant pueros, haec urant scripta puellas,
meque deum clament et mihi sacra ferant.

C. III, 1, 7 Iisdem quem opponit? Nempe

Phoebum quicumque moratur in armis.

Ipsum poetam postquam dehortata est Calliope a genere bellico, eius

ora Philitea.... rigavit aqua (III, 3, 52).

Denique sic imprudens viros doctos refutat a quibus ad servum pecus imitatorum relegatur, seque vindicat in libertatem.

Elegia. 7.

Pulcherrima haec elegia et tenerorum affectuum plenissima, quae certe non ab ipso poeta consulto hic est posita ut cum octava iungeretur, et ne a collectore quidem rei poeticae perito. Restat ut post mortem poetae undecim illa carmina sint inventa, tum in iusti libri formam temere coniecta. Et opus est sat longum tempus intercesserit inter libros I—III perfectos et haec de Cynthia addita. Sed hoc prae ceteris certum, omnia quae Propertius de Cynthia cantaverit in ipsius mente nata neque ullam veram et, ut aiunt, historicam eius fictionibus subesse Cynthiam. Quid hoc, si tamen omnia veram vitam spirant verosque amores? Quid anxie scrutemur unde poeta suam habeat materiam suaque ornamenta? Modo evaserit carmen quod legentem detineat hominesque vivos ei ponat ante oculos! Quae virtutes hic vel maxime elucent.

Transpositionibus hic ego non utendum censeo, certe iis non indulserim. Omnia potius suo loco reliquerim. Nihil enim hic adeo turbatum invenitur ut frustra exitum quaeras. Quod vero desultorie poeta rem interdum tractare videtur, nonne egregie amatorem decet singultientem magis quam certo ordine narrantem? Idem illud subinde in singulis deprehenditur versibus, velut in hoc (41) ubi Cynthia lamentatur de nova poetae domina crudeliter poenas sumente ab ancillis quas ipsa sibi fideles sit experta:

et graviora *iniungit* iniquis pensa quasillis

(sic enim cum Baehrensio erit legendum pro *fundit* (O). Nam quod N. pro varia habet lectione *rependit*, id quidem ferendum non est: „rependit... pensa"!). Denique ne dubites quin hic poeta suis verbis vera certaque facere possit quae ipse de nihilo sit commentus, audi ultimos hosce versiculos somnii:

nunc te possideant aliae: mox sola tenebo:
mecum eris et mixtis ossibus ossa teram.

Contra, quod saepius iam dixi haud raro Peerlkampiana quoque medicina Propertio opus esse, insigne eius rei exemplum haec quoque elegia praebet. Quis enim inter tot lepida et venusta, casta, pura, urbana subito istud ferat distichon:

saepe Venus trivio commissa est pectore mixto,
fecerunt tepidas pectora nostra vias

quod est hominis impudicissimi, inter infimam plebem nati educatique, quique os aperire non possit quin turpiter ineptiat?

3 sq. Cynthia namque meo visa est incumbere fulcro,
murmur ad extremae nuper humata viae.

Corruptus pentameter, quem non sanat lectio ς *margine in* pro *murmur ad*. Housmanus proponit: „Tibure ad extremam... viam" idque probat Paley I. o. Ph. vol. 16. Et certe, ne omni sensu careat inscriptio versuum 85 sq., quae totius carminis est pars praecipua, iam multo antea Tiburis est mentio facienda. Sed nunc haereo in voce quae est *extremae*, qua non *margo* (id quod putabat qui *margine in* scripsit) significari potest. Non enim, ut ita dicam, ad latitudinem sed ad longitudinem viae ille superlativus pertinet.

15 iamne tibi exciderunt vigilacis tecta Suburae
et mea nocturnis trita fenestra dolis?

Si, id quod ego hinc efficio, Cynthia ipsa in Subura habitasse fingitur, nihil est quare in voce *tecta* offendamur. Certe codicis N. lectio *furta* mox sequente *dolis* refellitur. Vitae sunt hic omnia plena, ex ipsa vita sumpta quis affirmet? Qui enim quod statim additur:

per quam demisso quotiens tibi fune pependi,
alterna veniens in tua colla manu

fieri potuit in *vigilaci* illa vicinia?

23 at mihi non oculos quisquam inclamavit euntis.

Quid illud esset „oculos euntis inclamare" postquam diu frustra quaesivisti, propensum fieri te sentis ad recipiendam variam lectionem ς „inclinavit", probandamque Heinsii coniecturam „hiantes". Ita certe res quae fieri assolet suis sibi verbis describitur. At sic quaenam inter hexametrum et pentametrum

unum impetrassem te revocante diem

intercedit ratio? Pentameter enim rursus te ad „inclamandi" revocat verbum, quod in hexametro tam parum habet aptum obiectum „oculos".

35 Lygdamus uratur, candescat lamina vernae:
sensi ego, cum insidiis pallida vina bibi.

Quid, obsecro, sensit Cynthia cum venenum ebibebat? An a Lygdamo paratum? Qui potuit? Nam *porrectum* ab eo quivis circumstantium videre poterat. Id ipsum quod flagitat contextus vel optime restituit Baehrensius „huius ego insidiis p. v. b." legendo. Qui cur vs. 37

aut Nomas arcanas tollat versuta salivas

haut pro *aut* legerit non video. Ipsa ab eo introducta lectio, licet eam illustret, nocte est obscurior. At omnibus numeris est perfecta tradita: „aut, si Lygdamus in culpa non est, in culpa est Nomas: haec modo ne saliva humectet manum, quaestioni ferendae par non erit sed se nocentem fatebitur" (an „tollas salivas" non est hoc quod dicebam „ne saliva humectet manum"?)

51 iuro ego Fatorum nulli revolubile carmen

pro ultimis vocabulis et „revocabile" et „stamen" sunt tradita. Quidni ergo aut *revocabile carmen* aut, quod malim „revolubile stamen" legamus? An metrum hoc respuit? Non opinor: in mentem enim mihi veniunt Horatiana illa „praemia scribae" et „fastidire strabonem".

63 sq. Andromedeque et Hypermestre sine fraude maritae

pentameter varie traditur et varie temptatur. Res est incertissima. Quo enim erga *maritum* merito Andromeda innotuit?

69 Sic mortis lacrimis vitae sanamus amores.

Si (id quod vehementer dubito) „mortis lacrimae" dici possunt lacrimae quas fundunt mortui mortuaeve, fortasse optimum factu est cum Passeratio „solamur" legere pro „sanamus" et praeterea nil tangere.

79 sq. pelle hederam tumulo, mihi quae pugnante corymbo
mollia contortis alligat ossa comis.

Obtemperandum Ellisio videtur *mollis* rescribenti, nam quo iure „mollia" hic dicantur ossa non video. Neque obloqui ausim Burmanno „pungenti" coniicienti pro *pugnanti.*

Elegia 8.

Excipit lacrimosam de mortua (iamdudum ut opinor) Cynthia elegiam iocosissima haec de eadem vigente etiam et florente narratiuncula. Vides quam longe absit omne studium

ordinis historici, non ab hoc solum libro sed etiam a tribus quos ipse collegit poeta, quosque ita conclusit ut in perpetuum Cynthiam facessere iuberet. Tota illa Cynthia commentitia est muliercula, cui suo arbitratu omnia poeta tribuit vitia omnesque virtutes, quibus ipsi opus est ut iustum possit efficere opus amatorium. Prout ipsi cantanti mens est hilaris vel afflicta, Cynthiam inducit levem vel fidelem, facilem vel crudelem, quin et vivam et mortuam. Non reiicimus quae de Cynthia-Hostia tradita sunt, sed, ad poetam quod attinet, parvi ea momenti res est. Dummodo affectus proprios ad fabellas retulerit, veraene illae sint parum curat: satis ei est si singulae elegiae verae *videri* possint. Atque est haec totius poesis elegiacae Romanae, si non sola, certe praecipua lex.

Iuvat autem ad hanc elegiam, in suo genere praestantissimam omnium, annotare quam sit fallax et quam (ne quid dissimulem) parum seria omnis ista transponendi libido, nostro renata tempore. Cum pellicibus genio indulgentem Propertium suum deprehendit Cynthia, iam tristissima quaeque animo praesagientem. Sequitur (49 sqq.):

cum subito rauci sonuerunt cardine postes,
  et levia ad primos murmura facta Lares.
51 nec mora cum totas resupinat Cynthia valvas,
  non operosa comis, sed furibunda decens;
pocula mi digitos inter cecidere remissos e. q. s.

Numquid, obsecro, hic deest? Immo vero ne cogitari, ne fingi quidem quidquam potest quod intrudi possit quin omnia perturbentur et obscura fiant atque adeo inepta absurdaque. At nunc sunt tersissima et ipsa luce clariora. Iubemur tamen post versum 52 haec inserere:

illa ruit, qualis celerem prope Thermodonten
  Strymonis abscisso pectus aperta sinu.

Vide mihi quid sic proficiamus scilicet. Iam advenit Cynthia ad aedes in quibus cum maxime Propertius versatur, at nunc subito quo modo iter eo facere coeperit describitur. Et ne ex eodem quidem carmine hoc distichon est translatum, verum ex IV (ubi est 71 sq.), unde tolli nequit quin tota narratio concidat: habemus dormientem Tarpeiam, expergisci etiam debet et iam Tatium convenit! Quasi vero satis non sit

quod Thermodon et Strymon, Bacchae et Amazones inter se confundantur.

Opponere isti transponendi temeritati unam iuvat coniecturam cui fortasse nulla par est omnium illarum quae vel ab Heinsiis Schraderisque ulli loco Propertii corrupto est adhibita: tam certa ea est, tam ingeniose excogitata. Cornelissenii ea est, cuius ne nomen in historia criseos Propertianae sileatur pro virili parte contra iniquam Baehrensii acerbitatem obnitemur. Postquam poeta narravit de pabulis annuis quae Lanuvii serpens a puella accipit, haec addit:

9 talia demissae pallent ad sacra puellae,
cum temere anguino creditur ore manus.

Delicias illas grammaticorum, *ore* pro dativo positas, nihili faciens prae sententiae sanitate vir ille nostras legit:

cum tenera anguino raditur ore manus.

En, hoc est more Batavo emendare!

40 Inter mensae ornamenta fuit
et facilis spargi, munda sine arte rosa.

„Simplici myrto nihil adlabores" monet Horatius. Sic suae cenulae campestri non operosas postulat coronas Propertius similiaque artificia: simplici et ad spargendum habili rosa est contentus. Quid sibi velit Baehrensii *quae* pro *et* quis scire cupit?

48 Lanuvii ad portas, ei mihi, solus eram

lamentatur poeta memor cenulae illius quae sibi sine Cynthia peragenda fuerit. Cenula illa in Esquiliis fuerat apposita sed poeta ipse mente animoque Lanuvii erat cum sua sibi Cynthia. Sic rem probe intelligens Cuperus *totus* pro *solus* reposuit.

80 Ultimo hoc versu quid legendum esset pro
respondi et toto solvimus arma toro

frustra hactenus quaesitum videtur.

ELEGIA 9.

Inclaruit, revera inclaruit haec elegia... scin quae? Emendatione quadam, nam neque argumentum neque enuntiatio quidquam habet quod magnopere legentem moveat. Sed emendatio illa vere admirabilis est. A sacro luco, ubi Hercules sitim vult sedare, arcet eum anus sacerdos, monens eo intrare

fas non esse maribus; quoque magis eum deterreat, et hoc utitur argumento:

57 magnam Tiresias aspexit Pallada vates
fortia dum posita Gorgone membra lavat

quod nullam habet convincendi vim, ne plane carere sensu dicam. Quanta ergo laude dignus Passeratius qui *magno* scripserit pro *magnam*! Senserunt hoc, quantum scio, omnes editores, nam in nullo iam textu istud *magnam* comparet. At ego... Passeratio obloqui audeo. Nego enim latinum esse istud *Tiresias vates*, immo vero nego adulti esse viri. Sic loquuntur pueri. Nos Passeratii emendationem sic perficiamus ut fiat:

magno *Thebanus* conspexit Pallada vates.

Quod vero vs. 50 etiam nunc legitur „et manibus duris apta puella fui" causam hanc esse suspicor quod praeclara emendatio: „et manibus duris apta quasilla tuli" non tam innotuit quam Passeratii illud *magno*.

Elegia 10.

Pro re nata docti critici et interpretes bene mereri de locis a se tractatis variis possunt modis, ita ut ne illorum quidem opera spernenda sit, qui quod corruptum esse probe sentiant, tamen doctis interpretari annotationibus conentur. Sic ad versus 43 sq., ubi de Virdumaro, quem profligavit Marcellus, haec sunt tradita:

illi virgatis iaculantis ab agmine bracis
torquis ab incisa decidit unca gula

vir doctus quidam adscripsit: „illi accidit ut torquis viri virgatis bracis ab agmine iaculantis incisa gula decideret" et deinde Germanica multa quae rem etiam obscuriorem reddunt. Poteratne, obsecro, Schraderi praeclara illa emendatio

illi virgatas maculanti sanguine bracas
torquis ab incisa decidit unca gula

disertiore commendari argumento? Ut cetera taceam, nihilne refert utrum alicubi *ab acie* an *ab agmine* legatur?

De ceteris huius elegiae locis controversis nil novi habeo nisi vs. 13 me haerere in „*cavas*... turres" et versu 37 sq.

desecta Tolumni
cervix Romanos sanguine lavit equos

improbare Guieti coniecturam *agros* pro *equos*. Non enim Roma verum Veii obsidentur.

Elegia 11.

Quot quantisque laudibus iam hoc Epicedium Corneliae in caelum est elatum! Quas omnes sinceras fuisse et ex animi sententia profluxisse quis non libenter credit? Ipsi tamen laudatores carminis virtutes multas variasque sibi magis per transennam perspectas quam plane intellectas haud raro confiteri debebunt: tot nobis hic librariorum sunt traditi errores, quos corrigere iam ante multa saecula critici sedulo studuerunt, ita ut inopes nos faciat copia. An forte non miraculi instar sit, si inter tot locos corruptos vel unus restaret quem non ita Heinsius aliquis vel Schraderus, vel plures simul ex eo heroum genere, ita emendasset ut vel hac vel illa coniectura contentos nos esse oporteat? Quodsi bene filiolum pater instituit, qui nunc bono nunc malo ad eum adducto musico modo „sic cane" modo „sic canere noli" monuit, nonne is quoque optime meritus de hoc carmine est dicendus, qui absurdis commentis a malis coniecturis deterrere tirones videatur? In quo genere cum semper, tum hic quoque ceteris omnibus facem praefert Lachmannus ille, qui, ut insigne afferam exemplum unum, versum 66 quem talem exhibent codices O:

consule quo facto tempore rapta soror

ita refinxit:

consul quo factus tempore rapta soror.

E qua vocabulorum temere coniectorum farragine quis, obsecro, mortalium vel per somnium sibi extrahere videri possit id quo opus est, ut Cornelia aliquo modo dicat se fratre suo consule esse mortuam?

Iam ad versuum ordinem quod attinet, in admittendis adhibendisve transpositionibus quam cautissime versari cupio. Non tamen dubito quin ipsum carminis initium sit a Propertio fuerit scriptum:

1 desine, Paule, meum lacrimis urgere sepulcrum:
6 nempe tuas lacrimas litora surda bibent.
3 cum semel infernas intrarunt funera sedes,

8 obserat umbrosos lurida porta locos.
5 te licet orantem fuscae deus audiat aulae;
2 panditur ad nullas ianua nigra preces.
7 vota movent superos: ubi portitor aera recepit
4 non exorato stant adamante fores,

(ubi 3 *sedes* est Heinsii pro *leges*, 8 *locos* Marklandi pro *rogos*, 4 *fores* Heinsii pro *viae*). Longo enim intervallo inter se dirimi „lacrimis" et „lacrimas", „orantem" et „preces", „vota" et „exorato", nefas mihi videtur

16 et quaecumque meos implicat *unda* pedes.

Dubitaturne etiam quin cum Schradero *ulva* sit legendum? An hoc quoque natura patitur quidquam *implicari* unda? Praesertim vero *pedes* eius qui eam est ingressus?

21 sq. Aeaco
assideant fratres, iuxta et Minoida sellam
Eumenidum intento turba severa foro.

Ablativo absoluto „intento foro" significari videtur corona orationibus aurem praebentium.

29 sqq. De gentis suae honoribus haec declarat Cornelia:
si cui fama fuit per avita tropaea decori,
nostra Numantinos signa locuntur avos

istud suum *nostra* (nam in codicibus *et* et *aera* leguntur) propter oppositum *si cui* necessarium esse fortasse non iniuria contendit Baehrensius. Certe sic omnes simul tolluntur difficultates et sequentia egregie annectuntur. Quidni enim in his:

altera maternos exaequat turba Libones

„exaequandi" verbum „referendi imagines" vim habeat?

69 sq. mihi cymba volenti
solvit lucturis tot mea fata meis.

Difficilis optio inter hanc editoris Etonensis lectionem et illam Slothouweri

solvit victuris post mea fata meis.

Utraque enim bonae est latinitatis (*solvit*, non *solvitur*) utraque venustissima.

93 De marito ad communes liberos haec mortua dicit:
discite venturam iam nunc lenire senectam.

Facultatem hic versus praebet observandi quam certam stabilemque certo tempore variae verborum iuncturae obtineant

sedem. Siquidem apud Ovidium A. A. III, 59 legitur

venturae memores iam nunc estote senectae

qui tamen versus haud dubie ad diversissimum pertinet locum.

101 sq. Sic clauditur, et aptissime clauditur, elegia:

moribus et caelum patuit, sum digna merendo,
cuius honoratis ossa terantur avis.

Ita enim paucis traditarum lectionum leviter mutatis literulis legendum. Hinc illa imitatio in Consolatione ad Liviam 329 sq.

ille pio, si non temere haec creduntur, in arvo
inter honoratos excipietur avos.

Utrobique recurrit minime rara apud Romanos confusio illa duarum diversissimarum de vita futura opinionum, recentioris de beatis communi sede, vel caelesti vel terrestri, viventibus in plena perfectaque felicitate, et multo antiquioris de mortuis, qui in suo sepulcro terrestrem quodammodo vitam continuant. Conferantur praeterea quae insigni loco profatur Cynthia Propertiana (IV, 7, 94):

mecum eris et mixtis ossibus ossa teram.

AD ARISTOTELIS LIBRUM DE REPUBLICA ATHENIENSIUM.

SCRIPSIT

GUILIELMUS VOLLGRAFF.

(Continuantur e pag. 183).

XXIII, 2. Post bella Persica crevit auctoritas Areopagi, καὶ ἐπολιτεύθησαν Ἀθηναῖοι καλῶς κατὰ τούτους τοὺς καιρούς. συνέβη γὰρ αὐτοῖς περὶ τὸν χρόνον τοῦτον τά τε εἰς τὸν πόλεμον ἀσκῆσαι καὶ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν εὐδοκιμῆσαι καὶ τὴν τῆς θαλάττης ἡγεμονίαν λαβεῖν, ἀκόντων Λακεδαιμονίων. Ultima verba, praecipue cum antecedat: παρὰ τοῖς Ἕλλησιν εὐδοκιμῆσαι, inconcinna et contra exspectationem dicta esse senserunt nonnulli. Iam cum Xenophon plane contraria nos doceat Hell. VI, 5, 54, ubi haec dicunt Lacedaemoniorum legati: Ἀθηναῖοί τε ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων ᾑρέθησαν ἡγεμόνες τοῦ ναυτικοῦ..., τῶν Λακεδαιμονίων ταῦτα συμβουλομένων (ita recte L. Dindorf; codd. perperam συμβουλευομένων) cumque eo faciat Isocrates Paneg. 72: τὴν ἀρχὴν τῆς θαλάττης ἔλαβον, δόντων μὲν τῶν ἄλλων Ἑλλήνων, οὐκ ἀμφισβητούντων δὲ τῶν νῦν ἡμᾶς ἀφαιρεῖσθαι ζητούντων, qua in re illi a Thucydidis historiis non discrepant (cf. I, 95, 7: τοὺς Ἀθηναίους νομίζοντες ἱκανοὺς ἐξηγεῖσθαι καὶ σφίσιν ἐν τῷ τότε παρόντι ἐπιτηδείους), iure Aristoteles hoc loco nihil novasse, sed idem fere dixisse illis visus est quod ceteri. E quibus Gennadius et Mayor ἀκόντων mutaverunt in ἑκόντων. Sane legitur apud Thucydidem (I, 96): ἑκόντων τῶν ξυμμάχων, sed tu vide ne vox ἑκόντων, ubi non de sociis, sed de Lacedaemoniis sermo est, hyperbolica sit. Saga-

cius Naberus pro *ἀκόντων* reposuit *εἰκόντων*, ut illi dicantur non ultro imperium deposuisse, sed, imperio amisso, Atheniensium sociorumque consilio concessisse. Quam coniecturam si defendere cupias, uti possis loco ex Ethicis Eudemeis petito (III, 5, p. 1233, a, 28 sq.): *εἴ τις μέτοικος ὢν ἄρχειν μὴ ἀξιοῖ ἑαυτόν, ἀλλ' ὑπείκει*. Tamen haud scio an veri similius sit hic, ut alias saepissime, excidisse negationem, ut legendum sit: *οὐκ ἀκόντων* *Λακεδαιμονίων*, non invitis Lacedaemoniis, ne ipsis quidem Lacedaemoniis repugnantibus.

Quodsi maior pars virorum doctorum hodie lectionem traditam tutatur, in eam opinionem adducti esse videntur argumentis Kaibelii, qui de hoc loco paulo minus circumscripte disseruit quam ceteri [1]). Inter omnes tamen scriptorum locos qui huc faciunt ne unum quidem invenias, ex quo rem aliter evenisse efficias, atque eam narret Thucydides: sociorum consilio cum imperium ad Atheniensium praefectum delatum esset, Lacedaemonii non repugnaverunt. Quod autem dicit Plutarchus in Vita Aristidis c. XXIII: *ἔνθα δὴ καὶ τὸ φρόνημα τῆς Σπάρτης διεφάνη θαυμαστόν· ὡς γὰρ ᾔσθοντο διὰ τὰ μεγέθη τῆς ἐξουσίας διαφθειρομένους αὐτῶν τοὺς ἄρχοντας, ἀφῆκαν ἑκουσίως τὴν ἡγεμονίαν*, paulo quidem rem augere laudando existimandus est neque causas, cur Lacedaemonii hoc fecerint, aeque bene legentibus ante oculos ponit atque Thucydides verbis supra adlatis; fabulam tamen et mendacium Lacedaemoniorum hic a Plutarcho proferri tu credere noli.

XXIV, 2: *τοῖς τε συμμάχοις δεσποτικωτέρως* (*sic*) *ἐχρῶντο πλὴν Χίων καὶ Λεσβίων καὶ Σαμίων· τούτους δὲ φύλακας εἶχον τῆς ἀρχῆς ἐῶντες τάς τε πολιτείας παρ' αὐτοῖς καὶ ἄρχειν ὧν ἔτυχον ἄρχοντες*. Si *ἐᾶν τὰς πολιτείας* hoc loco significat: „civitatum formam incolumem relinquere", optime Richards Papabasileios Kaibel Wilamowitz repetito articulo scripserunt: *τὰς πολιτείας τὰς παρ' αὐτοῖς*. Sed collato Menandri Discept. vs. 140:

---

1) Kaibel, Stil und Text der Πολ. 'Αθ. des Aristoteles, p. 178: „Dass die Athener die Hegemonie zur See nicht *ἑκόντων*, sondern *ἀκόντων τῶν Λακεδαιμονίων* gewonnen oder genommen haben, ist doch wol allein historisch begründet", etc.

οὔπω παρ' ἐμοὶ τότ' ἦν ὑπὲρ τούτου λέγειν,

in quo *παρ' ἐμοί* id esse videtur quod Graece dici solet *ἐπ' ἐμοί*, haud scio an verba *ἐῶντες τὰς πολιτείας παρ' αὐτοῖς* significent: „civitatum temperationem ipsis permittentes". Sententiam sic nanciscimur probabiliorem; nam etiam si res commutare vellent socii illi praecipue amici, Atheniensibus se interponere nefas erat.

XXIV, 3. In indice *τῶν δημοσίᾳ τρεφομένων δισμυρίων ἀνδρῶν* lepidissime senatores positi sunt inter milites et... custodes navalium: *τοξόται δ' ἑξακόσιοι καὶ χίλιοι, καὶ πρὸς τούτοις ἱππεῖς χίλιοι καὶ διακόσιοι, βουλὴ δὲ πεντακόσιοι καὶ φρουροὶ νεωρίων πεντακόσιοι.* Tantopere istos regulos populares despicatui ducebat princeps philosophorum. Erunt qui fonti quo Aristoteles usus sit hanc petulantiam tribuere studebunt. Cf. Mathieu, Aristote, Constitution d'Athènes (1915), p. 68: „L'auteur qui est ici la source d'Aristote, cherchait évidemment à rabaisser la démocratie par tous les moyens pourvu qu'ils fussent un peu spécieux" etc. Tamen non minus recte ipsi Aristoteli hoc deberi statuas, quippe quem fontes suos non temere ac fortuito elegisse et religiose adhibuisse veri simile sit. Non credis? Audi eundem *πρυτάνεων* officia ironice describentem c. XLIII[1] § 3: *οἱ δὲ πρυτανεύοντες αὐτῶν π ρ ῶ τ ο ν μ ὲ ν συσσιτοῦσιν ἐν τῇ θόλῳ λαμβάνοντες ἀργύριον παρὰ τῆς πόλεως, ἔ π ε ι τ α συνάγουσιν καὶ τὴν βουλὴν καὶ τὸν δῆμον.* Cf. Ps. Xen. *Ἀθ. πολ.* III, 1: *ἔτι δὲ καὶ τάδε τινὰς ὁρῶ μεμφομένους Ἀθηναίους, ὅτι ἐνίοτε οὐκ ἔστιν αὐτόθι χρηματίσαι τῇ βουλῇ οὐδὲ τῷ δήμῳ ἐνιαυτὸν καθημένῳ ἀνθρώπῳ·... διὰ τὸ πλῆθος τῶν πραγμάτων οὐχ οἷοί τε πάντας ἀποπέμπειν εἰσὶ χρηματίσαντες. πῶς γὰρ ἂν καὶ οἷοί τε εἶεν, οὕστινας π ρ ῶ τ ο ν μ ὲ ν δεῖ ἑορτάσαι ἑορτὰς ὅσας οὐδεμία τῶν Ἑλληνίδων πόλεων... ἔ π ε ι τ α δ ὲ κτλ.* Nondum vides? Ergo ne irrisionem quidem sentis, qua Aristoteles *τὸ τριώβολον* perstrinxit c. XXVIII[1] § 3: Cleophon, *ὁ λυροποιός, τὴν διωβελίαν ἐπόρισε πρῶτος. Καὶ χρόνον μέν τινα διεδίδου, μετὰ δὲ ταῦτα... κ α τ έ λ υ σ ε Καλλικράτης Παιανιεύς, πρῶτος ὑποσχόμενος ἐπιθήσειν πρὸς τοῖν δυοῖν ὀβολοῖν... ἄλλον ὀβολόν*! Diobeliam *abolevit*, ut institueret scilicet... triobeliam! Sententiam loci optime intellexit auctor Zenobii VI, 29, ubi

haec leguntur: Ἀριστοτέλης δέ φησιν ἐν τῇ Ἀθηναίων πολιτείᾳ Καλλικράτην τινὰ πρῶτον τῶν δικαστῶν τοὺς μισθοὺς εἰς ὑπερβολὴν αὐξῆσαι. Inter recentiores vero vereor ut ullus perceperit, quam salse et mordaciter Aristoteles his tribus locis popularem civitatem Atheniensium lacessiverit.

XXIV, 3: ἀρχαὶ δ' ἔνδημοι μὲν εἰς ἑπτακοσίους ἄνδρας, ὑπερόριοι δ' εἰς ἑπτακοσίους. Alterum numerum e priore falso iteratum esse minime constat, siquidem etiam paulo supra legitur: βουλὴ δὲ πεντακόσιοι, καὶ φρουροὶ νεωρίων πεντακόσιοι.

XXIV, 3: νῆες δὲ φρουρίδες εἴκοσι, ἄλλαι δὲ νῆες αἳ τοὺς φόρους ἄγουσαι τοὺς ἀπὸ τοῦ κυάμου δισχιλίους ἄνδρας. Sic papyrus. Φόρους, non φρουρούς cum Blassio et Leeuwenio, scribendum esse summo iure contendit Wilamowitzius (Aristoteles und Athen, II, p. 204 sq.): tributa enim valido praesidio munita in urbem devehere necessarium fuisse apertum est, et naves ἀργυρολόγους in socios, si qui pacta non servarent, immissas esse testatur Thucydides (III, 19, 1; IV, 50, 1; 75, 1). Idem probabiliter coniecit viros illos sorte electos esse cives, quos quotannis lex in arte navigandi et remigandi se exercere iuberet. Recte igitur post vocem ἄγουσαι lacuna statuta est. Sed nemo, quod sciam, ausus est lacunam explere, quam videlicet satis magnam esse credebant. Mihi una particula, quae quidem sexcenties excidit, inserta, omnia bene se habere videntur, modo simul in fine sententiae adicias navium numerum (quem periisse consentiunt omnes). Scripserim: ἄλλαι δὲ νῆες αἳ τοὺς φόρους ἄγουσαι καὶ τοὺς ἀπὸ τοῦ κυάμου δισχιλίους ἄνδρας εἴκοσι (vel alius numerus). Aetate belli Peloponnesiaci aliquanto plures quam duodecim naves ἀργυρολόγους fuisse efficitur e locis Thucydidis supra adlatis. Neque mirum est in iisdem navibus non solum tributa transportata esse, sed etiam classiarios stipendia fecisse; sin aliter, longe maiorem anni partem vacuae iecissent in portu.

XXIV, 3: δεσμωτῶν φύλακες. Negat Sandysius, idque summo iure, hos esse carcerarios et carnifices, quippe quorum munere

apud Athenienses fungerentur servi publici. Suspicatur igitur hoc nomine designari τοὺς ἕνδεκα: hos enim posteriore aetate δεσμοφύλακας appellatos esse. Sed undecimviri procul dubio adnumerandi sunt ταῖς ἐνδήμοις ἀρχαῖς, quas Aristoteles paulo supra suo loco commemoravit. Mea sententia δεσμωτῶν φύλακες erant custodes, puta e militibus veteranis delecti, qui ante portam carceris in statione erant et circa muros eius excubias agebant. Eiusmodi custodia vix carere poterant qui carceri praeerant, si recte sumpsit Wilamowitzius (Aristoteles und Athen, II, p. 206, 10) Athenienses non reos tantum, sed etiam captivos in vincula publica conicere solitos fuisse.

XXV, 3: βουλόμενος δὲ καταλυθῆναι τὴν βουλὴν ὁ Θεμιστοκλῆς. Neque adversativa neque copulativa coniunctio hoc loco tolerari potest. Scribendum esse videtur: βουλόμενος δή. Cf. XXVII, 4: πρὸς δὴ ταύτην τὴν χορηγίαν ἐπιλειπόμενος ὁ Περικλῆς τῇ οὐσίᾳ.

XXVIII, 5: δοκεῖ μέντοι μὴ παρέργως ἀποφαινομένοις οὐχ, ὥσπερ αὐτὸν διαβάλλουσι, πάσας τὰς πολιτείας καταλύειν (sc. Theramenes), ἀλλὰ πάσας προάγειν, ἕως μηδὲν παρανομοῖεν. Thalheimius dubitanter proposuit: ἐδόκει, quod verum esse non potest; non enim quid olim nonnulli, sed quid ipse de Theramene sentiat, Aristoteli significare in animo est. Requiri tamen videtur praeteritum pro infinitivis praesentis καταλύειν et προάγειν (cf. huius capitis § 3: Κλέων ὁ Κλεαινέτου, ὃς δοκεῖ μάλιστα διαφθεῖραι τὸν δῆμον), praesertim cum post coniunctionem ἕως sequatur optativus. Quapropter fuit cum conicerem legendum esse: πάσας τὰς πολιτείας καταλύειν (ἐπιχειρῆσαι), ἀλλὰ πάσας προάγειν. Cf. Aristot. Polit. V, 5, p. 1304, a, 26 sq.: ἐπεχείρησαν καταλύειν τὸν δῆμον, ibid. 7, p. 1307, b, 10 sq.: τοῦτον τὸν νόμον λύειν ἐπεχείρησαν, 19: τῶν ἐπιχειρησάντων νεωτερίζειν. Ἀθ. πολ. XV, 2; 4; XIX, 2; XX, 3: τὴν μὲν βουλὴν ἐπειρᾶτο καταλύειν. Nunc vero καταλύειν et προάγειν pro infinitivo imperfecti qui dicitur habeo, cui non solum post verba dicendi et sentiendi, sed etiam post δοκεῖν locum esse documento est locus Isocratis, Archid. 98: δόξομεν γὰρ τὸν παρελθόντα χρόνον ἀλαζονεύεσθαι. Ex magna grammatica

Graeca, quam conscripserunt Kuehner Gerth (cf. II, 1, p. 193 sq.) hoc non eruas: docet Madvigius in libello de syntaxi Graeca, cui suum hodie manet pretium (§ 171, b, 2).

XXIX, 1: *ἕως μὲν οὖν ἰσόρροπα τὰ πράγματα κατὰ τὸν πόλεμον ἦν, διεφύλαττον τὴν δημοκρατίαν, ἐπεὶ δὲ μετὰ τὴν ἐν Σικελίᾳ γενομένην συμφορὰν ἰσχυρότατα τὰ τῶν Λακεδαιμονίων ἐγένετο διὰ τὴν πρὸς βασιλέα συμμαχίαν...*

Consentiunt hodie viri docti Iosephum Mayor traditam vocem *ἰσχυρότατα* recte mutasse in *ἰσχυρότερα* [1]). Necessariam hanc coniecturam esse nego: et hoc dici poterat et illud.

XXXIII, 1: *τὰ πράγματα παρέδωκαν τοῖς πεντακισχιλίοις τοῖς ἐκ τῶν ὅπλων.* Non inutile videtur adnotare *τὰ ὅπλα* apud Xenophontem compluribus locis dici *τοὺς ὁπλίτας*. Cf. Anab. II, 2, 4: *ἕπεσθε... τὰ μὲν ὑποζύγια ἔχοντες πρὸς τοῦ ποταμοῦ, τὰ δὲ ὅπλα ἔξω*, III, 2, 36: *πλαίσιον ποιησαμένους τῶν ὅπλων*, 3, 7; 4, 26; Cyri Inst. VIII, 8, 24. Idem huius vocabuli usus occurrit apud Sophoclem, Antig. vs. 115 sq.:

πολλῶν μεθ' ὅπλων
ξύν θ' ἱπποκόμοις κορύθεσσι,

i. e. *μετὰ πολλῶν ὁπλιτῶν καὶ πολλῶν ἱππέων*, et apud Eurip. Phoen. 112 sq., ubi de eadem expeditione militari agens haec dicit:

οὐ γάρ τι φαύλως ἦλθε Πολυνείκης χθόνα
πολλοῖς μὲν ἵπποις, μυρίοις δ' ὅπλοις βρέμων. [2])

Apparet igitur apud Aristotelem *τοῖς πεντακισχιλίοις τοῖς ἐκ τῶν ὅπλων* dictum esse pro: *τοῖς πεντακισχιλίοις τοῖς ἐκ τῶν ὁπλιτῶν*, scilicet, ut hoc addam, ex iis hoplitis, qui, sicut lex iubebat, ipsi impensas armorum suorum praestabant. Non enim si belli necessitate coacta respublica etiam *θῆτας* aliquot scutis et galeis exornasset, hos nunc iura hoplitis concessa usurpare fas erat. Contra in verbis Thucydidis, VIII, 97, 2: *εἶναι δὲ αὐτῶν* (sc. *τῶν πεντακισχιλίων*) *ὁπόσοι καὶ ὅπλα παρέ-*

---

1) Class. Rev. 1891, p. 113: „*ἰσχυρότατα*... Should this be *ἰσχυρότερα*?"
2) Cf. Callim. Epigr. XXI, 3.

χονται subaudiendum est: *τοὺς ὁπλίτας ὁπόσοι καὶ ὅπλα παρέχονται*. Manifestum enim est non si qui leno vel caupo vel *ἀδύνατος* nummis arma parasset, eum propterea unquam *τοῖς πεντακισχιλίοις* adscribi potuisse. Cf. XXIX, 5: *τοῖς δυνατωτάτοις καὶ τοῖς σώμασιν καὶ τοῖς χρήμασιν λῃτουργεῖν μὴ ἔλαττον ἢ πεντακισχιλίοις*.

MEDESICASTA.

SCRIPSIT

I. SIX.

Septem fere anni sunt ex quo Conradus Kuiper, nuper amicis suis studiisque inexspectate morte abreptus, in Societate nostra Amstelodamensi, cui *Graeca* nomen est, de rebus egit quae neque Graecae essent neque Troianae, quarum tamen in Iliade manifesta exstarent vestigia.

Nihil, quantum scio, de eo genere in lucem edidit.

Sed meam quoniam tunc mentem ad Polygnoti convertit Medesicastam, decreveram viro amicissimo disputatiunculam quandam meam offerre de insigni loco quem mulier illa in pictoris obtinuerit Iliuperside, et eo quidem die offerre qui nostra opera festus illi futurus esset.

Quem quoniam, eheu, non vidit ipse, hac nunc egregio viro philologo, optime et de nostra disciplina merito, piae sunto inferiae!

Ergo inter Andromacham, quae filiolum viri fortis, in quo non coniugem tantum perditit, strenue pugnans adhuc servavit et Polyxenam, miserrimam illam puellam, e cuius oculis, insontibus, cum a Graecis necaretur, totus belli terror relucere videbatur, eximio igitur loco, Medesicastam pinxit Polygnotus, notham Priami filiam, cuius semel tota Iliade fit mentio his verbis XIII, 170 sqq.:

Τεῦκρος δὲ πρῶτος Τελαμώνιος ἄνδρα κατέκτα,
Ἴμβρίον αἰχμητήν, πολυΐππου Μέντορος υἱόν.
ναῖε δὲ Πήδαιον, πρὶν ἐλθεῖν υἷας Ἀχαιῶν,
κούρην δὲ Πριάμοιο νόθην ἔχε, Μηδεσικάστην·
αὐτὰρ ἐπεὶ Δαναῶν νέες ἤλυθον ἀμφιέλισσαι,

ἂψ εἰς Ἴλιον ἦλθε, μετέπρεπε δὲ Τρώεσσιν
ναῖε δὲ πὰρ Πριάμῳ· ὁ δὲ μιν τίεν ἶσα τέκεσσιν.
τόν ῥ' υἱὸς Τελαμῶνος ὑπ' οὔατος ἔγχεϊ μακρῷ
νύξ, ἐκ δ' ἔσπασεν ἔγχος· ὁ δ' αὖτ' ἔπεσεν, μελίη ὥς,
ἥτ' ὄρεος κυρυφῇ ἕκαθεν περιφαινομένοιο
χαλκῷ ταμνομένη τέρενα χθονὶ φύλλα πελάσσῃ·
ὣς πέσεν· ἀμφὶ δὲ οἱ βράχε τεύχεα ποικίλα χαλκῷ.

Iam olim certabatur ubi terrarum situm fuerit illud Pedaeum unde Imbrius oriendus esset. Certe Caricum sonat nomen eius. In Caria non tantum Mercurius Imbramus et Imbrasus vocabatur, non solum *imbr*, literae in nominibus Caricis saepius occurrunt, sed et in Caria *urbem* fuisse Imbrum verisimile est, quin *mons* fuerit *Imbrus* non est quod dubitemus.

Sed sit sane Pedaeum in Troade situm vel in Thracia, vel ubicumque terrarum, nihil tamen obstabat quominus Polygnotus aut Cnidii, quibus ille Leschen suam pinxit, Imbrium sibi ut Carem vindicarent, et, cum ille diu ante Troiam captam cecidisset, uxorem eius, iam marito orbam, quamvis humili stirpe natam, in media opere et quasi primario loco ponerent.

Sic illa comparari potest cum Iaso illo, qui quod tam insignem in Necuia locum tenet, rectissime Carolus Robert eo explicat quod origine Car fuerit, nec iam amplius cum illo hunc cum Iliuperside contextum longis ambagibus indagare necesse est.

Et ut Iasus Car cum Phoco Phocensi in Necuia amicitia iungitur, sic Medesicasta captiva in Iliuperside proximi erant Epeius, et ille Phocensis, et Neoptolemus, qui pro Delphis ipsis, ubi sepultus erat, stabat.

Sed in nostra hac terra infelici nil nisi bellum et damna, Aiacis facinus, saevitiam Epei, caedem virorum, mulierum luctum, urbis ruinam, profugorum maerorem pinxisse videtur nobilis ille ethographus; contra apud inferos non poenas dant nisi scelerati et impii, sacris vero initiatos aut de patria bene meritos viros fortes et poetas beata quiete frui demonstravit.

Doctrina illa pictoris verecunda prolata non prohibuit antiquos ne bella gererent. Durat ferrea aetas, ut ante bellum Trojanum, sic et hodie post tot saecula. Sed Delphis, in Amphictyonum urbe, certe iam antiquitus exstiterunt, qui

salutem generis humani, non ab armis exspectabant, sed a pace, pactione conventu sponsione firmata, fide iure legibusque fulta, quibus peregrini non hostes sed socii videbantur, genus humanum quasi immensa familia, cui Delphicus cultus centri instar esse deberet, ut umbilicus ille vittis sollemnibus ornatus, orbis terrarum credebatur.

Quae autem Otto Benndorff et Carolus Robert olim sagaci ingenio de dispositione pictarum illorum parietum protulerunt, licet nihil fere nos docuerint de figurarum forma, atque minus etiam de ductu linearum, multa tamen contulerunt ad melius intelligendum pictoris animum, quemadmodum ex iis quae de Medesicasta nos disputavimus luce clarius iterum eluxit.

ΑΛΧΑΝΙΑ.

In inscriptione Cretensi diu perperam Corcyrae tributa [1]) leguntur haec verba: *οἰκίαν ἐν τᾷ* ΑΛΧΑΝΙΑΙ *κώμᾳ* (vs. 22 sq.). Sic codex Ambrosianus; Muratorius legit ΑΛΛΑΝΙΔΙ. Iam Ziebarth coniecit: *Ἀλλαχρίδι*, Dittenberger: *Λαχανίδι*, Hillerus vero: *Λαχανίᾳ* simulque monuit hodie Rhodi vicum *Λαχανιάν* (i. e. hortum olitorium) dictum exstare. Coniectura est pulchra, sed non omnino necessaria; nam etiam lectio cod. Ambros. *Ἀλχανίᾳ* defendi posse videtur. Sicut enim *Ἀμοργός* etiam *Ἄμολγος* [2]) dicebatur, vel sicut in insula Creta ex *μάρτυς* primum **μάλτυς* [3]) ortum est, deinde *μαῖτυς*, fieri potest ut nomen *Ἀλχανία* ortum sit ex *Ἀρχανία*. Cretae autem cum extitisse vicum *Ἀχάρναν* [4]) cognorimus, qui hodie *Ἀρχάναι* [5]) dicitur, quidni etiam *Ἀρχανία* vico Cretensi nomen fuisse possit?

G. V.

1) I. G. IX, 1, 693; cf. p. 212; S. G. D. I. 3198; Syll.³ 940.
2) Herodian, II, p. 475. Cf. G. Meyer, Griech. Gramm.³, p. 235.
3) Cf. Brugmann-Thumb, Griech. Gramm. p. 94, Anm. 1.
4) Bull. de corr. hell. 1910, p. 331, 16.
5) Ibid. p. 345.

DE CONDICTIONE FURTIVA.

SCRIPSIT

J. VAN BINSBERGEN.

Haud verisimile est hanc actionem iam Ciceronis temporibus exstitisse. An vero Labeoni, qui vixit ineunte aetate imperatoria, innotuerit, alia res est. Unus ex paucissimis locis qui ad hanc quaestionem pertinent, est l. 60 § 5 Dig. 19. 2: „Messem inspiciente colono, cum alienam esse non ignorares, sustulisti. Condicere tibi frumentum dominum posse Labeo ait, et ut id faciat, colonum ex conducto cum domino acturum".

Vocabulum „*inspiciente*" sine dubio vitio laborat. Inde Mommsen legit „*in spicis cessante*". Sed fortior medela adhibenda mihi videtur.

R. von Mayr [1]) hoc fragmentum aeque sanam ac facilem intellectu speciem prae se ferre contendit. Condictio colono negatur et tantum domino conceditur. Colonus (qui nummis colit) statim separatione fructuum dominus efficitur, ut est in glossa. Melius fortasse esset dicere „quasi traditione", sed hoc minus refert. Colonus dominus fit fructuum. Videmus tamen condictionem (furtivam) hoc loco domino dari; scholiasta ad Basilica hanc ob causam messem intellegit etiamtunc solo cohaerentes fructus, quorum, quamdiu sunt in agro, dominium est apud dominum fundi. Et quia notissimum est, condictionem furtivam domino tantum competere, sic omnia recte evadunt. Sed haec significatio vocabuli messis nonnisi perraro occurrit. Est messis id, quod demessum est, quod etiam Mommsen coniectura sua agnoscit.

1) Die Condictio des Römischen Privatrechtes. Leipzig 1900, p. 83.

Alibi in Pandectis, l. 52 § 8 D. 47. 2 haec sunt: „Si sulpurariae sunt in agro et inde aliquis terram egessisset abstulissetque, dominus furti aget: deinde colonus conducti actione consequitor, ut id ipsum sibi praestaretur". Quae est haec actio: actio furti an condictio furtiva? R. von Mayr praeterea laudat l. 26 § 1 D. 47. 2 et l. 83 h. t. ad docendum quid intersit inter dominum et colonum respectu actionis fonti et inde concludit l. 60 § 5 D. 19. 2 interpolatam esse i. e. ICtum hoc loco egisse non de condictione furtiva sed de actione furti. Fortasse legendum esse censet „*tenere te furti dominum*" pro „*condicere tibi frumentum dominum posse*".

Qua in re prorsus a vero aberrare mihi videtur.

Certo certius est fragmentum interpolatum sed ita restitutum velim, ut simul quod Labeoni debetur ei restituatur, simul a me demonstretur iam initio aetatis imperatoriae condictionem furtivam exstitisse.

Hanc rei rationem esse credo: librarius in exemplari suo ante oculos habebat: *messem in spicis non inspiciente colono.*

Cum scripsisset: *messem inspic*, aberraverunt oculi ad sequens *inspic* (in vocabulo *inspiciente*"); neglexit igitur verba *is non inspic* et per errorem sic supplevit *messem inspiciente.*

Ergo sine dubio lectio vera ac genuina est:

Messem in spic[is non inspic]iente colono e. q. s.

Quod si mecum reposueris, omnia recte procedent.

DE ALCMEONIS CORINTHII FABULA EURIPIDEA.

SCRIPSIT

TH. ZIELINSKI.

Th. Zielinski I. I. Hartmano s. p. d. Iam a. 1914, postquam me Universitas Groningana doctoratu honorario in me collato inter cives academicos ascivit, in animo mihi erat hujus tam insignis honoris gratiam quam solam poteram Vobis referre, scilicet hujus ipsius industriae, cujus tam benigni extitistis judices, specimine aliquo Annalibus Vestris inserendo. Hoc vero consilium bellum primum, quod eo ipso anno exarsit, deinde vero discordiarum civilium in Russia flammae irritum reddiderunt. Multa ex hoc tempore mutata sunt et in publica et in privata singulorum hominum vita, meque post quadraginta fere professurae Petropolitanae annos, cujus non ingratam me spero et apud collegas et apud discipulos memoriam reliquisse, antiqua mea patria, postquam ipsa resurrexit, novorum qui instabant laborum pro virili parte socium efflagitavit. Cui vocanti cum nefas duxissem non obtemperare, Varsaviam senectutis meae sedem transtuli. Varsavia igitur Tibi quoque, Vir Doctissime, hoc qualecunque est munus mitto; quod si honestissimo isto coetu non indignum judicaveris, iterum mihi auspicatissimos illos dies Groninganos mente dumtaxat recolere videbor. Vale.

Dabam mensis Maji d. 27 a. D. MCMXXII.

Alibi in Pandectis, l. 52 § 8 D. 47. 2 haec sunt: „Si sulpurariae sunt in agro et inde aliquis terram egessisset abstulissetque, dominus furti aget: deinde colonus conducti actione consequitor, ut id ipsum sibi praestaretur''. Quae est haec actio: actio furti an condictio furtiva? R. von Mayr praeterea laudat l. 26 § 1 D. 47. 2 et l. 83 h. t. ad docendum quid intersit inter dominum et colonum respectu actionis fonti et inde concludit l. 60 § 5 D. 19. 2 interpolatam esse i. e. ICtum hoc loco egisse non de condictione furtiva sed de actione furti. Fortasse legendum esse censet „*tenere te furti dominum*'' pro „*condicere tibi frumentum dominum posse*''.

Qua in re prorsus a vero aberrare mihi videtur.

Certo certius est fragmentum interpolatum sed ita restitutum velim, ut simul quod Labeoni debetur ei restituatur, simul a me demonstretur iam initio aetatis imperatoriae condictionem furtivam exstitisse.

Hanc rei rationem esse credo: librarius in exemplari suo ante oculos habebat: *messem in spicis non inspiciente colono.*

Cum scripsisset: *messem inspic*, aberraverunt oculi ad sequens *inspic* (in vocabulo *inspiciente*''); neglexit igitur verba *is non inspic* et per errorem sic supplevit *messem inspiciente.*

Ergo sine dubio lectio vera ac genuina est:

Messem in spic[is non inspic]iente colono e. q. s.

Quod si mecum reposueris, omnia recte procedent.

DE ALCMEONIS CORINTHII FABULA EURIPIDEA.

SCRIPSIT

TH. ZIELINSKI.

Th. Zielinski I. I. Hartmano s. p. d. Iam a. 1914, postquam me Universitas Groningana doctoratu honorario in me collato inter cives academicos ascivit, in animo mihi erat hujus tam insignis honoris gratiam quam solam poteram Vobis referre, scilicet hujus ipsius industriae, cujus tam benigni extitistis judices, specimine aliquo Annalibus Vestris inserendo. Hoc vero consilium bellum primum, quod eo ipso anno exarsit, deinde vero discordiarum civilium in Russia flammae irritum reddiderunt. Multa ex hoc tempore mutata sunt et in publica et in privata singulorum hominum vita, meque post quadraginta fere professurae Petropolitanae annos, cujus non ingratam me spero et apud collegas et apud discipulos memoriam reliquisse, antiqua mea patria, postquam ipsa resurrexit, novorum qui instabant laborum pro virili parte socium efflagitavit. Cui vocanti cum nefas duxissem non obtemperare, Varsaviam senectutis meae sedem transtuli. Varsavia igitur Tibi quoque, Vir Doctissime, hoc qualecunque est munus mitto; quod si honestissimo isto coetu non indignum judicaveris, iterum mihi auspicatissimos illos dies Groninganos mente dumtaxat recolere videbor. Vale.

Dabam mensis Maji d. 27 a. D. MCMXXII.

haec leguntur: Ἀριστοτέλης δέ φησιν ἐν τῇ Ἀθηναίων πολιτείᾳ Καλλικράτην τινὰ πρῶτον τῶν δικαστῶν τοὺς μισθοὺς εἰς ὑπερβολὴν αὐξῆσαι. Inter recentiores vero vereor ut ullus perceperit, quam salse et mordaciter Aristoteles his tribus locis popularem civitatem Atheniensium lacessiverit.

XXIV, 3: ἀρχαὶ δ' ἔνδημοι μὲν εἰς ἑπτακοσίους ἄνδρας, ὑπερόριοι δ' εἰς ἑπτακοσίους. Alterum numerum e priore falso iteratum esse minime constat, siquidem etiam paulo supra legitur: βουλὴ δὲ πεντακόσιοι, καὶ φρουροὶ νεωρίων πεντακόσιοι.

XXIV, 3: νῆες δὲ φρουρίδες εἴκοσι, ἄλλαι δὲ νῆες αἱ τοὺς φόρους ἄγουσαι τοὺς ἀπὸ τοῦ κυάμου δισχιλίους ἄνδρας. Sic papyrus. Φόρους, non φρουρούς cum Blassio et Leeuwenio, scribendum esse summo iure contendit Wilamowitzius (Aristoteles und Athen, II, p. 204 sq.): tributa enim valido praesidio munita in urbem devehere necessarium fuisse apertum est, et naves ἀργυρολόγους in socios, si qui pacta non servarent, immissas esse testatur Thucydides (III, 19, 1; IV, 50, 1; 75, 1). Idem probabiliter coniecit viros illos sorte electos esse cives, quos quotannis lex in arte navigandi et remigandi se exercere iuberet. Recte igitur post vocem ἄγουσαι lacuna statuta est. Sed nemo, quod sciam, ausus est lacunam explere, quam videlicet satis magnam esse credebant. Mihi una particula, quae quidem sexcenties excidit, inserta, omnia bene se habere videntur, modo simul in fine sententiae adicias navium numerum (quem periisse consentiunt omnes). Scripserim: ἄλλαι [illegible] αἱ τοὺς φόρους ἄγουσαι καὶ τοὺς ἀπὸ τοῦ κυάμου [illegible] ἄνδρας εἴκοσι (vel alius nu[illegible]erus). Aetate belli P[illegible] aliquanto plures quam [illegible]cim naves ἀργυ[illegible] efficitur e locis Thucydi[illegible]a adlatis. Neq[illegible] iisdem navibus non sol[illegible]ta transporta[illegible] classiarios stipendia f[illegible]n aliter, lo[illegible] partem vacuae iecisse[illegible]tu.

XXIV, 3: δεσμωτ[illegible]. Negat[illegible] iure, hos esse carcer[illegible]rnifice[illegible]

apud Athenienses fungerentur servi publici. Suspicatur igitur hoc nomine designari τοὺς ἕνδεκα: hos enim posteriore aetate δεσμοφύλακας appellatos esse. Sed undecimviri procul dubio adnumerandi sunt ταῖς ἐνδήμοις ἀρχαῖς, quas Aristoteles paulo supra suo loco commemoravit. Mea sententia δεσμωτῶν φύλακες erant custodes, puta e militibus veteranis delecti, qui ante portam carceris in statione erant et circa muros eius excubias agebant. Eiusmodi custodia vix carere poterant qui carceri praeerant, si recte sumpsit Wilamowitzius (Aristoteles und Athen, II, p. 206, 10) Athenienses non reos tantum, sed etiam captivos in vincula publica conicere solitos fuisse.

XXV, 3: βουλόμενος δὲ καταλυθῆναι τὴν βουλὴν ὁ Θεμιστοκλῆς. Neque adversativa neque copulativa coniunctio hoc loco tolerari potest. Scribendum esse videtur: βουλόμενος δή. Cf. XXVII, 4: πρὸς δὴ ταύτην τὴν χορηγίαν ἐπιλειπόμενος ὁ Περικλῆς τῇ οὐσίᾳ.

XXVIII, 5: δοκεῖ μέντοι μὴ παρέργως ἀποφαινομένοις οὐχ, ὥσπερ αὐτὸν διαβάλλουσι, πάσας τὰς πολιτείας καταλύειν (sc. Theramenes), ἀλλὰ πάσας προάγειν, ἕως μηδὲν παρανομοῖεν. Thalheimius dubitanter proposuit: ἐδόκει, quod verum esse non potest; non enim quid olim nonnulli, sed quid ipse de Theramene sentiat, Aristoteli significare in animo est. Requiri tamen videtur praeteritum pro infinitivis praesentis καταλύειν et προάγειν (cf. huius capitis § 3: Κλέων ὁ Κλεαινέτου, ὃς δοκεῖ [illegible]λιστα διαφθεῖραι τὸν δῆμον), praesertim cum post coniunc[illegible]m ἕως sequatur optativus. Quapropter fuit cum conicerem [illegible]lum esse: πάσας τὰς πολιτείας καταλύειν (ἐπιχειρῆσαι), [illegible] πάσας προάγειν. Cf. Aristot. Polit. V, 5, p. 1304, a, [illegible]: ἐπεχείρησαν καταλύειν τὸν δῆμον, ibid. 7, p. 1307, b, [illegible]: τοῦτον τὸν νό[illegible] ἐπεχείρησαν, 19: τῶν ἐπιχειρη[illegible] νεωτερίζειν. [illegible]V, 2; 4; XIX, 2; XX, 3: τὴν [illegible]ουλὴν ἐπειρᾶ[illegible]. Nunc vero καταλύειν et προά[illegible]ro infinitiv[illegible] qui dicitur habeo, cui non solum [illegible]erba dice[illegible]ndi, sed etiam post δοκεῖν locum [illegible]ocument[illegible]socratis, Archid. 98: δόξομεν γὰρ [illegible]ρελθόντ[illegible]ζονεύεσθαι. Ex magna grammatica

haec leguntur: Ἀριστοτέλης δέ φησιν ἐν τῇ Ἀθηναίων πολιτείᾳ Καλλικράτην τινὰ πρῶτον τῶν δικαστῶν τοὺς μισθοὺς εἰς ὑπερβολὴν αὐξῆσαι. Inter recentiores vero vereor ut ullus perceperit, quam salse et mordaciter Aristoteles his tribus locis popularem civitatem Atheniensium lacessiverit.

XXIV, 3: ἀρχαὶ δ' ἔνδημοι μὲν εἰς ἑπτακοσίους ἄνδρας, ὑπερόριοι δ' εἰς ἑπτακοσίους. Alterum numerum e priore falso iteratum esse minime constat, siquidem etiam paulo supra legitur: βουλὴ δὲ πεντακόσιοι, καὶ φρουροὶ νεωρίων πεντακόσιοι.

XXIV, 3: νῆες δὲ φρουρίδες εἴκοσι, ἄλλαι δὲ νῆες αἳ τοὺς φόρους ἄγουσαι τοὺς ἀπὸ τοῦ κυάμου δισχιλίους ἄνδρας. Sic papyrus. Φόρους, non φρουρούς cum Blassio et Leeuwenio, scribendum esse summo iure contendit Wilamowitzius (Aristoteles und Athen, II, p. 204 sq.): tributa enim valido praesidio munita in urbem devehere necessarium fuisse apertum est, et naves ἀργυρολόγους in socios, si qui pacta non servarent, immissas esse testatur Thucydides (III, 19, 1; IV, 50, 1; 75, 1). Idem probabiliter coniecit viros illos sorte electos esse cives, quos quotannis lex in arte navigandi et remigandi se exercere iuberet. Recte igitur post vocem ἄγουσαι lacuna statuta est. Sed nemo, quod sciam, ausus est lacunam explere, quam videlicet satis magnam esse credebant. Mihi una particula, quae quidem sexcenties excidit, inserta, omnia bene se habere videntur, modo simul in fine sententiae adicias navium numerum (quem periisse consentiunt omnes). Scripserim: ἄλλαι δὲ νῆες αἳ τοὺς φόρους ἄγουσαι καὶ τοὺς ἀπὸ τοῦ κυάμου δισχιλίους ἄνδρας εἴκοσι (vel alius numerus). Aetate belli Peloponnesiaci aliquanto plures quam duodecim naves ἀργυρολόγους fuisse efficitur e locis Thucydidis supra adlatis. Neque mirum est in iisdem navibus non solum tributa transportata esse, sed etiam classiarios stipendia fecisse; sin aliter, longe maiorem anni partem vacuae iecissent in portu.

XXIV, 3: δεσμωτῶν φύλακες. Negat Sandysius, idque summo iure, hos esse carcerarios et carnifices, quippe quorum munere

apud Athenienses fungerentur servi publici. Suspicatur igitur hoc nomine designari τοὺς ἕνδεκα: hos enim posteriore aetate δεσμοφύλακας appellatos esse. Sed undecimviri procul dubio adnumerandi sunt ταῖς ἐνδήμοις ἀρχαῖς, quas Aristoteles paulo supra suo loco commemoravit. Mea sententia δεσμωτῶν φύλακες erant custodes, puta e militibus veteranis delecti, qui ante portam carceris in statione erant et circa muros eius excubias agebant. Eiusmodi custodia vix carere poterant qui carceri praeerant, si recte sumpsit Wilamowitzius (Aristoteles und Athen, II, p. 206, 10) Athenienses non reos tantum, sed etiam captivos in vincula publica conicere solitos fuisse.

XXV, 3: βουλόμενος δὲ καταλυθῆναι τὴν βουλὴν ὁ Θεμιστοκλῆς. Neque adversativa neque copulativa coniunctio hoc loco tolerari potest. Scribendum esse videtur: βουλόμενος δή. Cf. XXVII, 4: πρὸς δὴ ταύτην τὴν χορηγίαν ἐπιλειπόμενος ὁ Περικλῆς τῇ οὐσίᾳ.

XXVIII, 5: δοκεῖ μέντοι μὴ παρέργως ἀποφαινομένοις οὐχ, ὥσπερ αὐτὸν διαβάλλουσι, πάσας τὰς πολιτείας καταλύειν (sc. Theramenes), ἀλλὰ πάσας προάγειν, ἕως μηδὲν παρανομοῖεν. Thalheimius dubitanter proposuit: ἐδόκει, quod verum esse non potest; non enim quid olim nonnulli, sed quid ipse de Theramene sentiat, Aristoteli significare in animo est. Requiri tamen videtur praeteritum pro infinitivis praesentis καταλύειν et προάγειν (cf. huius capitis § 3: Κλέων ὁ Κλεαινέτου, ὃς δοκεῖ μάλιστα διαφθεῖραι τὸν δῆμον), praesertim cum post coniunctionem ἕως sequatur optativus. Quapropter fuit cum conicerem legendum esse: πάσας τὰς πολιτείας καταλύειν (ἐπιχειρῆσαι), ἀλλὰ πάσας προάγειν. Cf. Aristot. Polit. V, 5, p. 1304, a, 26 sq.: ἐπεχείρησαν καταλύειν τὸν δῆμον, ibid. 7, p. 1307, b, 10 sq.: τοῦτον τὸν νόμον λύειν ἐπεχείρησαν, 19: τῶν ἐπιχειρησάντων νεωτερίζειν. Ἀθ. πολ. XV, 2; 4; XIX, 2; XX, 3: τὴν μὲν βουλὴν ἐπειρᾶτο καταλύειν. Nunc vero καταλύειν et προάγειν pro infinitivo imperfecti qui dicitur habeo, cui non solum post verba dicendi et sentiendi, sed etiam post δοκεῖν locum esse documento est locus Isocratis, Archid. 98: δόξομεν γὰρ τὸν παρελθόντα χρόνον ἀλαζονεύεσθαι. Ex magna grammatica

Graeca, quam conscripserunt Kuehner Gerth (cf. II, 1, p. 193 sq.) hoc non eruas: docet Madvigius in libello de syntaxi Graeca, cui suum hodie manet pretium (§ 171, b, 2).

XXIX, 1: *ἕως μὲν οὖν ἰσόρροπα τὰ πράγματα κατὰ τὸν πόλεμον ἦν, διεφύλαττον τὴν δημοκρατίαν, ἐπεὶ δὲ μετὰ τὴν ἐν Σικελίᾳ γενομένην συμφορὰν ἰσχυρότατα τὰ τῶν Λακεδαιμονίων ἐγένετο διὰ τὴν πρὸς βασιλέα συμμαχίαν...*

Consentiunt hodie viri docti Iosephum Mayor traditam vocem *ἰσχυρότατα* recte mutasse in *ἰσχυρότερα* [1]). Necessariam hanc coniecturam esse nego: et hoc dici poterat et illud.

XXXIII, 1: *τὰ πράγματα παρέδωκαν τοῖς πεντακισχιλίοις τοῖς ἐκ τῶν ὅπλων.* Non inutile videtur adnotare *τὰ ὅπλα* apud Xenophontem compluribus locis dici *τοὺς ὁπλίτας*. Cf. Anab. II, 2, 4: *ἕπεσθε... τὰ μὲν ὑποζύγια ἔχοντες πρὸς τοῦ ποταμοῦ, τὰ δὲ ὅπλα ἔξω*, III, 2, 36: *πλαίσιον ποιησαμένους τῶν ὅπλων*, 3, 7; 4, 26; Cyri Inst. VIII, 8, 24. Idem huius vocabuli usus occurrit apud Sophoclem, Antig. vs. 115 sq.:

πολλῶν μεθ' ὅπλων
ξύν θ' ἱπποκόμοις κορύθεσσι,

i. e. *μετὰ πολλῶν ὁπλιτῶν καὶ πολλῶν ἱππέων*, et apud Eurip. Phoen. 112 sq., ubi de eadem expeditione militari agens haec dicit:

οὐ γάρ τι φαύλως ἦλθε Πολυνείκης χθόνα
πολλοῖς μὲν ἵπποις, μυρίοις δ' ὅπλοις βρέμων. [2])

Apparet igitur apud Aristotelem *τοῖς πεντακισχιλίοις τοῖς ἐκ τῶν ὅπλων* dictum esse pro: *τοῖς πεντακισχιλίοις τοῖς ἐκ τῶν ὁπλιτῶν*, scilicet, ut hoc addam, ex iis hoplitis, qui, sicut lex iubebat, ipsi impensas armorum suorum praestabant. Non enim si belli necessitate coacta respublica etiam *θῆτας* aliquot scutis et galeis exornasset, hos nunc iura hoplitis concessa usurpare fas erat. Contra in verbis Thucydidis, VIII, 97, 2: *εἶναι δὲ αὐτῶν* (sc. *τῶν πεντακισχιλίων*) *ὁπόσοι καὶ ὅπλα παρέ-*

---

1) Class. Rev. 1891, p. 113: „*ἰσχυρότατα*... Should this be *ἰσχυρότερα*?"
2) Cf. Callim. Epigr. XXI, 3.

χονται subaudiendum est: *τοὺς ὁπλίτας ὁπόσοι καὶ ὅπλα παρέχονται.* Manifestum enim est non si qui leno vel caupo vel *ἀδύνατος* nummis arma parasset, eum propterea unquam *τοῖς πεντακισχιλίοις* adscribi potuisse. Cf. XXIX, 5: *τοῖς δυνατωτάτοις καὶ τοῖς σώμασιν καὶ τοῖς χρήμασιν λῃτουργεῖν μὴ ἔλαττον ἢ πεντακισχιλίοις.*

MEDESICASTA.

SCRIPSIT

I. SIX.

Septem fere anni sunt ex quo Conradus Kuiper, nuper amicis suis studiisque inexspectate morte abreptus, in Societate nostra Amstelodamensi, cui *Graeca* nomen est, de rebus egit quae neque Graecae essent neque Troianae, quarum tamen in Iliade manifesta exstarent vestigia.

Nihil, quantum scio, de eo genere in lucem edidit.

Sed meam quoniam tunc mentem ad Polygnoti convertit Medesicastam, decreveram viro amicissimo disputatiunculam quandam meam offerre de insigni loco quem mulier illa in pictoris obtinuerit Iliuperside, et eo quidem die offerre qui nostra opera festus illi futurus esset.

Quem quoniam, eheu, non vidit ipse, hac nunc egregio viro philologo, optime et de nostra disciplina merito, piae sunto inferiae!

Ergo inter Andromacham, quae filiolum viri fortis, in quo non coniugem tantum perditit, strenue pugnans adhuc servavit et Polyxenam, miserrimam illam puellam, e cuius oculis, insontibus, cum a Graecis necaretur, totus belli terror relucere videbatur, eximio igitur loco, Medesicastam pinxit Polygnotus, notham Priami filiam, cuius semel tota Iliade fit mentio his verbis XIII, 170 sqq.:

> Τεῦκρος δὲ πρῶτος Τελαμώνιος ἄνδρα κατέκτα,
> Ἴμβρίον αἰχμητήν, πολυΐππου Μέντορος υἱόν.
> ναῖε δὲ Πήδαιον, πρὶν ἐλθεῖν υἷας Ἀχαιῶν,
> κούρην δὲ Πριάμοιο νόθην ἔχε, Μηδεσικάστην·
> αὐτὰρ ἐπεὶ Δαναῶν νέες ἤλυθον ἀμφιέλισσαι,

ἂψ εἰς Ἴλιον ἦλθε, μετέπρεπε δὲ Τρώεσσιν
ναῖε δὲ πὰρ Πριάμῳ· ὃ δὲ μιν τίεν ἶσα τέκεσσιν.
τόν ῥ' υἱὸς Τελαμῶνος ὑπ' οὔατος ἔγχεῖ μακρῷ
νύξ, ἐκ δ' ἔσπασεν ἔγχος· ὃ δ' αὖτ' ἔπεσεν, μελίη ὥς,
ἥτ' ὄρεος κυρυφῇ ἕκαθεν περιφαινομένοιο
χαλκῷ ταμνομένη τέρενα χθονὶ φύλλα πελάσσῃ·
ὣς πέσεν· ἀμφὶ δὲ οἱ βράχε τεύχεα ποικίλα χαλκῷ.

Iam olim certabatur ubi terrarum situm fuerit illud Pedaeum unde Imbrius oriendus esset. Certe Caricum sonat nomen eius. In Caria non tantum Mercurius Imbramus et Imbrasus vocabatur, non solum *imbr*, literae in nominibus Caricis saepius occurrunt, sed et in Caria *urbem* fuisse Imbrum verisimile est, quin *mons* fuerit *Imbrus* non est quod dubitemus.

Sed sit sane Pedaeum in Troade situm vel in Thracia, vel ubicumque terrarum, nihil tamen obstabat quominus Polygnotus aut Cnidii, quibus ille Leschen suam pinxit, Imbrium sibi ut Carem vindicarent, et, cum ille diu ante Troiam captam cecidisset, uxorem eius, iam marito orbam, quamvis humili stirpe natam, in media opere et quasi primario loco ponerent.

Sic illa comparari potest cum Iaso illo, qui quod tam insignem in Necuia locum tenet, rectissime Carolus Robert eo explicat quod origine Car fuerit, nec iam amplius cum illo hunc cum Iliuperside contextum longis ambagibus indagare necesse est.

Et ut Iasus Car cum Phoco Phocensi in Necuia amicitia iungitur, sic Medesicasta captiva in Iliuperside proximi erant Epeius, et ille Phocensis, et Neoptolemus, qui pro Delphis ipsis, ubi sepultus erat, stabat.

Sed in nostra hac terra infelici nil nisi bellum et damna, Aiacis facinus, saevitiam Epei, caedem virorum, mulierum luctum, urbis ruinam, profugorum maerorem pinxisse videtur nobilis ille ethographus; contra apud inferos non poenas dant nisi scelerati et impii, sacris vero initiatos aut de patria bene meritos viros fortes et poetas beata quiete frui demonstravit.

Doctrina illa pictoris verecunda prolata non prohibuit antiquos ne bella gererent. Durat ferrea aetas, ut ante bellum Trojanum, sic et hodie post tot saecula. Sed Delphis, in Amphictyonum urbe, certe iam antiquitus exstiterunt, qui

salutem generis humani, non ab armis exspectabant, sed a pace, pactione conventu sponsione firmata, fide iure legibusque fulta, quibus peregrini non hostes sed socii videbantur, genus humanum quasi immensa familia, cui Delphicus cultus centri instar esse deberet, ut umbilicus ille vittis sollemnibus ornatus, orbis terrarum credebatur.

Quae autem Otto Benndorff et Carolus Robert olim sagaci ingenio de dispositione pictarum illorum parietum protulerunt, licet nihil fere nos docuerint de figurarum forma, atque minus etiam de ductu linearum, multa tamen contulerunt ad melius intelligendum pictoris animum, quemadmodum ex iis quae de Medesicasta nos disputavimus luce clarius iterum eluxit.

ΑΛΧΑΝΙΑ.

In inscriptione Cretensi diu perperam Corcyrae tributa [1]) leguntur haec verba: οἰκίαν ἐν τᾷ ΑΛΧΑΝΙΑΙ κώμᾳ (vs. 22 sq.). Sic codex Ambrosianus; Muratorius legit ΑΛΛΑΝΙΔΙ. Iam Ziebarth coniecit: Ἀλλκρίδι, Dittenberger: Λαχανίδι, Hillerus vero: Λαχανίᾳ simulque monuit hodie Rhodi vicum Λαχανιάν (i. e. hortum olitorium) dictum exstare. Coniectura est pulchra, sed non omnino necessaria; nam etiam lectio cod. Ambros. Ἀλχανίᾳ defendi posse videtur. Sicut enim Ἀμοργός etiam Ἄμολγος [2]) dicebatur, vel sicut in insula Creta ex μάρτυς primum *μάλτυς [3]) ortum est, deinde μαῖτυς, fieri potest ut nomen Ἀλχανία ortum sit ex Ἀρχανία. Cretae autem cum extitisse vicum Ἀχάρναν [4]) cognorimus, qui hodie Ἀρχάναι [5]) dicitur, quidni etiam Ἀρχανία vico Cretensi nomen fuisse possit?

G. V.

---

1) I. G. IX, 1, 693; cf. p. 212; S. G. D. I. 3198; Syll.³ 940.
2) Herodian, II, p. 475. Cf. G. Meyer, Griech. Gramm.³, p. 235.
3) Cf. Brugmann-Thumb, Griech. Gramm. p. 94, Anm. 1.
4) Bull. de corr. hell. 1910, p. 331, 16.
5) Ibid. p. 345.

DE CONDICTIONE FURTIVA.

SCRIPSIT

J. VAN BINSBERGEN.

Haud verisimile est hanc actionem iam Ciceronis temporibus exstitisse. An vero Labeoni, qui vixit ineunte aetate imperatoria, innotuerit, alia res est. Unus ex paucissimis locis qui ad hanc quaestionem pertinent, est l. 60 § 5 Dig. 19. 2: „Messem inspiciente colono, cum alienam esse non ignorares, sustulisti. Condicere tibi frumentum dominum posse Labeo ait, et ut id faciat, colonum ex conducto cum domino acturum".

Vocabulum „*inspiciente*" sine dubio vitio laborat. Inde Mommsen legit „*in spicis cessante*". Sed fortior medela adhibenda mihi videtur.

R. von Mayr [1]) hoc fragmentum aeque sanam ac facilem intellectu speciem prae se ferre contendit. Condictio colono negatur et tantum domino conceditur. Colonus (qui nummis colit) statim separatione fructuum dominus efficitur, ut est in glossa. Melius fortasse esset dicere „quasi traditione", sed hoc minus refert. Colonus dominus fit fructuum. Videmus tamen condictionem (furtivam) hoc loco domino dari; scholiasta ad Basilica hanc ob causam messem intellegit etiamtunc solo cohaerentes fructus, quorum, quamdiu sunt in agro, dominium est apud dominum fundi. Et quia notissimum est, condictionem furtivam domino tantum competere, sic omnia recte evadunt. Sed haec significatio vocabuli messis nonnisi perraro occurrit. Est messis id, quod demessum est, quod etiam Mommsen coniectura sua agnoscit.

1) Die Condictio des Römischen Privatrechtes. Leipzig 1900, p. 83.

cius Naberus pro *ἀκόντων* reposuit *εἰκόντων*, ut illi dicantur non ultro imperium deposuisse, sed, imperio amisso, Atheniensium sociorumque consilio concessisse. Quam coniecturam si defendere cupias, uti possis loco ex Ethicis Eudemeis petito (III, 5, p. 1233, a, 28 sq.): *εἴ τις μέτοικος ὢν ἄρχειν μὴ ἀξιοῖ ἑαυτόν, ἀλλ' ὑπείκει*. Tamen haud scio an veri similius sit hic, ut alias saepissime, excidisse negationem, ut legendum sit: *οὐκ ἀκόντων Λακεδαιμονίων*, non invitis Lacedaemoniis, ne ipsis quidem Lacedaemoniis repugnantibus.

Quodsi maior pars virorum doctorum hodie lectionem traditam tutatur, in eam opinionem adducti esse videntur argumentis Kaibelii, qui de hoc loco paulo minus circumscripte disseruit quam ceteri [1]). Inter omnes tamen scriptorum locos qui huc faciunt ne unum quidem invenias, ex quo rem aliter evenisse efficias, atque eam narret Thucydides: sociorum consilio cum imperium ad Atheniensium praefectum delatum esset, Lacedaemonii non repugnaverunt. Quod autem dicit Plutarchus in Vita Aristidis c. XXIII: *ἔνθα δὴ καὶ τὸ φρόνημα τῆς Σπάρτης διεφάνη θαυμαστόν· ὡς γὰρ ᾔσθοντο διὰ τὰ μεγέθη τῆς ἐξουσίας διαφθειρομένους αὐτῶν τοὺς ἄρχοντας, ἀφῆκαν ἑκουσίως τὴν ἡγεμονίαν*, paulo quidem rem augere laudando existimandus est neque causas, cur Lacedaemonii hoc fecerint, aeque bene legentibus ante oculos ponit atque Thucydides verbis supra adlatis; fabulam tamen et mendacium Lacedaemoniorum hic a Plutarcho proferri tu credere noli.

XXIV, 2: *τοῖς τε συμμάχοις δεσποτικωτέρως* (*sic*) *ἐχρῶντο πλὴν Χίων καὶ Λεσβίων καὶ Σαμίων· τούτους δὲ φύλακας εἶχον τῆς ἀρχῆς ἐῶντες τάς τε πολιτείας παρ' αὐτοῖς καὶ ἄρχειν ὧν ἔτυχον ἄρχοντες*. Si *ἐᾶν τὰς πολιτείας* hoc loco significat: „civitatum formam incolumem relinquere", optime Richards Papabasileios Kaibel Wilamowitz repetito articulo scripserunt: *τὰς πολιτείας τὰς παρ' αὐτοῖς*. Sed collato Menandri Discept. vs. 140:

---

1) Kaibel, Stil und Text der Πολ. 'Αθ. des Aristoteles, p. 178: „Dass die Athener die Hegemonie zur See nicht *ἑκόντων*, sondern *ἀκόντων τῶν Λακεδαιμονίων* gewonnen oder genommen haben, ist doch wol allein historisch begründet", etc.

οὔπω παρ' ἐμοὶ τότ' ἦν ὑπὲρ τούτου λέγειν,

in quo παρ' ἐμοί id esse videtur quod Graece dici solet ἐπ' ἐμοί, haud scio an verba ἐῶντες τὰς πολιτείας παρ' αὐτοῖς significent: „civitatum temperationem ipsis permittentes". Sententiam sic nanciscimur probabiliorem; nam etiam si res commutare vellent socii illi praecipue amici, Atheniensibus se interponere nefas erat.

XXIV, 3. In indice τῶν δημοσίᾳ τρεφομένων δισμυρίων ἀνδρῶν lepidissime senatores positi sunt inter milites et... custodes navalium: τοξόται δ' ἑξακόσιοι καὶ χίλιοι, καὶ πρὸς τούτοις ἱππεῖς χίλιοι καὶ διακόσιοι, βουλὴ δὲ πεντακόσιοι καὶ φρουροὶ νεωρίων πεντακόσιοι. Tantopere istos regulos populares despicatui ducebat princeps philosophorum. Erunt qui fonti quo Aristoteles usus sit hanc petulantiam tribuere studebunt. Cf. Mathieu, Aristote, Constitution d'Athènes (1915), p. 68: „L'auteur qui est ici la source d'Aristote, cherchait évidemment à rabaisser la démocratie par tous les moyens pourvu qu'ils fussent un peu spécieux" etc. Tamen non minus recte ipsi Aristoteli hoc deberi statuas, quippe quem fontes suos non temere ac fortuito elegisse et religiose adhibuisse veri simile sit. Non credis? Audi eundem πρυτάνεων officia ironice describentem c. XLIII[1] § 3: οἱ δὲ πρυτανεύοντες αὐτῶν πρῶτον μὲν συσσιτοῦσιν ἐν τῇ θόλῳ λαμβάνοντες ἀργύριον παρὰ τῆς πόλεως, ἔπειτα συνάγουσιν καὶ τὴν βουλὴν καὶ τὸν δῆμον. Cf. Ps. Xen. Ἀθ. πολ. III, 1: ἔτι δὲ καὶ τάδε τινὰς ὁρῶ μεμφομένους Ἀθηναίους, ὅτι ἐνίοτε οὐκ ἔστιν αὐτόθι χρηματίσαι τῇ βουλῇ οὐδὲ τῷ δήμῳ ἐνιαυτὸν καθημένῳ ἀνθρώπῳ·... διὰ τὸ πλῆθος τῶν πραγμάτων οὐχ οἷοί τε πάντας ἀποπέμπειν εἰσὶ χρηματίσαντες. πῶς γὰρ ἂν καὶ οἷοί τε εἶεν, οὕστινας πρῶτον μὲν δεῖ ἑορτάσαι ἑορτὰς ὅσας οὐδεμία τῶν Ἑλληνίδων πόλεων... ἔπειτα δὲ κτλ. Nondum vides? Ergo ne irrisionem quidem sentis, qua Aristoteles τὸ τριώβολον perstrinxit c. XXVIII[1] § 3: Cleophon, ὁ λυροποιός, τὴν διωβελίαν ἐπόρισε πρῶτος. Καὶ χρόνον μέν τινα διεδίδου, μετὰ δὲ ταῦτα... κατέλυσε Καλλικράτης Παιανιεύς, πρῶτος ὑποσχόμενος ἐπιθήσειν πρὸς τοῖν δυοῖν ὀβολοῖν... ἄλλον ὀβολόν! Diobeliam *abolevit*, ut institueret scilicet... triobeliam! Sententiam loci optime intellexit auctor Zenobii VI, 29, ubi

haec leguntur: Ἀριστοτέλης δέ φησιν ἐν τῇ Ἀθηναίων πολιτείᾳ Καλλικράτην τινὰ πρῶτον τῶν δικαστῶν τοὺς μισθοὺς εἰς ὑπερβολὴν αὐξῆσαι. Inter recentiores vero vereor ut ullus perceperit, quam salse et mordaciter Aristoteles his tribus locis popularem civitatem Atheniensium lacessiverit.

XXIV, 3: ἀρχαὶ δ' ἔνδημοι μὲν εἰς ἑπτακοσίους ἄνδρας, ὑπερόριοι δ' εἰς ἑπτακοσίους. Alterum numerum e priore falso iteratum esse minime constat, siquidem etiam paulo supra legitur: βουλὴ δὲ πεντακόσιοι, καὶ φρουροὶ νεωρίων πεντακόσιοι.

XXIV, 3: νῆες δὲ φρουρίδες εἴκοσι, ἄλλαι δὲ νῆες αἱ τοὺς φόρους ἄγουσαι τοὺς ἀπὸ τοῦ κυάμου δισχιλίους ἄνδρας. Sic papyrus. Φόρους, non φρουρούς cum Blassio et Leeuwenio, scribendum esse summo iure contendit Wilamowitzius (Aristoteles und Athen, II, p. 204 sq.): tributa enim valido praesidio munita in urbem devehere necessarium fuisse apertum est, et naves ἀργυρολόγους in socios, si qui pacta non servarent, immissas esse testatur Thucydides (III, 19, 1; IV, 50, 1; 75, 1). Idem probabiliter coniecit viros illos sorte electos esse cives, quos quotannis lex in arte navigandi et remigandi se exercere iuberet. Recte igitur post vocem ἄγουσαι lacuna statuta est. Sed nemo, quod sciam, ausus est lacunam explere, quam videlicet satis magnam esse credebant. Mihi una particula, quae quidem sexcenties excidit, inserta, omnia bene se habere videntur, modo simul in fine sententiae adicias navium numerum (quem periisse consentiunt omnes). Scripserim: ἄλλαι δὲ νῆες αἱ τοὺς φόρους ἄγουσαι καὶ τοὺς ἀπὸ τοῦ κυάμου δισχιλίους ἄνδρας εἴκοσι (vel alius numerus). Aetate belli Peloponnesiaci aliquanto plures quam duodecim naves ἀργυρολόγους fuisse efficitur e locis Thucydidis supra adlatis. Neque mirum est in iisdem navibus non solum tributa transportata esse, sed etiam classiarios stipendia fecisse; sin aliter, longe maiorem anni partem vacuae iecissent in portu.

XXIV, 3: δεσμωτῶν φύλακες. Negat Sandysius, idque summo iure, hos esse carcerarios et carnifices, quippe quorum munere

apud Athenienses fungerentur servi publici. Suspicatur igitur hoc nomine designari τοὺς ἕνδεκα: hos enim posteriore aetate δεσμοφύλακας appellatos esse. Sed undecimviri procul dubio adnumerandi sunt ταῖς ἐνδήμοις ἀρχαῖς, quas Aristoteles paulo supra suo loco commemoravit. Mea sententia δεσμωτῶν φύλακες erant custodes, puta e militibus veteranis delecti, qui ante portam carceris in statione erant et circa muros eius excubias agebant. Eiusmodi custodia vix carere poterant qui carceri praeerant, si recte sumpsit Wilamowitzius (Aristoteles und Athen, II, p. 206, 10) Athenienses non reos tantum, sed etiam captivos in vincula publica conicere solitos fuisse.

XXV, 3: βουλόμενος δὲ καταλυθῆναι τὴν βουλὴν ὁ Θεμιστοκλῆς. Neque adversativa neque copulativa coniunctio hoc loco tolerari potest. Scribendum esse videtur: βουλόμενος δή. Cf. XXVII, 4: πρὸς δὴ ταύτην τὴν χορηγίαν ἐπιλειπόμενος ὁ Περικλῆς τῇ οὐσίᾳ.

XXVIII, 5: δοκεῖ μέντοι μὴ παρέργως ἀποφαινομένοις οὐχ, ὥσπερ αὐτὸν διαβάλλουσι, πάσας τὰς πολιτείας καταλύειν (sc. Theramenes), ἀλλὰ πάσας προάγειν, ἕως μηδὲν παρανομοῖεν. Thalheimius dubitanter proposuit: ἐδόκει, quod verum esse non potest; non enim quid olim nonnulli, sed quid ipse de Theramene sentiat, Aristoteli significare in animo est. Requiri tamen videtur praeteritum pro infinitivis praesentis καταλύειν et προάγειν (cf. huius capitis § 3: Κλέων ὁ Κλεαινέτου, ὃς δοκεῖ μάλιστα διαφθεῖραι τὸν δῆμον), praesertim cum post coniunctionem ἕως sequatur optativus. Quapropter fuit cum conicerem legendum esse: πάσας τὰς πολιτείας καταλύειν (ἐπιχειρῆσαι), ἀλλὰ πάσας προάγειν. Cf. Aristot. Polit. V, 5, p. 1304, a, 26 sq.: ἐπεχείρησαν καταλύειν τὸν δῆμον, ibid. 7, p. 1307, b, 10 sq.: τοῦτον τὸν νόμον λύειν ἐπεχείρησαν, 19: τῶν ἐπιχειρησάντων νεωτερίζειν. Ἀθ. πολ. XV, 2; 4; XIX, 2; XX, 3: τὴν μὲν βουλὴν ἐπειρᾶτο καταλύειν. Nunc vero καταλύειν et προάγειν pro infinitivo imperfecti qui dicitur habeo, cui non solum post verba dicendi et sentiendi, sed etiam post δοκεῖν locum esse documento est locus Isocratis, Archid. 98: δόξομεν γὰρ τὸν παρελθόντα χρόνον ἀλαζονεύεσθαι. Ex magna grammatica

Graeca, quam conscripserunt Kuehner Gerth (cf. II, 1, p. 193 sq.) hoc non eruas: docet Madvigius in libello de syntaxi Graeca, cui suum hodie manet pretium (§ 171, b, 2).

XXIX, 1: *ἕως μὲν οὖν ἰσόρροπα τὰ πράγματα κατὰ τὸν πόλεμον ἦν, διεφύλαττον τὴν δημοκρατίαν, ἐπεὶ δὲ μετὰ τὴν ἐν Σικελίᾳ γενομένην συμφορὰν ἰσχυρότατα τὰ τῶν Λακεδαιμονίων ἐγένετο διὰ τὴν πρὸς βασιλέα συμμαχίαν...*

Consentiunt hodie viri docti Iosephum Mayor traditam vocem *ἰσχυρότατα* recte mutasse in *ἰσχυρότερα* [1]). Necessariam hanc coniecturam esse nego: et hoc dici poterat et illud.

XXXIII, 1: *τὰ πράγματα παρέδωκαν τοῖς πεντακισχιλίοις τοῖς ἐκ τῶν ὅπλων.* Non inutile videtur adnotare *τὰ ὅπλα* apud Xenophontem compluribus locis dici *τοὺς ὁπλίτας*. Cf. Anab. II, 2, 4: *ἕπεσθε... τὰ μὲν ὑποζύγια ἔχοντες πρὸς τοῦ ποταμοῦ, τὰ δὲ ὅπλα ἔξω*, III, 2, 36: *πλαίσιον ποιησαμένους τῶν ὅπλων*, 3, 7; 4, 26; Cyri Inst. VIII, 8, 24. Idem huius vocabuli usus occurrit apud Sophoclem, Antig. vs. 115 sq.:

πολλῶν μεθ' ὅπλων
ξύν θ' ἱπποκόμοις κορύθεσσι,

i. e. *μετὰ πολλῶν ὁπλιτῶν καὶ πολλῶν ἱππέων*, et apud Eurip. Phoen. 112 sq., ubi de eadem expeditione militari agens haec dicit:

οὐ γάρ τι φαύλως ἦλθε Πολυνείκης χθόνα
πολλοῖς μὲν ἵπποις, μυρίοις δ' ὅπλοις βρέμων. [2])

Apparet igitur apud Aristotelem *τοῖς πεντακισχιλίοις τοῖς ἐκ τῶν ὅπλων* dictum esse pro: *τοῖς πεντακισχιλίοις τοῖς ἐκ τῶν ὁπλιτῶν*, scilicet, ut hoc addam, ex iis hoplitis, qui, sicut lex iubebat, ipsi impensas armorum suorum praestabant. Non enim si belli necessitate coacta respublica etiam *θῆτας* aliquot scutis et galeis exornasset, hos nunc iura hoplitis concessa usurpare fas erat. Contra in verbis Thucydidis, VIII, 97, 2: *εἶναι δὲ αὐτῶν* (sc. *τῶν πεντακισχιλίων*) *ὁπόσοι καὶ ὅπλα παρέ-*

---

1) Class. Rev. 1891, p. 113: „*ἰσχυρότατα*... Should this be *ἰσχυρότερα*?"
2) Cf. Callim. Epigr. XXI, 3.

χονται subaudiendum est: *τοὺς ὁπλίτας ὁπόσοι καὶ ὅπλα παρέχονται*. Manifestum enim est non si qui leno vel caupo vel *ἀδύνατος* nummis arma parasset, eum propterea unquam *τοῖς πεντακισχιλίοις* adscribi potuisse. Cf. XXIX, 5: *τοῖς δυνατωτάτοις καὶ τοῖς σώμασιν καὶ τοῖς χρήμασιν λῃτουργεῖν μὴ ἔλαττον ἢ πεντακισχιλίοις*.

MEDESICASTA.

SCRIPSIT

I. SIX.

Septem fere anni sunt ex quo Conradus Kuiper, nuper amicis suis studiisque inexspectate morte abreptus, in Societate nostra Amstelodamensi, cui *Graeca* nomen est, de rebus egit quae neque Graecae essent neque Troianae, quarum tamen in Iliade manifesta exstarent vestigia.

Nihil, quantum scio, de eo genere in lucem edidit.

Sed meam quoniam tunc mentem ad Polygnoti convertit Medesicastam, decreveram viro amicissimo disputatiunculam quandam meam offerre de insigni loco quem mulier illa in pictoris obtinuerit Iliuperside, et eo quidem die offerre qui nostra opera festus illi futurus esset.

Quem quoniam, eheu, non vidit ipse, hac nunc egregio viro philologo, optime et de nostra disciplina merito, piae sunto inferiae!

Ergo inter Andromacham, quae filiolum viri fortis, in quo non coniugem tantum perditit, strenue pugnans adhuc servavit et Polyxenam, miserrimam illam puellam, e cuius oculis, insontibus, cum a Graecis necaretur, totus belli terror relucere videbatur, eximio igitur loco, Medesicastam pinxit Polygnotus, notham Priami filiam, cuius semel tota Iliade fit mentio his verbis XIII, 170 sqq.:

> *Τεῦκρος δὲ πρῶτος Τελαμώνιος ἄνδρα κατέκτα,*
> *Ἴμβρίον αἰχμητήν, πολυΐππου Μέντορος υἱόν.*
> *ναῖε δὲ Πήδαιον, πρὶν ἐλθεῖν υἷας Ἀχαιῶν,*
> *κούρην δὲ Πριάμοιο νόθην ἔχε, Μηδεσικάστην·*
> *αὐτὰρ ἐπεὶ Δαναῶν νέες ἤλυθον ἀμφιέλισσαι,*

ἂψ εἰς Ἴλιον ἦλθε, μετέπρεπε δὲ Τρώεσσιν
ναῖε δὲ πὰρ Πριάμῳ· ὃ δὲ μιν τίεν ἶσα τέκεσσιν.
τόν ῥ' υἱὸς Τελαμῶνος ὑπ' οὔατος ἔγχεϊ μακρῷ
νύξ, ἐκ δ' ἔσπασεν ἔγχος· ὃ δ' αὖτ' ἔπεσεν, μελίη ὥς,
ἥτ' ὄρεος κορυφῇ ἕκαθεν περιφαινομένοιο
χαλκῷ ταμνομένη τέρενα χθονὶ φῦλλα πελάσσῃ·
ὣς πέσεν· ἀμφὶ δὲ οἱ βράχε τεύχεα ποικίλα χαλκῷ.

Iam olim certabatur ubi terrarum situm fuerit illud Pedaeum unde Imbrius oriendus esset. Certe Caricum sonat nomen eius. In Caria non tantum Mercurius Imbramus et Imbrasus vocabatur, non solum *imbr*, literae in nominibus Caricis saepius occurrunt, sed et in Caria *urbem* fuisse Imbrum verisimile est, quin *mons* fuerit *Imbrus* non est quod dubitemus.

Sed sit sane Pedaeum in Troade situm vel in Thracia, vel ubicumque terrarum, nihil tamen obstabat quominus Polygnotus aut Cnidii, quibus ille Leschen suam pinxit, Imbrium sibi ut Carem vindicarent, et, cum ille diu ante Troiam captam cecidisset, uxorem eius, iam marito orbam, quamvis humili stirpe natam, in media opere et quasi primario loco ponerent.

Sic illa comparari potest cum Iaso illo, qui quod tam insignem in Necuia locum tenet, rectissime Carolus Robert eo explicat quod origine Car fuerit, nec iam amplius cum illo hunc cum Iliuperside contextum longis ambagibus indagare necesse est.

Et ut Iasus Car cum Phoco Phocensi in Necuia amicitia iungitur, sic Medesicasta captiva in Iliuperside proximi erant Epeius, et ille Phocensis, et Neoptolemus, qui pro Delphis ipsis, ubi sepultus erat, stabat.

Sed in nostra hac terra infelici nil nisi bellum et damna, Aiacis facinus, saevitiam Epei, caedem virorum, mulierum luctum, urbis ruinam, profugorum maerorem pinxisse videtur nobilis ille ethographus; contra apud inferos non poenas dant nisi scelerati et impii, sacris vero initiatos aut de patria bene meritos viros fortes et poetas beata quiete frui demonstravit.

Doctrina illa pictoris verecunda prolata non prohibuit antiquos ne bella gererent. Durat ferrea aetas, ut ante bellum Trojanum, sic et hodie post tot saecula. Sed Delphis, in Amphictyonum urbe, certe iam antiquitus exstiterunt, qui

salutem generis humani, non ab armis exspectabant, sed a pace, pactione conventu sponsione firmata, fide iure legibusque fulta, quibus peregrini non hostes sed socii videbantur, genus humanum quasi immensa familia, cui Delphicus cultus centri instar esse deberet, ut umbilicus ille vittis sollemnibus ornatus, orbis terrarum credebatur.

Quae autem Otto Benndorff et Carolus Robert olim sagaci ingenio de dispositione pictarum illorum parietum protulerunt, licet nihil fere nos docuerint de figurarum forma, atque minus etiam de ductu linearum, multa tamen contulerunt ad melius intelligendum pictoris animum, quemadmodum ex iis quae de Medesicasta nos disputavimus luce clarius iterum eluxit.

ΑΛΧΑΝΙΑ.

In inscriptione Cretensi diu perperam Corcyrae tributa [1]) leguntur haec verba: *οἰκίαν ἐν τᾷ* ΑΛΧΑΝΙΑΙ *κώμᾳ* (vs. 22 sq.). Sic codex Ambrosianus; Muratorius legit ΑΛΛΑΝΙΔΙ. Iam Ziebarth coniecit: *'Αλλκρίδι*, Dittenberger: *Λαχανίδι*, Hillerus vero: *Λαχανίᾳ* simulque monuit hodie Rhodi vicum *Λαχανιάν* (i. e. hortum olitorium) dictum exstare. Coniectura est pulchra, sed non omnino necessaria; nam etiam lectio cod. Ambros. *'Αλχανίᾳ* defendi posse videtur. Sicut enim *'Αμοργός* etiam *"Αμολγος* [2]) dicebatur, vel sicut in insula Creta ex *μάρτυς* primum **μάλτυς* [3]) ortum est, deinde *μαῖτυς*, fieri potest ut nomen *'Αλχανία* ortum sit ex *'Αρχανία*. Cretae autem cum extitisse vicum *'Αχάρναν* [4]) cognorimus, qui hodie *'Αρχάναι* [5]) dicitur, quidni etiam *'Αρχανία* vico Cretensi nomen fuisse possit?

G. V.

---

1) I. G. IX, 1, 693; cf. p. 212; S. G. D. I. 3198; Syll.³ 940.
2) Herodian, II, p. 475. Cf. G. Meyer, Griech. Gramm.³, p. 235.
3) Cf. Brugmann-Thumb, Griech. Gramm. p. 94, Anm. 1.
4) Bull. de corr. hell. 1910, p. 331, 16.
5) Ibid. p. 345.

DE CONDICTIONE FURTIVA.

SCRIPSIT

J. VAN BINSBERGEN.

Haud verisimile est hanc actionem iam Ciceronis temporibus exstitisse. An vero Labeoni, qui vixit ineunte aetate imperatoria, innotuerit, alia res est. Unus ex paucissimis locis qui ad hanc quaestionem pertinent, est l. 60 § 5 Dig. 19. 2: „Messem inspiciente colono, cum alienam esse non ignorares, sustulisti. Condicere tibi frumentum dominum posse Labeo ait, et ut id faciat, colonum ex conducto cum domino acturum".

Vocabulum „*inspiciente*" sine dubio vitio laborat. Inde Mommsen legit „*in spicis cessante*". Sed fortior medela adhibenda mihi videtur.

R. von Mayr [1]) hoc fragmentum aeque sanam ac facilem intellectu speciem prae se ferre contendit. Condictio colono negatur et tantum domino conceditur. Colonus (qui nummis colit) statim separatione fructuum dominus efficitur, ut est in glossa. Melius fortasse esset dicere „quasi traditione", sed hoc minus refert. Colonus dominus fit fructuum. Videmus tamen condictionem (furtivam) hoc loco domino dari; scholiasta ad Basilica hanc ob causam messem intellegit etiamtunc solo cohaerentes fructus, quorum, quamdiu sunt in agro, dominium est apud dominum fundi. Et quia notissimum est, condictionem furtivam domino tantum competere, sic omnia recte evadunt. Sed haec significatio vocabuli messis nonnisi perraro occurrit. Est messis id, quod demessum est, quod etiam Mommsen coniectura sua agnoscit.

---

1) Die Condictio des Römischen Privatrechtes. Leipzig 1900, p. 83.

[illegible] l. 52 § [illegible] D. 47. 2 [illegible] [illegible] W[illegible] [illegible] l. 26 § 1 D. 47. 2 et l. [illegible] [illegible] l. 60 § 5 D. 13. 2 interpolatam esse i. e. [illegible] [illegible] non de condictione furtiva sed de actione furti. Fortasse legendum esse censet „*tenere te furti dominum*" pro „*condicere tibi frumentum dominum posse*".

Qua in re prorsus a vero aberrare mihi videtur.

Certo certius est fragmentum interpolatum sed ita restitutum velim, ut simul quod Labeoni debetur ei restituatur, simul a me demonstretur iam initio aetatis imperatoriae condictionem furtivam exstitisse.

Hanc rei rationem esse credo: librarius in exemplari suo ante oculos habebat: *messem in spicis non inspiciente colono.*

Cum scripsisset: *messem inspic*, aberraverunt oculi ad sequens *inspic* (in vocabulo *inspiciente*"); neglexit igitur verba *is non inspic* et per errorem sic supplevit *messem inspiciente.*

Ergo sine dubio lectio vera ac genuina est:

Messem in spic[is non inspic]iente colono e. q. s.

Quod si mecum reposueris, omnia recte procedent.

DE ALCMEONIS CORINTHII FABULA EURIPIDEA.

SCRIPSIT

TH. ZIELINSKI.

Th. Zielinski I. I. Hartmano s. p. d. Iam a. 1914, postquam me Universitas Groningana doctoratu honorario in me collato inter cives academicos ascivit, in animo mihi erat hujus tam insignis honoris gratiam quam solam poteram Vobis referre, scilicet hujus ipsius industriae, cujus tam benigni extitistis judices, specimine aliquo Annalibus Vestris inserendo. Hoc vero consilium bellum primum, quod eo ipso anno exarsit, deinde vero discordiarum civilium in Russia flammae irritum reddiderunt. Multa ex hoc tempore mutata sunt et in publica et in privata singulorum hominum vita, meque post quadraginta fere professurae Petropolitanae annos, cujus non ingratam me spero et apud collegas et apud discipulos memoriam reliquisse, antiqua mea patria, postquam ipsa resurrexit, novorum qui instabant laborum pro virili parte socium efflagitavit. Cui vocanti cum nefas duxissem non obtemperare, Varsaviam senectutis meae sedem transtuli. Varsavia igitur Tibi quoque, Vir Doctissime, hoc qualecunque est munus mitto; quod si honestissimo isto coetu non indignum judicaveris, iterum mihi auspicatissimos illos dies Groninganos mente dumtaxat recolere videbor. Vale.

Dabam mensis Maji d. 27 a. D. MCMXXII.

I.

Alcmeonem Corinthium simul cum Bacchabus et Iphigenia Aulidensi post mortem demum poetae scaenae commissam esse constat: apud posteros tamen longe iniquiore usa est fortuna, quae cum has benigne usque ad nostra conservaverit tempora, illam oblivionis situ obtegi est passa. Quae res utpote fortuita nullo pacto ipsi de praestantia fabulae quaestioni praejudicio esse debet; immo cum illas constanti favore inter pulcherrimas poetae tragoedias referamus, etiam hanc illarum gemellam tanto consortio dignam fuisse suspicandum est.

Ac mythopoeiam quidem ejus a vulgata de fabula Alcmeone penitus discrepare jamdudum animadversum est; quod ut etiam lectori persuadeatur, hanc ipsam vulgatam fabulam omnium primam ei proponere libet, eam scilicet, quam — ut epicos fontes omittamus — ab Alcmeone et Epigonis Sophocleis aque ipsius Euripidis Alcmeone Psophidensi profectam ad cyclographos manasse consentaneum est.

Amphiaraus igitur, dux idem fortissimus et peritissimus augur, in matrimonium ducta Eriphyle Adrasti Argivorum regis sorore, filios ex ea procreavit duos, Alcmeonem et Amphilochum; quae propinquorum conjunctio ne ulla unquam pessumdaretur dissensione, ita inter eos compromissum erat, ut si quando mente in diversa abiissent, ad Eriphylen arbitrium deferretur. Quod cum probe sciret Polynices, qui ab Eteocle fratre expulsus ad Adrastum auxilii causa venerat filiamque ejus in matrimonium acceperat, ut invitis deis augurem sanctissimum funestae illius expeditionis socium haberet, uxorem ejus nobili illo „Harmoniae monili" corrupit. Obtemperandum fuit; antequam tamen patriam relinqueret, Alcmeonem filium majorem suprema oratione allocutus in Eriphylen uxorem mortis sibi imminentis culpam recidere puerum docet, qua re ei terribile „sanguinis ulciscendi" officium imponit. Neque eum illa spes fefellit: in effusa enim Argivorum fuga vivus a Tellure matre exceptus, illic prope Thebas in mirabili sepulcro potens et fatidicus „heros" habitat, aegro tamen et dolente animo, donec impiam avidamque conjugem merita parricidii poena consequatur.

Alcmeon interim ceterique Argivorum filii cum adulescentiae limen attigissent, belli Thebani instaurandi consilium capiunt; quam rem eis ita prospere cessuram Apollo Delphicus respondit, si Alcmeonem expeditionis ducem elegissent. Amphiaraus autem juveni ad sepulcrum ejus accedenti ita demum piam castamque fore portendit Epigonorum — ita enim appellati sunt — societatem, si prius „sanguinis ulciscendi" officio satisfecisset. Hoc modo infelix medius inter duo oracula captus ad extremam necessitatem redactus est, ut matris cruorem deo patrique libaret; quo facinore perpetrato Thebas quidem feliciter una cum Epigonis cepit, ipse tamen post captam urbem a Furiis agitari coeptus est.

Prima aerumnoso lux affulsit Psophide in Arcadia Phegei regis benignitate, qui cum sanguinis materni nefas arte Apollinea solvisset, filiam ei in matrimonium dedit, quam Sophocles Alphesiboeam, Euripides Arsinoen nominat; ei ille pro dono nuptiali — quid enim aliud potuit? — fatale illud, quod matri occisae detraxerat, monile tradidit. Brevi tamen expertus est communem illum ritum ad matris sanguinem abluendum non sufficere: redintegrato Furiarum impetu Psophidem uxoremque relinquere coactus oraculum accepit eam demum terram ei perfugio fore, quae matricidii ab eo perpetrati testis non fuisset. Hanc aliquando in insula invenit novissimis Acheloi fluctibus exaggerata; ipse deus eum purificat purificatoque Callirrhoen filiam in matrimonium tradit... Haec omnia nunc breviter et jejune secundum aridam cyclographorum famam referuntur; in tragoedia autem non potuit iterum absolvi iterumque uxorem ducere parricida nisi prioris absolutionis priorisque matrimonii oblitus. Nec mirum: fuit enim illud breve refrigerium Psophidense quasi parva oasis inter duo infinita amentiae inconscientiaeque deserta. Qua re quantus tragicis affectibus tragicaeque peripetiae oblatus sit campus quivis intelleget.

Utut est, reviviscente paulatim viri memoria omnia rescivit Callirrhoe, summaque se ab eo affectam esse injuria rata Harmoniae monile priori donatum uxori ut sibi traderetur postulavit. Nec sane recusandum fuit Alcmeoni, nisi in aeternum Noctis filiarum imperium subituro. Reversus igitur Psophidem

donum suum ab amantissima et ab omni suspicione remotissima Alphesiboea accepit, cum id se Apolline postulante Delphos dedicaturum esse diceret. Neque id ei tamen impune cessit: fratres enim puellae cum a comite ejus verum rescivissent multiplicis perfidiae convictum occiderunt ornamentumque occiso ademptum sorori restituerunt. Tum vero in furorem conversus est amor: ut viri mortem ulcisceretur, fratres interfecit — et tum demum fatale aurum tot hominum cruore conspersum Apollinis Delphici tutelae commissum conquievit.

II.

Haec, inquam, vulgata est de Alcmeone fama, quam posteriorum indagationi integram relinquere placet; nunc ad Corinthium pergimus, cujus notitiam brevi, sed admodum pretioso Apollodori (III 94—95) excerpto debemus. Ita enim ille:

1) „Secundum autem Euripidem Alcmeon per insaniae tempora ex Manto Tiresiae filia duos liberos procreavit, Amphilochum et Tisiphonen.

2) Quos cum Corinthum asportasset, Creonti Corinthiorum regi educandos reliquit.

3) Et Tisiphone quidem cum pulcherrima virgo facta esset, a regina trans regni fines vendita est, metuente, ne eam Creon in matrimonium duceret.

4) Emit eam autem Alcmeon, emptam nec agnitam secum ancillae loco habuit.

5) Cum postmodo liberorum reposcendorum causa Corinthum venisset, etiam filium accepit.

6) Amphilochus autem secundum Apollinis vaticinium Argos Amphilochicum condidit".

Alcmeonis Corinthii Euripideae hoc esse argumentum ex primis statim excerpti verbis evincitur; facile tamen concedetur ad ipsam fabulae actionem unam solam ex sex §§ pertinere, quintam dico, cum quattuor priores res referant ante fabulae exordium gestas, in prologo haud dubie cum spectatoribus communicatas, sexta futuras praeoccupet ab ipso Apolline more Euripideo ex machina nuntiatas. Et de hoc quidem constat; de prologizonte neque Welckerus neque alius

quisquam [1]) quidquam conjicere ausus est. Alcmeonem eum non fuisse ex §§ tertia et quarta sequitur; neque enim dubitandum est quin poeta patris et filiae anagnorismon ad ipsius tragoediae scaenam lyricodramaticam, quales in Electra, Ione, Hypsipyle nobis relictae sunt, reservaverit. Iam cum ceteris fabulae personis arcanus rerum conexus etiam minus cognitus esse potuerit, restat ut eundem Apollinem et prima et ultima verba pronuntiasse statuamus. Quae res nil sane quod displiceat habet; eadem enim etiam aequalis Baccharum fabulae est ratio, in qua prologi auctorem Bacchum etiam in exodo ex machina futura vaticinantem habemus.

Post Apollinis igitur in prologo discessum Alcmeonem intrantem videmus Tisiphones ancillae ductu incertos passus legentem... sed priusquam in fabulae progressum inquiramus singulas §§ Apollodoreas perlustrare praestat.

III.

§ 1. Alcmeoni insano insanos Mantus amores cur addiderit Euripides si quis quaerere velit, ei reputandum erit Amphilochum, qui in hac fabula filius ejus fuisse fingitur, inter nobilissimos fabulosae antiquitatis augures relatum esse. Qui cum in vulgata quam supra exposuimus traditione Amphiarai filius perhibeatur, vates a vate patre fatidicam facultatem accepisse non inepte est creditus. Hoc ipsum immutavit Euripides, cum patrem ei Alcmeonem daret; qui cum ipse fatidica potestate careret, necesse erat aliunde, hoc est a matre, eam filio transmissam fuisse. Sequitur ut quid causae poetae fuerit quaeramus, cur Alcmeoni potius quam Amphiarao filium adiceret Amphilochum; qua de re nobis infra (cap. VIII) agendum erit.

---

1) Welckerus enim (die griechischen Tragoedien II 579 sqq.) solus, quod equidem sciam, sed felicissimo acumine in fabulae argumentum inquisivit; Hartungi irrita, ut fere semper, fuit opera; ac ne Basedowius quidem peculiari dissertatione „*de Euripidis fabula quae inscribitur* 'A. ὁ διὰ K." (Berol. 1872) quidquam nisi eruditionis specimen praestitit. P. autem Girard disceptatiuncula s. t. *la trilogie chez Euripide* (Rev. des ét. gr. XVII 1904, 149 sqq.) cum aliqua de Macedonica poetae peregrinatione memoratu non indigna protulisset, nostrae fabulae argumentum nullis observationibus ditavit.

Iam si fatidica mater desiderabatur, de nomine nulla exoriri potuit dubitatio: Epigoni enim cum Thebas cepissent, voti suscepti memores se „pulcherrimam praedae partem" Apollini dedicaturos esse, Tiresiae nuper defuncti filiam Delphos miserunt (Apollod. III 85). Hoc epicum commentum utilem poetae ansam ad cetera fingenda praebuit. Potuit ita rem instituere, ut Alcmeon utpote belli imperator quasi novus Agamemnon novae Cassandrae amore caperetur simulque noxam et furias Ajacis Oilei imitaretur; vel ita, ut jam vesanum ad Orestae exemplum Delphos profectum in antiquam suam captivam incidentem induceret [1]). Utram viam ingressus esset, sciremus, si ipsa nobis fabula conservata esset.

§ 2. Ceterum Amphilochum Tisiphonenque geminos fuisse paene certum est. Quos cum pater renovatis erroribus Delphos reversus etiamdum infantes invenisset, secum ambos asportavit et Creonti Corinthiorum regi, hospiti haud dubie suo, educandos tradidit; matre quid interea factum sit nescitur. Eodem modo in Hypsipyla (fr. 64, 93) Iason filios suos geminos, quos Hypsipyla pepererat, matre orbatos secum avehit Orpheoque educandos relinquit.

Hic igitur Creon ab illo non diversus fuisse videtur, quem postea ulta est Medea; quanquam diserte hoc testatum esse poetam non credo. Ita etiam Thebanum Creontem ex Hercule Euripideo cognitum Iocastae fratrem fuisse probe sciebant ei, qui Aeschyli Eleusinios Euripidisque Antigonam legerant; quod tamen ne ipsum quidem Herculis auctor premere voluit. Cui cum liberos suos educandos traderet Alcmeon Thyestae exemplum secutus esse videtur, qui cum exul et errabundus Pelopiam filiolam secum habere non posset, Sicyoniorum regi eam educandam tradiderat. Cur autem poeta cum totam hanc fabulam primus concinnaret Corinthiorum potissimum regem elegerit, ex eis elucebit, quae infra (cap. VIII) de tragoediae nostrae ratione politica dicturus sum.

§ 3. Odium, quod in Tisiphonen collegit Creontis uxor —

---

1) Neque enim mihi persuasit Immisch in libro de Claro scripto, qui Petropoli perlectus hic mihi praesto non est, Apollodori errore factum esse, ut pro Manto Polyidi filia, de qua admodum obscura est fama, Tiresiae filia induceretur.

Merope igitur, si idem hic fuit atque Iasonis hospes — ad ejus similitudinem confictum est, quo in Antiopen Dirce flagrabat. Hoc idem motivum (liceat enim hoc vocabulo uti hominibus non puerilis exercitationis sed rei tradendae causa latine scribentibus) etiam ad posteros transiit fabularum Romanensium scriptores: ita enim apud Xenophontem Ephesium Manto — quod ille nomen ipsum quoque ab Euripide mutuatus esse videtur — Antheam odit propter nimiam mariti sui Moeridis in eam benignitatem et trans civitatis suae fines vendendam curat.

Nobis tamen totam rem contemplantibus quaestio exoritur haud sane facilis de liberorum educatorum ratione. Quod tandem nomen fuit Tisiphonae, dum apud Creontem asservabatur? Nativum enim a patre ei inditum est ad „sanguinis ultionis" (*Φόνου τίσις*) memoriam, quod saepissime usu venisse scimus; hoc illi si etiam adultae remansit, qui tandem factum putamus, ut Alcmeon non continuo emptam sibi ancillam filiam esse agnosceret? Amphilochum porro filii loco a Creonte educatum esse videbimus; quod si eadem fuit puellae condicio, non intellegitur Meropes timor, ne eam vir suus in matrimonium duceret. Necesse est igitur ab ipso initio dolo malo rem gesserint rex et regina, scilicet ut nominibus mutatis puerum pro filio, puellam pro peregrina vel serva educarent. Talem educatorum in patrem perfidiam etiam in Apollonii regis Tyrii historia invenimus.

§ 4. Alcmeon emptam filiam ancillae loco secum habet; inde non illud solum edocemur, quod supra monui, eam a patre agnitam non esse, sed etiam aetatis, qua tum erat ille, certissimum capimus indicium. Per se enim adultae filiae patrem senem fuisse non est necesse: etiam Agamemnoni tres filiae nubiles domi florebant, qui tamen, cum Chryseidem captivam nactus est, non illam *ἱστὸν* solum *ἐποιχομένην*, sed etiam *ἐὸν λέχος ἀντιόωσαν* secum habuit. Hic tamen omnis eorum, quae a domino valente in juvene ancilla exerceri solebant, vitanda erat suspicio, ne parricidii involuntarium crimen involuntario incestu cumularetur; quod ita demum fidem invenire poterat, si s e n e x inducebatur Alcmeon. In senibus enim hoc saepius usu venisse constat; velut Soph. fr. 447 (ex Peleo):

salutem generis humani, non ab armis exspectabant, sed a pace, pactione conventu sponsione firmata, fide iure legibusque fulta, quibus peregrini non hostes sed socii videbantur, genus humanum quasi immensa familia, cui Delphicus cultus centri instar esse deberet, ut umbilicus ille vittis sollemnibus ornatus, orbis terrarum credebatur.

Quae autem Otto Benndorff et Carolus Robert olim sagaci ingenio de dispositione pictarum illorum parietum protulerunt, licet nihil fere nos docuerint de figurarum forma, atque minus etiam de ductu linearum, multa tamen contulerunt ad melius intelligendum pictoris animum, quemadmodum ex iis quae de Medesicasta nos disputavimus luce clarius iterum eluxit.

ΑΛΧΑΝΙΑ.

In inscriptione Cretensi diu perperam Corcyrae tributa [1]) leguntur haec verba: οἰκίαν ἐν τᾷ ΑΛΧΑΝΙΑΙ κώμᾳ (vs. 22 sq.). Sic codex Ambrosianus; Muratorius legit ΑΛΛΑΝΙΔΙ. Iam Ziebarth coniecit: Ἀλλκρίδι, Dittenberger: Λαχανίδι, Hillerus vero: Λαχανίᾳ simulque monuit hodie Rhodi vicum Λαχανιάν (i. e. hortum olitorium) dictum exstare. Coniectura est pulchra, sed non omnino necessaria; nam etiam lectio cod. Ambros. Ἀλχανίᾳ defendi posse videtur. Sicut enim Ἀμοργός etiam Ἄμολγος [2]) dicebatur, vel sicut in insula Creta ex μάρτυς primum *μάλτυς [3]) ortum est, deinde μαῖτυς, fieri potest ut nomen Ἀλχανία ortum sit ex Ἀρχανία. Cretae autem cum extitisse vicum Ἀχάρναν [4]) cognorimus, qui hodie Ἀρχάναι [5]) dicitur, quidni etiam Ἀρχανία vico Cretensi nomen fuisse possit?

G. V.

1) I. G. IX, 1, 693; cf. p. 212; S. G. D. I. 3198; Syll.[3] 940.
2) Herodian, II, p. 475. Cf. G. Meyer, Griech. Gramm.[3], p. 235.
3) Cf. Brugmann-Thumb, Griech. Gramm. p. 94, Anm. 1.
4) Bull. de corr. hell. 1910, p. 331, 16.
5) Ibid. p. 345.

DE CONDICTIONE FURTIVA.

SCRIPSIT

J. VAN BINSBERGEN.

Haud verisimile est hanc actionem iam Ciceronis temporibus exstitisse. An vero Labeoni, qui vixit ineunte aetate imperatoria, innotuerit, alia res est. Unus ex paucissimis locis qui ad hanc quaestionem pertinent, est l. 60 § 5 Dig. 19. 2: „Messem inspiciente colono, cum alienam esse non ignorares, sustulisti. Condicere tibi frumentum dominum posse Labeo ait, et ut id faciat, colonum ex conducto cum domino acturum".

Vocabulum „*inspiciente*" sine dubio vitio laborat. Inde Mommsen legit „*in spicis cessante*". Sed fortior medela adhibenda mihi videtur.

R. von Mayr [1]) hoc fragmentum aeque sanam ac facilem intellectu speciem prae se ferre contendit. Condictio colono negatur et tantum domino conceditur. Colonus (qui nummis colit) statim separatione fructuum dominus efficitur, ut est in glossa. Melius fortasse esset dicere „quasi traditione", sed hoc minus refert. Colonus dominus fit fructuum. Videmus tamen condictionem (furtivam) hoc loco domino dari; scholiasta ad Basilica hanc ob causam messem intellegit etiamtunc solo cohaerentes fructus, quorum, quamdiu sunt in agro, dominium est apud dominum fundi. Et quia notissimum est, condictionem furtivam domino tantum competere, sic omnia recte evadunt. Sed haec significatio vocabuli messis nonnisi perraro occurrit. Est messis id, quod demessum est, quod etiam Mommsen coniectura sua agnoscit.

---

1) Die Condictio des Römischen Privatrechtes. Leipzig 1900, p. 83.

Alibi in Pandectis, l. 52 § 8 D. 47. 2 haec sunt: „Si sulpurariae sunt in agro et inde aliquis terram egessisset abstulissetque, dominus furti aget: deinde colonus conducti actione consequitor, ut id ipsum sibi praestaretur". Quae est haec actio: actio furti an condictio furtiva? R. von Mayr praeterea laudat l. 26 § 1 D. 47. 2 et l. 83 h. t. ad docendum quid intersit inter dominum et colonum respectu actionis fonti et inde concludit l. 60 § 5 D. 19. 2 interpolatam esse i. e. ICtum hoc loco egisse non de condictione furtiva sed de actione furti. Fortasse legendum esse censet „*tenere te furti dominum*" pro „*condicere tibi frumentum dominum posse*".

Qua in re prorsus a vero aberrare mihi videtur.

Certo certius est fragmentum interpolatum sed ita restitutum velim, ut simul quod Labeoni debetur ei restituatur, simul a me demonstretur iam initio aetatis imperatoriae condictionem furtivam exstitisse.

Hanc rei rationem esse credo: librarius in exemplari suo ante oculos habebat: *messem in spicis non inspiciente colono.*

Cum scripsisset: *messem inspic*, aberraverunt oculi ad sequens *inspic* (in vocabulo *inspiciente*"); neglexit igitur verba *is non inspic* et per errorem sic supplevit *messem inspiciente.*

Ergo sine dubio lectio vera ac genuina est:

Messem in spic[is non inspic]iente colono e. q. s.

Quod si mecum reposueris, omnia recte procedent.

DE ALCMEONIS CORINTHII FABULA EURIPIDEA.

SCRIPSIT

TH. ZIELINSKI.

Th. Zielinski I. I. Hartmano s. p. d. Iam a. 1914, postquam me Universitas Groningana doctoratu honorario in me collato inter cives academicos ascivit, in animo mihi erat hujus tam insignis honoris gratiam quam solam poteram Vobis referre, scilicet hujus ipsius industriae, cujus tam benigni extitistis judices, specimine aliquo Annalibus Vestris inserendo. Hoc vero consilium bellum primum, quod eo ipso anno exarsit, deinde vero discordiarum civilium in Russia flammae irritum reddiderunt. Multa ex hoc tempore mutata sunt et in publica et in privata singulorum hominum vita, meque post quadraginta fere professurae Petropolitanae annos, cujus non ingratam me spero et apud collegas et apud discipulos memoriam reliquisse, antiqua mea patria, postquam ipsa resurrexit, novorum qui instabant laborum pro virili parte socium efflagitavit. Cui vocanti cum nefas duxissem non obtemperare, Varsaviam senectutis meae sedem transtuli. Varsavia igitur Tibi quoque, Vir Doctissime, hoc qualecunque est munus mitto; quod si honestissimo isto coetu non indignum judicaveris, iterum mihi auspicatissimos illos dies Groninganos mente dumtaxat recolere videbor. Vale.

Dabam mensis Maji d. 27 a. D. MCMXXII.

I.

Alcmeonem Corinthium simul cum Bacchabus et Iphigenia Aulidensi post mortem demum poetae scaenae commissam esse constat: apud posteros tamen longe iniquiore usa est fortuna, quae cum has benigne usque ad nostra conservaverit tempora, illam oblivionis situ obtegi est passa. Quae res utpote fortuita nullo pacto ipsi de praestantia fabulae quaestioni praejudicio esse debet; immo cum illas constanti favore inter pulcherrimas poetae tragoedias referamus, etiam hanc illarum gemellam tanto consortio dignam fuisse suspicandum est.

Ac mythopoeiam quidem ejus a vulgata de fabula Alcmeone penitus discrepare jamdudum animadversum est; quod ut etiam lectori persuadeatur, hanc ipsam vulgatam fabulam omnium primam ei proponere libet, eam scilicet, quam — ut epicos fontes omittamus — ab Alcmeone et Epigonis Sophocleis aque ipsius Euripidis Alcmeone Psophidensi profectam ad cyclographos manasse consentaneum est.

Amphiaraus igitur, dux idem fortissimus et peritissimus augur, in matrimonium ducta Eriphyle Adrasti Argivorum regis sorore, filios ex ea procreavit duos, Alcmeonem et Amphilochum; quae propinquorum conjunctio ne ulla unquam pessumdaretur dissensione, ita inter eos compromissum erat, ut si quando mente in diversa abiissent, ad Eriphylen arbitrium deferretur. Quod cum probe sciret Polynices, qui ab Eteocle fratre expulsus ad Adrastum auxilii causa venerat filiamque ejus in matrimonium acceperat, ut invitis deis augurem sanctissimum funestae illius expeditionis socium haberet, uxorem ejus nobili illo „Harmoniae monili" corrupit. Obtemperandum fuit; antequam tamen patriam relinqueret, Alcmeonem filium majorem suprema oratione allocutus in Eriphylen uxorem mortis sibi imminentis culpam recidere puerum docet, qua re ei terribile „sanguinis ulciscendi" officium imponit. Neque eum illa spes fefellit: in effusa enim Argivorum fuga vivus a Tellure matre exceptus, illic prope Thebas in mirabili sepulcro potens et fatidicus „heros" habitat, aegro tamen et dolente animo, donec impiam avidamque conjugem merita parricidii poena consequatur.

Alcmeon interim ceterique Argivorum filii cum adulescentiae limen attigissent, belli Thebani instaurandi consilium capiunt; quam rem eis ita prospere cessuram Apollo Delphicus respondit, si Alcmeonem expeditionis ducem elegissent. Amphiaraus autem juveni ad sepulcrum ejus accedenti ita demum piam castamque fore portendit Epigonorum — ita enim appellati sunt — societatem, si prius „sanguinis ulciscendi" officio satisfecisset. Hoc modo infelix medius inter duo oracula captus ad extremam necessitatem redactus est, ut matris cruorem deo patrique libaret; quo facinore perpetrato Thebas quidem feliciter una cum Epigonis cepit, ipse tamen post captam urbem a Furiis agitari coeptus est.

Prima aerumnoso lux affulsit Psophide in Arcadia Phegei regis benignitate, qui cum sanguinis materni nefas arte Apollinea solvisset, filiam ei in matrimonium dedit, quam Sophocles Alphesiboeam, Euripides Arsinoen nominat; ei ille pro dono nuptiali — quid enim aliud potuit? — fatale illud, quod matri occisae detraxerat, monile tradidit. Brevi tamen expertus est communem illum ritum ad matris sanguinem abluendum non sufficere: redintegrato Furiarum impetu Psophidem uxoremque relinquere coactus oraculum accepit eam demum terram ei perfugio fore, quae matricidii ab eo perpetrati testis non fuisset. Hanc aliquando in insula invenit novissimis Acheloi fluctibus exaggerata; ipse deus eum purificat purificatoque Callirrhoen filiam in matrimonium tradit... Haec omnia nunc breviter et jejune secundum aridam cyclographorum famam referuntur; in tragoedia autem non potuit iterum absolvi iterumque uxorem ducere parricida nisi prioris absolutionis priorisque matrimonii oblitus. Nec mirum: fuit enim illud breve refrigerium Psophidense quasi parva oasis inter duo infinita amentiae inconscientiaeque deserta. Qua re quantus tragicis affectibus tragicaeque peripetiae oblatus sit campus quivis intelleget.

Utut est, reviviscente paulatim viri memoria omnia rescivit Callirrhoe, summaque se ab eo affectam esse injuria rata Harmoniae monile priori donatum uxori ut sibi traderetur postulavit. Nec sane recusandum fuit Alcmeoni, nisi in aeternum Noctis filiarum imperium subituro. Reversus igitur Psophidem

donum suum ab amantissima et ab omni suspicione remotissima Alphesiboea accepit, cum id se Apolline postulante Delphos dedicaturum esse diceret. Neque id ei tamen impune cessit: fratres enim puellae cum a comite ejus verum rescivissent multiplicis perfidiae convictum occiderunt ornamentumque occiso ademptum sorori restituerunt. Tum vero in furorem conversus est amor: ut viri mortem ulcisceretur, fratres interfecit — et tum demum fatale aurum tot hominum cruore conspersum Apollinis Delphici tutelae commissum conquievit.

II.

Haec, inquam, vulgata est de Alcmeone fama, quam posteriorum indagationi integram relinquere placet; nunc ad Corinthium pergimus, cujus notitiam brevi, sed admodum pretioso Apollodori (III 94—95) excerpto debemus. Ita enim ille:

1) „Secundum autem Euripidem Alcmeon per insaniae tempora ex Manto Tiresiae filia duos liberos procreavit, Amphilochum et Tisiphonen.

2) Quos cum Corinthum asportasset, Creonti Corinthiorum regi educandos reliquit.

3) Et Tisiphone quidem cum pulcherrima virgo facta esset, a regina trans regni fines vendita est, metuente, ne eam Creon in matrimonium duceret.

4) Emit eam autem Alcmeon, emptam nec agnitam secum ancillae loco habuit.

5) Cum postmodo liberorum reposcendorum causa Corinthum venisset, etiam filium accepit.

6) Amphilochus autem secundum Apollinis vaticinium Argos Amphilochicum condidit".

Alcmeonis Corinthii Euripideae hoc esse argumentum ex primis statim excerpti verbis evincitur; facile tamen concedetur ad ipsam fabulae actionem unam solam ex sex §§ pertinere, quintam dico, cum quattuor priores res referant ante fabulae exordium gestas, in prologo haud dubie cum spectatoribus communicatas, sexta futuras praeoccupet ab ipso Apolline more Euripideo ex machina nuntiatas. Et de hoc quidem constat; de prologizonte neque Welckerus neque alius

quisquam [1]) quidquam conjicere ausus est. Alcmeonem eum non fuisse ex §§ tertia et quarta sequitur; neque enim dubitandum est quin poeta patris et filiae anagnorismon ad ipsius tragoediae scaenam lyricodramaticam, quales in Electra, Ione, Hypsipyle nobis relictae sunt, reservaverit. Iam cum ceteris fabulae personis arcanus rerum conexus etiam minus cognitus esse potuerit, restat ut eundem Apollinem et prima et ultima verba pronuntiasse statuamus. Quae res nil sane quod displiceat habet; eadem enim etiam aequalis Baccharum fabulae est ratio, in qua prologi auctorem Bacchum etiam in exodo ex machina futura vaticinantem habemus.

Post Apollinis igitur in prologo discessum Alcmeonem intrantem videmus Tisiphones ancillae ductu incertos passus legentem... sed priusquam in fabulae progressum inquiramus singulas §§ Apollodoreas perlustrare praestat.

III.

§ 1. Alcmeoni insano insanos Mantus amores cur addiderit Euripides si quis quaerere velit, ei reputandum erit Amphilochum, qui in hac fabula filius ejus fuisse fingitur, inter nobilissimos fabulosae antiquitatis augures relatum esse. Qui cum in vulgata quam supra exposuimus traditione Amphiarai filius perhibeatur, vates a vate patre fatidicam facultatem accepisse non inepte est creditus. Hoc ipsum immutavit Euripides, cum patrem ei Alcmeonem daret; qui cum ipse fatidica potestate careret, necesse erat aliunde, hoc est a matre, eam filio transmissam fuisse. Sequitur ut quid causae poetae fuerit quaeramus, cur Alcmeoni potius quam Amphiarao filium addiceret Amphilochum; qua de re nobis infra (cap. VIII) agendum erit.

---

1) Welckerus enim (die griechischen Tragoedien II 579 sqq.) solus, quod equidem sciam, sed felicissimo acumine in fabulae argumentum inquisivit; Hartungi irrita, ut fere semper, fuit opera; ac ne Basedowius quidem peculiari dissertatione *„de Euripidis fabula quae inscribitur* 'A. ὁ διὰ K." (Berol. 1872) quidquam nisi eruditionis specimen praestitit. P. autem Girard disceptatiuncula s. t. *la trilogie chez Euripide* (Rev. des ét. gr. XVII 1904, 149 sqq.) cum aliqua de Macedonica poetae peregrinatione memoratu non indigna protulisset, nostrae fabulae argumentum nullis observationibus ditavit.

donum suum ab amantissima et ab omni suspicione remotissima Alphesiboea accepit, cum id se Apolline postulante Delphos dedicaturum esse diceret. Neque id ei tamen impune cessit: fratres enim puellae cum a comite ejus verum rescivissent multiplicis perfidiae convictum occiderunt ornamentumque occiso ademptum sorori restituerunt. Tum vero in furorem conversus est amor: ut viri mortem ulcisceretur, fratres interfecit — et tum demum fatale aurum tot hominum cruore conspersum Apollinis Delphici tutelae commissum conquievit.

II.

Haec, inquam, vulgata est de Alcmeone fama, quam posteriorum indagationi integram relinquere placet; nunc ad Corinthium pergimus, cujus notitiam brevi, sed admodum pretioso Apollodori (III 94—95) excerpto debemus. Ita enim ille:

1) „Secundum autem Euripidem Alcmeon per insaniae tempora ex Manto Tiresiae filia duos liberos procreavit, Amphilochum et Tisiphonen.

2) Quos cum Corinthum asportasset, Creonti Corinthiorum regi educandos reliquit.

3) Et Tisiphone quidem cum pulcherrima virgo facta esset, a regina trans regni fines vendita est, metuente, ne eam Creon in matrimonium duceret.

4) Emit eam autem Alcmeon, emptam nec agnitam secum ancillae loco habuit.

5) Cum postmodo liberorum reposcendorum causa C[illegible] venisset, etiam filium accepit.

6) Amphilochus autem secundum Apollinis vatic[illegible] Amphilochicum condidit".

Alcmeonis Corinthii Euripideae [illegible] a[illegible] primis statim excerpti verbis evin[illegible]le[illegible] tur ad ipsam fabulae actionem [illegible]m[illegible] nere, quintam dico, cum quat[illegible]es[illegible] fabulae exordium gestas, in [illegible]au[illegible] toribus communicatas, sexta [illegible]ae[illegible] line more Euripideo ex ma[illegible] dem constat; de prologizo[illegible]

quisquam [1]) quidquam conjicere ausus est. Alcmeonem eum non fuisse ex §§ tertia et quarta sequitur; neque enim dubitandum est quin poeta patris et filiae anagnorismon ad ipsius tragoediae scaenam lyricodramaticam, quales in Electra, Ione, Hypsipyle nobis relictae sunt, reservaverit. Iam cum ceteris fabulae personis arcanus rerum conexus etiam minus cognitus esse potuerit, restat ut eundem Apollinem et prima et ultima verba pronuntiasse statuamus. Quae res nil sane quod displiceat habet; eadem enim etiam aequalis Baccharum fabulae est ratio, in qua prologi auctorem Bacchum etiam in exodo ex machina futura vaticinantem habemus.

Post Apollinis igitur in prologo discessum Alcmeonem intrantem videmus Tisiphones ancillae ductu incertos passus legentem... sed priusquam in fabulae progressum inquiramus singulas §§ Apollodoreas perlustrare praestat.

III.

§ 1. Alcmeoni insano insanos Mantus amores cur addiderit Euripides si quis quaerere velit, ei reputandum erit Amphilochum, qui in hac fabula filius ejus fuisse fingitur, inter nobilissimos fabulosae antiquitatis augures relatum esse. Qui cum in vulgata quam supra exposuimus traditione Amphiarai filius perhibeatur, vates a vate patre fatidicam facultatem accepisse non inepte est creditus. Hoc ipsum immutavit Euripides, cum patrem ei Alcmeonem daret; qui cum ipse fatidica [...]te careret, necesse erat aliunde, hoc est a matre, eam [...]nsmissam fuisse. Sequitur ut quid causae poetae fuerit [...]s, cur Alcmeoni potius quam Amphiarao filium ad[...] Amphilochum; qua de re nobis infra (cap. VIII) [...] erit.

[1]) [...]erus enim (die griechische[...]en II 579 sqq.) solus, quod [...]m, sed felicissimo acumin[...]gumentum inquisivit; Hartungi [...]re semper, fuit opera; [...]ius quidem peculiari disserta[...] *[...]ripidis fabula quae in[...]* [...]ὰ K." (Berol. 1872) quidquam [...]nis specimen praesti[...]rd disceptatiuncula s. t. *la tri[...] [...]uripide* (Rev. des [...], 149 sqq.) cum aliqua de Ma[...]tae peregrinatione[...]digna protulisset, nostrae fabulae [...] nullis observati[...]

MEDESICASTA.

SCRIPSIT

I. SIX.

Septem fere anni sunt ex quo Conradus Kuiper, nuper amicis suis studiisque inexspectate morte abreptus, in Societate nostra Amstelodamensi, cui *Graeca* nomen est, de rebus egit quae neque Graecae essent neque Troianae, quarum tamen in Iliade manifesta exstarent vestigia.

Nihil, quantum scio, de eo genere in lucem edidit.

Sed meam quoniam tunc mentem ad Polygnoti convertit Medesicastam, decreveram viro amicissimo disputatiunculam quandam meam offerre de insigni loco quem mulier illa in pictoris obtinuerit Iliuperside, et eo quidem die offerre qui nostra opera festus illi futurus esset.

Quem quoniam, eheu, non vidit ipse, hac nunc egregio viro philologo, optime et de nostra disciplina merito, piae sunto inferiae!

Ergo inter Andromacham, quae filiolum viri fortis, in quo non coniugem tantum perditit, strenue pugnans adhuc servavit et Polyxenam, miserrimam illam puellam, e cuius oculis, insontibus, cum a Graecis necaretur, totus belli terror relucere videbatur, eximio igitur loco, Medesicastam pinxit Polygnotus, notham Priami filiam, cuius semel tota Iliade fit mentio his verbis XIII, 170 sqq.:

> Τεῦκρος δὲ πρῶτος Τελαμώνιος ἄνδρα κατέκτα,
> Ἴμβρίον αἰχμητήν, πολυΐππου Μέντορος υἱόν.
> ναῖε δὲ Πήδαιον, πρὶν ἐλθεῖν υἷας Ἀχαιῶν,
> κούρην δὲ Πριάμοιο νόθην ἔχε, Μηδεσικάστην·
> αὐτὰρ ἐπεὶ Δαναῶν νέες ἤλυθον ἀμφιέλισσαι,

ἂψ εἰς Ἴλιον ἦλθε, μετέπρεπε δὲ Τρώεσσιν
ναῖε δὲ πὰρ Πριάμῳ· ὅ δὲ μιν τίεν ἶσα τέκεσσιν.
τόν ῥ' υἱὸς Τελαμῶνος ὑπ' οὔατος ἔγχεϊ μακρῷ
νύξ, ἐκ δ' ἔσπασεν ἔγχος· ὁ δ' αὖτ' ἔπεσεν, μελίη ὥς,
ἥτ' ὄρεος κορυφῇ ἕκαθεν περιφαινομένοιο
χαλκῷ ταμνομένη τέρενα χθονὶ φῦλλα πελάσσῃ·
ὣς πέσεν· ἀμφὶ δὲ οἱ βράχε τεύχεα ποικίλα χαλκῷ.

Iam olim certabatur ubi terrarum situm fuerit illud Pedaeum unde Imbrius oriendus esset. Certe Caricum sonat nomen eius. In Caria non tantum Mercurius Imbramus et Imbrasus vocabatur, non solum *imbr*, literae in nominibus Caricis saepius occurrunt, sed et in Caria *urbem* fuisse Imbrum verisimile est, quin *mons* fuerit *Imbrus* non est quod dubitemus.

Sed sit sane Pedaeum in Troade situm vel in Thracia, vel ubicumque terrarum, nihil tamen obstabat quominus Polygnotus aut Cnidii, quibus ille Leschen suam pinxit, Imbrium sibi ut Carem vindicarent, et, cum ille diu ante Troiam captam cecidisset, uxorem eius, iam marito orbam, quamvis humili stirpe natam, in media opere et quasi primario loco ponerent.

Sic illa comparari potest cum Iaso illo, qui quod tam insignem in Necuia locum tenet, rectissime Carolus Robert eo explicat quod origine Car fuerit, nec iam amplius cum illo hunc cum Iliuperside contextum longis ambagibus indagare necesse est.

Et ut Iasus Car cum Phoco Phocensi in Necuia amicitia iungitur, sic Medesicasta captiva in Iliuperside proximi erant Epeius, et ille Phocensis, et Neoptolemus, qui pro Delphis ipsis, ubi sepultus erat, stabat.

Sed in nostra hac terra infelici nil nisi bellum et damna, Aiacis facinus, saevitiam Epei, caedem virorum, mulierum luctum, urbis ruinam, profugorum maerorem pinxisse videtur nobilis ille ethographus; contra apud inferos non poenas dant nisi scelerati et impii, sacris vero initiatos aut de patria bene meritos viros fortes et poetas beata quiete frui demonstravit.

Doctrina illa pictoris verecunda prolata non prohibuit antiquos ne bella gererent. Durat ferrea aetas, ut ante bellum Trojanum, sic et hodie post tot saecula. Sed Delphis, in Amphictyonum urbe, certe iam antiquitus exstiterunt, qui

salutem generis humani, non ab armis exspectabant, sed a pace, pactione conventu sponsione firmata, fide iure legibusque fulta, quibus peregrini non hostes sed socii videbantur, genus humanum quasi immensa familia, cui Delphicus cultus centri instar esse deberet, ut umbilicus ille vittis sollemnibus ornatus, orbis terrarum credebatur.

Quae autem Otto Benndorff et Carolus Robert olim sagaci ingenio de dispositione pictarum illorum parietum protulerunt, licet nihil fere nos docuerint de figurarum forma, atque minus etiam de ductu linearum, multa tamen contulerunt ad melius intelligendum pictoris animum, quemadmodum ex iis quae de Medesicasta nos disputavimus luce clarius iterum eluxit.

ΑΛΧΑΝΙΑ.

In inscriptione Cretensi diu perperam Corcyrae tributa [1]) leguntur haec verba: *οἰκίαν ἐν τᾷ* ΑΛΧΑΝΙΑΙ *κώμᾳ* (vs. 22 sq.). Sic codex Ambrosianus; Muratorius legit ΑΛΛΑΝΙΔΙ. Iam Ziebarth coniecit: *'Αλλχρίδι*, Dittenberger: *Λαχανίδι*, Hillerus vero: *Λαχανίᾳ* simulque monuit hodie Rhodi vicum *Λαχανιάν* (i. e. hortum olitorium) dictum exstare. Coniectura est pulchra, sed non omnino necessaria; nam etiam lectio cod. Ambros. *'Αλχανίᾳ* defendi posse videtur. Sicut enim *'Αμοργός* etiam *"Αμολγος* [2]) dicebatur, vel sicut in insula Creta ex *μάρτυς* primum **μάλτυς* [3]) ortum est, deinde *μαῖτυς*, fieri potest ut nomen *'Αλχανία* ortum sit ex *'Αρχανία*. Cretae autem cum extitisse vicum *'Αχάρναν* [4]) cognorimus, qui hodie *'Αρχάναι* [5]) dicitur, quidni etiam *'Αρχανία* vico Cretensi nomen fuisse possit?

G. V.

---

1) I. G. IX, 1, 693; cf. p. 212; S. G. D. I. 3198; Syll.[3] 940.
2) Herodian, II, p. 475. Cf. G. Meyer, Griech. Gramm.[3], p. 235.
3) Cf. Brugmann-Thumb, Griech. Gramm. p. 94, Anm. 1.
4) Bull. de corr. hell. 1910, p. 331, 16.
5) Ibid. p. 345.

DE CONDICTIONE FURTIVA.

SCRIPSIT

J. VAN BINSBERGEN.

Haud verisimile est hanc actionem iam Ciceronis temporibus exstitisse. An vero Labeoni, qui vixit ineunte aetate imperatoria, innotuerit, alia res est. Unus ex paucissimis locis qui ad hanc quaestionem pertinent, est l. 60 § 5 Dig. 19. 2: „Messem inspiciente colono, cum alienam esse non ignorares, sustulisti. Condicere tibi frumentum dominum posse Labeo ait, et ut id faciat, colonum ex conducto cum domino acturum".

Vocabulum „*inspiciente*" sine dubio vitio laborat. Inde Mommsen legit „*in spicis cessante*". Sed fortior medela adhibenda mihi videtur.

R. von Mayr [1]) hoc fragmentum aeque sanam ac facilem intellectu speciem prae se ferre contendit. Condictio colono negatur et tantum domino conceditur. Colonus (qui nummis colit) statim separatione fructuum dominus efficitur, ut est in glossa. Melius fortasse esset dicere „quasi traditione", sed hoc minus refert. Colonus dominus fit fructuum. Videmus tamen condictionem (furtivam) hoc loco domino dari; scholiasta ad Basilica hanc ob causam messem intellegit etiamtunc solo cohaerentes fructus, quorum, quamdiu sunt in agro, dominium est apud dominum fundi. Et quia notissimum est, condictionem furtivam domino tantum competere, sic omnia recte evadunt. Sed haec significatio vocabuli messis nonnisi perraro occurrit. Est messis id, quod demessum est, quod etiam Mommsen coniectura sua agnoscit.

---

1) Die Condictio des Römischen Privatrechtes. Leipzig 1900, p. 83.

Alibi in Pandectis, l. 52 § 8 D. 47. 2 haec sunt: „Si sulpurariae sunt in agro et inde aliquis terram egessisset abstulissetque, dominus furti aget: deinde colonus conducti actione consequitor, ut id ipsum sibi praestaretur". Quae est haec actio: actio furti an condictio furtiva? R. von Mayr praeterea laudat l. 26 § 1 D. 47. 2 et l. 83 h. t. ad docendum quid intersit inter dominum et colonum respectu actionis fonti et inde concludit l. 60 § 5 D. 19. 2 interpolatam esse i. e. ICtum hoc loco egisse non de condictione furtiva sed de actione furti. Fortasse legendum esse censet „*tenere te furti dominum*" pro „*condicere tibi frumentum dominum posse*".

Qua in re prorsus a vero aberrare mihi videtur.

Certo certius est fragmentum interpolatum sed ita restitutum velim, ut simul quod Labeoni debetur ei restituatur, simul a me demonstretur iam initio aetatis imperatoriae condictionem furtivam exstitisse.

Hanc rei rationem esse credo: librarius in exemplari suo ante oculos habebat: *messem in spicis non inspiciente colono.*

Cum scripsisset: *messem inspic*, aberraverunt oculi ad sequens *inspic* (in vocabulo *inspiciente*"); neglexit igitur verba *is non inspic* et per errorem sic supplevit *messem inspiciente.*

Ergo sine dubio lectio vera ac genuina est:

Messem in spic[is non inspic]iente colono e. q. s.

Quod si mecum reposueris, omnia recte procedent.

DE ALCMEONIS CORINTHII FABULA EURIPIDEA.

SCRIPSIT

TH. ZIELINSKI.

Th. Zielinski I. I. Hartmano s. p. d. Iam a. 1914, postquam me Universitas Groningana doctoratu honorario in me collato inter cives academicos ascivit, in animo mihi erat hujus tam insignis honoris gratiam quam solam poteram Vobis referre, scilicet hujus ipsius industriae, cujus tam benigni extitistis judices, specimine aliquo Annalibus Vestris inserendo. Hoc vero consilium bellum primum, quod eo ipso anno exarsit, deinde vero discordiarum civilium in Russia flammae irritum reddiderunt. Multa ex hoc tempore mutata sunt et in publica et in privata singulorum hominum vita, meque post quadraginta fere professurae Petropolitanae annos, cujus non ingratam me spero et apud collegas et apud discipulos memoriam reliquisse, antiqua mea patria, postquam ipsa resurrexit, novorum qui instabant laborum pro virili parte socium efflagitavit. Cui vocanti cum nefas duxissem non obtemperare, Varsaviam senectutis meae sedem transtuli. Varsavia igitur Tibi quoque, Vir Doctissime, hoc qualecunque est munus mitto; quod si honestissimo isto coetu non indignum judicaveris, iterum mihi auspicatissimos illos dies Groninganos mente dumtaxat recolere videbor. Vale.

Dabam mensis Maji d. 27 a. D. MCMXXII.

I.

Alcmeonem Corinthium simul cum Bacchabus et Iphigenia Aulidensi post mortem demum poetae scaenae commissam esse constat: apud posteros tamen longe iniquiore usa est fortuna, quae cum has benigne usque ad nostra conservaverit tempora, illam oblivionis situ obtegi est passa. Quae res utpote fortuita nullo pacto ipsi de praestantia fabulae quaestioni praejudicio esse debet; immo cum illas constanti favore inter pulcherrimas poetae tragoedias referamus, etiam hanc illarum gemellam tanto consortio dignam fuisse suspicandum est.

Ac mythopoeiam quidem ejus a vulgata de fabula Alcmeone penitus discrepare jamdudum animadversum est; quod ut etiam lectori persuadeatur, hanc ipsam vulgatam fabulam omnium primam ei proponere libet, eam scilicet, quam — ut epicos fontes omittamus — ab Alcmeone et Epigonis Sophocleis aque ipsius Euripidis Alcmeone Psophidensi profectam ad cyclographos manasse consentaneum est.

Amphiaraus igitur, dux idem fortissimus et peritissimus augur, in matrimonium ducta Eriphyle Adrasti Argivorum regis sorore, filios ex ea procreavit duos, Alcmeonem et Amphilochum; quae propinquorum conjunctio ne ulla unquam pessumdaretur dissensione, ita inter eos compromissum erat, ut si quando mente in diversa abiissent, ad Eriphylen arbitrium deferretur. Quod cum probe sciret Polynices, qui ab Eteocle fratre expulsus ad Adrastum auxilii causa venerat filiamque ejus in matrimonium acceperat, ut invitis deis augurem sanctissimum funestae illius expeditionis socium haberet, uxorem ejus nobili illo „Harmoniae monili" corrupit. Obtemperandum fuit; antequam tamen patriam relinqueret, Alcmeonem filium majorem suprema oratione allocutus in Eriphylen uxorem mortis sibi imminentis culpam recidere puerum docet, qua re ei terribile „sanguinis ulciscendi" officium imponit. Neque eum illa spes fefellit: in effusa enim Argivorum fuga vivus a Tellure matre exceptus, illic prope Thebas in mirabili sepulcro potens et fatidicus „heros" habitat, aegro tamen et dolente animo, donec impiam avidamque conjugem merita parricidii poena consequatur.

Alcmeon interim ceterique Argivorum filii cum adulescentiae limen attigissent, belli Thebani instaurandi consilium capiunt; quam rem eis ita prospere cessuram Apollo Delphicus respondit, si Alcmeonem expeditionis ducem elegissent. Amphiaraus autem juveni ad sepulcrum ejus accedenti ita demum piam castamque fore portendit Epigonorum — ita enim appellati sunt — societatem, si prius „sanguinis ulciscendi" officio satisfecisset. Hoc modo infelix medius inter duo oracula captus ad extremam necessitatem redactus est, ut matris cruorem deo patrique libaret; quo facinore perpetrato Thebas quidem feliciter una cum Epigonis cepit, ipse tamen post captam urbem a Furiis agitari coeptus est.

Prima aerumnoso lux affulsit Psophide in Arcadia Phegei regis benignitate, qui cum sanguinis materni nefas arte Apollinea solvisset, filiam ei in matrimonium dedit, quam Sophocles Alphesiboeam, Euripides Arsinoen nominat; ei ille pro dono nuptiali — quid enim aliud potuit? — fatale illud, quod matri occisae detraxerat, monile tradidit. Brevi tamen expertus est communem illum ritum ad matris sanguinem abluendum non sufficere: redintegrato Furiarum impetu Psophidem uxoremque relinquere coactus oraculum accepit eam demum terram ei perfugio fore, quae matricidii ab eo perpetrati testis non fuisset. Hanc aliquando in insula invenit novissimis Acheloi fluctibus exaggerata; ipse deus eum purificat purificatoque Callirrhoen filiam in matrimonium tradit... Haec omnia nunc breviter et jejune secundum aridam cyclographorum famam referuntur; in tragoedia autem non potuit iterum absolvi iterumque uxorem ducere parricida nisi prioris absolutionis priorisque matrimonii oblitus. Nec mirum: fuit enim illud breve refrigerium Psophidense quasi parva oasis inter duo infinita amentiae inconscientiaeque deserta. Qua re quantus tragicis affectibus tragicaeque peripetiae oblatus sit campus quivis intelleget.

Utut est, reviviscente paulatim viri memoria omnia rescivit Callirrhoe, summaque se ab eo affectam esse injuria rata Harmoniae monile priori donatum uxori ut sibi traderetur postulavit. Nec sane recusandum fuit Alcmeoni, nisi in aeternum Noctis filiarum imperium subituro. Reversus igitur Psophidem

[illegible]

II.

Haec, inquam, vulgata est de Alcmeone fama, quam posteriorum indagationi integram relinquere placet: nunc ad Corinthium pergimus, cujus notitiam brevi, sed admodum pretioso Apollodori (III 94—95) excerpto debemus. Ita enim ille:

1) „Secundum autem Euripidem Alcmeon per insaniae tempora ex Manto Tiresiae filia duos liberos procreavit, Amphilochum et Tisiphonen.

2) Quos cum Corinthum asportasset, Creonti Corinthiorum regi educandos reliquit.

3) Et Tisiphone quidem cum pulcherrima virgo facta esset, a regina trans regni fines vendita est, metuente, ne eam Creon in matrimonium duceret.

4) Emit eam autem Alcmeon, emptam nec agnitam secum ancillae loco habuit.

5) Cum postmodo liberorum reposcendorum causa Corinthum venisset, etiam filium accepit.

6) Amphilochus autem secundum Apollinis vaticinium Argos Amphilochicum condidit".

Alcmeonis Corinthii Euripideae hoc esse argumentum ex primis statim excerpti verbis evincitur; facile tamen concedetur ad ipsam fabulae actionem unam solam ex sex §§ pertinere, quintam dico, cum quattuor priores res referant ante fabulae exordium gestas, in prologo haud dubie cum spectatoribus communicatas, sexta futuras praeoccupet ab ipso Apolline more Euripideo ex machina nuntiatas. Et de hoc quidem constat; de prologizonte neque Welckerus neque alius

quisquam [1]) quidquam conjicere ausus est. Alcmeonem eum non fuisse ex §§ tertia et quarta sequitur; neque enim dubitandum est quin poeta patris et filiae anagnorismon ad ipsius tragoediae scaenam lyricodramaticam, quales in Electra, Ione, Hypsipyle nobis relictae sunt, reservaverit. Iam cum ceteris fabulae personis arcanus rerum conexus etiam minus cognitus esse potuerit, restat ut eundem Apollinem et prima et ultima verba pronuntiasse statuamus. Quae res nil sane quod displiceat habet; eadem enim etiam aequalis Baccharum fabulae est ratio, in qua prologi auctorem Bacchum etiam in exodo e x m a c h i n a futura vaticinantem habemus.

Post Apollinis igitur in prologo discessum Alcmeonem intrantem videmus Tisiphones ancillae ductu incertos passus legentem... sed priusquam in fabulae progressum inquiramus singulas §§ Apollodoreas perlustrare praestat.

III.

§ 1. Alcmeoni insano insanos Mantus amores cur addiderit Euripides si quis quaerere velit, ei reputandum erit Amphilochum, qui in hac fabula filius ejus fuisse fingitur, inter nobilissimos fabulosae antiquitatis augures relatum esse. Qui cum in vulgata quam supra exposuimus traditione Amphiarai filius perhibeatur, vates a vate patre fatidicam facultatem accepisse non inepte est creditus. Hoc ipsum immutavit Euripides, cum patrem ei Alcmeonem daret; qui cum ipse fatidica potestate careret, necesse erat aliunde, hoc est a matre, eam filio transmissam fuisse. Sequitur ut quid causae poetae fuerit quaeramus, cur Alcmeoni potius quam Amphiarao filium addiceret Amphilochum; qua de re nobis infra (cap. VIII) agendum erit.

---

1) Welckerus enim (die griechischen Tragoedien II 579 sqq.) solus, quod equidem sciam, sed felicissimo acumine in fabulae argumentum inquisivit; Hartungi irrita, ut fere semper, fuit opera; ac ne Basedowius quidem peculiari dissertatione *„de Euripidis fabula quae inscribitur* 'A. ὁ διὰ K." (Berol. 1872) quidquam nisi eruditionis specimen praestitit. P. autem Girard disceptatiuncula s. t. *la trilogie chez Euripide* (Rev. des ét. gr. XVII 1904, 149 sqq.) cum aliqua de Macedonica poetae peregrinatione memoratu non indigna protulisset, nostrae fabulae argumentum nullis observationibus ditavit.

donum suum ab amantissima et ab omni suspicione remotissima Alphesiboea accepit, cum id se Apolline postulante Delphos dedicaturum esse diceret. Neque id ei tamen impune cessit: fratres enim puellae cum a comite ejus verum rescivissent multiplicis perfidiae convictum occiderunt ornamentumque occiso ademptum sorori restituerunt. Tum vero in furorem conversus est amor: ut viri mortem ulcisceretur, fratres interfecit — et tum demum fatale aurum tot hominum cruore conspersum Apollinis Delphici tutelae commissum conquievit.

II.

Haec, inquam, vulgata est de Alcmeone fama, quam posteriorum indagationi integram relinquere placet; nunc ad Corinthium pergimus, cujus notitiam brevi, sed admodum pretioso Apollodori (III 94—95) excerpto debemus. Ita enim ille:

1) „Secundum autem Euripidem Alcmeon per insaniae tempora ex Manto Tiresiae filia duos liberos procreavit, Amphilochum et Tisiphonen.

2) Quos cum Corinthum asportasset, Creonti Corinthiorum regi educandos reliquit.

3) Et Tisiphone quidem cum pulcherrima virgo facta esset, a regina trans regni fines vendita est, metuente, ne eam Creon in matrimonium duceret.

4) Emit eam autem Alcmeon, emptam nec agnitam secum ancillae loco habuit.

5) Cum postmodo liberorum reposcendorum causa Corinthum venisset, etiam filium accepit.

6) Amphilochus autem secundum Apollinis vaticinium Argos Amphilochicum condidit".

Alcmeonis Corinthii Euripideae hoc esse argumentum ex primis statim excerpti verbis evincitur; facile tamen concedetur ad ipsam fabulae actionem unam solam ex sex §§ pertinere, quintam dico, cum quattuor priores res referant ante fabulae exordium gestas, in prologo haud dubie cum spectatoribus communicatas, sexta futuras praeoccupet ab ipso Apolline more Euripideo ex machina nuntiatas. Et de hoc quidem constat; de prologizonte neque Welckerus neque alius

quisquam [1]) quidquam conjicere ausus est. Alcmeonem eum non fuisse ex §§ tertia et quarta sequitur; neque enim dubitandum est quin poeta patris et filiae anagnorismon ad ipsius tragoediae scaenam lyricodramaticam, quales in Electra, Ione, Hypsipyle nobis relictae sunt, reservaverit. Iam cum ceteris fabulae personis arcanus rerum conexus etiam minus cognitus esse potuerit, restat ut eundem Apollinem et prima et ultima verba pronuntiasse statuamus. Quae res nil sane quod displiceat habet; eadem enim etiam aequalis Baccharum fabulae est ratio, in qua prologi auctorem Bacchum etiam in exodo ex machina futura vaticinantem habemus.

Post Apollinis igitur in prologo discessum Alcmeonem intrantem videmus Tisiphones ancillae ductu incertos passus legentem... sed priusquam in fabulae progressum inquiramus singulas §§ Apollodoreas perlustrare praestat.

III.

§ 1. Alcmeoni insano insanos Mantus amores cur addiderit Euripides si quis quaerere velit, ei reputandum erit Amphilochum, qui in hac fabula filius ejus fuisse fingitur, inter nobilissimos fabulosae antiquitatis augures relatum esse. Qui cum in vulgata quam supra exposuimus traditione Amphiarai filius perhibeatur, vates a vate patre fatidicam facultatem accepisse non inepte est creditus. Hoc ipsum immutavit Euripides, cum patrem ei Alcmeonem daret; qui cum ipse fatidica potestate careret, necesse erat aliunde, hoc est a matre, eam filio transmissam fuisse. Sequitur ut quid causae poetae fuerit quaeramus, cur Alcmeoni potius quam Amphiarao filium addiceret Amphilochum; qua de re nobis infra (cap. VIII) agendum erit.

---

1) Welckerus enim (die griechischen Tragoedien II 579 sqq.) solus, quod equidem sciam, sed felicissimo acumine in fabulae argumentum inquisivit; Hartungi irrita, ut fere semper, fuit opera; ac ne Basedowius quidem peculiari dissertatione *„de Euripidis fabula quae inscribitur* 'A. ὁ διὰ K." (Berol. 1872) quidquam nisi eruditionis specimen praestitit. P. autem Girard disceptatiuncula s. t. *la trilogie chez Euripide* (Rev. des ét. gr. XVII 1904, 149 sqq.) cum aliqua de Macedonica poetae peregrinatione memoratu non indigna protulisset, nostrae fabulae argumentum nullis observationibus ditavit.

Iam si fatidica mater desiderabatur, de nomine nulla exoriri potuit dubitatio: Epigoni enim cum Thebas cepissent, voti suscepti memores se „pulcherrimam praedae partem" Apollini dedicaturos esse, Tiresiae nuper defuncti filiam Delphos miserunt (Apollod. III 85). Hoc epicum commentum utilem poetae ansam ad cetera fingenda praebuit. Potuit ita rem instituere, ut Alcmeon utpote belli imperator quasi novus Agamemnon novae Cassandrae amore caperetur simulque noxam et furias Ajacis Oilei imitaretur; vel ita, ut jam vesanum ad Orestae exemplum Delphos profectum in antiquam suam captivam incidentem induceret [1]). Utram viam ingressus esset, sciremus, si ipsa nobis fabula conservata esset.

§ 2. Ceterum Amphilochum Tisiphonenque geminos fuisse paene certum est. Quos cum pater renovatis erroribus Delphos reversus etiamdum infantes invenisset, secum ambos asportavit et Creonti Corinthiorum regi, hospiti haud dubie suo, educandos tradidit; matre quid interea factum sit nescitur. Eodem modo in Hypsipyla (fr. 64, 93) Iason filios suos geminos, quos Hypsipyla pepererat, matre orbatos secum avehit Orpheoque educandos relinquit.

Hic igitur Creon ab illo non diversus fuisse videtur, quem postea ulta est Medea; quanquam diserte hoc testatum esse poetam non credo. Ita etiam Thebanum Creontem ex Hercule Euripideo cognitum Iocastae fratrem fuisse probe sciebant ei, qui Aeschyli Eleusinios Euripidisque Antigonam legerant; quod tamen ne ipsum quidem Herculis auctor premere voluit. Cui cum liberos suos educandos traderet Alcmeon Thyestae exemplum secutus esse videtur, qui cum exul et errabundus Pelopiam filiolam secum habere non posset, Sicyoniorum regi eam educandam tradiderat. Cur autem poeta cum totam hanc fabulam primus concinnaret Corinthiorum potissimum regem elegerit, ex eis elucebit, quae infra (cap. VIII) de tragoediae nostrae ratione politica dicturus sum.

§ 3. Odium, quod in Tisiphonen collegit Creontis uxor —

---

1) Neque enim mihi persuasit Immisch in libro de Claro scripto, qui Petropoli perlectus hic mihi praesto non est, Apollodori errore factum esse, ut pro Manto Polyidi filia, de qua admodum obscura est fama, Tiresiae filia induceretur.

Merope igitur, si idem hic fuit atque Iasonis hospes — ad ejus similitudinem confictum est, quo in Antiopen Dirce flagrabat. Hoc idem motivum (liceat enim hoc vocabulo uti hominibus non puerilis exercitationis sed rei tradendae causa latine scribentibus) etiam ad posteros transiit fabularum Romanensium scriptores: ita enim apud Xenophontem Ephesium Manto — quod ille nomen ipsum quoque ab Euripide mutuatus esse videtur — Antheam odit propter nimiam mariti sui Moeridis in eam benignitatem et trans civitatis suae fines vendendam curat.

Nobis tamen totam rem contemplantibus quaestio exoritur haud sane facilis de liberorum educatorum ratione. Quod tandem nomen fuit Tisiphonae, dum apud Creontem asservabatur? Nativum enim a patre ei inditum est ad „sanguinis ultionis" (φόνου τίσις) memoriam, quod saepissime usu venisse scimus; hoc illi si etiam adultae remansit, qui tandem factum putamus, ut Alcmeon non continuo emptam sibi ancillam filiam esse agnosceret? Amphilochum porro filii loco a Creonte educatum esse videbimus; quod si eadem fuit puellae condicio, non intellegitur Meropes timor, ne eam vir suus in matrimonium duceret. Necesse est igitur ab ipso initio dolo malo rem gesserint rex et regina, scilicet ut nominibus mutatis puerum pro filio, puellam pro peregrina vel serva educarent. Talem educatorum in patrem perfidiam etiam in Apollonii regis Tyrii historia invenimus.

§ 4. Alcmeon emptam filiam ancillae loco secum habet; inde non illud solum edocemur, quod supra monui, eam a patre agnitam non esse, sed etiam aetatis, qua tum erat ille, certissimum capimus indicium. Per se enim adultae filiae patrem senem fuisse non est necesse: etiam Agamemnoni tres filiae nubiles domi florebant, qui tamen, cum Chryseidem captivam nactus est, non illam ἱστὸν solum ἐποιχομένην, sed etiam ἐὸν λέχος ἀντιόωσαν secum habuit. Hic tamen omnis eorum, quae a domino valente in juvene ancilla exerceri solebant, vitanda erat suspicio, ne parricidii involuntarium crimen involuntario incestu cumularetur; quod ita demum fidem invenire poterat, si senex inducebatur Alcmeon. In senibus enim hoc saepius usu venisse constat; velut Soph. fr. 447 (ex Peleo):

οἰκουρὸς μόνη
παιδεύω πάλιν.

... plane et Thebas cepit et Tisiphonen pro... Quid Oedipus? Nonne et ipse, cum juvenis ... procreasset, senectute confectus adultam exilii comitem habet? Nec sine causa ad Oedipum Coloneum provocavi; sed de ejus affinitate infra dicetur.

IV.

Haec omnia, quae hucusque ... tantum ... Apollodori § ... Quae res ... locum ... prudenter et acute Weicker... cum ... pergamus. ...

„Parodum ...

ab aliquot ...

fuisse jam ...

mento (74 N ...

... Paris. ... Corin- ... ipsi ... Alcmeon senex ... animos vene- ... Hoc ... Oedipi ... initium; ... credo tantos ... Muellerum, ... Oedipum sci- ... adultam, nullo

pacto Alcmeoni Euripideae, licet et ipsi postumae, exemplum praebere potuisse. Hoc ipsum tamen num recte ponatur quaerendum est.

Didascalias nobis pro certissimo disquisitionum chronologicarum fundamento esse nemo peritus unquam negavit; constat igitur semperque constabit et Oedipum Coloneum et Alcmeonem Corinthium post mortem demum poetarum scaenae commissas esse. Unamquamque porro fabulam paucis antequam spectaretur mensibus compositam esse prudenter praesumitur; hanc tamen meram esse praesumptionem et per se patet et recte a Wilamowitzio (Eur. Her. I^2 135 sq.) monitum est; quas enim turbas concitaremus, si e. g. eadem praesumptione Fausti posterioris nullam partem vivo poeta cuiquam innotuisse contenderemus! Potest igitur fieri, ut hic vel illic ab hac praesumptione decedendum sit; quam licentiam nobis et pudenter et raro nec nisi validissima coactis ratione sumendam esse non est quod moneam.

Iam Oedipi Colonei ea est ratio, ut magnam ejus partem aliquot ante poetae mortem annis compositam esse putandum sit. Primum enim trimetri formam aliquanto in hac fabula severiorem esse quam in Philocteta jam dudum animadversum est; quae res cum non ex poetae arbitrio pendeat — quis enim sanus poetam digitis aut calculis credet solutos iambos computasse? — sed ex arcana et inconsciente sensus metrici evolutione, gravissimo nobis esse debet argumento. Tum vero incredibiles turbas movit Phoenissarum (a. 409 actarum) vss. 1703 sqq. cum Oedipo Coloneo affinitas; nam et ad interpretationes portentosas et ad atheteses arbitrarias confugerunt viri docti, modo ne id quod simplicissimum est concederent, scilicet notam fuisse Euripidi, cum hos versus conscriberet, posteriorem Sophoclis fabulam Oedipodeam. Quod quomodo fieri potuerit ut pro certo nunquam scire licebit, ita conjectura admodum probabili assequi possumus; lectitasse enim Sophoclem in eo, quod ab ipso conditum erat Museo poemata sua praesentibus cum aliis tum maxime Euripide perquam est verisimile.

Nil igitur obstat, quominus Alcmeonis quoque parodum ad illius fabulae similitudinem compositam esse ponamus; quae

Alibi in Pandectis, l. 52 § 8 D. 47. 2 haec sunt: „Si sulpurariae sunt in agro et inde aliquis terram egessisset abstulissetque, dominus furti aget: deinde colonus conducti actione consequitor, ut id ipsum sibi praestaretur". Quae est haec actio: actio furti an condictio furtiva? R. von Mayr praeterea laudat l. 26 § 1 D. 47. 2 et l. 83 h. t. ad docendum quid intersit inter dominum et colonum respectu actionis fonti et inde concludit l. 60 § 5 D. 19. 2 interpolatam esse i. e. ICtum hoc loco egisse non de condictione furtiva sed de actione furti. Fortasse legendum esse censet „*tenere te furti dominum*" pro „*condicere tibi frumentum dominum posse*".

Qua in re prorsus a vero aberrare mihi videtur.

Certo certius est fragmentum interpolatum sed ita restitutum velim, ut simul quod Labeoni debetur ei restituatur, simul a me demonstretur iam initio aetatis imperatoriae condictionem furtivam exstitisse.

Hanc rei rationem esse credo: librarius in exemplari suo ante oculos habebat: *messem in spicis non inspiciente colono.*

Cum scripsisset: *messem inspic*, aberraverunt oculi ad sequens *inspic* (in vocabulo *inspiciente*"); neglexit igitur verba *is non inspic* et per errorem sic supplevit *messem inspiciente.*

Ergo sine dubio lectio vera ac genuina est:

Messem in spic[is non inspic]iente colono e. q. s.

Quod si mecum reposueris, omnia recte procedent.

DE ALCMEONIS CORINTHII FABULA EURIPIDEA.

SCRIPSIT

TH. ZIELINSKI.

Th. Zielinski I. I. Hartmann s. p. d. Iam a. 1914, postquam me Universitas Groningana doctoratu honorario in me collato inter cives academicos ascivit, in animo mihi erat hujus tam insignis honoris gratiam, quam solam poteram, Vobis referre, scilicet hujus ipsius industriae, cujus tam benigni extitistis judices, specimine aliquo Annalibus Vestris inserendo. Hoc vero consilium bellum primum, quod eo ipso anno exarsit, deinde vero discordiarum civilium in Russia flammae irritum reddiderunt. Multa ex hoc tempore mutata sunt et in publica et in privata singulorum hominum vita, meque post quadraginta fere professurae Petropolitanae annos, cujus non ingratam me spero et apud collegas et apud discipulos memoriam reliquisse, antiqua mea patria, postquam ipsa resurrexit, novorum qui instabant laborum pro virili parte socium efflagitavit. Cui vocanti cum nefas duxissem non obtemperare, Varsaviam senectutis meae sedem transtuli. Varsavia igitur Tibi quoque, Vir Doctissime, hoc qualecunque est munus mitto; quod si honestissimo isto coetu non indignum judicaveris, iterum mihi auspicatissimos illos dies Groninganos mente dumtaxat recolere v[illegible]. Vale.

[illegible]ensis Maji d. 27 a. D. MCMXXII.

Alibi in Pandectis, l. 52 § 8 D. 47. 2 haec sunt: „Si sulpurariae sunt in agro et inde aliquis terram egessisset abstulissetque, dominus furti aget: deinde colonus conducti actione consequitor, ut id ipsum sibi praestaretur". Quae est haec actio: actio furti an condictio furtiva? R. von Mayr praeterea laudat l. 26 § 1 D. 47. 2 et l. 83 h. t. ad docendum quid intersit inter dominum et colonum respectu actionis fonti et inde concludit l. 60 § 5 D. 19. 2 interpolatam esse i. e. ICtum hoc loco egisse non de condictione furtiva sed de actione furti. Fortasse legendum esse censet „*tenere te furti dominum*" pro „*condicere tibi frumentum dominum posse*".

Qua in re prorsus a vero aberrare mihi videtur.

Certo certius est fragmentum interpolatum sed ita restitutum velim, ut simul quod Labeoni debetur ei restituatur, simul a me demonstretur iam initio aetatis imperatoriae condictionem furtivam exstitisse.

Hanc rei rationem esse credo: librarius in exemplari suo ante oculos habebat: *messem in spicis non inspiciente colono.*

Cum scripsisset: *messem inspic*, aberraverunt oculi ad sequens *inspic* (in vocabulo *inspiciente*"); neglexit igitur verba *is non inspic* et per errorem sic supplevit *messem inspiciente.*

Ergo sine dubio lectio vera ac genuina est:

Messem in spic[is non inspic]iente colono e. q. s.

Quod si mecum reposueris, omnia recte procedent.

DE ALCMEONIS CORINTHII FABULA EURIPIDEA.

SCRIPSIT

TH. ZIELINSKI.

Th. Zielinski I. I. Hartmano s. p. d. Iam a. 1914, postquam me Universitas Groningana doctoratu honorario in me collato inter cives academicos ascivit, in animo mihi erat hujus tam insignis honoris gratiam quam solam poteram Vobis referre, scilicet hujus ipsius industriae, cujus tam benigni extitistis judices, specimine aliquo Annalibus Vestris inserendo. Hoc vero consilium bellum primum, quod eo ipso anno exarsit, deinde vero discordiarum civilium in Russia flammae irritum reddiderunt. Multa ex hoc tempore mutata sunt et in publica et in privata singulorum hominum vita, meque post quadraginta fere professurae Petropolitanae annos, cujus non ingratam me spero et apud collegas et apud discipulos memoriam reliquisse, antiqua mea patria, postquam ipsa resurrexit, novorum qui instabant laborum pro virili parte socium efflagitavit. Cui vocanti cum nefas duxissem non obtemperare, Varsaviam senectutis meae sedem transtuli. Varsavia igitur Tibi quoque, Vir Doctissime, hoc qualecunque est munus mitto; quod si honestissimo isto coetu non indignum judicaveris, iterum mihi auspicatissimos illos dies Groninganos mente dumtaxat recolere videbor. Vale.

Dabam mensis Maji d. 27 a. D. MCMXXII.

I.

Alcmeonem Corinthium simul cum Bacchabus et Iphigenia Aulidensi post mortem demum poetae scaenae commissam esse constat: apud posteros tamen longe iniquiore usa est fortuna, quae cum has benigne usque ad nostra conservaverit tempora, illam oblivionis situ obtegi est passa. Quae res utpote fortuita nullo pacto ipsi de praestantia fabulae quaestioni praejudicio esse debet; immo cum illas constanti favore inter pulcherrimas poetae tragoedias referamus, etiam hanc illarum gemellam tanto consortio dignam fuisse suspicandum est.

Ac mythopoeiam quidem ejus a vulgata de fabula Alcmeone penitus discrepare jamdudum animadversum est; quod ut etiam lectori persuadeatur, hanc ipsam vulgatam fabulam omnium primam ei proponere libet, eam scilicet, quam — ut epicos fontes omittamus — ab Alcmeone et Epigonis Sophocleis aque ipsius Euripidis Alcmeone Psophidensi profectam ad cyclographos manasse consentaneum est.

A m p h i a r a u s igitur, dux idem fortissimus et peritissimus augur, in matrimonium ducta E r i p h y l e Adrasti Argivorum regis sorore, filios ex ea procreavit duos, A l c m e o n e m et Amphilochum; quae propinquorum conjunctio ne ulla unquam pessumdaretur dissensione, ita inter eos compromissum erat, ut si quando mente in diversa abiissent, ad Eriphylen arbitrium deferretur. Quod cum probe sciret Polynices, qui ab Eteocle fratre expulsus ad Adrastum auxilii causa venerat filiamque ejus in matrimonium acceperat, ut invitis deis augurem sanctissimum funestae illius expeditionis socium haberet, uxorem ejus nobili illo „Harmoniae monili" corrupit. Obtemperandum fuit; antequam tamen patriam relinqueret, Alcmeonem filium majorem suprema oratione allocutus in Eriphylen uxorem mortis sibi imminentis culpam recidere puerum docet, qua re ei terribile „sanguinis ulciscendi" officium imponit. Neque eum illa spes fefellit: in effusa enim Argivorum fuga vivus a Tellure matre exceptus, illic prope Thebas in mirabili sepulcro potens et fatidicus „heros" habitat, aegro tamen et dolente animo, donec impiam avidamque conjugem merita parricidii poena consequatur.

Alcmeon interim ceterique Argivorum filii cum adulescentiae limen attigissent, belli Thebani instaurandi consilium capiunt; quam rem eis ita prospere cessuram Apollo Delphicus respondit, si Alcmeonem expeditionis ducem elegissent. Amphiaraus autem juveni ad sepulcrum ejus accedenti ita demum piam castamque fore portendit Epigonorum — ita enim appellati sunt — societatem, si prius „sanguinis ulciscendi" officio satisfecisset. Hoc modo infelix medius inter duo oracula captus ad extremam necessitatem redactus est, ut matris cruorem deo patrique libaret; quo facinore perpetrato Thebas quidem feliciter una cum Epigonis cepit, ipse tamen post captam urbem a Furiis agitari coeptus est.

Prima aerumnoso lux affulsit Psophide in Arcadia Phegei regis benignitate, qui cum sanguinis materni nefas arte Apollinea solvisset, filiam ei in matrimonium dedit, quam Sophocles Alphesiboeam, Euripides Arsinoen nominat; ei ille pro dono nuptiali — quid enim aliud potuit? — fatale illud, quod matri occisae detraxerat, monile tradidit. Brevi tamen expertus est communem illum ritum ad matris sanguinem abluendum non sufficere: redintegrato Furiarum impetu Psophidem uxoremque relinquere coactus oraculum accepit eam demum terram ei perfugio fore, quae matricidii ab eo perpetrati testis non fuisset. Hanc aliquando in insula invenit novissimis Acheloi fluctibus exaggerata; ipse deus eum purificat purificatoque Callirrhoen filiam in matrimonium tradit... Haec omnia nunc breviter et jejune secundum aridam cyclographorum famam referuntur; in tragoedia autem non potuit iterum absolvi iterumque uxorem ducere parricida nisi prioris absolutionis priorisque matrimonii oblitus. Nec mirum: fuit enim illud breve refrigerium Psophidense quasi parva oasis inter duo infinita amentiae inconscientiaeque deserta. Qua re quantus tragicis affectibus tragicaeque peripetiae oblatus sit campus quivis intelleget.

Utut est, reviviscente paulatim viri memoria omnia rescivit Callirrhoe, summaque se ab eo affectam esse injuria rata Harmoniae monile priori donatum uxori ut sibi traderetur postulavit. Nec sane recusandum fuit Alcmeoni, nisi in aeternum Noctis filiarum imperium subituro. Reversus igitur Psophidem

donum suum ab amantissima et ab omni suspicione remotissima Alphesiboea accepit, cum id se Apolline postulante Delphos dedicaturum esse diceret. Neque id ei tamen impune cessit: fratres enim puellae cum a comite ejus verum rescivissent multiplicis perfidiae convictum occiderunt ornamentumque occiso ademptum sorori restituerunt. Tum vero in furorem conversus est amor: ut viri mortem ulcisceretur, fratres interfecit — et tum demum fatale aurum tot hominum cruore conspersum Apollinis Delphici tutelae commissum conquievit.

II.

Haec, inquam, vulgata est de Alcmeone fama, quam posteriorum indagationi integram relinquere placet; nunc ad Corinthium pergimus, cujus notitiam brevi, sed admodum pretioso Apollodori (III 94—95) excerpto debemus. Ita enim ille:

1) „Secundum autem Euripidem Alcmeon per insaniae tempora ex Manto Tiresiae filia duos liberos procreavit, Amphilochum et Tisiphonen.

2) Quos cum Corinthum asportasset, Creonti Corinthiorum regi educandos reliquit.

3) Et Tisiphone quidem cum pulcherrima virgo facta esset, a regina trans regni fines vendita est, metuente, ne eam Creon in matrimonium duceret.

4) Emit eam autem Alcmeon, emptam nec agnitam secum ancillae loco habuit.

5) Cum postmodo liberorum reposcendorum causa Corinthum venisset, etiam filium accepit.

6) Amphilochus autem secundum Apollinis vaticinium Argos Amphilochicum condidit".

Alcmeonis Corinthii Euripideae hoc esse argumentum ex primis statim excerpti verbis evincitur; facile tamen concedetur ad ipsam fabulae actionem unam solam ex sex §§ pertinere, quintam dico, cum quattuor priores res referant ante fabulae exordium gestas, in prologo haud dubie cum spectatoribus communicatas, sexta futuras praeoccupet ab ipso Apolline more Euripideo e x m a c h i n a nuntiatas. Et de hoc quidem constat; de prologizonte neque Welckerus neque alius

quisquam [1]) quidquam conjicere ausus est. Alcmeonem eum non fuisse ex §§ tertia et quarta sequitur; neque enim dubitandum est quin poeta patris et filiae anagnorismon ad ipsius tragoediae scaenam lyricodramaticam, quales in Electra, Ione, Hypsipyle nobis relictae sunt, reservaverit. Iam cum ceteris fabulae personis arcanus rerum conexus etiam minus cognitus esse potuerit, restat ut eundem Apollinem et prima et ultima verba pronuntiasse statuamus. Quae res nil sane quod displiceat habet; eadem enim etiam aequalis Baccharum fabulae est ratio, in qua prologi auctorem Bacchum etiam in exodo ex machina futura vaticinantem habemus.

Post Apollinis igitur in prologo discessum Alcmeonem intrantem videmus Tisiphones ancillae ductu incertos passus legentem... sed priusquam in fabulae progressum inquiramus singulas §§ Apollodoreas perlustrare praestat.

III.

§ 1. Alcmeoni insano insanos Mantus amores cur addiderit Euripides si quis quaerere velit, ei reputandum erit Amphilochum, qui in hac fabula filius ejus fuisse fingitur, inter nobilissimos fabulosae antiquitatis augures relatum esse. Qui cum in vulgata quam supra exposuimus traditione Amphiarai filius perhibeatur, vates a vate patre fatidicam facultatem accepisse non inepte est creditus. Hoc ipsum immutavit Euripides, cum patrem ei Alcmeonem daret; qui cum ipse fatidica potestate careret, necesse erat aliunde, hoc est a matre, eam filio transmissam fuisse. Sequitur ut quid causae poetae fuerit quaeramus, cur Alcmeoni potius quam Amphiarao filium addiceret Amphilochum; qua de re nobis infra (cap. VIII) agendum erit.

---

1) Welckerus enim (die griechischen Tragoedien II 579 sqq.) solus, quod equidem sciam, sed felicissimo acumine in fabulae argumentum inquisivit; Hartungi irrita, ut fere semper, fuit opera; ac ne Basedowius quidem peculiari dissertatione *„de Euripidis fabula quae inscribitur* 'A. ὁ διὰ K.'' (Berol. 1872) quidquam nisi eruditionis specimen praestitit. P. autem Girard disceptatiuncula s. t. *la trilogie chez Euripide* (Rev. des ét. gr. XVII 1904, 149 sqq.) cum aliqua de Macedonica poetae peregrinatione memoratu non indigna protulisset, nostrae fabulae argumentum nullis observationibus ditavit.

Iam si fatidica mater desiderabatur, de nomine nulla exoriri potuit dubitatio: Epigoni enim cum Thebas cepissent, voti suscepti memores se „pulcherrimam praedae partem" Apollini dedicaturos esse, Tiresiae nuper defuncti filiam Delphos miserunt (Apollod. III 85). Hoc epicum commentum utilem poetae ansam ad cetera fingenda praebuit. Potuit ita rem instituere, ut Alcmeon utpote belli imperator quasi novus Agamemnon novae Cassandrae amore caperetur simulque noxam et furias Ajacis Oilei imitaretur; vel ita, ut jam vesanum ad Orestae exemplum Delphos profectum in antiquam suam captivam incidentem induceret [1]). Utram viam ingressus esset, sciremus, si ipsa nobis fabula conservata esset.

§ 2. Ceterum Amphilochum Tisiphonenque geminos fuisse paene certum est. Quos cum pater renovatis erroribus Delphos reversus etiamdum infantes invenisset, secum ambos asportavit et Creonti Corinthiorum regi, hospiti haud dubie suo, educandos tradidit; matre quid interea factum sit nescitur. Eodem modo in Hypsipyla (fr. 64, 93) Iason filios suos geminos, quos Hypsipyla pepererat, matre orbatos secum avehit Orpheoque educandos relinquit.

Hic igitur Creon ab illo non diversus fuisse videtur, quem postea ulta est Medea; quanquam diserte hoc testatum esse poetam non credo. Ita etiam Thebanum Creontem ex Hercule Euripideo cognitum Iocastae fratrem fuisse probe sciebant ei, qui Aeschyli Eleusinios Euripidisque Antigonam legerant; quod tamen ne ipsum quidem Herculis auctor premere voluit. Cui cum liberos suos educandos traderet Alcmeon Thyestae exemplum secutus esse videtur, qui cum exul et errabundus Pelopiam filiolam secum habere non posset, Sicyoniorum regi eam educandam tradiderat. Cur autem poeta cum totam hanc fabulam primus concinnaret Corinthiorum potissimum regem elegerit, ex eis elucebit, quae infra (cap. VIII) de tragoediae nostrae ratione politica dicturus sum.

§ 3. Odium, quod in Tisiphonen collegit Creontis uxor —

---

1) Neque enim mihi persuasit Immisch in libro de Claro scripto, qui Petropoli perlectus hic mihi praesto non est, Apollodori errore factum esse, ut pro Manto Polyidi filia, de qua admodum obscura est fama, Tiresiae filia induceretur.

Merope igitur, si idem hic fuit atque Iasonis hospes — ad ejus similitudinem confictum est, quo in Antiopen Dirce flagrabat. Hoc idem motivum (liceat enim hoc vocabulo uti hominibus non puerilis exercitationis sed rei tradendae causa latine scribentibus) etiam ad posteros transiit fabularum Romanensium scriptores: ita enim apud Xenophontem Ephesium Manto — quod ille nomen ipsum quoque ab Euripide mutuatus esse videtur — Antheam odit propter nimiam mariti sui Moeridis in eam benignitatem et trans civitatis suae fines vendendam curat.

Nobis tamen totam rem contemplantibus quaestio exoritur haud sane facilis de liberorum educatorum ratione. Quod tandem nomen fuit Tisiphonae, dum apud Creontem asservabatur? Nativum enim a patre ei inditum est ad „sanguinis ultionis" (*Φόνου τίσις*) memoriam, quod saepissime usu venisse scimus; hoc illi si etiam adultae remansit, qui tandem factum putamus, ut Alcmeon non continuo emptam sibi ancillam filiam esse agnosceret? Amphilochum porro filii loco a Creonte educatum esse videbimus; quod si eadem fuit puellae condicio, non intellegitur Meropes timor, ne eam vir suus in matrimonium duceret. Necesse est igitur ab ipso initio dolo malo rem gesserint rex et regina, scilicet ut nominibus mutatis puerum pro filio, puellam pro peregrina vel serva educarent. Talem educatorum in patrem perfidiam etiam in Apollonii regis Tyrii historia invenimus.

§ 4. Alcmeon emptam filiam ancillae loco secum habet; inde non illud solum edocemur, quod supra monui, eam a patre agnitam non esse, sed etiam aetatis, qua tum erat ille, certissimum capimus indicium. Per se enim adultae filiae patrem senem fuisse non est necesse: etiam Agamemnoni tres filiae nubiles domi florebant, qui tamen, cum Chryseidem captivam nactus est, non illam *ἱστὸν* solum *ἐποιχομένην*, sed etiam *ἐὸν λέχος ἀντιόωσαν* secum habuit. Hic tamen omnis eorum, quae a domino valente in juvene ancilla exerceri solebant, vitanda erat suspicio, ne parricidii involuntarium crimen involuntario incestu cumularetur; quod ita demum fidem invenire poterat, si s e n e x inducebatur Alcmeon. In senibus enim hoc saepius usu venisse constat; velut Soph. fr. 447 (ex Peleo):

Πηλέα τὸν Αἰάκειον οἰκουρὸς μόνη
γεροντάγωγῶ κἀναπαιδεύω πάλιν.

At enim juvenis plane et Thebas cepit et Tisiphonen procreavit Alcmeon. Quid Oedipus? Nonne et ipse, cum juvenis Antigonen procreasset, senectute confectus adultam exilii comitem habet? Nec sine causa ad Oedipum Coloneum provocavi; sed de ejus affinitate infra dicetur.

IV.

Haec omnia, quae hucusque disputavi, praemissas tantum dramatis attingebant; ad ipsum drama unam Apollodori § pertinere vidimus quintam: παραγενόμενος δὲ εἰς Κόρινθον ἐπὶ τὴν τῶν τέκνων ἀπαίτησιν καὶ τὸν υἱὸν κομίσασθαι. Quae res satis illa quidem jejuna quem tandem tragico πάθει locum praebere potuerit non perspicitur; hoc ipsum tamen prudenter et acute Welckerus enucleavit conjuncta Apollodori fama cum ipsius tragoediae fragmentis. Priusquam igitur ad ulteriora pergamus, ejus nobis vestigia premenda erunt.

„Parodum commi instar ad Orestis Euripideae exemplum ab aliquot choreutis et una persona ἀπὸ σκηνῆς decantatam fuisse jam C. O. Muellerus (Mus. Rh. V 361) ex fabulae fragmento (74 N) evicit:

Φίλαι, φίλαι,
πρόβατε, μόλε τις ὧδε· ποδαπὸς ὁ ξένος
Κορινθίοις ἔμολεν ἀγχιάλοις;"

quae ad parodum referri ipse citationis auctor (Anecd. Paris. I p. 20) testatur. Constabat igitur chorus e mulieribus Corinthiis; hoc primum est. Tum autem dubitari nequit, quin ipsi parodo praemissa fuerit scaena, in qua ipse Alcmeon senex filia comitante Corinthum intrabat, qua re civium animos vehementer commotos esse ex ipso fragmento concludimus. Hoc vero si recte indagatum est, non ad Orestis, sed ad Oedipi Colonei exemplum compositum est fabulae initium; qua de re primo obtutu patente vix dubitaturos fuisse credo tantos viros, Welckerum dico ejusque auctorem C. O. Muellerum, nisi rectae conclusioni obstitisset notissima res — Oedipum scilicet Coloneum, utpote postumam Sophoclis fabulam, nullo

pacto Alcmeoni Euripideae, licet et ipsi postumae, exemplum praebere potuisse. Hoc ipsum tamen num recte ponatur quaerendum est.

Didascalias nobis pro certissimo disquisitionum chronologicarum fundamento esse nemo peritus unquam negavit; constat igitur semperque constabit et Oedipum Coloneum et Alcmeonem Corinthium post mortem demum poetarum scaenae commissas esse. Unamquamque porro fabulam paucis antequam spectaretur mensibus compositam esse prudenter praesumitur; hanc tamen meram esse praesumptionem et per se patet et recte a Wilamowitzio (Eur. Her. I² 135 sq.) monitum est; quas enim turbas concitaremus, si e. g. eadem praesumptione Fausti posterioris nullam partem vivo poeta cuiquam innotuisse contenderemus! Potest igitur fieri, ut hic vel illic ab hac praesumptione decedendum sit; quam licentiam nobis et pudenter et raro nec nisi validissima coactis ratione sumendam esse non est quod moneam.

Iam Oedipi Colonei ea est ratio, ut magnam ejus partem aliquot ante poetae mortem annis compositam esse putandum sit. Primum enim trimetri formam aliquanto in hac fabula severiorem esse quam in Philocteta jam dudum animadversum est; quae res cum non ex poetae arbitrio pendeat — quis enim sanus poetam digitis aut calculis credet solutos iambos computasse? — sed ex arcana et inconsciente sensus metrici evolutione, gravissimo nobis esse debet argumento. Tum vero incredibiles turbas movit Phoenissarum (a. 409 actarum) vss. 1703 sqq. cum Oedipo Coloneo affinitas; nam et ad interpretationes portentosas et ad atheteses arbitrarias confugerunt viri docti, modo ne id quod simplicissimum est concederent, scilicet notam fuisse Euripidi, cum hos versus conscriberet, posteriorem Sophoclis fabulam Oedipodeam. Quod quomodo fieri potuerit ut pro certo nunquam scire licebit, ita conjectura admodum probabili assequi possumus; lectitasse enim Sophoclem in eo, quod ab ipso conditum erat Museo poemata sua praesentibus cum aliis tum maxime Euripide perquam est verisimile.

Nil igitur obstat, quominus Alcmeonis quoque parodum ad illius fabulae similitudinem compositam esse ponamus; quae

res ex eis, quae infra allaturi sumus, etiam magis patebit. Interim ad Welckerum revertimur.

Ita enim ille: „Ex ipso argumento necessario sequitur non sine difficultate Alcmeonem Corinthi filium suum Amphilochum recuperare potuisse; cujus rei causam vix aliam poeta fingere poterat, quam ut Creon, quippe qui filii loco illum educavisset, primo Alcmeonis postulationem respueret, donec ab ipso convinceretur". Quam suspicionem et speciosam et veram esse duo fragmenta demonstrant, quorum alterum Creontis filium, alterum regem filio orbatum exhibet.

Et prius quidem ad orationem pertinet, qua Alcmeon suum ipse filium nondum a se agnitum alloquitur (75 N.):

ὦ παῖ Κρέοντος, ὡς ἀληθὲς ἦν ἄρα,
ἐσθλῶν ἀπ' ἀνδρῶν ἐσθλὰ γίγνεσθαι τέκνα,
κακῶν δ' ὅμοια τῇ φύσει τῇ τοῦ πατρός.

Ipsi enim Creonti nullum fuisse filium ex fragmento, quod illico allaturus sum apparebit. Videtur igitur Alcmeon, cum nulla se etiamtum a Creonte injuria affectum esse comperisset, honoris causa nomen ejus usurpare; quare rectissime a Welckero prologo assignatur hoc fragmentum ex scena petitum ejus, puto, non dissimili, in qua Oedipum silente Antigona cum peripolo Coloneo colloquentem videmus.

Posterius autem fragmentum (76 N.):

ὁρᾶτε τὸν τύραννον, ὡς ἄπαις γέρων
φεύγει· φρονεῖν δὲ θνητὸν ὄντ' οὐ χρὴ μέγα

propter ipsum argumentum exodo dandum est. Et rectissime Welckerus „Creontem, quem antea superbe se et imperiose adversus Alcmeonem gessisse consentaneum est, nunc propter probrum in liberos sibi commissos perpetratum ab ipso pelli" contendit, nisi quod exilii auctorem non Alcmeonem existimaverim, cui nihil in civitatis alienae regem esse potuit juris, sed ipsum ex machina deum, Apollinem scilicet. Ita etiam in Antiopa Lycus a Mercurio exilio solum vertere jubetur, ita in Bacchabus a Libero Cadmus, a deo ex machina uterque.

Hic igitur fabulae exitus fuit, ut Creonti filius per nefas arrogatus adimeretur ipseque fraudem temptatam exilio luere cogeretur. Quae fraus quomodo detecta fuerit si quaerimus, anagnorismum statuamus oportet eumque duplicem. Aliquas

in eo reginae partes fuisse probabile est, quae paelicis reditum minime aequo animo ferre potuit; ceteras Welckeri suspiciones, cum incertissimae sint, praeterire praestat, quo celerius ad ea, quae ipsi ad fabulae argumentum restituendum conferre possumus, transeamus.

V.

Primo loco afferenda mihi est vascularis pictura ex collectione Vaticana satis illa quidem nota nec tamen a quoquam adhuc explicata. Scaenam rei agendae et palma indicat (I) procera et fructifera, et humilis laurus (E); sumus igitur in Apollinis templo. Mediam aream ara occupat, in qua



sedentem videmus supplicis ritu senem quendam cano capillo canaque barba conspicuum (G), tunica amictum longis et angustis manicis insigni, pallio insuper imposito, quod fibula in dextro humero continetur; caligae grandes nigraeque peregrinum produnt. Succinctus est autem gladio, quem sinistra manu sustinet. Astat ei eidem arae innisa mulier juvenis (H)

tunica talari pallioque amicta, cujus pars superior flammei instar caput ejus velat. Utriusque voltus dextrorsum (a spectatore) est conversus; hic eis tardo incessu vir quidam obviam venit (F) regio scipione regiaque infula insignitus, picta praeterea tunica cum longis et decoris manicis et pretioso pallio, cujus et universus habitus et manus dexterae gestus severitatem quandam prodere videtur. A sinistra scenam symmetrice claudit puer pulcherrimus (K), regis haud dubie filius, picta et ipse tunica, brevi tamen succinctoque pallio ornatus, diademate praeterea radiato; caligae duaeque hastae peregre advenientem significant.

Humano huic agmini divinum imminet. Et medium quidem locum Venerem (C) videmus cum Cupidine filio volucri (B) vividissime colloquentem. Claudunt autem utrimque scaenam a dextera Furia (D) plus medio corpore e tumulo prominens, quales tragoedia adamavit, face et viperis insignita, a sinistra autem dea (A) venerabilis, Iuno puta vel Ceres, praeter amplissimum ornatum etiam diademate radiato conspicienda, quod etiam in Veneris Cupidinisque frontibus apparet.

Haec igitur pictura continentur. Interpretationes mihi innotuerunt hae.

1) Millingenus primus editor, id quod maxime erat proclive, in Oedipum Coloneum incidit (G: Oedipus, H: Antigone, F: Theseus). Quo nihil infelicius excogitari potuit: neque enim caecus est senex G, et inexplicata remanserunt gladius, ara, palma, laurus, Venus, Cupido.

2) Welckerus (Alte Denkmäler III 371), qua erat antiquae tragoediae peritia, de Atrei fabula cogitavit (G: Thyestes, H: Aerope, F: Atreus). Sed neque elici potest ex Pelopidarum mytho talis scena, et obstat aetatis G et F differentia, nec locus ullus in illo dramate fuisse videtur palmae lauruique.

3) Loewy (Eranos Vindobonensis 272) paulisper conversa Welckeriana ratione non ad Mycenensem, sed ad Sicyonium Thyestem Sophocleam deflectit argumentum, scilicet ad Thyestis cum Pelopia filia incestum (G: Thyestes, H: Pelopia, I: Sicyoniorum rex). Ipse tamen fatetur apud Sophoclem in Palladis templo facinus committi, cum vasculum Apollinis exhibeat, et gladium — id quod gravissimum est — post

incestum commissum Thyestae ereptum esse. Addo etiam aetatem senis huic conjecturae refragari et in universum talem Thyestae cum Pelopia ἱκεσίαν ab illa fabula plane alienam esse.

Iam si explicationem quaerimus dubitare non debemus, quin et tragicum sit picturae nostrae argumentum, nec tamen in ipsa, ut ita dicam, superficie traditionis mythographicae positum; nam si ibi esset, jamdudum esset inventum. Immo haec est quaestionis nostrae condicio, ut paullo altius scrutandum sit, ita tamen, ut naturalis ἱκεσίας nostrae cum traditione mythographica conexus quidam appareat; nam nisi ita esset, prorsus esset desperandum. Videamus igitur, ecqua praeter jam allata talis, qualis nostra est, ἱκεσίας vestigia inveniantur, ea proposita condicione, ut omnes picturae nostrae partes nulla excepta facilem et pronam explicationem inveniant.

4) De Heraclidis neque alium quemquam cogitasse video neque ipse cuiquam talis interpretationis auctor sim. Quamquam enim aliqua concinere videntur (G: Iolaus, H: Macaria, F: Demophon, K: Hyllus), tamen nec senis gladius, nec regis actus, nec palma cum lauru, nec universus deorum coetus cum illa tragoedia conjungi potest, ut non dicam talem in ea scenam omnino desiderari.

5) Longe speciosior est Dictyis Euripideae ratio, quae nobis ἱκεσίαν praebet nostrae non dissimilem (G: Dictys, H: Danae, F: Polydectes, K: Perseus). Obstat tamen et gladius, et puer K plane non ad Persei exemplar figuratus, et palma cum lauru, et Furia.

6) Post longas ambages indignabundo, credo, lectore temptatas ad nostram fabulam relabimur; qua una omnes, sed omnes picturae partes explicari quis est quin primo obtutu videat? Est igitur G ipse Alcmeon fatalem illum gladium parricidii instrumentum secum portans — eadem est Orestis et apud Aeschylum (Eum. 42) et in vasculis ratio, symbolica haud dubie, attamen constans; H—Tisiphone, velata illa quidem, ut virgines in virili coetu decebat (cf. e. g. Phoen. 1485); F—Creon, K—Amphilochus; Furia apte parricidam comitatur, Venus et Cupido de regis illicito in hospitis filiam amore disserunt, palma autem cum lauru vel maxime sunt appositae loco, quo Apollo futuri nuntius proditurus est. Omnia igitur

felicissime quadrant, nisi quis in eo haerere velit, quod Creon nigram etiamtum pascit barbam, cum in fragmento supra allato γέρων appelletur. Frustra tamen; fas est juniorem Alcmeone eum fuisse, qui etiamtum amore incensus sit ejus puellae, quae illi ancillae tantum loco fuerit, γέρων autem cum ἄπαις conjunctum eum significat, quem orba senectus manet; ita etiam Helena, ne ipsa quidem ut anus inducta, filiam suam queritur ἄνανδρον πολιὰ παρθενεύεσθαι (Hel. 282), et Menelaum interrogat Andromache, num hanc eandem Hermionen ἄνανδρον domi χήραν habiturus sit πολιόν (Andr. 348). Proleptice talia accipienda sunt.

Nunc demum post tantam lucem picturae affusam arcana ejus pulcritudo apparebit. Liberos suos quaesitum venerat Alcmeon: jam ambo ei praesto sunt, et filius et filia, neque id tamen novit.

VI.

Quae si vere disputavimus, incrementum nacti sumus non contemnendum ad fabulae nostrae mythopoeiam accuratius adumbrandam; quod ut cum ceteris concinnemus, ad ea quae capite II extremo posuimus redeundum est.

Post Apollinis, inquam, in prologo discessum Alcmeonem intrantem videmus, Tisiphones ancillae ductu incertos passus regentem; qui volet, senem paedagogum comparare potest a Creusa in scaenam productum (Ion 725 sqq.), idque eo aptius, quod hic quoque in Apollinis templo, suburbano puto, res geri videtur. Quibus advenientibus obviam fit Amphilochus e peregrinatione domum revertens; sed benignum, quod inter eos ortum erat, colloquium asperiorem accipit notam advenae nomine a juvene audito. Qui si non ipse subitanea in parricidam ira exarsit, attamen populi in eum animos exacerbatos esse ostendit; qua re cum ignotum patrem compulisset, ut ad Apollinis aram confugeret, ipse ad regem arcessendum abit.

Atque ita quidem ἱκεσία instituitur, cujus nobis vasculum imaginem servavit. Secuta est parodos mulierum Corinthiarum, cujus unicum frustulum jam supra cap. IV allatum est. Qua finita supervenit Creon; hic igitur Theseo Sophocleo respondet. Sed cum ille nullius sibi erga hospitem injuriae conscius amice

rem transigat, Creon Tisiphone agnita et de Amphilocho metuens maxime sua interesse existimat, ut advenam incommodum solum dumtaxat urbe ejiciat aut etiam summo afficiat supplicio. Parricidii eum igitur causam dicere jubet. — At illud tot jam annis praecesserat! — Num pluribus quam Oedipi in cognomini Sophoclis fabula posteriore? Quo in crimine intendendo utrum ipsius Creontis persona abusus sit poeta, an Adrastum grandaevum, Tyndareum illum ex Oreste reponens, Argis arcessiverit, nescimus; illud tamen certissimum est, ante Apollinis aram locum habuisse ἀγῶνα inter Alcmeonem ejusque adversarium de matre ab ipso occisa.

Neque enim dubium esse potest quin Alcmeoni eique Corinthio reddendum sit gravissimum fragmentum 67, quod cum aliis ad Psophidensem rettulit Nauckius:

ὁ φόβος, ὅταν τις σώματος μέλλῃ πέρι
λέγειν καταστὰς εἰς ἀγῶν' ἐναντίον,
τό τε στόμ' εἰς ἔκπληξιν ἀνθρώπων ἄγει
τὸν νοῦν τ' ἀπείργει μὴ λέγειν ἃ βούλεται.
τῷ μὲν γὰρ ἔνι κίνδυνος, ὁ δ' ἀθῷος μένει.
ὅμως δ' ἀγῶνα τόνδε δεῖ μ' ὑπερδραμεῖν·
ψυχὴν γὰρ ἆθλα κειμένην ἐμὴν ὁρῶ.

Fatendum quidem est citationis auctorem Stobaeum abbreviato lemmate ἀκμ' haec verba afferre, quod non modo Alcmeonem utrumque, sed etiam Alcmenen significare potest; et revera ad Alcmenen ea rettulit Engelmannus [1]) nec tamen cuiquam quod sciam persuasit. Nostra disceptandi ratione Alcmene una cum Psophidensi Alcmeone removebitur; est autem haec.

Psophidensis enim Alcmeon anno 438 scaenae commissus est simul cum Alcestide; hae sunt severioris stili fabulae. Contra Corinthius cum inter postumas locum habuerit, plus

---

1) Archäol. Stud. zu den Tragikern (1900) 60. Uno verbo refellere possemus ejus conjecturam, si recte concederemus Nauckium primo fragmenti versu αἵματος pro σώματος scripsisse; nullius enim sanguinis rea fuit Alcmene, cui adulterii crimen a viro intenditur. Verum rectissime se habet tradita scriptura; σῶμα enim usu raro ab oratoribus atticis pro capite usurpatur, velut Aeschin. 2, 8 ὁ κινδυνεύων ἐγὼ περὶ τοῦ σώματος.

triginta annorum intervallo ab illa remotus est stilumque l i b e r r i m u m exhibet. Iam in severioris stili fabulis iamborum solutorum modulus $5^{0}/_{0}$ non excedit, — hoc est, in vicenis versibus singulae tantum solutiones inveniuntur; nostrum autem fragmentum in septem versibus tres exhibet solutiones. Scio plerosque viros doctos invitos poetas ad abacum adigi pati idque etiam in integris fabulis, nedum in fragmentis solutionum computandarum ratio constare possit; casuine ergo dabimus tantam in iambis solvendis fragmenti nostri licentiam? Sed in uno v. 5 duas adeo solutiones habemus, qui abusus in severioris stili tragoediis (puta in Alcestide, Medea, Heraclidis, Hippolyto, quibus etiam adnumeranda est Rhesus) admodum raro invenitur, ita ut binarum solutionum bina tantum in singulis exempla extent; etiamne hoc casui dandum ponemus? Ponamus sane; remanet tamen ultimum idemque firmissimum argumentum. Praeter quantitativam enim analysin, quae jam a multis jure est adhibita, etiam ad qualitativam recurrendum est, quam ante me, quod sciam, adhibuit nemo: non perinde est quomodo quaeque longa solvatur. Hac de re alias pluribus acturus sum; hoc loco illa satis habeo monere, quae ad nostram rem pertinent.

Principio in longis solvendis non ἔρως sed ἀνάγκη regnasse videtur; quo fit ut etiam in Euripidis tragoediis, quae quidem severioris sunt stili, in polysyllaba potissimum — qualia sunt πόλεμος, πολέμιος cett. — solutiones cadant, quippe quae nullo alio modo in versum includi possint; raro in bisyllaba et monosyllaba, in ea praesertim — substantiva vel adjectiva vel verba — quae ipso pondere suo attentionem ad se trahunt. Cui usui plane refragantur nostri fragmenti solutiones; exhibet enim v. 5 bisyllabum ἔνι, v. 1 adeo substantivum bisyllabum φόβος. Omnino autem inaudita in severioribus tragoediis est tertiae solutionis ratio, v. 5 ὁ δ' ἀθλιος, tria vocabula in una sede coacervata; talia apud Euripidem, quo nemo tenuiore aure legitimum versuum sonum callebat, ante Troadas (a. 415) plane non inveniuntur.

Praefracte igitur negandum est ex Psophidensi Alcmeone Alcestidis aequali fragmentum nostrum peti potuisse; quod idem tamen etiam in Alcmenen valet, quam inter antiquiores

tragoedias esse referendam reliquiae arguunt ad severiorem regulam omnes conformatae. Restat igitur ut Corinthio assignetur; quod quam bene cum fabulae argumento concordet, ex eis, quae supra vidimus, apparet.

Agon igitur instituebatur inter Alcmeonem ejusque adversarium, quo ille matris a se occisae crimen a capite suo removere debebat; cujus causae status cum is fuerit, quem Graeci δικαιολογίαν, Latini juridicialem appellabant, nulla alia reo defensio relinquebatur, quam ut ad Apollinis jussum provocaret. Qua re aptissime ipsius dei in exodo adventus praeparabatur.

VII.

Quod tamen antequam fieret, necesse erat duplici ἀναγνωρισμῷ et Amphilochus et Tisiphone patri redderentur. Id vero qua ratione sit effectum ut per singula persequi hariolo dignius est quam philologo, ita in universum ex eis, quae jam eruta sunt, probabiliter sane enucleari potest.

Id enim premendum est ipsum Alcmeonem in hac re nihil perficere potuisse; alioquin diuturna cum Tisiphone consuetudine de liberorum suorum statu edoctus esset. Creonti sane omnia bene nota erant; ejus tamen ne tantillum quidem intererat tenebras, quibus liberorum origines obvolverat, discutere. Amphilochus rursus Tisiphoneque pari esse debebant in hac re ignorantia. Restabat Merope regina; quae cum ipsa stirpe mascula orba esset, qua tandem ratione impelli potuit, ut vera Amphilochi origine patefacta sibi ipsa una cum viro solitariae senectutis causa existeret?

Qua tandem ratione, quaeris? Ea, quae in matronis, Euripideis praesertim, semper maxime fuit legitima: z e l o t y p i a. Neque enim immerito picturae vascularis auctor Veneri Cupidinique de illicito Creontis amore deliberantibus opposuit Iunonem, severam injuriae maritalis vindicem.

Et nunc demum mythopoeiae ab Euripide inventae virtutes quales quantaeque fuerint assequi possumus; nunc demum intellegimus, cur Amphilocho, in quo — ut capite insequenti demonstraturus sum — totus rerum cardo vertitur, sororem addiderit Tisiphonen. Finge enim Creontis victoria finiri agonem

Alcmeonemque ut parricidam morte multari — eum sibi enim finem instare ipse fragmento, quod modo explicavimus, praedixit. Quid tum? Amphilochum regni heredem originis suae inscium apud parentes adoptivos remanere haud sane aegre tulisset regina. Sed una cum Amphilocho etiam Tisiphone remansisset invisa paelex, in dies magis efflorescente juventute potens; hoc vero nullo pacto ferri poterat. Atqui ferendum erat; quid enim profecisset, etiamsi coram advena viro dixisset eum non peregrinam incertae stirpis, sed hospitis sui praesentis filiam in scelestum matrimonium ducere velle? Mortem tantum huic ipsi hospiti properasset, quo semel remoto in eundem statum res restituebatur, quo ante venditam Tisiphonen erat. Restabat tamen aliud idemque ultimum desperantis perfugium; frater puellae incognitus, idemque incognitus advenae filius.

Quidni enim solido jacto actionis fundamento etiam superficiem, ea qua par est cautione adhibita, restituere conemur? Exitus quidem agonis haud dubie is fuit, ut Creontis, sive ea fuit Adrasti, sententia vinceret; ad mortem igitur ducendus est parricida, ancilla ejus autem regi restituenda. Attamen dei supplex erat uterque. Quasi vero hoc tanto fuerit impedimento; conferatur modo Alcmenae, Herculis vel etiam Ionis similis scena. Nec dubitabit tragici moris peritus, quin hoc ferale officium Amphilocho traditum sit: ita etiam in Antiopa filii incognitam matrem occidere jubentur, ita in Ione filius incognitae matris carnifex est futurus, ita — nam Hypsipyles obscurior est ratio — etiam Thyesti Sophocleo ex filii incogniti manibus mors portenditur. Hoc igitur supremum est fabulae discrimen: Alcmeon parricida simili parricidio vitam amissurus.

Ecce autem impotens irae properantibus supervenit Merope regina, sportulam, credo, manu gerens, in qua liberorum erant γνωρίσματα. „Abstine manus!" inquit; „verus tibi pater est is, quem occisurus es". Conversi inde animi; ac fieri potest, ut ex ea, quae sequi debebat, scaena petitum sit fragmentum Nauckii 84:

> ἢ τί πλέον εἶναι παῖδας ἀνθρώποις, πάτερ,
> εἰ μὴ 'πὶ τοῖς δεινοῖσιν ὠφελήσομεν,

quod licet solo Ἀλκμέωνι lemmate traditum sit, tamen Co-

rinthio reddendum esse metrica iambi soluti ratione evincitur. Utut est, jam in ipsa tyranni domo auxilium invenit reus. Probabile est Creontem et ipsum ad extrema redactum vim parasse; qui novus rerum nodus Apolline vindice ita solutus est, ut spe sua dejectus tyrannus in exilium proficisci juberetur. Quid regina puellaque factum sit, indagare jam non possumus.

Sed quoquo modo se habent singula, id pro certo affirmare licet, Meropes zelotypia factum esse, ut arcana patefierent Alcmeonique cum liberis etiam salus redderetur.

VIII.

Neque hoc tamen solum fuit summi judicis decretum: praeter ea enim, quae nunc sciri non possunt — velut Corinthiorum regnum successori addictum — ab Apollodoro docemur (v. supra c. II § 6) Amphilochum κατὰ χρησμοὺς Ἀπόλλωνος Ἀμφιλοχικὸν Ἄργος οἰκῆσαι. Nec dubium est quin in hoc vaticinio p o l i t i c u s fabulae cardo versetur.

Secundum Thucydidem, cui ea, quae de hoc oppido scimus, fere omnia debemus (II 68), „Argos Amphilochicum ceteramque Amphilochiam post bellum Trojanum Amphilochus condidit A m p h i a r a i f i l i u s, cum domum reversus statum ibi rerum non probaret; Argos autem oppidum in patriae suae honorem appellavit". Ex eis quae sequuntur barbaros proprie fuisse Amphilochios apparet. Multis generationibus post coacti sunt Argivi vicinae Corinthiorum coloniae Ambraciae cives intra muros suos recipere, a quo demum tempore Graeci fieri coeperunt. Post novam annorum seriem tota urbe potiti sunt Ambraciotae expulsis indigenis civibus Amphilochiis, qua victoria corona imposita est Corinthiorum in mari occidentali dominationi. Quod quando factum sit, accuratius definiri nequit, post Persica tamen bella, a quibus Argivi Amphilochii genuinorum Argivorum exemplum secuti abstinuerunt.

Nec tamen multum temporis intercessit, quin iterum converteretur orbis. Acarnanes enim, Amphilochiorum et ipsi vicini, primis Periclis temporibus hostes erant Atheniensium propter Naupactum, ab illis a. 455 Messeniis traditam, quo factum est ut etiam exercitus eo anno a Pericle coercendorum

res ex eis, quae infra allaturi sumus, etiam magis patebit. Interim ad Welckerum revertimur.

Ita enim ille: „Ex ipso argumento necessario sequitur non sine difficultate Alcmeonem Corinthi filium suum Amphilochum recuperare potuisse; cujus rei causam vix aliam poeta fingere poterat, quam ut Creon, quippe qui filii loco illum educavisset, primo Alcmeonis postulationem respueret, donec ab ipso convinceretur". Quam suspicionem et speciosam et veram esse duo fragmenta demonstrant, quorum alterum Creontis filium, alterum regem filio orbatum exhibet.

Et prius quidem ad orationem pertinet, qua Alcmeon suum ipse filium nondum a se agnitum alloquitur (75 N.):

ὦ παῖ Κρέοντος, ὡς ἀληθὲς ἦν ἄρα,
ἐσθλῶν ἀπ' ἀνδρῶν ἐσθλὰ γίγνεσθαι τέκνα,
κακῶν δ' ὅμοια τῇ φύσει τῇ τοῦ πατρός.

Ipsi enim Creonti nullum fuisse filium ex fragmento, quod illico allaturus sum apparebit. Videtur igitur Alcmeon, cum nulla se etiamtum a Creonte injuria affectum esse comperisset, honoris causa nomen ejus usurpare; quare rectissime a Welckero prologo assignatur hoc fragmentum ex scena petitum ejus, puto, non dissimili, in qua Oedipum silente Antigona cum peripolo Coloneo colloquentem videmus.

Posterius autem fragmentum (76 N.):

ὁρᾶτε τὸν τύραννον, ὡς ἄπαις γέρων
φεύγει· φρονεῖν δὲ θνητὸν ὄντ' οὐ χρὴ μέγα

propter ipsum argumentum exodo dandum est. Et rectissime Welckerus „Creontem, quem antea superbe se et imperiose adversus Alcmeonem gessisse consentaneum est, nunc propter probrum in liberos sibi commissos perpetratum ab ipso pelli" contendit, nisi quod exilii auctorem non Alcmeonem existimaverim, cui nihil in civitatis alienae regem esse potuit juris, sed ipsum ex machina deum, Apollinem scilicet. Ita etiam in Antiopa Lycus a Mercurio exilio solum vertere jubetur, ita in Bacchabus a Libero Cadmus, a deo ex machina uterque.

Hic igitur fabulae exitus fuit, ut Creonti filius per nefas arrogatus adimeretur ipseque fraudem temptatam exilio luere cogeretur. Quae fraus quomodo detecta fuerit si quaerimus, anagnorismum statuamus oportet eumque duplicem. Aliquas

in eo reginae partes fuisse probabile est, quae paelicis reditum minime aequo animo ferre potuit; ceteras Welckeri suspiciones, cum incertissimae sint, praeterire praestat, quo celerius ad ea, quae ipsi ad fabulae argumentum restituendum conferre possumus, transeamus.

V.

Primo loco afferenda mihi est vascularis pictura ex collectione Vaticana satis illa quidem nota nec tamen a quoquam adhuc explicata. Scaenam rei agendae et palma indicat (I) procera et fructifera, et humilis laurus (E); sumus igitur in Apollinis templo. Mediam aream ara occupat, in qua



sedentem videmus supplicis ritu senem quendam cano capillo canaque barba conspicuum (G), tunica amictum longis et angustis manicis insigni, pallio insuper imposito, quod fibula in dextro humero continetur; caligae grandes nigraeque peregrinum produnt. Succinctus est autem gladio, quem sinistra manu sustinet. Astat ei eidem arae innisa mulier juvenis (H)

tunica talari pallioque amicta, cujus pars superior flammei instar caput ejus velat. Utriusque voltus dextrorsum (a spectatore) est conversus; hic eis tardo incessu vir quidam obviam venit (F) regio scipione regiaque infula insignitus, picta praeterea tunica cum longis et decoris manicis et pretioso pallio, cujus et universus habitus et manus dexterae gestus severitatem quandam prodere videtur. A sinistra scenam symmetrice claudit puer pulcherrimus (K), regis haud dubie filius, picta et ipse tunica, brevi tamen succinctoque pallio ornatus, diademate praeterea radiato; caligae duaeque hastae peregre advenientem significant.

Humano huic agmini divinum imminet. Et medium quidem locum Venerem (C) videmus cum Cupidine filio volucri (B) vividissime colloquentem. Claudunt autem utrimque scaenam a dextera Furia (D) plus medio corpore e tumulo prominens, quales tragoedia adamavit, face et viperis insignita, a sinistra autem dea (A) venerabilis, Iuno puta vel Ceres, praeter amplissimum ornatum etiam diademate radiato conspicienda, quod etiam in Veneris Cupidinisque frontibus apparet.

Haec igitur pictura continentur. Interpretationes mihi innotuerunt hae.

1) Millingenus primus editor, id quod maxime erat proclive, in Oedipum Coloneum incidit (G: Oedipus, H: Antigone, F: Theseus). Quo nihil infelicius excogitari potuit: neque enim caecus est senex G, et inexplicata remanserunt gladius, ara, palma, laurus, Venus, Cupido.

2) Welckerus (Alte Denkmäler III 371), qua erat antiquae tragoediae peritia, de Atrei fabula cogitavit (G: Thyestes, H: Aerope, F: Atreus). Sed neque elici potest ex Pelopidarum mytho talis scena, et obstat aetatis G et F differentia, nec locus ullus in illo dramate fuisse videtur palmae lauruique.

3) Loewy (Eranos Vindobonensis 272) paulisper conversa Welckeriana ratione non ad Mycenensem, sed ad Sicyonium Thyestem Sophocleam deflectit argumentum, scilicet ad Thyestis cum Pelopia filia incestum (G: Thyestes, H: Pelopia, I: Sicyoniorum rex). Ipse tamen fatetur apud Sophoclem in Palladis templo facinus committi, cum vasculum Apollinis exhibeat, et gladium — id quod gravissimum est — post

incestum commissum Thyestae ereptum esse. Addo etiam aetatem senis huic conjecturae refragari et in universum talem Thyestae cum Pelopia ἱκεσίαν ab illa fabula plane alienam esse.

Iam si explicationem quaerimus dubitare non debemus, quin et tragicum sit picturae nostrae argumentum, nec tamen in ipsa, ut ita dicam, superficie traditionis mythographicae positum; nam si ibi esset, jamdudum esset inventum. Immo haec est quaestionis nostrae condicio, ut paullo altius scrutandum sit, ita tamen, ut naturalis ἱκεσίας nostrae cum traditione mythographica conexus quidam appareat; nam nisi ita esset, prorsus esset desperandum. Videamus igitur, ecqua praeter jam allata talis, qualis nostra est, ἱκεσίας vestigia inveniantur, ea proposita condicione, ut omnes picturae nostrae partes nulla excepta facilem et pronam explicationem inveniant.

4) De Heraclidis neque alium quemquam cogitasse video neque ipse cuiquam talis interpretationis auctor sim. Quamquam enim aliqua concinere videntur (G: Iolaus, H: Macaria, F: Demophon, K: Hyllus), tamen nec senis gladius, nec regis actus, nec palma cum lauru, nec universus deorum coetus cum illa tragoedia conjungi potest, ut non dicam talem in ea scenam omnino desiderari.

5) Longe speciosior est Dictyis Euripideae ratio, quae nobis ἱκεσίαν praebet nostrae non dissimilem (G: Dictys, H: Danae, F: Polydectes, K: Perseus). Obstat tamen et gladius, et puer K plane non ad Persei exemplar figuratus, et palma cum lauru, et Furia.

6) Post longas ambages indignabundo, credo, lectore temptatas ad nostram fabulam relabimur; qua una omnes, sed omnes picturae partes explicari quis est quin primo obtutu videat? Est igitur G ipse Alcmeon fatalem illum gladium parricidii instrumentum secum portans — eadem est Orestis et apud Aeschylum (Eum. 42) et in vasculis ratio, symbolica haud dubie, attamen constans; H—Tisiphone, velata illa quidem, ut virgines in virili coetu decebat (cf. e. g. Phoen. 1485); F—Creon, K—Amphilochus; Furia apte parricidam comitatur, Venus et Cupido de regis illicito in hospitis filiam amore disserunt, palma autem cum lauru vel maxime sunt appositae loco, quo Apollo futuri nuntius proditurus est. Omnia igitur

felicissime quadrant, nisi quis in eo haerere velit, quod Creon nigram etiamtum pascit barbam, cum in fragmento supra allato *γέρων* appelletur. Frustra tamen; fas est juniorem Alcmeone eum fuisse, qui etiamtum amore incensus sit ejus puellae, quae illi ancillae tantum loco fuerit, *γέρων* autem cum *ἄπαις* conjunctum eum significat, quem orba senectus manet; ita etiam Helena, ne ipsa quidem ut anus inducta, filiam suam queritur *ἄνανδρον πολιὰ παρθενεύεσθαι* (Hel. 282), et Menelaum interrogat Andromache, num hanc eandem Hermionen *ἄνανδρον* domi *χήραν* habiturus sit *πολιόν* (Andr. 348). Proleptice talia accipienda sunt.

Nunc demum post tantam lucem picturae affusam arcana ejus pulcritudo apparebit. Liberos suos quaesitum venerat Alcmeon: jam ambo ei praesto sunt, et filius et filia, neque id tamen novit.

VI.

Quae si vere disputavimus, incrementum nacti sumus non contemnendum ad fabulae nostrae mythopoeiam accuratius adumbrandam; quod ut cum ceteris concinnemus, ad ea quae capite II extremo posuimus redeundum est.

Post Apollinis, inquam, in prologo discessum Alcmeonem intrantem videmus, Tisiphones ancillae ductu incertos passus regentem; qui volet, senem paedagogum comparare potest a Creusa in scaenam productum (Ion 725 sqq.), idque eo aptius, quod hic quoque in Apollinis templo, suburbano puto, res geri videtur. Quibus advenientibus obviam fit Amphilochus e peregrinatione domum revertens; sed benignum, quod inter eos ortum erat, colloquium asperiorem accipit notam advenae nomine a juvene audito. Qui si non ipse subitanea in parricidam ira exarsit, attamen populi in eum animos exacerbatos esse ostendit; qua re cum ignotum patrem compulisset, ut ad Apollinis aram confugeret, ipse ad regem arcessendum abit.

Atque ita quidem *ἱκεσία* instituitur, cujus nobis vasculum imaginem servavit. Secuta est parodos mulierum Corinthiarum, cujus unicum frustulum jam supra cap. IV allatum est. Qua finita supervenit Creon; hic igitur Theseo Sophocleo respondet. Sed cum ille nullius sibi erga hospitem injuriae conscius amice

rem transigat, Creon Tisiphone agnita et de Amphilocho metuens maxime sua interesse existimat, ut advenam incommodum solum dumtaxat urbe ejiciat aut etiam summo afficiat supplicio. Parricidii eum igitur causam dicere jubet. — At illud tot jam annis praecesserat! — Num pluribus quam Oedipi in cognomini Sophoclis fabula posteriore? Quo in crimine intendendo utrum ipsius Creontis persona abusus sit poeta, an Adrastum grandaevum, Tyndareum illum ex Oreste reponens, Argis arcessiverit, nescimus; illud tamen certissimum est, ante Apollinis aram locum habuisse *ἀγῶνα* inter Alcmeonem ejusque adversarium de matre ab ipso occisa.

Neque enim dubium esse potest quin Alcmeoni eique Corinthio reddendum sit gravissimum fragmentum 67, quod cum aliis ad Psophidensem rettulit Nauckius:

ὁ Φόβος, ὅταν τις σώματος μέλλῃ πέρι
λέγειν καταστὰς εἰς ἀγῶν' ἐναντίον,
τό τε στόμ' εἰς ἔκπληξιν ἀνθρώπων ἄγει
τὸν νοῦν τ' ἀπείργει μὴ λέγειν ἃ βούλεται.
τῷ μὲν γὰρ ἔνι κίνδυνος, ὃ δ' ἀθῷος μένει.
ὅμως δ' ἀγῶνα τόνδε δεῖ μ' ὑπερδραμεῖν·
ψυχὴν γὰρ ἆθλα κειμένην ἐμὴν ὁρῶ.

Fatendum quidem est citationis auctorem Stobaeum abbreviato lemmate *ἀκμ'* haec verba afferre, quod non modo Alcmeonem utrumque, sed etiam Alcmenen significare potest; et revera ad Alcmenen ea rettulit Engelmannus [1]) nec tamen cuiquam quod sciam persuasit. Nostra disceptandi ratione Alcmene una cum Psophidensi Alcmeone removebitur; est autem haec.

Psophidensis enim Alcmeon anno 438 scaenae commissus est simul cum Alcestide; hae sunt severioris stili fabulae. Contra Corinthius cum inter postumas locum habuerit, plus

1) Archäol. Stud. zu den Tragikern (1900) 60. Uno verbo refellere possemus ejus conjecturam, si recte concederemus Nauckium primo fragmenti versu *αἵματος* pro *σώματος* scripsisse; nullius enim sanguinis rea fuit Alcmene, cui adulterii crimen a viro intenditur. Verum rectissime se habet tradita scriptura; *σῶμα* enim usu raro ab oratoribus atticis pro capite usurpatur, velut Aeschin. 2, 8 *ὁ κινδυνεύων ἐγὼ περὶ τοῦ σώματος.*

triginta annorum intervallo ab illa remotus est stilumque liberrimum exhibet. Iam in severioris stili fabulis iamborum solutorum modulus 5 % non excedit, — hoc est, in vicenis versibus singulae tantum solutiones inveniuntur; nostrum autem fragmentum in septem versibus tres exhibet solutiones. Scio plerosque viros doctos invitos poetas ad abacum adigi pati idque etiam in integris fabulis, nedum in fragmentis solutionum computandarum ratio constare possit; casuine ergo dabimus tantam in iambis solvendis fragmenti nostri licentiam? Sed in uno v. 5 duas adeo solutiones habemus, qui abusus in severioris stili tragoediis (puta in Alcestide, Medea, Heraclidis, Hippolyto, quibus etiam adnumeranda est Rhesus) admodum raro invenitur, ita ut binarum solutionum bina tantum in singulis exempla extent; etiamne hoc casui dandum ponemus? Ponamus sane; remanet tamen ultimum idemque firmissimum argumentum. Praeter quantitativam enim analysin, quae jam a multis jure est adhibita, etiam ad qualitativam recurrendum est, quam ante me, quod sciam, adhibuit nemo: non perinde est quomodo quaeque longa solvatur. Hac de re alias pluribus acturus sum; hoc loco illa satis habeo monere, quae ad nostram rem pertinent.

Principio in longis solvendis non ἔρως sed ἀνάγκη regnasse videtur; quo fit ut etiam in Euripidis tragoediis, quae quidem severioris sunt stili, in polysyllaba potissimum — qualia sunt πόλεμος, πολέμιος cett. — solutiones cadant, quippe quae nullo alio modo in versum includi possint; raro in bisyllaba et monosyllaba, in ea praesertim — substantiva vel adjectiva vel verba — quae ipso pondere suo attentionem ad se trahunt. Cui usui plane refragantur nostri fragmenti solutiones; exhibet enim v. 5 bisyllabum ἔνι, v. 1 adeo substantivum bisyllabum Φόβος. Omnino autem inaudita in severioribus tragoediis est tertiae solutionis ratio, v. 5 ὁ δ' ἀθῷος, tria vocabula in una sede coacervata; talia apud Euripidem, quo nemo tenuiore aure legitimum versuum sonum callebat, ante Troadas (a. 415) plane non inveniuntur.

Praefracte igitur negandum est ex Psophidensi Alcmeone Alcestidis aequali fragmentum nostrum peti potuisse; quod idem tamen etiam in Alcmenen valet, quam inter antiquiores

tragoedias esse referendam reliquiae arguunt ad severiorem regulam omnes conformatae. Restat igitur ut Corinthio assignetur; quod quam bene cum fabulae argumento concordet, ex eis, quae supra vidimus, apparet.

Agon igitur instituebatur inter Alcmeonem ejusque adversarium, quo ille matris a se occisae crimen a capite suo removere debebat; cujus causae status cum is fuerit, quem Graeci δικκιολcγίαν, Latini juridicialem appellabant, nulla alia reo defensio relinquebatur, quam ut ad Apollinis jussum provocaret. Qua re aptissime ipsius dei in exodo adventus praeparabatur.

VII.

Quod tamen antequam fieret, necesse erat duplici ἀναγνωρισμῷ et Amphilochus et Tisiphone patri redderentur. Id vero qua ratione sit effectum ut per singula persequi hariolo dignius est quam philologo, ita in universum ex eis, quae jam eruta sunt, probabiliter sane enucleari potest.

Id enim premendum est ipsum Alcmeonem in hac re nihil perficere potuisse; alioquin diuturna cum Tisiphone consuetudine de liberorum suorum statu edoctus esset. Creonti sane omnia bene nota erant; ejus tamen ne tantillum quidem intererat tenebras, quibus liberorum origines obvolverat, discutere. Amphilochus rursus Tisiphoneque pari esse debebant in hac re ignorantia. Restabat Merope regina; quae cum ipsa stirpe mascula orba esset, qua tandem ratione impelli potuit, ut vera Amphilochi origine patefacta sibi ipsa una cum viro solitariae senectutis causa existeret?

Qua tandem ratione, quaeris? Ea, quae in matronis, Euripideis praesertim, semper maxime fuit legitima: z e l o t y p i a. Neque enim immerito picturae vascularis auctor Veneri Cupidinique de illicito Creontis amore deliberantibus opposuit Iunonem, severam injuriae maritalis vindicem.

Et nunc demum mythopoeiae ab Euripide inventae virtutes quales quantaeque fuerint assequi possumus; nunc demum intellegimus, cur Amphilocho, in quo — ut capite insequenti demonstraturus sum — totus rerum cardo vertitur, sororem addiderit Tisiphonen. Finge enim Creontis victoria finiri agonem

Alcmeonemque ut parricidam morte multari — eum sibi enim finem instare ipse fragmento, quod modo explicavimus, praedixit. Quid tum? Amphilochum regni heredem originis suae inscium apud parentes adoptivos remanere haud sane aegre tulisset regina. Sed una cum Amphilocho etiam Tisiphone remansisset invisa paelex, in dies magis efflorescente juventute potens; hoc vero nullo pacto ferri poterat. Atqui ferendum erat; quid enim profecisset, etiamsi coram advena viro dixisset eum non peregrinam incertae stirpis, sed hospitis sui praesentis filiam in scelestum matrimonium ducere velle? Mortem tantum huic ipsi hospiti properasset, quo semel remoto in eundem statum res restituebatur, quo ante venditam Tisiphonen erat. Restabat tamen aliud idemque ultimum desperantis perfugium; frater puellae incognitus, idemque incognitus advenae filius.

Quidni enim solido jacto actionis fundamento etiam superficiem, ea qua par est cautione adhibita, restituere conemur? Exitus quidem agonis haud dubie is fuit, ut Creontis, sive ea fuit Adrasti, sententia vinceret; ad mortem igitur ducendus est parricida, ancilla ejus autem regi restituenda. Attamen dei supplex erat uterque. Quasi vero hoc tanto fuerit impedimento; conferatur modo Alcmenae, Herculis vel etiam Ionis similis scena. Nec dubitabit tragici moris peritus, quin hoc ferale officium Amphilocho traditum sit: ita etiam in Antiopa filii incognitam matrem occidere jubentur, ita in Ione filius incognitae matris carnifex est futurus, ita — nam Hypsipyles obscurior est ratio — etiam Thyesti Sophocleo ex filii incogniti manibus mors portenditur. Hoc igitur supremum est fabulae discrimen: Alcmeon parricida simili parricidio vitam amissurus.

Ecce autem impotens irae properantibus supervenit Merope regina, sportulam, credo, manu gerens, in qua liberorum erant *γνωρίσματα*. „Abstine manus!" inquit; „verus tibi pater est is, quem occisurus es". Conversi inde animi; ac fieri potest, ut ex ea, quae sequi debebat, scaena petitum sit fragmentum Nauckii 84:

> *ἢ τί πλέον εἶναι παῖδας ἀνθρώποις, πάτερ,*
> *εἰ μὴ 'πὶ τοῖς δεινοῖσιν ὠφελήσομεν,*

quod licet solo *'Αλκμέωνι* lemmate traditum sit, tamen Co-

rinthio reddendum esse metrica iambi soluti ratione evincitur. Utut est, jam in ipsa tyranni domo auxilium invenit reus. Probabile est Creontem et ipsum ad extrema redactum vim parasse; qui novus rerum nodus Apolline vindice ita solutus est, ut spe sua dejectus tyrannus in exilium proficisci juberetur. Quid regina puellaque factum sit, indagare jam non possumus. Sed quoquo modo se habent singula, id pro certo affirmare licet, Meropes zelotypia factum esse, ut arcana patefierent Alcmeonique cum liberis etiam salus redderetur.

VIII.

Neque hoc tamen solum fuit summi judicis decretum: praeter ea enim, quae nunc sciri non possunt — velut Corinthiorum regnum successori addictum — ab Apollodoro docemur (v. supra c. II § 6) Amphilochum κατὰ χρησμοὺς Ἀπόλλωνος Ἀμφιλοχικὸν Ἄργος οἰκῆσαι. Nec dubium est quin in hoc vaticinio politicus fabulae cardo versetur.

Secundum Thucydidem, cui ea, quae de hoc oppido scimus, fere omnia debemus (II 68), „Argos Amphilochicum ceteramque Amphilochiam post bellum Trojanum Amphilochus condidit Amphiarai filius, cum domum reversus statum ibi rerum non probaret; Argos autem oppidum in patriae suae honorem appellavit". Ex eis quae sequuntur barbaros proprie fuisse Amphilochios apparet. Multis generationibus post coacti sunt Argivi vicinae Corinthiorum coloniae Ambraciae cives intra muros suos recipere, a quo demum tempore Graeci fieri coeperunt. Post novam annorum seriem tota urbe potiti sunt Ambraciotae expulsis indigenis civibus Amphilochiis, qua victoria corona imposita est Corinthiorum in mari occidentali dominationi. Quod quando factum sit, accuratius definiri nequit, post Persica tamen bella, a quibus Argivi Amphilochii genuinorum Argivorum exemplum secuti abstinuerunt.

Nec tamen multum temporis intercessit, quin iterum converteretur orbis. Acarnanes enim, Amphilochiorum et ipsi vicini, primis Periclis temporibus hostes erant Atheniensium propter Naupactum, ab illis a. 455 Messeniis traditam, quo factum est ut etiam exercitus eo anno a Pericle coercendorum

causa mitteretur; postmodo vero commune Corinthiorum odium Amphilochios cum Acarnanibus conjunxit. Arcessito igitur Athenis Phormione Argos Ambraciotis adimunt, ipsos in servitutem redigunt, urbem autem suis Acarnanumque colonis tradunt. Quod brevi post Samiam Phormionis strategiam a. 440 accidisse videtur. [1])

Peloponnesiaci belli vicissitudines Acarnanum Amphilochiorumque cum Atheniensibus foedus corroboraverunt, quod demonstratum est Acarnanicis expeditionibus, et ipsius Phormionis et post ejus mortem ejus filii. De insequentibus illorum populorum fatis nil nobis proditum est; nec tamen dubitare possimus, quin classe Atheniensium Syracusis amissa Corinthiorum in illis oris hegemonia restituta sit. De solo exitu certi aliquid affirmare licet; qui qualis fuerit inde maxime apparet, quod saec. IV Amphilochiorum Argivorum stater Corinthiorum insigne gerit — Pegasum. [2])

Nunc demum satis perspicere possumus quid sibi velit mythopoeia Euripidea, cujus ea est ratio, ut Creon Corinthiorum rex Amphilochum Alcmeonis Argivi filium pro suo educet; hoc fuit nimirum Atheniensium responsum, cum Corinthii eadem pervicacia Amphilochum sui fuisse regis filium asseverassent, ut se legitimum scilicet in Argivos Amphilochios imperium exercere demonstrarent. Quae „mythologia politica" minime mira esse videbitur peritis, eis nimirum, qui non ignorant e. g. etiam II a. Ch. saeculo Telephi mythopoeiam aspectum suum immutasse, prout amico an hostili fuerint in Romanos animo Pergamenorum reges.

Revera igitur sibi arrogabat Creon Amphilochum adulescen-

---

1) Cf. Beloch, Attische Politik 299. Eo ipso tempore Euripides Alcmeonem Psophidensem scaenae commisit (simul cum Alcestide a. 438), in qua — nam ei reddenda esse videtur permira Apollodori III 91—93 fama — Acarnan et Amphoterus, Alcmeonis ex Callirrhoe filii, Iovis beneficio statim ab infantia juvenilem aetatem adepti patris mortem ulciscuntur, quo facto in Acarnaniam coloniam deducunt. Quod si Acarnan sine dubio Acarnanum est eponymus, fas est insolitum Amphoteri nomen ipsum quoque ad populum trahere ex „utraque" gente constante, sive eas fuisse putamus Amphilochios cum Ambraciotis, sive Amphilochios cum Acarnanibus conjunctos. Utcumque est, mythicam habemus projectionem fraterni Argivorum et Acarnanum a. 438 animi.

2) Cf. Head, Historia numorum 341.

tem. Quae res tamen male ei cessit: rediit enim verus pater, Alcmeon Argivus, et Apollinis patrocinio surreptum sibi filium restituit.

Tragoedia igitur ejus erat generis, quod nos patrioticum dicimus, ad Corinthiorum injusta postulata repellenda composita, itidem ut Ion, anno puto 411 docta, ad pietatis erga metropolin officia Ionibus inculcanda. Nisi quis in eo haerebit, quod cum Ion Athenis acta sit, Alcmeon Corinthius apud Archelaum Macedonum regem scripta Dii docenda erat a. 407 vel 406 [1]). Nil tamen mirum, si Euripides etiam apud alienigenas fidelis patriae suae civis remansit. Macedonum enim reges originem suam ducebant ab eis qui Argis consederant Heraclidis; quam originem ipse Euripides paullo ante illustraverat tragoedia sua, cui titulus fuit Archelaus — vel potius, ut mihi quidem verisimile videtur, trilogia sua, quam Macedonicam voco, ex Temeno, Temenidis, Archelao composita. Intererat igitur etiam ejus, qui tunc temporis Macedoniae regnum obtinebat idemque poetam honorificentissimo acceperat hospitio, ut Corinthii Amphilochiae possessione removerentur. Quam coincidentiam opportuna oblata occasione poetam in suum patriaeque suae usum convertisse non est quod miremur.

IX.

Sed utut se habet politica ratio, quam non altiore atque dignum est loco ponimus: tragoedia opus est poeticum maxime. Restat igitur, cum de singulis jam dicta sint omnia quae quidem dici potuerunt, ut universae fabulae cum tragoediis gemellis unitatem adumbremus.

Anno enim 415 Euripides aliquas antiquioris, id est Aeschyleae artis proprietates tragoediae reddidit, inter quas praeter tetrametri trochaici usum etiam trilogica ratio eminet. Iam dudum enim animadversum est tragoedias a. 415 doctas argumenti unitate inter se conjunctas esse; quae res etiam eis approbatur, quae de tragoediis post eum annum doctis aut scire aut probabiliter conjicere possumus. Quod quo facilius

1) Cf. P. Girard, Rev. d. ét. gr. XVII 158 sq.

tunica talari pallioque amicta, cujus pars superior flammei instar caput ejus velat. Utriusque voltus dextrorsum (a spectatore) est conversus; hic eis tardo incessu vir quidam obviam venit (F) regio scipione regiaque infula insignitus, picta praeterea tunica cum longis et decoris manicis et pretioso pallio, cujus et universus habitus et manus dexterae gestus severitatem quandam prodere videtur. A sinistra scenam symmetrice claudit puer pulcherrimus (K), regis haud dubie filius, picta et ipse tunica, brevi tamen succinctoque pallio ornatus, diademate praeterea radiato; caligae duaeque hastae peregre advenientem significant.

Humano huic agmini divinum imminet. Et medium quidem locum Venerem (C) videmus cum Cupidine filio volucri (B) vividissime colloquentem. Claudunt autem utrimque scaenam a dextera Furia (D) plus medio corpore e tumulo prominens, quales tragoedia adamavit, face et viperis insignita, a sinistra autem dea (A) venerabilis, Iuno puta vel Ceres, praeter amplissimum ornatum etiam diademate radiato conspicienda, quod etiam in Veneris Cupidinisque frontibus apparet.

Haec igitur pictura continentur. Interpretationes mihi innotuerunt hae.

1) Millingenus primus editor, id quod maxime erat proclive, in Oedipum Coloneum incidit (G: Oedipus, H: Antigone, F: Theseus). Quo nihil infelicius excogitari potuit: neque enim caecus est senex G, et inexplicata remanserunt gladius, ara, palma, laurus, Venus, Cupido.

2) Welckerus (Alte Denkmäler III 371), qua erat antiquae tragoediae peritia, de Atrei fabula cogitavit (G: Thyestes, H: Aerope, F: Atreus). Sed neque elici potest ex Pelopidarum mytho talis scena, et obstat aetatis G et F differentia, nec locus ullus in illo dramate fuisse videtur palmae lauruique.

3) Loewy (Eranos Vindobonensis 272) paulisper conversa Welckeriana ratione non ad Mycenensem, sed ad Sicyonium Thyestem Sophocleam deflectit argumentum, scilicet ad Thyestis cum Pelopia filia incestum (G: Thyestes, H: Pelopia, I: Sicyoniorum rex). Ipse tamen fatetur apud Sophoclem in Palladis templo facinus committi, cum vasculum Apollinis exhibeat, et gladium — id quod gravissimum est — post

incestum commissum Thyestae ereptum esse. Addo etiam aetatem senis huic conjecturae refragari et in universum talem Thyestae cum Pelopia ἱκεσίαν ab illa fabula plane alienam esse.

Iam si explicationem quaerimus dubitare non debemus, quin et tragicum sit picturae nostrae argumentum, nec tamen in ipsa, ut ita dicam, superficie traditionis mythographicae positum; nam si ibi esset, jamdudum esset inventum. Immo haec est quaestionis nostrae condicio, ut paullo altius scrutandum sit, ita tamen, ut naturalis ἱκεσίας nostrae cum traditione mythographica conexus quidam appareat; nam nisi ita esset, prorsus esset desperandum. Videamus igitur, ecqua praeter jam allata talis, qualis nostra est, ἱκεσίας vestigia inveniantur, ea proposita condicione, ut omnes picturae nostrae partes nulla excepta facilem et pronam explicationem inveniant.

4) De Heraclidis neque alium quemquam cogitasse video neque ipse cuiquam talis interpretationis auctor sim. Quamquam enim aliqua concinere videntur (G: Iolaus, H: Macaria, F: Demophon, K: Hyllus), tamen nec senis gladius, nec regis actus, nec palma cum lauru, nec universus deorum coetus cum illa tragoedia conjungi potest, ut non dicam talem in ea scenam omnino desiderari.

5) Longe speciosior est Dictyis Euripideae ratio, quae nobis ἱκεσίαν praebet nostrae non dissimilem (G: Dictys, H: Danae, F: Polydectes, K: Perseus). Obstat tamen et gladius, et puer K plane non ad Persei exemplar figuratus, et palma cum lauru, et Furia.

6) Post longas ambages indignabundo, credo, lectore temptatas ad nostram fabulam relabimur; qua una omnes, sed omnes picturae partes explicari quis est quin primo obtutu videat? Est igitur G ipse Alcmeon fatalem illum gladium parricidii instrumentum secum portans — eadem est Orestis et apud Aeschylum (Eum. 42) et in vasculis ratio, symbolica haud dubie, attamen constans; H—Tisiphone, velata illa quidem, ut virgines in virili coetu decebat (cf. e. g. Phoen. 1485); F—Creon, K—Amphilochus; Furia apte parricidam comitatur, Venus et Cupido de regis illicito in hospitis filiam amore disserunt, palma autem cum lauru vel maxime sunt appositae loco, quo Apollo futuri nuntius proditurus est. Omnia igitur

felicissime quadrant, nisi quis in eo haerere velit, quod Creon nigram etiamtum pascit barbam, cum in fragmento supra allato γέρων appelletur. Frustra tamen; fas est juniorem Alcmeone eum fuisse, qui etiamtum amore incensus sit ejus puellae, quae illi ancillae tantum loco fuerit, γέρων autem cum ἄπαις conjunctum eum significat, quem orba senectus manet; ita etiam Helena, ne ipsa quidem ut anus inducta, filiam suam queritur ἄνανδρον πολιὰ παρθενεύεσθαι (Hel. 282), et Menelaum interrogat Andromache, num hanc eandem Hermionen ἄνανδρον domi χήραν habiturus sit πολιόν (Andr. 348). Proleptice talia accipienda sunt.

Nunc demum post tantam lucem picturae affusam arcana ejus pulcritudo apparebit. Liberos suos quaesitum venerat Alcmeon: jam ambo ei praesto sunt, et filius et filia, neque id tamen novit.

VI.

Quae si vere disputavimus, incrementum nacti sumus non contemnendum ad fabulae nostrae mythopoeiam accuratius adumbrandam; quod ut cum ceteris concinnemus, ad ea quae capite II extremo posuimus redeundum est.

Post Apollinis, inquam, in prologo discessum Alcmeonem intrantem videmus, Tisiphones ancillae ductu incertos passus regentem; qui volet, senem paedagogum comparare potest a Creusa in scaenam productum (Ion 725 sqq.), idque eo aptius, quod hic quoque in Apollinis templo, suburbano puto, res geri videtur. Quibus advenientibus obviam fit Amphilochus e peregrinatione domum revertens; sed benignum, quod inter eos ortum erat, colloquium asperiorem accipit notam advenae nomine a juvene audito. Qui si non ipse subitanea in parricidam ira exarsit, attamen populi in eum animos exacerbatos esse ostendit; qua re cum ignotum patrem compulisset, ut ad Apollinis aram confugeret, ipse ad regem arcessendum abit.

Atque ita quidem ἱκεσία instituitur, cujus nobis vasculum imaginem servavit. Secuta est parodos mulierum Corinthiarum, cujus unicum frustulum jam supra cap. IV allatum est. Qua finita supervenit Creon; hic igitur Theseo Sophocleo respondet. Sed cum ille nullius sibi erga hospitem injuriae conscius amice

rem transigat, Creon Tisiphone agnita et de Amphilocho metuens maxime sua interesse existimat, ut advenam incommodum solum dumtaxat urbe ejiciat aut etiam summo afficiat supplicio. Parricidii eum igitur causam dicere jubet. — At illud tot jam annis praecesserat! — Num pluribus quam Oedipi in cognomini Sophoclis fabula posteriore? Quo in crimine intendendo utrum ipsius Creontis persona abusus sit poeta, an Adrastum grandaevum, Tyndareum illum ex Oreste reponens, Argis arcessiverit, nescimus; illud tamen certissimum est, ante Apollinis aram locum habuisse *ἀγῶνα* inter Alcmeonem ejusque adversarium de matre ab ipso occisa.

Neque enim dubium esse potest quin Alcmeoni eique Corinthio reddendum sit gravissimum fragmentum 67, quod cum aliis ad Psophidensem rettulit Nauckius:

ὁ Φόβος, ὅταν τις σώματος μέλλῃ πέρι
λέγειν καταστὰς εἰς ἀγῶν᾽ ἐναντίον,
τό τε στόμ᾽ εἰς ἔκπληξιν ἀνθρώπων ἄγει
τὸν νοῦν τ᾽ ἀπείργει μὴ λέγειν ἃ βούλεται.
τῷ μὲν γὰρ ἔνι κίνδυνος, ὁ δ᾽ ἀθῷος μένει.
ὅμως δ᾽ ἀγῶνα τόνδε δεῖ μ᾽ ὑπερδραμεῖν·
ψυχὴν γὰρ ἆθλα κειμένην ἐμὴν ὁρῶ.

Fatendum quidem est citationis auctorem Stobaeum abbreviato lemmate *ἀκμ'* haec verba afferre, quod non modo Alcmeonem utrumque, sed etiam Alcmenen significare potest; et revera ad Alcmenen ea rettulit Engelmannus [1]) nec tamen cuiquam quod sciam persuasit. Nostra disceptandi ratione Alcmene una cum Psophidensi Alcmeone removebitur; est autem haec.

Psophidensis enim Alcmeon anno 438 scaenae commissus est simul cum Alcestide; hae sunt severioris stili fabulae. Contra Corinthius cum inter postumas locum habuerit, plus

---

1) Archäol. Stud. zu den Tragikern (1900) 60. Uno verbo refellere possemus ejus conjecturam, si recte concederemus Nauckium primo fragmenti versu *αἵματος* pro *σώματος* scripsisse; nullius enim sanguinis rea fuit Alcmene, cui adulterii crimen a viro intenditur. Verum rectissime se habet tradita scriptura; *σῶμα* enim usu raro ab oratoribus atticis pro capite usurpatur, velut Aeschin. 2, 8 *ὁ κινδυνεύων ἐγὼ περὶ τοῦ σώματος.*

triginta annorum intervallo ab illa remotus est stilumque liberrimum exhibet. Iam in severioris stili fabulis iamborum solutorum modulus 5 % non excedit, — hoc est, in vicenis versibus singulae tantum solutiones inveniuntur; nostrum autem fragmentum in septem versibus tres exhibet solutiones. Scio plerosque viros doctos invitos poetas ad abacum adigi pati idque etiam in integris fabulis, nedum in fragmentis solutionum computandarum ratio constare possit; casuine ergo dabimus tantam in iambis solvendis fragmenti nostri licentiam? Sed in uno v. 5 duas adeo solutiones habemus, qui abusus in severioris stili tragoediis (puta in Alcestide, Medea, Heraclidis, Hippolyto, quibus etiam adnumeranda est Rhesus) admodum raro invenitur, ita ut binarum solutionum bina tantum in singulis exempla extent; etiamne hoc casui dandum ponemus? Ponamus sane; remanet tamen ultimum idemque firmissimum argumentum. Praeter quantitativam enim analysin, quae jam a multis jure est adhibita, etiam ad qualitativam recurrendum est, quam ante me, quod sciam, adhibuit nemo: non perinde est quomodo quaeque longa solvatur. Hac de re alias pluribus acturus sum; hoc loco illa satis habeo monere, quae ad nostram rem pertinent.

Principio in longis solvendis non ἔρως sed ἀνάγκη regnasse videtur; quo fit ut etiam in Euripidis tragoediis, quae quidem severioris sunt stili, in polysyllaba potissimum — qualia sunt πόλεμος, πολέμιος cett. — solutiones cadant, quippe quae nullo alio modo in versum includi possint; raro in bisyllaba et monosyllaba, in ea praesertim — substantiva vel adjectiva vel verba — quae ipso pondere suo attentionem ad se trahunt. Cui usui plane refragantur nostri fragmenti solutiones; exhibet enim v. 5 bisyllabum ἔνι, v. 1 adeo substantivum bisyllabum Φόβος. Omnino autem inaudita in severioribus tragoediis est tertiae solutionis ratio, v. 5 ὁ δ' ἄθλιος, tria vocabula in una sede coacervata; talia apud Euripidem, quo nemo tenuiore aure legitimum versuum sonum callebat, ante Troadas (a. 415) plane non inveniuntur.

Praefracte igitur negandum est ex Psophidensi Alcmeone Alcestidis aequali fragmentum nostrum peti potuisse; quod idem tamen etiam in Alcmenen valet, quam inter antiquiores

tragoedias esse referendam reliquiae arguunt ad severiorem regulam omnes conformatae. Restat igitur ut Corinthio assignetur; quod quam bene cum fabulae argumento concordet, ex eis, quae supra vidimus, apparet.

Agon igitur instituebatur inter Alcmeonem ejusque adversarium, quo ille matris a se occisae crimen a capite suo removere debebat; cujus causae status cum is fuerit, quem Graeci δικαιολογίαν, Latini juridicialem appellabant, nulla alia reo defensio relinquebatur, quam ut ad Apollinis jussum provocaret. Qua re aptissime ipsius dei in exodo adventus praeparabatur.

VII.

Quod tamen antequam fieret, necesse erat duplici ἀναγνωρισμῷ et Amphilochus et Tisiphone patri redderentur. Id vero qua ratione sit effectum ut per singula persequi hariolo dignius est quam philologo, ita in universum ex eis, quae jam eruta sunt, probabiliter sane enucleari potest.

Id enim premendum est ipsum Alcmeonem in hac re nihil perficere potuisse; alioquin diuturna cum Tisiphone consuetudine de liberorum suorum statu edoctus esset. Creonti sane omnia bene nota erant; ejus tamen ne tantillum quidem intererat tenebras, quibus liberorum origines obvolverat, discutere. Amphilochus rursus Tisiphoneque pari esse debebant in hac re ignorantia. Restabat Merope regina; quae cum ipsa stirpe mascula orba esset, qua tandem ratione impelli potuit, ut vera Amphilochi origine patefacta sibi ipsa una cum viro solitariae senectutis causa existeret?

Qua tandem ratione, quaeris? Ea, quae in matronis, Euripideis praesertim, semper maxime fuit legitima: zelotypia. Neque enim immerito picturae vascularis auctor Veneri Cupidinique de illicito Creontis amore deliberantibus opposuit Iunonem, severam injuriae maritalis vindicem.

Et nunc demum mythopoeiae ab Euripide inventae virtutes quales quantaeque fuerint assequi possumus; nunc demum intellegimus, cur Amphilocho, in quo — ut capite insequenti demonstraturus sum — totus rerum cardo vertitur, sororem addiderit Tisiphonen. Finge enim Creontis victoria finiri agonem

Alcmeonemque ut parricidam morte multari — eum sibi enim finem instare ipse fragmento, quod modo explicavimus, praedixit. Quid tum? Amphilochum regni heredem originis suae inscium apud parentes adoptivos remanere haud sane aegre tulisset regina. Sed una cum Amphilocho etiam Tisiphone remansisset invisa paelex, in dies magis efflorescente juventute potens; hoc vero nullo pacto ferri poterat. Atqui ferendum erat; quid enim profecisset, etiamsi coram advena viro dixisset eum non peregrinam incertae stirpis, sed hospitis sui praesentis filiam in scelestum matrimonium ducere velle? Mortem tantum huic ipsi hospiti properasset, quo semel remoto in eundem statum res restituebatur, quo ante venditam Tisiphonen erat. Restabat tamen aliud idemque ultimum desperantis perfugium; frater puellae incognitus, idemque incognitus advenae filius.

Quidni enim solido jacto actionis fundamento etiam superficiem, ea qua par est cautione adhibita, restituere conemur? Exitus quidem agonis haud dubie is fuit, ut Creontis, sive ea fuit Adrasti, sententia vinceret; ad mortem igitur ducendus est parricida, ancilla ejus autem regi restituenda. Attamen dei supplex erat uterque. Quasi vero hoc tanto fuerit impedimento; conferatur modo Alcmenae, Herculis vel etiam Ionis similis scena. Nec dubitabit tragici moris peritus, quin hoc ferale officium Amphilocho traditum sit: ita etiam in Antiopa filii incognitam matrem occidere jubentur, ita in Ione filius incognitae matris carnifex est futurus, ita — nam Hypsipyles obscurior est ratio — etiam Thyesti Sophocleo ex filii incogniti manibus mors portenditur. Hoc igitur supremum est fabulae discrimen: Alcmeon parricida simili parricidio vitam amissurus.

Ecce autem impotens irae properantibus supervenit Merope regina, sportulam, credo, manu gerens, in qua liberorum erant *γνωρίσματα*. „Abstine manus!" inquit; „verus tibi pater est is, quem occisurus es". Conversi inde animi; ac fieri potest, ut ex ea, quae sequi debebat, scaena petitum sit fragmentum Nauckii 84:

> *ἢ τί πλέον εἶναι παῖδας ἀνθρώποις, πάτερ,*
> *εἰ μὴ 'πὶ τοῖς δεινοῖσιν ὠφελήσομεν,*

quod licet solo Ἀλκμέωνι lemmate traditum sit, tamen Co-

rinthio reddendum esse metrica iambi soluti ratione evincitur. Utut est, jam in ipsa tyranni domo auxilium invenit reus. Probabile est Creontem et ipsum ad extrema redactum vim parasse; qui novus rerum nodus Apolline vindice ita solutus est, ut spe sua dejectus tyrannus in exilium proficisci juberetur. Quid regina puellaque factum sit, indagare jam non possumus.

Sed quoquo modo se habent singula, id pro certo affirmare licet, Meropes zelotypia factum esse, ut arcana patefierent Alcmeonique cum liberis etiam salus redderetur.

VIII.

Neque hoc tamen solum fuit summi judicis decretum: praeter ea enim, quae nunc sciri non possunt — velut Corinthiorum regnum successori addictum — ab Apollodoro docemur (v. supra c. II § 6) Amphilochum κατὰ χρησμοὺς Ἀπόλλωνος Ἀμφιλοχικὸν Ἄργος οἰκῆσαι. Nec dubium est quin in hoc vaticinio politicus fabulae cardo versetur.

Secundum Thucydidem, cui ea, quae de hoc oppido scimus, fere omnia debemus (II 68), „Argos Amphilochicum ceteramque Amphilochiam post bellum Trojanum Amphilochus condidit Amphiarai filius, cum domum reversus statum ibi rerum non probaret; Argos autem oppidum in patriae suae honorem appellavit". Ex eis quae sequuntur barbaros proprie fuisse Amphilochios apparet. Multis generationibus post coacti sunt Argivi vicinae Corinthiorum coloniae Ambraciae cives intra muros suos recipere, a quo demum tempore Graeci fieri coeperunt. Post novam annorum seriem tota urbe potiti sunt Ambraciotae expulsis indigenis civibus Amphilochiis, qua victoria corona imposita est Corinthiorum in mari occidentali dominationi. Quod quando factum sit, accuratius definiri nequit, post Persica tamen bella, a quibus Argivi Amphilochii genuinorum Argivorum exemplum secuti abstinuerunt.

Nec tamen multum temporis intercessit, quin iterum converteretur orbis. Acarnanes enim, Amphilochiorum et ipsi vicini, primis Periclis temporibus hostes erant Atheniensium propter Naupactum, ab illis a. 455 Messeniis traditam, quo factum est ut etiam exercitus eo anno a Pericle coercendorum

causa mitteretur; postmodo vero commune Corinthiorum odium Amphilochios cum Acarnanibus conjunxit. Arcessito igitur Athenis Phormione Argos Ambraciotis adimunt, ipsos in servitutem redigunt, urbem autem suis Acarnanumque colonis tradunt. Quod brevi post Samiam Phormionis strategiam a. 440 accidisse videtur. [1])

Peloponnesiaci belli vicissitudines Acarnanum Amphilochiorumque cum Atheniensibus foedus corroboraverunt, quod demonstratum est Acarnanicis expeditionibus, et ipsius Phormionis et post ejus mortem ejus filii. De insequentibus illorum populorum fatis nil nobis proditum est; nec tamen dubitare possimus, quin classe Atheniensium Syracusis amissa Corinthiorum in illis oris hegemonia restituta sit. De solo exitu certi aliquid affirmare licet; qui qualis fuerit inde maxime apparet, quod saec. IV Amphilochiorum Argivorum stater Corinthiorum insigne gerit — Pegasum. [2])

Nunc demum satis perspicere possumus quid sibi velit mythopoeia Euripidea, cujus ea est ratio, ut Creon Corinthiorum rex Amphilochum Alcmeonis Argivi filium pro suo educet; hoc fuit nimirum Atheniensium responsum, cum Corinthii eadem pervicacia Amphilochum sui fuisse regis filium asseverassent, ut se legitimum scilicet in Argivos Amphilochios imperium exercere demonstrarent. Quae „mythologia politica" minime mira esse videbitur peritis, eis nimirum, qui non ignorant e. g. etiam II a. Ch. saeculo Telephi mythopoeiam aspectum suum immutasse, prout amico an hostili fuerint in Romanos animo Pergamenorum reges.

Revera igitur sibi arrogabat Creon Amphilochum adulescen-

---

1) Cf. Beloch, Attische Politik 299. Eo ipso tempore Euripides Alcmeonem Psophidensem scaenae commisit (simul cum Alcestide a. 438), in qua — nam ei reddenda esse videtur permira Apollodori III 91—93 fama — Acarnan et Amphoterus, Alcmeonis ex Callirrhoe filii, Iovis beneficio statim ab infantia juvenilem aetatem adepti patris mortem ulciscuntur, quo facto in Acarnaniam coloniam deducunt. Quod si Acarnan sine dubio Acarnanum est eponymus, fas est insolitum Amphoteri nomen ipsum quoque ad populum trahere ex „utraque" gente constante, sive eas fuisse putamus Amphilochios cum Ambraciotis, sive Amphilochios cum Acarnanibus conjunctos. Utcumque est, mythicam habemus projectionem fraterni Argivorum et Acarnanum a. 438 animi.

2) Cf. Head, Historia numorum 341.

tem. Quae res tamen male ei cessit: rediit enim verus pater, Alcmeon A r g i v u s, et Apollinis patrocinio surreptum sibi filium restituit.

Tragoedia igitur ejus erat generis, quod nos patrioticum dicimus, ad Corinthiorum injusta postulata repellenda composita, itidem ut Ion, anno puto 411 docta, ad pietatis erga metropolin officia Ionibus inculcanda. Nisi quis in eo haerebit, quod cum Ion Athenis acta sit, Alcmeon Corinthius apud Archelaum Macedonum regem scripta Dii docenda erat a. 407 vel 406 [1]). Nil tamen mirum, si Euripides etiam apud alienigenas fidelis patriae suae civis remansit. Macedonum enim reges originem suam ducebant ab eis qui Argis consederant Heraclidis; quam originem ipse Euripides paullo ante illustraverat tragoedia sua, cui titulus fuit Archelaus — vel potius, ut mihi quidem verisimile videtur, trilogia sua, quam Macedonicam voco, ex Temeno, Temenidis, Archelao composita. Intererat igitur etiam ejus, qui tunc temporis Macedoniae regnum obtinebat idemque poetam honorificentissimo acceperat hospitio, ut Corinthii Amphilochiae possessione removerentur. Quam coincidentiam opportuna oblata occasione poetam in suum patriaeque suae usum convertisse non est quod miremur.

IX.

Sed utut se habet politica ratio, quam non altiore atque dignum est loco ponimus: tragoedia opus est poeticum maxime. Restat igitur, cum de singulis jam dicta sint omnia quae quidem dici potuerunt, ut universae fabulae cum tragoediis gemellis unitatem adumbremus.

Anno enim 415 Euripides aliquas antiquioris, id est Aeschyleae artis proprietates tragoediae reddidit, inter quas praeter tetrametri trochaici usum etiam t r i l o g i c a r a t i o eminet. Iam dudum enim animadversum est tragoedias a. 415 doctas argumenti unitate inter se conjunctas esse; quae res etiam eis approbatur, quae de tragoediis post eum annum doctis aut scire aut probabiliter conjicere possumus. Quod quo facilius

1) Cf. P. Girard, Rev. d. ét. gr. XVII 158 sq.

percipiatur, tabulam earum adjungam secundum fastos meos, quos in commentatione mea „de trimetri Euripidei evolutione" propediem editurus sum (conservatas litteris diductis imprimendas curavi):

A. 415. Trojana trilogia:
Alexander, Palamedes, T r o a d e s.
„ 414. Thebana trilogia prior:
Oedipus, Antigone, H e r c u l e s.
„ 413. ?
? Melanippe Desmotis, E l e c t r a.
„ 412. Trilogia fabulosa:
Phaethon (?), Andromeda, H e l e n a.
„ 411. Trilogia Palladis:
I p h i g e n i a T a u r i c a, Auge, I o n.
„ 410. ?
Polyidus (?), Plisthenes (?) Antiope.
„ 409. Thebana trilogia posterior:
Oenomaus, Chrysippus, P h o e n i s s a e.
„ 408. Trilogia Delphica prior:
Hypsipyle, Meleager (?), O r e s t e s.
„ 407 (?) Trilogia Macedonica:
Temenus, Temenidae, Archelaus.
post Trilogia Delphica posterior:
B a c c h a e, Alcmeon Corinthius, I p h i g e n i a A u l i d e n s i s.

Conjungebantur igitur inter se trilogiae postumae tragoediae D e l p h i c a r e l i g i o n e: Delphis enim omnium deorum maxime colebantur Apollo cum Diana et Bacchus. Quodsi nostram trilogiam cum illa comparamus, quam a. 408 composuisse videtur, in „Hypsipyla" quidem Bacchus actionem regit, is, ad quem in parodo provocatur, qui in exodo ex machina heroum fata gubernat; in Meleagro eaedem fuerunt Dianae partes, in Oreste sunt Apollinis. Neque alia est nostrae trilogiae condicio: in Bacchabus Bacchus dominatur, in Alcmeone Corinthio Apollo, in Iphigenia Aulidensi Diana.

Iam dudum igitur defervuit hostilis ille poetae in Apollinem Delphicum animus, infesta ipsius dei erga Athenienses voluntate commotus, quae quidem primis belli Peloponnesiaci

annis sese ostenderat — hostilis ille animus, cui et Andromache debetur et Electra multo illa quidem ante annum 413 concepta; videtur autem 411 reconciliatae utrimque gratiae fuisse annus. Notabile enim est, quam amice in omnibus ejus anni tragoediis Pallas cum Apolline ad heroum felicitatem conjuret. In Iphigenia Taurica Apollinis oraculo Orestes ad Tauros mittitur, sed Palladis ope fit, ut incolumis cum sorore domum reverti possit. In Auge ejusdem oraculo heroidis in Palladem incestus coarguitur, quae tamen ipsa peccatrici veniam impertit. In Ione denique eadem Pallas heroibus Apollinis nomine fatorum rationem explicat placatosque communi patriae reddit. Inde ab hoc anno autem poeta prorsus immutata anteriore inclinatione fidelissimus fit Delphicae religionis cultor; quam ille studiorum conversionem cum alias, tum vero trilogiis duabus quas Delphicas appellavi testificatus est.

Sed Bacchas praeterea cum Aulidensi Iphigenia etiam ecstasis quaedam religiosa conjungit, qua illa fabula tota, haec scaenis dumtaxat finalibus praestat; quae num in Alcmeone quoque locum habuerit, nunc quidem dicere non possumus. Neque vero opus est: spero etiam ex eis, quae indagari poterant, satis apparere non indignam fuisse hanc fabulam, quae una cum Bacchabus et Iphigenia Aulidensi poetae memoriae primum praemium conciliaret.

AD T. LIVII LIB. XLIII—XLV NOTULAE.

SCRIPSIT

P. H. DAMSTÉ.

T. Livi ab urbe condita. Ed. A. Zingerle. Editio maior. Vindobonae 1902—1908.

Lib. XLIII.

5. 5. Querelas de C. Cassio, qui consul priore anno fuerat, apud senatum habuerant multarum gentium legati nec non legati regis Gallorum Cincibili. *et regulo Gallorum absenti et his populis responsum est, senatum ea, quae facta querantur, neque scisse futura, neque, si sint facta, probare.*

Pro *absenti*, quod ab hoc loco alienissimum atque etiam ineptum est, reponendum est: *ab senatu.* Non opus est me monere, repetitionem *ab senatu — senatum* in senatus responso ut in formula gravi ac solemni legitimam esse.

De iisdem legatis infra § 8 haec in codice exarata sunt:

munera mitti legatis ex binis milibus aeris censuerunt duo fratres regulis haec praecipua, torques duo e. q. s.

Lectio manifeste corrupta variis modis emendata est. Editor Bas. 1531 scripsit: *censuerunt; duobus fratribus regulis haec* atque ita Weissenborn recensuit. Madvig corrigendum censuit: *censuerunt;* [*duo*] *fratri reguli haec*, quem Zingerle secutus est, idem vero in editione scribere maluit: *censuerunt; duobus fratribus reguli haec* probante Hartelio. Denique Harantii est propositum: *censuerunt;* ⟨*erant*⟩ *duo fratres reguli;* ⟨*ii*⟩*s haec.*

In nulla tamen ex his coniecturis origo corruptelae probabiliter explicatur. Persuasum mihi est restituendum esse:

censuerunt; [*duo fratres*] *regulis haec praecipua* e. q. s.

Nempe vocabula *duo fratres* inducenda sunt: debentur enim interpretatori, qui voce *regulis* Cincibilum fratremque eius, qui in senatu verba fecerat, indicari lectorem admonere voluit. Fortasse addita fuit nota, qua significatur *scilicet* vel *sunt* vel *erant.*

6. 12. Legati Carthaginiensium se frumenti copiam devexisse in senatu renuntiant, quod munus minus quidem esse quam pro meritis populi Romani et voluntate sua profitentur, *sed saepe alias, bonis in rebus utriusque populi, se gratorum fideliumque socium muneribus functos esse.*

Verba quae sunt *bonis in rebus utriusque populi* sanam interpretationem non admittunt, id quod Novák ante me sensisse videtur cum proposuerit: *bonis in rebus* ⟨*suis*⟩ *dubiisque populi* ⟨*Romani*⟩ *se gratorum* nec non Weissenborn, qui haec ad locum extricandum annotavit: „der Zusammenhang scheint zu sein: aber sie könnten jetzt, in ihrer gedrückten Lage (eine indirecte Anklage Masinissas, der ihnen die fruchtbarsten Landstriche entrissen hat) nicht mehr geben, früher, als sie, wie die Römer noch jetzt, in günstigeren Verhältnissen gewesen wären, hätten sie mehr gethan".

Vides quam contorta atque importuna sit vocabuli *utriusque* explicatio. Nonne potius legendum est:

bonis in rebus utique populi (sc. Carthaginiensium). Cf. XLIV. 14. 8: Rhodii superbe commemoratis meritis suis erga populum Romanum et paene victoriae, utique de Antiocho rege, maiore parte ad se vindicata, adiecerunt e. q. s.

Item legati Masinissae prodeunt et frumentum, equites, elephantos in usum belli cum Perseo gerendi pollicentur *et si quid aliud opus esset, uti imperaret senatus.* Deinde in codice haec sequuntur (§ 14): *aeque propenso animo et quae ipse ultro pollicitus sit praestaturum esse.*

Quandoquidem *aeque* — *et* ex usu Liviano non est, ed. Bas. 1531 pro *et quae* exhibet: *ac quae*, Zingerle cum H. I. Muellero post *animo* inseruit: *et ea*, qui etiam ⟨*ea*⟩ *et quae* temptavit. Equidem nullus dubito quin Livio reddendum sit:

aeque propenso animo et quasi ipse ultro pollicitus sit praestaturum esse.

h. e. regem alia quoque aeque propenso animo atque superiora praestaturum esse et quasi ipse ultro pollicitus sit, non senatus ea imperaverit.

8. 1. Micythion, princeps legatorum Chalcidensium, postquam in senatu exposuit quae C. Lucretius in populares suos superbe, avare, crudeliter fecisset, *accersere in senatum Lucretium placuit, ut disceptaret coram purgaretque sese, ceterum multo plura praesens audivit quam in absentem iacta erant.*

Hunc locum legentem me semper tenet suspicio, post *plura* revocandum esse vocabulum *probra*. Cf. Tac. Hist. IV 45: cum contumeliis ac probris, quae in senatum universum iacerentur, Liv. XXIX. 9. 4: probra in eum ipsum iactata.

9. 5. Romani suspectum habebant Gentium, Illyriorum regem. *itaque et octo naves ornatas a Brundisio senatus censuit mittendas ad C. Furium legatum Issam, qui cum praesidio duarum Issensium navium insulae praeerat; duo milia militum in eas naves sunt inposita, quae M. Raecius praetor... conscripsit; et consul* e. q. s.

Quoniam naves ipsae iam ornatae fuisse dicuntur, fieri non potuit ut singulae numerum CCL militum insuper reciperent, ut Weissenborn iure monuit. Cui difficultati ut obviam veniret, nnmerum corruptum esse suspicatus *itaque X et octo naves* in commentario coniecit, in editione vero Teubn. post *praeerat* lacunae signum collocare maluit; hanc autem rationem saniorem esse existimo. In codice enim post *praeerat* exaratum est verbum *miserunt*, quod post ed. Bas. 1531 editores indicta causa deleverunt; accedit quod *et consul* nimium distat quam ut ad *et octo* possit referri. Desideratur igitur mentio navium, in quas duo milia militum, a M. Raecio conscripta, imposita sunt eademque pars enuntiati, quae verbis *et octo* respondeat. Quae cum ita sint, versus unus excidisse atque ita fere locus refingendus esse videtur:

praeerat, <*et octo naves militibus nondum ornatas*> *miserunt.*

14. 5: *censores, ut eam rem adiuvarent, ita in contione*

ediderunt: legem censui censendo dicturos esse, ut praeter commune omnium civium ius iurandum haec adiurarent:

Vocabulum *ita* de loco suo deturbatum reponendum est post verbum *censendo.*

16. 7 sqq. Rogatio repente sub unius tribuni nomine promulgatur, quae publica vectigalia aut ultro tributa C. Claudius et Ti. Sempronius locassent, ea rata locatio ne esset: *ab integro locarentur, e t ut omnibus redimendi et conducendi promiscue ius esset.*

Corrigendum puto: *ab integro locarentur i t a ut* e. q. s.

In eodem capite § 10 haec sunt: *postero die ingentes tumultus ciere. Ti. Gracchi primum bona consecravit* e. q. s.

Infinitivi *ciere* subiectum desiderari I. F. Gronovius quoque vidit, qui legere voluit *ciens,* atque sane tumultus uni P. Rutilio, tribuno plebis, debentur. In codice autem scriptum est: *tĭb. gracci,* quod compendium editores male interpretatos esse arbitror; credo enim Livium scripsisse:

postero die ingentes tumultus ciere t r i b u n u s. Gracchi primum cet. Similiter in huius capitis fine nomen Gracchi praenomine non addito bis occurrit.

18. 6 sqq. In eo est ut obsidionem oppidi Uscanae Perseus incipiat, *prius tamen quam vim admoveret missis qui temptarent nunc praefectorum p r a e s i d i i, nunc oppidanorum animos. erat autem ibi cum iuventute Illyriorum Romanum ⟨praesidium⟩.*

Ut cancelli indicant, voc. *praesidium* in codice deest et in ed. Bas. 1531 primum est repositum. At editores, qui ducem illum Basiliensem merito secuti sunt omnes, videant an non simul eliminandum fuerit *praesidi,* quod in versu superiore exaratum est. Mihi certe constat, vocabulum, cuius suus locus est post *Romanum,* abbreviato suffixo scriptum in locum alienum post *praefectorum* migravisse. Continuo sequuntur haec (§ 7):

postquam nihil pacati referebant, oppugnare est adortus.

In hisce nescio an post *pacati* propter litterarum similitudinem voc. *l e g a t i* omissum sit.

Incolae tamen oppugnationem fortiter sustinebant, (§ 8) *quia spes erat neque hiemis vim diutius pati Macedones in aperto*

Alcmeonemque ut parricidam morte multari — eum sibi enim finem instare ipse fragmento, quod modo explicavimus, praedixit. Quid tum? Amphilochum regni heredem originis suae inscium apud parentes adoptivos remanere haud sane aegre tulisset regina. Sed una cum Amphilocho etiam Tisiphone remansisset invisa paelex, in dies magis efflorescente juventute potens; hoc vero nullo pacto ferri poterat. Atqui ferendum erat; quid enim profecisset, etiamsi coram advena viro dixisset eum non peregrinam incertae stirpis, sed hospitis sui praesentis filiam in scelestum matrimonium ducere velle? Mortem tantum huic ipsi hospiti properasset, quo semel remoto in eundem statum res restituebatur, quo ante venditam Tisiphonen erat. Restabat tamen aliud idemque ultimum desperantis perfugium; frater puellae incognitus, idemque incognitus advenae filius.

Quidni enim solido jacto actionis fundamento etiam superficiem, ea qua par est cautione adhibita, restituere conemur? Exitus quidem agonis haud dubie is fuit, ut Creontis, sive ea fuit Adrasti, sententia vinceret; ad mortem igitur ducendus est parricida, ancilla ejus autem regi restituenda. Attamen dei supplex erat uterque. Quasi vero hoc tanto fuerit impedimento; conferatur modo Alcmenae, Herculis vel etiam Ionis similis scena. Nec dubitabit tragici moris peritus, quin hoc ferale officium Amphilocho traditum sit: ita etiam in Antiopa filii incognitam matrem occidere jubentur, ita in Ione filius incognitae matris carnifex est futurus, ita — nam Hypsipyles obscurior est ratio — etiam Thyesti Sophocleo ex filii incogniti manibus mors portenditur. Hoc igitur supremum est fabulae discrimen: Alcmeon parricida simili parricidio vitam amissurus.

Ecce autem impotens irae properantibus supervenit Mero[illegible] regina, sportulam, credo, manu gerens, in qua li[illegible] rum [illegible] *γνωρίσματα*. „Abstine manus!" inquit; „verus [illegible] quem occisurus es". Conversi inde animi [illegible] ex ea, quae sequi debebat, scaena pe[illegible] Nauckii 84:

> ἢ τί πλέον εἶναι παῖδας ἀν[illegible]
> εἰ μὴ 'πὶ τοῖς δεινοῖσιν ὠφ[illegible]

quod licet solo 'Αλκμέωνι lemm[illegible]

rinthio reddendum esse metrica iambi soluti ratione evincitur. Utut est, jam in ipsa tyranni domo auxilium invenit reus. Probabile est Creontem et ipsum ad extrema redactum vim parasse; qui novus rerum nodus Apolline vindice ita solutus est, ut spe sua dejectus tyrannus in exilium proficisci juberetur. Quid regina puellaque factum sit, indagare jam non possumus.

Sed quoquo modo se habent singula, id pro certo affirmare licet, Meropes zelotypia factum esse, ut arcana patefierent Alcmeonique cum liberis etiam salus redderetur.

VIII.

Neque hoc tamen solum fuit summi judicis decretum: praeter ea enim, quae nunc sciri non possunt — velut Corinthiorum regnum successori addictum — ab Apollodoro docemur (v. supra c. II § 6) Amphilochum κατὰ χρησμοὺς Ἀπόλλωνος Ἀμφιλοχικὸν Ἄργος οἰκῆσαι. Nec dubium est quin in hoc vaticinio p o l i t i c u s fabulae cardo versetur.

Secundum Thucydidem, cui ea, quae de hoc oppido scimus, fere omnia debemus (II 68), „Argos Amphilochicum ceteramque Amphilochiam post bellum Trojanum Amphilochus condidit A m p h i a r a i f i l i u s, cum domum reversus statum ibi rerum non probaret; Argos autem oppidum in patriae suae honorem appellavit". Ex eis quae sequuntur barbaros proprie fuisse Amphilochios apparet. Multis generationibus post coacti sunt Argivi vicinae Corinthiorum coloniae Ambraciae cives intra muros suos recipere, a quo demum tempore Graeci fieri coeperunt. Po[illegible]m annorum seriem tota urbe potiti sunt [illegible]aciotae [illegible] indigenis civibus Amphilochiis, qua vic[illegible]corona[illegible] est Corinthiorum in mari occidentali [illegible]ationi[illegible]ando factum sit, accuratius definiri nequit, [illegible]ersic[illegible]lla, a [illegible] Argivi Amphilochii genuino- [illegible] Argiv[illegible]plum [illegible]bstinuerunt.

[illegible]c ta[illegible]n t[illegible]tercessit, quin iterum con-[illegible]retu[illegible]arn[illegible], Amphilochiorum et ipsi [illegible]i, p[illegible]is [illegible] hostes erant Atheniensium [illegible]ter[illegible]al[illegible]455 Messeniis traditam, quo [illegible] anno a Pericle coercendorum

res ex eis, quae infra allaturi sumus, etiam magis patebit. Interim ad Welckerum revertimur.

Ita enim ille: „Ex ipso argumento necessario sequitur non sine difficultate Alcmeonem Corinthi filium suum Amphilochum recuperare potuisse; cujus rei causam vix aliam poeta fingere poterat, quam ut Creon, quippe qui filii loco illum educavisset, primo Alcmeonis postulationem respueret, donec ab ipso convinceretur". Quam suspicionem et speciosam et veram esse duo fragmenta demonstrant, quorum alterum Creontis filium, alterum regem filio orbatum exhibet.

Et prius quidem ad orationem pertinet, qua Alcmeon suum ipse filium nondum a se agnitum alloquitur (75 N.):

ὦ παῖ Κρέοντος, ὡς ἀληθὲς ἦν ἄρα,
ἐσθλῶν ἀπ' ἀνδρῶν ἐσθλὰ γίγνεσθαι τέκνα,
κακῶν δ' ὅμοια τῇ φύσει τῇ τοῦ πατρός.

Ipsi enim Creonti nullum fuisse filium ex fragmento, quod illico allaturus sum apparebit. Videtur igitur Alcmeon, cum nulla se etiamtum a Creonte injuria affectum esse comperisset, honoris causa nomen ejus usurpare; quare rectissime a Welckero prologo assignatur hoc fragmentum ex scena petitum ejus, puto, non dissimili, in qua Oedipum silente Antigona cum peripolo Coloneo colloquentem videmus.

Posterius autem fragmentum (76 N.):

ὁρᾶτε τὸν τύραννον, ὡς ἄπαις γέρων
φεύγει· φρονεῖν δὲ θνητὸν ὄντ' οὐ χρὴ μέγα

propter ipsum argumentum exodo dandum est. Et rectissime Welckerus „Creontem, quem antea superbe se et imperiose adversus Alcmeonem gessisse consentaneum est, nunc propter probrum in liberos sibi commissos perpetratum ab ipso pelli" contendit, nisi quod exilii auctorem non Alcmeonem existimaverim, cui nihil in civitatis alienae regem esse potuit juris, sed ipsum ex machina deum, Apollinem scilicet. Ita etiam in Antiopa Lycus a Mercurio exilio solum vertere jubetur, ita in Bacchabus a Libero Cadmus, a deo ex machina uterque.

Hic igitur fabulae exitus fuit, ut Creonti filius per nefas arrogatus adimeretur ipseque fraudem temptatam exilio luere cogeretur. Quae fraus quomodo detecta fuerit si quaerimus, anagnorismum statuamus oportet eumque duplicem. Aliquas

in eo reginae partes fuisse probabile est, quae paelicis reditum minime aequo animo ferre potuit; ceteras Welckeri suspiciones, cum incertissimae sint, praeterire praestat, quo celerius ad ea, quae ipsi ad fabulae argumentum restituendum conferre possumus, transeamus.

V.

Primo loco afferenda mihi est vascularis pictura ex collectione Vaticana satis illa quidem nota nec tamen a quoquam adhuc explicata. Scaenam rei agendae et palma indicat (I) procera et fructifera, et humilis laurus (E); sumus igitur in Apollinis templo. Mediam aream ara occupat, in qua



sedentem videmus supplicis ritu senem quendam cano capillo canaque barba conspicuum (G), tunica amictum longis et angustis manicis insigni, pallio insuper imposito, quod fibula in dextro humero continetur; caligae grandes nigraeque peregrinum produnt. Succinctus est autem gladio, quem sinistra manu sustinet. Astat ei eidem arae innisa mulier juvenis (H)

tunica talari pallioque amicta, cujus pars superior flammei instar caput ejus velat. Utriusque voltus dextrorsum (a spectatore) est conversus; hic eis tardo incessu vir quidam obviam venit (F) regio scipione regiaque infula insignitus, picta praeterea tunica cum longis et decoris manicis et pretioso pallio, cujus et universus habitus et manus dexterae gestus severitatem quandam prodere videtur. A sinistra scenam symmetrice claudit puer pulcherrimus (K), regis haud dubie filius, picta et ipse tunica, brevi tamen succinctoque pallio ornatus, diademate praeterea radiato; caligae duaeque hastae peregre advenientem significant.

Humano huic agmini divinum imminet. Et medium quidem locum Venerem (C) videmus cum Cupidine filio volucri (B) vividissime colloquentem. Claudunt autem utrimque scaenam a dextera Furia (D) plus medio corpore e tumulo prominens, quales tragoedia adamavit, face et viperis insignita, a sinistra autem dea (A) venerabilis, Iuno puta vel Ceres, praeter amplissimum ornatum etiam diademate radiato conspicienda, quod etiam in Veneris Cupidinisque frontibus apparet.

Haec igitur pictura continentur. Interpretationes mihi innotuerunt hae.

1) Millingenus primus editor, id quod maxime erat proclive, in Oedipum Coloneum incidit (G: Oedipus, H: Antigone, F: Theseus). Quo nihil infelicius excogitari potuit: neque enim caecus est senex G, et inexplicata remanserunt gladius, ara, palma, laurus, Venus, Cupido.

2) Welckerus (Alte Denkmäler III 371), qua erat antiquae tragoediae peritia, de Atrei fabula cogitavit (G: Thyestes, H: Aerope, F: Atreus). Sed neque elici potest ex Pelopidarum mytho talis scena, et obstat aetatis G et F differentia, nec locus ullus in illo dramate fuisse videtur palmae lauruique.

3) Loewy (Eranos Vindobonensis 272) paulisper conversa Welckeriana ratione non ad Mycenensem, sed ad Sicyonium Thyestem Sophocleam deflectit argumentum, scilicet ad Thyestis cum Pelopia filia incestum (G: Thyestes, H: Pelopia, I: Sicyoniorum rex). Ipse tamen fatetur apud Sophoclem in Palladis templo facinus committi, cum vasculum Apollinis exhibeat, et gladium — id quod gravissimum est — post

incestum commissum Thyestae ereptum esse. Addo etiam aetatem senis huic conjecturae refragari et in universum talem Thyestae cum Pelopia *ἱκεσίαν* ab illa fabula plane alienam esse.

Iam si explicationem quaerimus dubitare non debemus, quin et tragicum sit picturae nostrae argumentum, nec tamen in ipsa, ut ita dicam, superficie traditionis mythographicae positum; nam si ibi esset, jamdudum esset inventum. Immo haec est quaestionis nostrae condicio, ut paullo altius scrutandum sit, ita tamen, ut naturalis *ἱκεσίας* nostrae cum traditione mythographica conexus quidam appareat; nam nisi ita esset, prorsus esset desperandum. Videamus igitur, ecqua praeter jam allata talis, qualis nostra est, *ἱκεσίας* vestigia inveniantur, ea proposita condicione, ut omnes picturae nostrae partes nulla excepta facilem et pronam explicationem inveniant.

4) De Heraclidis neque alium quemquam cogitasse video neque ipse cuiquam talis interpretationis auctor sim. Quamquam enim aliqua concinere videntur (G: Iolaus, H: Macaria, F: Demophon, K: Hyllus), tamen nec senis gladius, nec regis actus, nec palma cum lauru, nec universus deorum coetus cum illa tragoedia conjungi potest, ut non dicam talem in ea scenam omnino desiderari.

5) Longe speciosior est Dictyis Euripideae ratio, quae nobis *ἱκεσίαν* praebet nostrae non dissimilem (G: Dictys, H: Danae, F: Polydectes, K: Perseus). Obstat tamen et gladius, et puer K plane non ad Persei exemplar figuratus, et palma cum lauru, et Furia.

6) Post longas ambages indignabundo, credo, lectore temptatas ad nostram fabulam relabimur; qua una omnes, sed omnes picturae partes explicari quis est quin primo obtutu videat? Est igitur G ipse Alcmeon fatalem illum gladium parricidii instrumentum secum portans — eadem est Orestis et apud Aeschylum (Eum. 42) et in vasculis ratio, symbolica haud dubie, attamen constans; H—Tisiphone, velata illa quidem, ut virgines in virili coetu decebat (cf. e. g. Phoen. 1485); F—Creon, K—Amphilochus; Furia apte parricidam comitatur, Venus et Cupido de regis illicito in hospitis filiam amore disserunt, palma autem cum lauru vel maxime sunt appositae loco, quo Apollo futuri nuntius proditurus est. Omnia igitur

felicissime quadrant, nisi quis in eo haerere velit, quod Creon nigram etiamtum pascit barbam, cum in fragmento supra allato γέρων appelletur. Frustra tamen; fas est juniorem Alcmeone eum fuisse, qui etiamtum amore incensus sit ejus puellae, quae illi ancillae tantum loco fuerit, γέρων autem cum ἄπαις conjunctum eum significat, quem orba senectus manet; ita etiam Helena, ne ipsa quidem ut anus inducta, filiam suam queritur ἄνανδρον πολιὰ παρθενεύεσθαι (Hel. 282), et Menelaum interrogat Andromache, num hanc eandem Hermionen ἄνανδρον domi χήραν habiturus sit πολιόν (Andr. 348). Proleptice talia accipienda sunt.

Nunc demum post tantam lucem picturae affusam arcana ejus pulcritudo apparebit. Liberos suos quaesitum venerat Alcmeon: jam ambo ei praesto sunt, et filius et filia, neque id tamen novit.

VI.

Quae si vere disputavimus, incrementum nacti sumus non contemnendum ad fabulae nostrae mythopoeiam accuratius adumbrandam; quod ut cum ceteris concinnemus, ad ea quae capite II extremo posuimus redeundum est.

Post Apollinis, inquam, in prologo discessum Alcmeonem intrantem videmus, Tisiphones ancillae ductu incertos passus regentem; qui volet, senem paedagogum comparare potest a Creusa in scaenam productum (Ion 725 sqq.), idque eo aptius, quod hic quoque in Apollinis templo, suburbano puto, res geri videtur. Quibus advenientibus obviam fit Amphilochus e peregrinatione domum revertens; sed benignum, quod inter eos ortum erat, colloquium asperiorem accipit notam advenae nomine a juvene audito. Qui si non ipse subitanea in parricidam ira exarsit, attamen populi in eum animos exacerbatos esse ostendit; qua re cum ignotum patrem compulisset, ut ad Apollinis aram confugeret, ipse ad regem arcessendum abit.

Atque ita quidem ἱκεσία instituitur, cujus nobis vasculum imaginem servavit. Secuta est parodos mulierum Corinthiarum, cujus unicum frustulum jam supra cap. IV allatum est. Qua finita supervenit Creon; hic igitur Theseo Sophocleo respondet. Sed cum ille nullius sibi erga hospitem injuriae conscius amice

rem transigat, Creon Tisiphone agnita et de Amphilocho metuens maxime sua interesse existimat, ut advenam incommodum solum dumtaxat urbe ejiciat aut etiam summo afficiat supplicio. Parricidii eum igitur causam dicere jubet. — At illud tot jam annis praecesserat! — Num pluribus quam Oedipi in cognomini Sophoclis fabula posteriore? Quo in crimine intendendo utrum ipsius Creontis persona abusus sit poeta, an Adrastum grandaevum, Tyndareum illum ex Oreste reponens, Argis arcessiverit, nescimus; illud tamen certissimum est, ante Apollinis aram locum habuisse ἀγῶνα inter Alcmeonem ejusque adversarium de matre ab ipso occisa.

Neque enim dubium esse potest quin Alcmeoni eique Corinthio reddendum sit gravissimum fragmentum 67, quod cum aliis ad Psophidensem rettulit Nauckius:

ὁ Φόβος, ὅταν τις σώματος μέλλῃ πέρι
λέγειν καταστὰς εἰς ἀγῶν' ἐναντίον,
τό τε στόμ' εἰς ἔκπληξιν ἀνθρώπων ἄγει
τὸν νοῦν τ' ἀπείργει μὴ λέγειν ἃ βούλεται.
τῷ μὲν γὰρ ἔνι κίνδυνος, ὁ δ' ἀθῷος μένει.
ὅμως δ' ἀγῶνα τόνδε δεῖ μ' ὑπερδραμεῖν·
ψυχὴν γὰρ ἆθλα κειμένην ἐμὴν ὁρῶ.

Fatendum quidem est citationis auctorem Stobaeum abbreviato lemmate ἀκμ' haec verba afferre, quod non modo Alcmeonem utrumque, sed etiam Alcmenen significare potest; et revera ad Alcmenen ea rettulit Engelmannus [1]) nec tamen cuiquam quod sciam persuasit. Nostra disceptandi ratione Alcmene una cum Psophidensi Alcmeone removebitur; est autem haec.

Psophidensis enim Alcmeon anno 438 scaenae commissus est simul cum Alcestide; hae sunt severioris stili fabulae. Contra Corinthius cum inter postumas locum habuerit, plus

1) Archäol. Stud. zu den Tragikern (1900) 60. Uno verbo refellere possemus ejus conjecturam, si recte concederemus Nauckium primo fragmenti versu αἵματος pro σώματος scripsisse; nullius enim sanguinis rea fuit Alcmene, cui adulterii crimen a viro intenditur. Verum rectissime se habet tradita scriptura; σῶμα enim usu raro ab oratoribus atticis pro capite usurpatur, velut Aeschin. 2, 8 ὁ κινδυνεύων ἐγὼ περὶ τοῦ σώματος.

triginta annorum intervallo ab illa remotus est stilumque liberrimum exhibet. Iam in severioris stili fabulis iamborum solutorum modulus 5 % non excedit, — hoc est, in vicenis versibus singulae tantum solutiones inveniuntur; nostrum autem fragmentum in septem versibus tres exhibet solutiones. Scio plerosque viros doctos invitos poetas ad abacum adigi pati idque etiam in integris fabulis, nedum in fragmentis solutionum computandarum ratio constare possit; casuine ergo dabimus tantam in iambis solvendis fragmenti nostri licentiam? Sed in uno v. 5 duas adeo solutiones habemus, qui abusus in severioris stili tragoediis (puta in Alcestide, Medea, Heraclidis, Hippolyto, quibus etiam adnumeranda est Rhesus) admodum raro invenitur, ita ut binarum solutionum bina tantum in singulis exempla extent; etiamne hoc casui dandum ponemus? Ponamus sane; remanet tamen ultimum idemque firmissimum argumentum. Praeter quantitativam enim analysin, quae jam a multis jure est adhibita, etiam ad qualitativam recurrendum est, quam ante me, quod sciam, adhibuit nemo: non perinde est quomodo quaeque longa solvatur. Hac de re alias pluribus acturus sum; hoc loco illa satis habeo monere, quae ad nostram rem pertinent.

Principio in longis solvendis non ἔρως sed ἀνάγκη regnasse videtur; quo fit ut etiam in Euripidis tragoediis, quae quidem severioris sunt stili, in polysyllaba potissimum — qualia sunt πόλεμος, πολέμιος cett. — solutiones cadant, quippe quae nullo alio modo in versum includi possint; raro in bisyllaba et monosyllaba, in ea praesertim — substantiva vel adjectiva vel verba — quae ipso pondere suo attentionem ad se trahunt. Cui usui plane refragantur nostri fragmenti solutiones; exhibet enim v. 5 bisyllabum ἔνι, v. 1 adeo substantivum bisyllabum φόβος. Omnino autem inaudita in severioribus tragoediis est tertiae solutionis ratio, v. 5 ὁ δ' ἀθῷος, tria vocabula in una sede coacervata; talia apud Euripidem, quo nemo tenuiore aure legitimum versuum sonum callebat, ante Troadas (a. 415) plane non inveniuntur.

Praefracte igitur negandum est ex Psophidensi Alcmeone Alcestidis aequali fragmentum nostrum peti potuisse; quod idem tamen etiam in Alcmenen valet, quam inter antiquiores

tragoedias esse referendam reliquiae arguunt ad severiorem regulam omnes conformatae. Restat igitur ut Corinthio assignetur; quod quam bene cum fabulae argumento concordet, ex eis, quae supra vidimus, apparet.

Agon igitur instituebatur inter Alcmeonem ejusque adversarium, quo ille matris a se occisae crimen a capite suo removere debebat; cujus causae status cum is fuerit, quem Graeci δικαιολογίαν, Latini juridicialem appellabant, nulla alia reo defensio relinquebatur, quam ut ad Apollinis jussum provocaret. Qua re aptissime ipsius dei in exodo adventus praeparabatur.

VII.

Quod tamen antequam fieret, necesse erat duplici ἀναγνωρισμῷ et Amphilochus et Tisiphone patri redderentur. Id vero qua ratione sit effectum ut per singula persequi hariolo dignius est quam philologo, ita in universum ex eis, quae jam eruta sunt, probabiliter sane enucleari potest.

Id enim premendum est ipsum Alcmeonem in hac re nihil perficere potuisse; alioquin diuturna cum Tisiphone consuetudine de liberorum suorum statu edoctus esset. Creonti sane omnia bene nota erant; ejus tamen ne tantillum quidem intererat tenebras, quibus liberorum origines obvolverat, discutere. Amphilochus rursus Tisiphoneque pari esse debebant in hac re ignorantia. Restabat Merope regina; quae cum ipsa stirpe mascula orba esset, qua tandem ratione impelli potuit, ut vera Amphilochi origine patefacta sibi ipsa una cum viro solitariae senectutis causa existeret?

Qua tandem ratione, quaeris? Ea, quae in matronis, Euripideis praesertim, semper maxime fuit legitima: zelotypia. Neque enim immerito picturae vascularis auctor Veneri Cupidinique de illicito Creontis amore deliberantibus opposuit Iunonem, severam injuriae maritalis vindicem.

Et nunc demum mythopoeiae ab Euripide inventae virtutes quales quantaeque fuerint assequi possumus; nunc demum intellegimus, cur Amphilocho, in quo — ut capite insequenti demonstraturus sum — totus rerum cardo vertitur, sororem addiderit Tisiphonen. Finge enim Creontis victoria finiri agonem

Alcmeonemque ut parricidam morte multari — eum sibi enim finem instare ipse fragmento, quod modo explicavimus, praedixit. Quid tum? Amphilochum regni heredem originis suae inscium apud parentes adoptivos remanere haud sane aegre tulisset regina. Sed una cum Amphilocho etiam Tisiphone remansisset invisa paelex, in dies magis efflorescente juventute potens; hoc vero nullo pacto ferri poterat. Atqui ferendum erat; quid enim profecisset, etiamsi coram advena viro dixisset eum non peregrinam incertae stirpis, sed hospitis sui praesentis filiam in scelestum matrimonium ducere velle? Mortem tantum huic ipsi hospiti properasset, quo semel remoto in eundem statum res restituebatur, quo ante venditam Tisiphonen erat. Restabat tamen aliud idemque ultimum desperantis perfugium; frater puellae incognitus, idemque incognitus advenae filius.

Quidni enim solido jacto actionis fundamento etiam superficiem, ea qua par est cautione adhibita, restituere conemur? Exitus quidem agonis haud dubie is fuit, ut Creontis, sive ea fuit Adrasti, sententia vinceret; ad mortem igitur ducendus est parricida, ancilla ejus autem regi restituenda. Attamen dei supplex erat uterque. Quasi vero hoc tanto fuerit impedimento; conferatur modo Alcmenae, Herculis vel etiam Ionis similis scena. Nec dubitabit tragici moris peritus, quin hoc ferale officium Amphilocho traditum sit: ita etiam in Antiopa filii incognitam matrem occidere jubentur, ita in Ione filius incognitae matris carnifex est futurus, ita — nam Hypsipyles obscurior est ratio — etiam Thyesti Sophocleo ex filii incogniti manibus mors portenditur. Hoc igitur supremum est fabulae discrimen: Alcmeon parricida simili parricidio vitam amissurus.

Ecce autem impotens irae properantibus supervenit Merope regina, sportulam, credo, manu gerens, in qua liberorum erant *γνωρίσματα*. „Abstine manus!" inquit; „verus tibi pater est is, quem occisurus es". Conversi inde animi; ac fieri potest, ut ex ea, quae sequi debebat, scaena petitum sit fragmentum Nauckii 84:

ἦ τί πλέον εἶναι παῖδας ἀνθρώποις, πάτερ,
εἰ μὴ 'πὶ τοῖς δεινοῖσιν ὠφελήσομεν,

quod licet solo *'Αλκμέωνι* lemmate traditum sit, tamen Co-

rinthio reddendum esse metrica iambi soluti ratione evincitur. Utut est, jam in ipsa tyranni domo auxilium invenit reus. Probabile est Creontem et ipsum ad extrema redactum vim parasse; qui novus rerum nodus Apolline vindice ita solutus est, ut spe sua dejectus tyrannus in exilium proficisci juberetur. Quid regina puellaque factum sit, indagare jam non possumus.

Sed quoquo modo se habent singula, id pro certo affirmare licet, Meropes zelotypia factum esse, ut arcana patefierent Alcmeonique cum liberis etiam salus redderetur.

VIII.

Neque hoc tamen solum fuit summi judicis decretum: praeter ea enim, quae nunc sciri non possunt — velut Corinthiorum regnum successori addictum — ab Apollodoro docemur (v. supra c. II § 6) Amphilochum *κατὰ χρησμοὺς Ἀπόλλωνος Ἀμφιλοχικὸν Ἄργος οἰκῆσαι*. Nec dubium est quin in hoc vaticinio politicus fabulae cardo versetur.

Secundum Thucydidem, cui ea, quae de hoc oppido scimus, fere omnia debemus (II 68), „Argos Amphilochicum ceteramque Amphilochiam post bellum Trojanum Amphilochus condidit Amphiarai filius, cum domum reversus statum ibi rerum non probaret; Argos autem oppidum in patriae suae honorem appellavit". Ex eis quae sequuntur barbaros proprie fuisse Amphilochios apparet. Multis generationibus post coacti sunt Argivi vicinae Corinthiorum coloniae Ambraciae cives intra muros suos recipere, a quo demum tempore Graeci fieri coeperunt. Post novam annorum seriem tota urbe potiti sunt Ambraciotae expulsis indigenis civibus Amphilochiis, qua victoria corona imposita est Corinthiorum in mari occidentali dominationi. Quod quando factum sit, accuratius definiri nequit, post Persica tamen bella, a quibus Argivi Amphilochii genuinorum Argivorum exemplum secuti abstinuerunt.

Nec tamen multum temporis intercessit, quin iterum converteretur orbis. Acarnanes enim, Amphilochiorum et ipsi vicini, primis Periclis temporibus hostes erant Atheniensium propter Naupactum, ab illis a. 455 Messeniis traditam, quo factum est ut etiam exercitus eo anno a Pericle coercendorum

causa mitteretur; postmodo vero commune Corinthiorum odium Amphilochios cum Acarnanibus conjunxit. Arcessito igitur Athenis Phormione Argos Ambraciotis adimunt, ipsos in servitutem redigunt, urbem autem suis Acarnanumque colonis tradunt. Quod brevi post Samiam Phormionis strategiam a. 440 accidisse videtur. [1])

Peloponnesiaci belli vicissitudines Acarnanum Amphilochiorumque cum Atheniensibus foedus corroboraverunt, quod demonstratum est Acarnanicis expeditionibus, et ipsius Phormionis et post ejus mortem ejus filii. De insequentibus illorum populorum fatis nil nobis proditum est; nec tamen dubitare possimus, quin classe Atheniensium Syracusis amissa Corinthiorum in illis oris hegemonia restituta sit. De solo exitu certi aliquid affirmare licet; qui qualis fuerit inde maxime apparet, quod saec. IV Amphilochiorum Argivorum stater Corinthiorum insigne gerit — Pegasum. [2])

Nunc demum satis perspicere possumus quid sibi velit mythopoeia Euripidea, cujus ea est ratio, ut Creon Corinthiorum rex Amphilochum Alcmeonis Argivi filium pro suo educet; hoc fuit nimirum Atheniensium responsum, cum Corinthii eadem pervicacia Amphilochum sui fuisse regis filium asseverassent, ut se legitimum scilicet in Argivos Amphilochios imperium exercere demonstrarent. Quae „mythologia politica" minime mira esse videbitur peritis, eis nimirum, qui non ignorant e. g. etiam II a. Ch. saeculo Telephi mythopoeiam aspectum suum immutasse, prout amico an hostili fuerint in Romanos animo Pergamenorum reges.

Revera igitur sibi arrogabat Creon Amphilochum adulescen-

---

1) Cf. Beloch, Attische Politik 299. Eo ipso tempore Euripides Alcmeonem Psophidensem scaenae commisit (simul cum Alcestide a. 438), in qua — nam ei reddenda esse videtur permira Apollodori III 91—93 fama — Acarnan et Amphoterus, Alcmeonis ex Callirrhoe filii, Iovis beneficio statim ab infantia juvenilem aetatem adepti patris mortem ulciscuntur, quo facto in Acarnaniam coloniam deducunt. Quod si Acarnan sine dubio Acarnanum est eponymus, fas est insolitum Amphoteri nomen ipsum quoque ad populum trahere ex „utraque" gente constante, sive eas fuisse putamus Amphilochios cum Ambraciotis, sive Amphilochios cum Acarnanibus conjunctos. Utcumque est, mythicam habemus projectionem fraterni Argivorum et Acarnanum a. 438 animi.

2) Cf. Head, Historia numorum 341.

tem. Quae res tamen male ei cessit: rediit enim verus pater, Alcmeon A r g i v u s, et Apollinis patrocinio surreptum sibi filium restituit.

Tragoedia igitur ejus erat generis, quod nos patrioticum dicimus, ad Corinthiorum injusta postulata repellenda composita, itidem ut Ion, anno puto 411 docta, ad pietatis erga metropolin officia Ionibus inculcanda. Nisi quis in eo haerebit, quod cum Ion Athenis acta sit, Alcmeon Corinthius apud Archelaum Macedonum regem scripta Dii docenda erat a. 407 vel 406 [1]). Nil tamen mirum, si Euripides etiam apud alienigenas fidelis patriae suae civis remansit. Macedonum enim reges originem suam ducebant ab eis qui Argis consederant Heraclidis; quam originem ipse Euripides paullo ante illustraverat tragoedia sua, cui titulus fuit Archelaus — vel potius, ut mihi quidem verisimile videtur, trilogia sua, quam Macedonicam voco, ex Temeno, Temenidis, Archelao composita. Intererat igitur etiam ejus, qui tunc temporis Macedoniae regnum obtinebat idemque poetam honorificentissimo acceperat hospitio, ut Corinthii Amphilochiae possessione removerentur. Quam coincidentiam opportuna oblata occasione poetam in suum patriaeque suae usum convertisse non est quod miremur.

IX.

Sed utut se habet politica ratio, quam non altiore atque dignum est loco ponimus: tragoedia opus est poeticum maxime. Restat igitur, cum de singulis jam dicta sint omnia quae quidem dici potuerunt, ut universae fabulae cum tragoediis gemellis unitatem adumbremus.

Anno enim 415 Euripides aliquas antiquioris, id est Aeschyleae artis proprietates tragoediae reddidit, inter quas praeter tetrametri trochaici usum etiam t r i l o g i c a r a t i o eminet. Iam dudum enim animadversum est tragoedias a. 415 doctas argumenti unitate inter se conjunctas esse; quae res etiam eis approbatur, quae de tragoediis post eum annum doctis aut scire aut probabiliter conjicere possumus. Quod quo facilius

1) Cf. P. Girard, Rev. d. ét. gr. XVII 158 sq.

percipiatur, tabulam earum adjungam secundum fastos meos, quos in commentatione mea „de trimetri Euripidei evolutione" propediem editurus sum (conservatas litteris diductis imprimendas curavi):

A. 415. Trojana trilogia:
Alexander, Palamedes, T r o a d e s.
„ 414. Thebana trilogia prior:
Oedipus, Antigone, H e r c u l e s.
„ 413. ?
? Melanippe Desmotis, E l e c t r a.
„ 412. Trilogia fabulosa:
Phaethon (?), Andromeda, H e l e n a.
„ 411. Trilogia Palladis:
I p h i g e n i a T a u r i c a, Auge, I o n.
„ 410. ?
Polyidus (?), Plisthenes (?) Antiope.
„ 409. Thebana trilogia posterior:
Oenomaus, Chrysippus, P h o e n i s s a e.
„ 408. Trilogia Delphica prior:
Hypsipyle, Meleager (?), O r e s t e s.
„ 407 (?) Trilogia Macedonica:
Temenus, Temenidae, Archelaus.
post Trilogia Delphica posterior:
B a c c h a e, Alcmeon Corinthius, I p h i g e n i a A u l i d e n s i s.

Conjungebantur igitur inter se trilogiae postumae tragoediae D e l p h i c a r e l i g i o n e: Delphis enim omnium deorum maxime colebantur Apollo cum Diana et Bacchus. Quodsi nostram trilogiam cum illa comparamus, quam a. 408 composuisse videtur, in „Hypsipyla" quidem Bacchus actionem regit, is, ad quem in parodo provocatur, qui in exodo ex machina heroum fata gubernat; in Meleagro eaedem fuerunt Dianae partes, in Oreste sunt Apollinis. Neque alia est nostrae trilogiae condicio: in Bacchabus Bacchus dominatur, in Alcmeone Corinthio Apollo, in Iphigenia Aulidensi Diana.

Iam dudum igitur defervuit hostilis ille poetae in Apollinem Delphicum animus, infesta ipsius dei erga Athenienses voluntate commotus, quae quidem primis belli Peloponnesiaci

annis sese ostenderat — hostilis ille animus, cui et Andromache debetur et Electra multo illa quidem ante annum 413 concepta; videtur autem 411 reconciliatae utrimque gratiae fuisse annus. Notabile enim est, quam amice in omnibus ejus anni tragoediis Pallas cum Apolline ad heroum felicitatem conjuret. In Iphigenia Taurica Apollinis oraculo Orestes ad Tauros mittitur, sed Palladis ope fit, ut incolumis cum sorore domum reverti possit. In Auge ejusdem oraculo heroidis in Palladem incestus coarguitur, quae tamen ipsa peccatrici veniam impertit. In Ione denique eadem Pallas heroibus Apollinis nomine fatorum rationem explicat placatosque communi patriae reddit. Inde ab hoc anno autem poeta prorsus immutata anteriore inclinatione fidelissimus fit Delphicae religionis cultor; quam ille studiorum conversionem cum alias, tum vero trilogiis duabus quas Delphicas appellavi testificatus est.

Sed Bacchas praeterea cum Aulidensi Iphigenia etiam ecstasis quaedam religiosa conjungit, qua illa fabula tota, haec scaenis dumtaxat finalibus praestat; quae num in Alcmeone quoque locum habuerit, nunc quidem dicere non possumus. Neque vero opus est: spero etiam ex eis, quae indagari poterant, satis apparere non indignam fuisse hanc fabulam, quae una cum Bacchabus et Iphigenia Aulidensi poetae memoriae primum praemium conciliaret.

AD T. LIVII LIB. XLIII—XLV NOTULAE.

SCRIPSIT

P. H. DAMSTÉ.

T. Livi ab urbe condita. Ed. A. Zingerle.
Editio maior. Vindobonae 1902—1908.

Lib. XLIII.

5. 5. Querelas de C. Cassio, qui consul priore anno fuerat, apud senatum habuerant multarum gentium legati nec non legati regis Gallorum Cincibili. *et regulo Gallorum absenti et his populis responsum est, senatum ea, quae facta querantur, neque scisse futura, neque, si sint facta, probare.*

Pro *absenti*, quod ab hoc loco alienissimum atque etiam ineptum est, reponendum est: *ab senatu.* Non opus est me monere, repetitionem *ab senatu — senatum* in senatus responso ut in formula gravi ac solemni legitimam esse.

De iisdem legatis infra § 8 haec in codice exarata sunt: *munera mitti legatis ex binis milibus aeris censuerunt duo fratres regulis haec praecipua, torques duo* e. q. s.

Lectio manifeste corrupta variis modis emendata est. Editor Bas. 1531 scripsit: *censuerunt; duobus fratribus regulis haec* atque ita Weissenborn recensuit. Madvig corrigendum censuit: *censuerunt;* [*duo*] *fratri reguli haec*, quem Zingerle secutus est, idem vero in editione scribere maluit: *censuerunt; duobus fratribus reguli haec* probante Hartelio. Denique Harantii est propositum: *censuerunt;* ⟨*erant*⟩ *duo fratres reguli;* ⟨*ii*⟩*s haec.*

In nulla tamen ex his coniecturis origo corruptelae probabiliter explicatur. Persuasum mihi est restituendum esse: *censuerunt;* [*duo fratres*] *regulis haec praecipua* e. q. s.

Nempe vocabula *duo fratres* inducenda sunt: debentur enim interpretatori, qui voce *regulis* Cincibilum fratremque eius, qui in senatu verba fecerat, indicari lectorem admonere voluit. Fortasse addita fuit nota, qua significatur *scilicet* vel *sunt* vel *erant.*

6. 12. Legati Carthaginiensium se frumenti copiam devexisse in senatu renuntiant, quod munus minus quidem esse quam pro meritis populi Romani et voluntate sua profitentur, *sed saepe alias, bonis in rebus utriusque populi, se gratorum fideliumque socium muneribus functos esse.*

Verba quae sunt *bonis in rebus utriusque populi* sanam interpretationem non admittunt, id quod Novák ante me sensisse videtur cum proposuerit: *bonis in rebus ⟨suis⟩ dubiisque populi ⟨Romani⟩ se gratorum* nec non Weissenborn, qui haec ad locum extricandum annotavit: „der Zusammenhang scheint zu sein: aber sie könnten jetzt, in ihrer gedrückten Lage (eine indirecte Anklage Masinissas, der ihnen die fruchtbarsten Landstriche entrissen hat) nicht mehr geben, früher, als sie, wie die Römer noch jetzt, in günstigeren Verhältnissen gewesen wären, hätten sie mehr gethan".

Vides quam contorta atque importuna sit vocabuli *utriusque* explicatio. Nonne potius legendum est:

bonis in rebus utique populi (sc. Carthaginiensium). Cf. XLIV. 14. 8: Rhodii superbe commemoratis meritis suis erga populum Romanum et paene victoriae, utique de Antiocho rege, maiore parte ad se vindicata, adiecerunt e. q. s.

Item legati Masinissae prodeunt et frumentum, equites, elephantos in usum belli cum Perseo gerendi pollicentur *et si quid aliud opus esset, uti imperaret senatus.* Deinde in codice haec sequuntur (§ 14): *aeque propenso animo et quae ipse ultro pollicitus sit praestaturum esse.*

Quandoquidem *aeque — et* ex usu Liviano non est, ed. Bas. 1531 pro *et quae* exhibet: *ac quae*, Zingerle cum H. I. Muellero post *animo* inseruit: *et ea*, qui etiam ⟨*ea*⟩ *et quae* temptavit. Equidem nullus dubito quin Livio reddendum sit:

aeque propenso animo et quasi ipse ultro pollicitus sit praestaturum esse.

AD T. LIVII LIB. XLIII—XLV NOTULAE.

SCRIPSIT

P. H. DAMSTÉ.

T. Livi ab urbe condita. Ed. A. Zingerle.
Editio maior. Vindobonae 1902—1908.

Lib. XLIII.

5. 5. Querelas de C. Cassio, qui consul priore anno fuerat, apud senatum habuerant multarum gentium legati nec non legati regis Gallorum Cincibili. *et regulo Gallorum* ***absenti*** *et his populis responsum est, senatum ea, quae facta querantur, neque scisse futura, neque, si sint facta, probare.*

Pro *absenti*, quod ab hoc loco alienissimum atque etiam ineptum est, reponendum est: *ab senatu*. Non opus est me monere, repetitionem *ab senatu* — *senatum* in senatus responso ut in formula gravi ac solemni legitimam esse.

De iisdem legatis infra § 8 haec in codice exarata sunt: *munera mitti legatis ex binis milibus aeris censuerunt duo fratres regulis haec praecipua, torques duo* e. q. s.

Lectio manifeste corrupta variis modis emendata est. Editor Bas. 1531 scripsit: *censuerunt; duobus fratribus regulis haec* atque ita Weissenborn recensuit. Madvig corrigendum censuit: *censuerunt;* [*duo*] *fratri reguli haec*, quem Zingerle secutus est, idem vero in editione scribere maluit: *censuerunt; duobus fratribus reguli haec* probante Hartelio. Denique Harantii est propositum: *censuerunt;* <*erant*> *duo fratres reguli;* <*ii*>*s haec.*

In nulla tamen ex his coniecturis origo corruptelae probabiliter explicatur. Persuasum mihi est restituendum esse: *censuerunt;* [*duo fratres*] *regulis haec praecipua* e. q. s.

Nempe vocabula *duo fratres* inducenda sunt: debentur enim interpretatori, qui voce *regulis* Cincibilum fratremque eius, qui in senatu verba fecerat, indicari lectorem admonere voluit. Fortasse addita fuit nota, qua significatur *scilicet* vel *sunt* vel *erant.*

6. 12. Legati Carthaginiensium se frumenti copiam devexisse in senatu renuntiant, quod munus minus quidem esse quam pro meritis populi Romani et voluntate sua profitentur, *sed saepe alias, bonis in rebus utriusque populi, se gratorum fideliumque socium muneribus functos esse.*

Verba quae sunt *bonis in rebus utriusque populi* sanam interpretationem non admittunt, id quod Novák ante me sensisse videtur cum proposuerit: *bonis in rebus* ⟨*suis*⟩ *dubiisque populi* ⟨*Romani*⟩ *se gratorum* nec non Weissenborn, qui haec ad locum extricandum annotavit: „der Zusammenhang scheint zu sein: aber sie könnten jetzt, in ihrer gedrückten Lage (eine indirecte Anklage Masinissas, der ihnen die fruchtbarsten Landstriche entrissen hat) nicht mehr geben, früher, als sie, wie die Römer noch jetzt, in günstigeren Verhältnissen gewesen wären, hätten sie mehr gethan".

Vides quam contorta atque importuna sit vocabuli *utriusque* explicatio. Nonne potius legendum est:

bonis in rebus utique populi (sc. Carthaginiensium). Cf. XLIV. 14. 8: Rhodii superbe commemoratis meritis suis erga populum Romanum et paene victoriae, utique de Antiocho rege, maiore parte ad se vindicata, adiecerunt e. q. s.

Item legati Masinissae prodeunt et frumentum, equites, elephantos in usum belli cum Perseo gerendi pollicentur *et si quid aliud opus esset, uti imperaret senatus.* Deinde in codice haec sequuntur (§ 14): *aeque propenso animo et quae ipse ultro pollicitus sit praestaturum esse.*

Quandoquidem *aeque — et* ex usu Liviano non est, ed. Bas. 1531 pro *et quae* exhibet: *ac quae*, Zingerle cum H. I. Muellero post *animo* inseruit: *et ea*, qui etiam ⟨*ea*⟩ *et quae* temptavit. Equidem nullus dubito quin Livio reddendum sit:

aeque propenso animo et quasi ipse ultro pollicitus sit praestaturum esse.

h. e. regem alia quoque aeque propenso animo atque superiora praestaturum esse et quasi ipse ultro pollicitus sit, non senatus ea imperaverit.

8. 1. Micythion, princeps legatorum Chalcidensium, postquam in senatu exposuit quae C. Lucretius in populares suos superbe, avare, crudeliter fecisset, *accersere in senatum Lucretium placuit, ut disceptaret coram purgaretque sese, ceterum multo plura praesens audivit quam in absentem iacta erant.*

Hunc locum legentem me semper tenet suspicio, post *plura* revocandum esse vocabulum *probra*. Cf. Tac. Hist. IV 45: cum contumeliis ac probris, quae in senatum universum iacerentur, Liv. XXIX. 9. 4: probra in eum ipsum iactata.

9. 5. Romani suspectum habebant Gentium, Illyriorum regem. *itaque et octo naves ornatas a Brundisio senatus censuit mittendas ad C. Furium legatum Issam, qui cum praesidio duarum Issensium navium insulae praeerat; duo milia militum in eas naves sunt inposita, quae M. Raecius praetor... conscripsit; et consul* e. q. s.

Quoniam naves ipsae iam ornatae fuisse dicuntur, fieri non potuit ut singulae numerum CCL militum insuper reciperent, ut Weissenborn iure monuit. Cui difficultati ut obviam veniret, nnmerum corruptum esse suspicatus *itaque X et octo naves* in commentario coniecit, in editione vero Teubn. post *praeerat* lacunae signum collocare maluit; hanc autem rationem saniorem esse existimo. In codice enim post *praeerat* exaratum est verbum *miserunt*, quod post ed. Bas. 1531 editores indicta causa deleverunt; accedit quod *et consul* nimium distat quam ut ad *et octo* possit referri. Desideratur igitur mentio navium, in quas duo milia militum, a M. Raecio conscripta, imposita sunt eademque pars enuntiati, quae verbis *et octo* respondeat. Quae cum ita sint, versus unus excidisse atque ita fere locus refingendus esse videtur:

praeerat, <et octo naves militibus nondum ornatas> miserunt.

14. 5: *censores, ut eam rem adiuvarent, ita in contione*

edixerunt: legem censui censendo dicturos esse, ut praeter commune omnium civium ius iurandum haec adiurarent:

Vocabulum *ita* de loco suo deturbatum reponendum est post verbum *censendo.*

16. 7 sqq. Rogatio repente sub unius tribuni nomine promulgatur, quae publica vectigalia aut ultro tributa C. Claudius et Ti. Sempronius locassent, ea rata locatio ne esset: *ab integro locarentur,* e t *ut omnibus redimendi et conducendi promiscue ius esset.*

Corrigendum puto: *ab integro locarentur* i t a *ut* e. q. s.

In eodem capite § 10 haec sunt: *postero die ingentes tumultus ciere. Ti. Gracchi primum bona consecravit* e. q. s.

Infinitivi *ciere* subiectum desiderari I. F. Gronovius quoque vidit, qui legere voluit *ciens,* atque sane tumultus uni P. Rutilio, tribuno plebis, debentur. In codice autem scriptum est: *tĩb. gracci,* quod compendium editores male interpretatos esse arbitror; credo enim Livium scripsisse:

postero die ingentes tumultus ciere t r i b u n u s. *Gracchi primum* cet. Similiter in huius capitis fine nomen Gracchi praenomine non addito bis occurrit.

18. 6 sqq. In eo est ut obsidionem oppidi Uscanae Perseus incipiat, *prius tamen quam vim admoveret missis qui temptarent nunc praefectorum* p r a e s i d i i, *nunc oppidanorum animos. erat autem ibi cum iuventute Illyriorum Romanum* ⟨*praesidium*⟩.

Ut cancelli indicant, voc. *praesidium* in codice deest et in ed. Bas. 1531 primum est repositum. At editores, qui ducem illum Basiliensem merito secuti sunt omnes, videant an non simul eliminandum fuerit *praesidi,* quod in versu superiore exaratum est. Mihi certe constat, vocabulum, cuius suus locus est post *Romanum,* abbreviato suffixo scriptum in locum alienum post *praefectorum* migravisse. Continuo sequuntur haec (§ 7):

postquam nihil pacati referebant, oppugnare est adortus.

In hisce nescio an post *pacati* propter litterarum similitudinem voc. *l e g a t i* omissum sit.

Incolae tamen oppugnationem fortiter sustinebant, (§ 8) *quia spes erat neque hiemis vim diutius pati Macedones in aperto*

posse, nec ab Romano bello tantum regi laxamenti fore, ut posset morari.

An forte legendum est: *ut ⟨ultra⟩ posset morari?* Cf. XLIV 2 § 2: placuit non ultra morando in Thessalia tempus terere.

22. 9: *ibi consilio advocato cum Archidamus Epirotarumque transfugae retinerent, Macedonum principes non pugnandum cum infesto tempore anni censerent, nullis praeparatis commeatibus, cum inopiam prius obsidentes quam obsessi sensuri essent,.... deterritus in Aperantiam castra movit.*

Inducatur praepositio *cum*, quae nunc ante voc. *infesto* legitur; coniunctionem *cum* in versu sequenti causam erroris fuisse suspicor. Principes scilicet infestum tempus anni neque ullos praeparatos commeatus tamquam argumenta afferunt propter quae non pugnandum sibi videatur.

Lib. XLIV.

1. 4: *inde consul ad Ambraciam egressus itinere terrestri petit Thessaliam; praetor superato Leucata Corinthium sinum invectus et Creusae relictis navibus terra et ipse per mediam Boeotiam — diei unius expedito iter est — Chalcidem ad classem contendit.*

Post *invectus* excidisse videtur: *est.*

In eodem capite inferius paulo (§ 5) haec sunt:

castra eo tempore A. Hostilius in Thessalia circa Palaepharsalum habebat sicut nulla re bellica memorabili gesta, ita ad iunctam militarem disciplinam ab effusa licentia formato milite.

Editores varie temptarunt corruptam scripturam *iunctam*: ed. Bas. 1531 *cunctam*, I. F. Gronovius *unicam*, Kreyssig *iustam*, Novák *intentam* scribendo, quamquam postea voc. *iunctam* deleri iussit, Zingerle denique ⟨*in*⟩*iunctam* scripsit.

An forte: *ad arctam militarem disciplinam?* Cf. Plin. N. H. XVI. 4, ubi *arctae leges* pro legibus severis, duris est nec non Lucret. V. 1146: sponte sua cecidit sub leges arctaque iura.

5. 1: *progressis vixdum quattuor milia passuum nihil optabilius* e s s e t *quam redire qua venerant, si possent.*

Sic in codice exaratum est et apud editores multos legitur, alii vero cum ed. Bas. 1531 recensere maluere *optabilius e s s e*, quod Zingerle quoque praetulit.

Fortasse emendandum est: *optabilius v i s u m e s t.*

8. 4. Consul ab Dio ad Philan copias suas ducit, quae profectio famam haudquaquam secundam habuit. *Simul enim cessit possessione Dii, excitavit hostem ut tunc tandem sentiret recuperanda esse, quae p r i u s culpa amissa forent.*

Alii locum ita corrigendum esse crediderunt ut *sua* vel *ipsius* ante *culpa* insererent, sed potius credo pro voc. *prius*, quod moleste abundat, reponendum esse id *ipsius*, neque scio an post *Dii* exciderit: *et.*

11. 3. Situs atque natura Cassandreae oppidi describitur. *eminet namque in altum lingua, in qua sita est, nec minus quam e l a t u s m a g n i t u d i n e Atho mons excurrit, obversa in regionem Magnesiae duobus inparibus promunturiis*, e. q. s.

Ita Zingerle cum Hartelio locum constituit, alii Kreyssigium secuti *inclutus magnitudine* scripserunt pro eo quod in codice est: *inaltusmagnitudine.*

Equidem sic locum restituendum esse puto:

nec minus quam e l a t u s m a g i s i n a l t i t u d i n e m Atho mons excurrit. Cf. Pomp. Mela II 2, 20: Athos mons est adeo elatus, ut....; ceterum non promunturio, ut alii, verum totus exstat, totoque longe dorso procedit in pelagus.

16. 10: *aedes P. Africani pone Veteres ad Vortumni signum lanienasque et tabernas coniunctas in publicum emit, basilicamque faciendam curavit, quae postea Sempronia appellata est.*

Moneo, voc. *i b i* post *basilicamque* excidisse. Cf. XXXIX. 44. 7: Cato atria duo Maenium et Titium in lautumiis et quattuor tabernas in publicum emit basilicamque i b i fecit, quae Porcia appellata est. Ceterum olim iam corrupta est scriptura, cum in codice legatur: *basilicamfaciendamque.*

18. 1: *Extemplo apparuit omnibus, non segniter id bellum L. Aemilium gesturum, praeterquam quodaliisvir erat, etiam quod dies noctesque intentus ea sola, quae ad id bellum pertinerent, animo agitabat.*

Dedi id quod in codice invenitur *quodaliisvir*, quod alii aliter emendare studuerunt: Zingerle scripsit *quod ali<as agil>is vir*. Si magno coniecturarum numero meam quoque addere licet, proponere velim: *quod al<acer rebus in al>iis vir erat.*

20. 4. Legati, qui in Macedoniam missi erant ad res ibi inquirendas, Romam reversi et alia in senatu nuntiant et haec: *neque regem pugnandi potestatem facere nec nostris vim ad cogendum esse. hiemem etiam insuper rebus gerendis intervenisse. in otio militem ali nec plus quam sex <dierum> frumentum habere.*

Verba *in otio militem ali*, quae scriptura ed. Bas. 1531 est, proxime quidem accedunt ad lectionem in codice traditam *notiomilitialii*, sed tamen multos haud sine causa offenderunt. Madvig corrigere voluit: *<vix> in otio militem ali*, Hartel: *no<n sine nego>tio militem ali*, Harant: *noxia militi alia.* Tradita lectio quin corrupta sit nulla potest esse dubitatio. Milites ad otium desidiosum damnati erant propterea quod rex pugnandi potestatem non faciebat, quod ipsis vis ad cogendum deerat, quod hiems interim rebus gerendis intervenerat. Dubitandum igitur non est quin lectio *in otio* pro *notio*, quam codex praebet, vera sit ac genuina, qua de causa coniecturae Hartelii et Harantii repudiandae esse videntur. Quod autem Madvig *vix* ante *in otio* addidit, locum minime emendat: quod milites, ad otium inertiamque coacti, aluntur vel vix aluntur-id ex se intellegitur atque est frigida admodum ac supervacua mentio, pro qua gravius aliquid exspectaveris.

Legendum esse arbitror: *in otio militem<debilit>ari.*

Finis vocabuli *militem* cum per notam expressus esset, facile creditur scribam, copulatione litterarum *lit* repetita in errorem inductum, litteras *debilit* omisisse, quo facto postea *ari* in *alii* mutatum sit.

Paulo inferius (§ 7) iidem legati affirmant: *Eumenen classemque eius, tamquam vento adlatas naves, sine causa et venisse et abisse.*

Pro *naves* Rob. Titius coniecit *aves*: equidem pro *adlatas* potius *d e l a t a s* corrigendum esse credo.

25. 5. Eumenes animadverterat, Perseum ab ipso initio belli occasionem quaerere pacem cum Romanis componendi, quae cupiditas in dies cresceret, atque Romanos etiam a fine belli molestissimi non abhorrere. *hac utriusque partis voluntate explorata, quod fieri etiam sua sponte taedio validioris, metu infirmioris credebat posse, in eo suam operam venditare c o n c i l i a n d a e g r a t i a p a c i s cupiit.*

Ita Zingerle duce Hartelio scripsit pro eis quae in codice leguntur: *conciliandam gratiam magis cupit.*

Madvig dubitanter proposuit: *concilianda gratia magni*, Cobet: <*ad*> *conciliandam gratiam* [*magis*] *coepit.*

Videntur mihi omnes, hunc locum restituere conantes, non modo a lectione tradita nimium discessisse sed etiam rationem non habuisse Eumenis consilii. Quid enim facturus est? Animos utriusque partis perspexit iamque in re, quam fieri etiam sua sponte taedio validioris, metu infirmioris credebat posse, in ea suam operam venditare vult — utri partium? Id neque e lectione tradita neque ex coniecturis propositis patet, sed ex eis quae sequuntur comperimus, Eumenem cum Perseo uno agere, quod ita ibi infertur quasi satis superque edocti simus, eum decrevisse operam suam venditare Perseo, non Romanis.

Quae cum ita sint, omnino tuendum esse censeo *magis*, quod Hartel et Zingerle in *pacis*, Madvig in *magni* mutare, Cobet delere voluit, atque sic locum refingo:

> *in eo suam operam venditare* <*r e*>*conciliandam gratiam magis* <*c u p i e n t i*> *coepit.*

Perseus autem erat, qui magis quam Romani pacem cupiebat.

27. 1. Multitudo XX milium Gallorum in Paeonia comparuit, quae auxilia regulus eorum Perseo aduersus Romanos offert certo auri pretio. Perseus advocato consilio, cum, quid omnes suasuri essent, appareret, ipse pecuniae quam regni melior custos instituit de perfidia et feritate Gallorum disserere: periculosum esse tantum multitudinem in Macedoniam accipere,

atque decernit, quinque milia equitum satis esse, quibus et uti ad bellum possent et quorum multitudinem ipsi non timeant. *Apparebat ibi omnibus, mercedem eum timere nec quicquam aliud; sed cum suadere consulenti nemo auderet, remittitur Antigonus, qui nuntiaret quinque milium equitum opera tantum uti regem, non tenere multitudinem aliam.*

Verba *sed cum suadere consulenti nemo auderet* accuratius velim consideres. An verisimile est Livium tradidisse, neminem regi consulenti suadere ausum esse, ita ut ne uno quidem verbo causam verecundiae eorum significaret? Id non me primum offendit, nam Madvig corrigendum esse censuit: ⟨*non*⟩ *consulenti*, sed Weissenborn iure observat, regem consilium non advocaturum fuisse, nisi speciem saltem praebere voluisset, se decernere secundum eorum sententiam. Neque id quod Hartel proposuit, ut post *suadere* adderetur: *e re*, scrupulum evellit. Iam in archetypo locus ambigue exaratus esse videtur, quoniam in codice est *consulent*, quod ed. Bas. 1531 in *cõsulenti* primus emendavit. Legendum esse credo:

sed cum suadere ⟨*de re consulta*⟩ *consulenti nemo auderet*, h. e. sed cum ex advocatis nemo suadere audéret, cum rex de re, quae consulta sive decreta iam esset, rogaret eorum sententias, e. q. s.

Manifestum est quid librario acciderit: cum verbum *suadere* posuisset, oculus eius aberravit a voc. *consulta*, quod in exemplari erat, ad sequens voc. *consulenti*, unde omisit vocabula *de re consulta*, quorum priora (*de re*) ultimis litteris verbi sua*dere* similia sunt.

(Continuabuntur).

MNEMOSYNE.

BIBLIOTHECA PHILOLOGICA BATAVA.

COLLEGERUNT

P. H. DAMSTÉ, J. J. HARTMAN, C. W. VOLLGRAFF.

OPERAM SUAM POLLICITI SUNT

J. C. NABER, M. C. VALETON, I. VAN WAGENINGEN.

NOVA SERIES.

VOLUMEN QUINQUAGESIMUM. PARS IV.

LUGDUNI-BATAVORUM
E. J. BRILL.

LIPSIAE,
O. HARRASSOWITZ.
1922.

INDEX.

AD T. LIVII LIB. XLIII—XLV NOTULAE.

SCRIPSIT

P. H. DAMSTÉ.

(Continuantur e pag. 336.)

T. Livi ab urbe condita. Ed. A. Zingerle.
Editio maior. Vindobonae 1902—1908.

29. 2. Forte III quinqueremes Romanorum, XL lembi Macedonum, V quinqueremes Eumenis regis uno eodemque tempore Delum venerant, ita ut amici hostesque simul in insula versarentur, *sanctitas templi insulaeque inviolatos praestabat omnes. itaque permixti Romanique et Macedones et Eumenis navales socii in templo, indutias religione loci praebente, versabantur.*

Weissenborn ad locum ascripsit, quod codex voculam *et* ante verba *in templo* exhiberet, tota etiam insula sacrosancta esset, praeterea cuncti homines in templo vix ac ne vix quidem versari potuissent, necesse esse aliquid excidisse quale est: *socii* ⟨*et in insula*⟩ *et in templo* vel cum Madvigio: *socii* ⟨*et in urbe*⟩ *et in templo;* neutrum tamen additamentum recepit, sed verbis *et in templo* asteriscos praefixit. Zingerle cum ed. Bas. 1531 voculam *et* omisit, quod merum est arbitrium: nempe ante omnia rogandum est, ubi librarius noster illud *et* ante *in templo* invenerit vel se invenisse putarit. Ad quam quaestionem hoc habeo quod respondeam: in exemplari eius non exaratum erat *et,* verum *velut,* non plene videlicet scriptum, sed significatum una littera *l* cum lineola transversa: hanc autem notam pro *et* esse putabat, quae etiamnunc in usu est. Ecce origo voculae *et* non intellectae atque immerito reiectae.

Unde autem factum est ut nemo id prius perspexerit?

Eo quod in versu superiore mentio iniecta est templi Delii (*sanctitas templi insulaeque*), apud editores nulla dubitatio fuit quin nostro quoque loco verba *in templo* ad idem templum pertinerent. At nihil minus verum est atque ex Weissenbornii annotatione abunde patet, quam absurda sit ista interpretatio. Vocabulum *templum* h. l. significat „asylum", quae notio est etiam Liv. II, 1 § 4: „Quid enim futurum fuit, si illa pastorum convenarumque plebs, transfuga ex suis populis, sub tutela inviolati templi.... agitari coepta esset tribuniciis procellis?" Emendandum igitur est: *velut in templo — versabantur*, id quod verba *indutias religione loci praebente* optime illustrant.

31. 1. *Deinceps et urbes regionis eius idem faciebant, adiuvante inclinationem animorum clementia* ⟨*in*⟩ *omnis et iustitia praetoris Romani.*

Ita nunc fere editur cum ed. Bas. 1531. Equidem non *in* ante *omnis* inserendum credo, sed *omnis* in locum suum revocandum, unde per errorem in versum inferiorem migravit: est enim is post *eius* vel post *faciebant.*

36. 8. L. Aemilius Paulus proxime hostium castra advenit, sed ei destinatum est in animo, milites, aestu sitique et longo itinere exhaustos, eo ipso die poelio non obiicere. Ipsi tamen tanto pugnandi ardore fervent ut duci non minus esset negotii suos fallere quam hostes. Quid igitur facit? Instruit copias suas atque aciem se commissurum simulat. Deinde increscente aestu cum lassitudine magis magisque deficiunt et alacritas studiumque pugnandi decrevit, tum iam aperte imperat ut castra metarentur et impedimenta constituerent — gaudent ipsi milites quod proelium dilatum est:

> *legati circa imperatorem ducesque externi erant, inter quos et Attalus, omnes adprobantes, cum pugnaturum consulem credebant — neque enim ne his quidem cunctationem aperuerat suam —; tunc mutatione consilii subita cum alii silerent, Nasica unus* e. q. s.

Num de ulla cunctatione apud imperatorem Romanum sermo esse potest? Immo, inde ab initio ei constiterat, eo die proelium non facere (§ 2 *statuit sic adfectos recenti atque*

integro hosti non obicere), sed metu seditionis ductus primum se ita facturum simulaverat, deinde vero, cum ipsi milites condicionem suam miserrimam persensissent, id fieri iussit quod numquam non deliberatum ei fuerat, sc. castra metiri et impedimenta constituere. Nonne igitur revocanda est vera lectio:

neque enim ne his quidem c o g i tationem aperuerat suam,

h. e. neque enim ne his quidem c o n s i l i u m aperuerat suam? Alibi quoque Livius vocabulo hac notione usus est: minor cogitatio intervenit maiori. Cf. etiam Sueton.: vix a tam praecipite cogitatione revocatus, Tac.: ipse maestus et magnae cogitationis manifestus.

38. 6. Aemilius Paulus legatis tribunisque suis rationem reddit dilatae pugnae: Primum, ait, certum habeo neminem vestrum nec ante ignorasse, quantum numero hostes nos praestent, et hesterno die, explicatam intuentes aciem, animadvertisse.

ex hac nostra paucitate q u a r t a pars militum praesidio inpedimentis r e l i c t a erat; nec ignavissimum quemque relinqui ad custodiam sarcinarum scitis. sed fuerimus omnes: cet.

Duo menda huic loco inhaerent, quorum unum Roobol l. l. p. 64 sq. correxit: de hoc autem pauca primum dicenda sunt.

Ex hac nostra paucitate, Aemilius ait, q u a r t a pars militum praesidio inpedimentis relicta erat. Weissenborn ad verba *quarta pars* annotavit: „Dieses scheint also gewöhnlich geschehen zu sein", sed iure Roobol observat, nusquam id traditum esse neque affirmari posse, cum quot copiae ad impedimenta tutanda relinquantur, id in exercitus magnitudine positum fuerit, atque pro *quarta* emendavit *quanta*, monens idem vitium a librariis commissum esse Lib. XLV 2, 4 iamque ab ed. Bas. 1531 correctum.

Aemilius igitur pridie copias suas proelio impares iudicarat; simulaverat tamen, eorum pugnandi ardore perterrefactus, se facturum esse pugnam; deinde vero, cum ipsi milites quassatam suam condicionem persensissent, dilato proelio castra muniri, impedimenta constitui iusserat. Postea autem loquitur ita fere: Hostes copiarum numero nos iam superabant et ex

Eo quod in versu superiore mentio iniecta est templi Delii (*sanctitas templi insulaeque*), apud editores nulla dubitatio fuit quin nostro quoque loco verba *in templo* ad idem templum pertinerent. At nihil minus verum est atque ex Weissenbornii annotatione abunde patet, quam absurda sit ista interpretatio. Vocabulum *templum* h. l. significat „asylum'', quae notio est etiam Liv. II, 1 § 4: „Quid enim futurum fuit, si illa pastorum convenarumque plebs, transfuga ex suis populis, sub tutela inviolati templi.... agitari coepta esset tribuniciis procellis?" Emendandum igitur est: *velut in templo — versabantur*, id quod verba *indutias religione loci praebente* optime illustrant.

31. 1. *Deinceps et urbes regionis eius idem faciebant, adiuvante inclinationem animorum clementia ⟨in⟩ omnis et iustitia praetoris Romani.*

Ita nunc fere editur cum ed. Bas. 1531. Equidem non *in* ante *omnis* inserendum credo, sed *omnis* in locum suum revocandum, unde per errorem in versum inferiorem migravit: est enim is post *eius* vel post *faciebant*.

36. 8. L. Aemilius Paulus proxime hostium castra advenit, sed ei destinatum est in animo, milites, aestu sitique et longo itinere exhaustos, eo ipso die poelio non obiicere. Ipsi tamen tanto pugnandi ardore fervent ut duci non minus esset negotii suos fallere quam hostes. Quid igitur facit? Instruit copias suas atque aciem se commissurum simulat. Deinde increscente aestu cum lassitudine magis magisque deficiunt et alacritas studiumque pugnandi decrevit, tum iam aperte imperat ut castra metarentur et impedimenta constituerent — gaudent ipsi milites quod proelium dilatum est:

legati circa imperatorem ducesque externi erant, inter quos et Attalus, omnes adprobantes, cum pugnaturum consulem credebant — neque enim ne his quidem cunctationem aperuerat suam —; tunc mutatione consilii subita cum alii silerent, Nasica unus e. q. s.

Num de ulla cunctatione apud imperatorem Romanum sermo esse potest? Immo, inde ab initio ei constiterat, eo die proelium non facere (§ 2 *statuit sic adfectos recenti atque*

integro hosti non obicere), sed metu seditionis ductus primum se ita facturum simulaverat, deinde vero, cum ipsi milites condicionem suam miserrimam persensissent, id fieri iussit quod numquam non deliberatum ei fuerat, sc. castra metiri et impedimenta constituere. Nonne igitur revocanda est vera lectio:

neque enim ne his quidem c o g i tationem aperuerat suam,
h. e. neque enim ne his quidem c o n s i l i u m aperuerat suam?
Alibi quoque Livius vocabulo hac notione usus est: minor cogitatio intervenit maiori. Cf. etiam Sueton.: vix a tam praecipite cogitatione revocatus, Tac.: ipse maestus et magnae cogitationis manifestus.

38. 6. Aemilius Paulus legatis tribunisque suis rationem reddit dilatae pugnae: Primum, ait, certum habeo neminem vestrum nec ante ignorasse, quantum numero hostes nos praestent, et hesterno die, explicatam intuentes aciem, animadvertisse.

ex hac nostra paucitate q u a r t a pars militum praesidio inpedimentis r e l i c t a erat; nec ignavissimum quemque relinqui ad custodiam sarcinarum scitis. sed fuerimus omnes: cet.

Duo menda huic loco inhaerent, quorum unum Roobol l. l. p. 64 sq. correxit: de hoc autem pauca primum dicenda sunt. Ex hac nostra paucitate, Aemilius ait, q u a r t a pars militum praesidio inpedimentis relicta erat. Weissenborn ad verba *quarta pars* annotavit: „Dieses scheint also gewöhnlich geschehen zu sein", sed iure Roobol observat, nusquam id traditum esse neque affirmari posse, cum quot copiae ad impedimenta tutanda relinquantur, id in exercitus magnitudine positum fuerit, atque pro *quarta* emendavit *quanta*, monens idem vitium a librariis commissum esse Lib. XLV 2, 4 iamque ab ed. Bas. 1531 correctum.

Aemilius igitur pridie copias suas proelio impares iudicarat; simulaverat tamen, eorum pugnandi ardore perterrefactus, se facturum esse pugnam; deinde vero, cum ipsi milites quassatam suam condicionem persensissent, dilato proelio castra muniri, impedimenta constitui iusserat. Postea autem loquitur ita fere: Hostes copiarum numero nos iam superabant et ex

hac nostra paucitate quanta pars militum praesidio impedimentis relicta erat! Ita in codice scriptum est *relicta erat*, sed impedimenta nondum congesta in tutoque erant. Cf. C. 36, 7: „inperat metarentur frontem castrorum et inpedimenta constituerent" atque ea quae loco nostro insuper leguntur: „nec ignavissimum quemque relinqui ad custodiam sarcinarum scitis". Quibus omnibus consideratis Livium scripsisse suspicor:

> *ex hac nostra paucitate quanta pars militum praesidio inpedimentis relinquenda erat.*

39. 8: *quid autem est nobis optatius quam ut, quorum castra praealta fluminis ripa tuta, vallo insuper saepta ⟨ac⟩ crebris turribus oppugnare adorti sumus, eos... adoriamur?*

Ita Zingerle locum recensuit inserendo *ac* cum ed. Bas. 1531 ante voc. *crebris*. Novák coniecit: *saepta, crebris turribus ⟨instructa⟩* vel *⟨munita⟩ oppugnare.* At nihil deesse videbis, si verba *crebris turribus*, quae nunc per errorem in versum inferiorem migrarunt, supra post voc. *castra* reposueris: castra crebris turribus praealta, fluminis ripa tuta, vallo insuper saepta.

40. 4: *flumen erat haud magnum propius hostium castra, ex quo et Macedones et Romani aquabantur praesidiis ex utraque ripa positis, ut id facere tuto possent.*

In verbis *ex utraque ripa* praepositionem *ex* inducendam esse puto tamquam male repetitam e vocabulis supra quae scripta sunt *ex quo.*

41. 8, ubi de Macedonum phalange sermo est, haec sunt: si carptim adgrediendo circumagere inmobilem longitudine et gravitate hastam cogas, confusa strue inplicantur; si vero aut ab latere aut ab tergo aliquid tumultus increpuit, ruinae modo turbantur, *sicut tum adversus catervatim incurrentes Romanos, et interrupta multifariam acie, obviam ire cogebantur; et Romani, quacumque data intervalla essent, insinuabant ordines suos.*

Delendum est *et* post voc. *Romanos*, quod nescio an e sq. *et Romani* ortum sit.

Lib. XLV.

16. 2: *censuere patres... Macedoniam Illyricumque eosdem, L. Paulum et L. Anicium, obtinere, donec de sententia legatorum res et bello turbatas et in statum alium ex regno formandas conposuissent..*

Pro *res* emendandum videtur: *regiones.*

Ibid. 5: *Anagniae terra pluerat et Lanuvi fax in caelo visa erat; et Calatiae in publico agro M. Valerius civis Romanus nuntiabat ex foco suo sanguinem per triduum et duas noctes manasse.*

Verba *in publico agro*, quae post *Calatiae*, ubi nunc leguntur, sanam interpretationem non admittunt, fortasse transponenda sunt in versum superiorem post nomen *Anagniae.*

20. 2. Attalus, in senatum introductus, mandatis suis expositis, *petiit ut legatos mitteret ad eos* (Gallos sc.), *quorum auctoritate ab armis avocarentur.*

Pro *mttteret* Roobol numerum pluralem requirit: videat tamen ne post *legatos* exciderit: *senatus.*

22. 5. Rhodiorum legati in senatu crimina civitatis suae purgare conantur. In oratione autem eorum et alia sunt et haec: *certe eidem vos estis Romani, qui ideo felicia bella vestra esse, quia iusta sint, prae vobis fertis, nec tam exitu eorum, quod vincatis, quam principiis, quod num<quam>sine causa suscipiatis, gloriamini.*

In codice quod est *quodnumsine* Wesenberg addendo *quam* correxit, quod Zingerleo probavit, alii praetulerunt emendationem, quae in ed. Bas. 1531 invenitur: *quod non sine.*

Nonne *num* potius pro: *nullum* positum fuisse putandum est?

24. 9. In eadem oratione haec leguntur: *Philippum, Antiochum, Persea tamquam tris sententias ponite: duae nos absolvunt, una dubia est; ut gravior sit, illi de nobis<si> iudicarent, damnati essemus.*

Ita Zingerle cum H. I. Muellero locum constituendum existimavit mutata una interpunctione ed. Bas. 1531: *una dubia est, ut gravior sit. illi de nobis <si> iudicarent.* In codice haec scripta sunt: *unaaut dubiaestutgraviorsitille denobisiudicarent.* Multis coniecturis, quas enumerare longum est, addere liceat meam: *una autem dubia est an gravior sit: illi de nobis<si>iudicarent* e. q. s.

37. 8. M. Servilius adversus Ser. Galbam verba faciens pro L. Pauli triumpho et alia dicit et haec: *duas mihi aliquis contiones parumper faciat, unam militum Macedonicorum, puram alteram et integrioris iudicii a favore et odio, universi populi Romani; apud contionem togatam et urbanam prius reus agatur. quid apud Quirites Romanos, Ser. Galba, diceres?*

In codice exaratum est: *integrioris iudicii et a favore* cet. Male Zingerle H. I. Muellero obsecutus est transponi iubenti *et* ante *integrioris.* Voc. *puram* traiciendum est post *odio* atque scribendum: *alteram integrioris iudicii et a favore et odio puram.*

In eis quae continuo sequuntur: *illa enim tibi tota abscisa oratio esset „in statione severius et intentius stetisti"* e. q. s. pro *severius* emendandum est: *serius.*

OBSERVATIUNCULAE DE IURE ROMANO.

SCRIPSIT

J. C. NABER.

(Continuantur ex pag. 36).

XI—XIII RESCRIPTA.

XI.

Ad interdictum „ne vis fiat aedificanti".

Conspectus. **1.** Quum desideratur, ut missa fiat operis novi nuntiatio, non utique remittitur (opinio Donelli). **2.** Non utique cautio exigitur (op. Burckhardi). **3.** Non a magistratu cognoscitur tota causa (op. Cuiacii). **4.** Non a magistratu cognoscitur pro portione (op. Adolphi Stölzel). **5.** Non a magistratu cognoscitur summatim (op. Hessii). **6.** Revera dabitur interdictum de opere faciendo. **7.** Cuius forma generalis „ne vis fiat aedificanti." **8.** Specialia interdicta cur desiderata sint. **9.** In interdicto generali quo sensu iubeat Iulianus actorem defensoris partibus fungi. **10.** Remittitur nuntiatio ob rem adversus interdictum non defensam.

1. Potest is, cui opus novum nuntiatum est, *ad praetorem ven(ire) et desider(are), ut missa fiat nuntiatio* [1], potest quoque amicus vel procurator *remissionem absentis nomine desidera(re)* [2]. Quodsi tunc simul offertur satisdatio repromissiove opus restitui, quando iudicetur non iure factum esse, sine dubio nuntiationem praetor remittit, adeo ut ne expectetur quidem decretum eius [3]. Quae vero partes sint praetoris, si

1) L. 5 § 17 D. 39. 1.
2) L. 5 § 19 D. 39. 1.
3) L. 5 § 17 D. 39. 1.

nec repromissio offertur nec, ubi requiritur [1]), satisdatio, alii aliter definiunt. Placuit olim Donello [2]), praetorem omnimodo remittere nuntiationem; quod quam sit improbabile, tribus verbis demonstravit Stölzel [3]): nullum vel certe lusorium et inane futurum esse *beneficium praetoris* [4]), quod nuntiationem sequitur, nuntiatio si in ius venienti remittatur omnimodo; sive enim est remissio decretum [5]) purum, quod placebat Cuiacio [6]), sive *sub condicione* consistendi et vincendi, id est, litis formula quaedam, quod èt Donello placebat [7]) èt hodie magis placere video [8]), illud utique constat remissione aboleri *beneficium praetoris* [9]), ne vel *iure* opus fiat [10]). Post remissionem enim aedificare licet ei, qui alioquin *ius aedificandi habet* [11]). Ergo, si praetor aditus omnimodo remittit, quum id valeat nuntiatio, quod valet *iussu(s) praetoris* [12]), fiet, ut ipse *imperium (suum)* [13]) convellat absque ratione permittendo, quod haud sine ratione vetuerat. Est igitur haec sententia prorsus abicienda nec verbis Ulpiani insistendum, ubi scribit, satisdanti

1) Requiritur satisdatio, ubi pro alio quis caveat vel pro se, si *ad privatum, (non) ad publicum ius* ea nuntiatio pertineat (l. 1 § 6 D. 46. 5; l. 5 § 19, l. 8 § 3, l. 20 § 13 D. 39. 1). Procuratori satisdatur (l. 3 D. 46. 5; l. 1 § 4 D. 36. 3; l. 3 § 2 D. 36. 4; cf. tamen l. 8 § 3 D. 39. 1). Satisdatur propria cautione, nisi quis damni infecti causa nuntiaverit (l. 1 § 17 D. 39. 1); tunc enim ea cautio exigitur, quae de damno infecto loquitur.

2) Comment. XV 46 § 18 *(semper remittitur)*.

3) *Die Lehre von der* operis novi nuntiatio (1865) p. 274/6. Cf. Burckhard, *die* operis novi nuntiatio (1871) p. 285.

4) Cf. l. 13 § 2 D. 39. 1.

5) Decretum esse non dubitatur propter l. 1 pr. D. 43. 25. Me magis movet *qu(od) in ea re praetoris imperium vers(a)tur* (l. 7 § 14 D. 2. 14; l. 1 § 10 D. 39. 1). Ceterum l. 13 § 2 D. 39. 1 *remissio* non est decretum sed postulatio („*Remissionsverfahren*").

6) Paratitl. D. 43. 25 (Paris. I 872 B); ad l. 1 pr. D. 39. 1 (X 924 B); ad l. 18 D. 39. 1 (IV (Quaest.) 96 D: *remissio est nuntiationis abolitio*). Hoc probat Stölzel, op. cit. p. 193 (§ 31): *„die Remission hebt jede Wirkung der* operis novi nuntiatio *auf"*.

7) *Sub condicione (remittitur), quatenus scilicet is, cui nuntiatum est, aedificandi ius habet.* Eundum igitur est ad arbitrum quasi ex interdicto. Hanc quoque Donelli sententiam Stölzel (op. cit. p. 178) probat vel certe non improbat.

8) Contra ibimus capite sequenti (XII).

9) L. 13 § 2 D. 39. 1.

10) L. 1 pr. D. 39. 1.

11) L. 8 § 4 D. 39. 1.

12) L. 1 § 10 D. 39. 1.

13) Cf. l. 7 § 14 D. 2. 14.

repromittentive remitti *vexationem ad praetorem veniendi* [1]), quasi tantum valeat praetoris conventio, quantum satisdatio repromissiove. 2. Longe distat a Donelli sententia ea, quam tuetur Burckhard [2]), cui videtur praetor numquam remittere, nisi satisdetur, quod cupit obtinere adhibita quum l. 8 § 2 D. 39. 1:

si, cum possem te iure (meo) prohibere, nuntiavero.....
non alias aedificandi ius habebis, quam si satisdederis [3]),

tum l. 7 § 2 D. 43. 24:

.....remissione.....facta.....licere.....debet aedificare ei qui satisdederit [4]).

Nisi hic quoque verba potius captare videtur. Nam priore fragmento [5]) magis indicatur repromissionem non sufficere, quam cautionem omnino exigi [6]); altero [7]) remissio *facta* dicitur pro facienda [8]), sicut aliquoties *condemnatus* pro condemnando [9]). Constat quidem, satisdatione oblata remitti nuntiationem, sed, alias quoque remitti, docent quum Ulpianus [10]) tum Paulus [11]) ad edictum. Ulpianus:

edicto expressum est, ne post operis novi nuntiationem quidquam operis fiat, antequam
vel nuntiatio missa fiat
vel.....satisdatio de opere restituendo fuerit interposita.

Paulus:

sciendum est, facta operis novi nuntiatione, cui nuntiatum est, abstinere oportere, donec
caveat vel donec
remissio nuntiationis fiat.

---

1) L. 5 § 17 D. 39. 1.

2) *Die* operis novi nuntiatio (1871) p. 5, p. 337—349. Tulit paulisper adsensum Ottonis Lenel (*das* edictum (1883) p. 388 not. 7).

3) Etiamsi maxime remota nuntiatione ius aedificandi haberes.

4) *Si* alioquin *ius aedificandi habet* (l. 8 § 4 D. 39. 1).

5) L. 8 § 2 D. 39. 1.

6) Cf. l. 8 cit. (D. 39. 1) § 3.

7) L. 7 § 2 D. 43. 24.

8) Cf. Stölzel, *die Lehre von der* op. nov. nunt. p. 195: *„auch die Wirkung der Cautionsleistung (kann man) als* remissio *bezeichnen"*. Est autem cautionis effectus, ut remittendum sit.

9) Exempla dedimus cap. LXXIX.

10) L. 20 § 1 D. 39. 1. 11) L. 8 § 4 D. 39. 1.

3. Ergo nec remittitur omnimodo [1]) et potest remitti, licet cautum non sit [2]). Dicemusne igitur magno cum Cuiacio [3]), ubi ad praetorem ventum sit, ibi causam cognosci, deinde nuntiationem missam fieri, si constiterit aedificandi ius esse? At iure quidem Iustiniano [4]) *causam dirimere* magistratus iubetur atque sic remittere, verum, iure genuino causa incognita remitti, ex hoc apparet, quod interdictum ex operis novi nuntiatione non tenet, *(si) in ea causa (nuntiatio) esset, ut remitti deberet* [5]). Atqui, si causa cognita praetor remitteret, iudex ex interdicto eodem modo, si esset ius faciendi, absolveret; novimus autem ex interdicto condemnari, *etsi* quis *ius faciendi hab(ea)t* [6]). Quia igitur causa incognita remittitur, idcirco auctore Paulo [7]) non omnino, sed, *si ius aedificandi habet* is, cui nuntiatum erat, *recte* post remissionem *aedificabit* [8]). **4.** Ergo, ne magistratus *causam dirimat* neve is omnimodo remittat, invenit hanc Stölzel rationem: apud praetorem quaeri [9]) de iure prohibendi, quod competat nuntiatori, salvo iure faciendi, quod huic opponere possit adversarius [10]), velut altius non tollendi servituti ius altius tollendi; proinde, si nullum appareat ius prohibendi nuntiationem remitti [11]), sin

---

1) Ne quis provocet in contrarium ad l. 5 § 18 D. 39. 1, observetur, ibi tunc *omnimodo remit(ti)* scriptum esse, *(si) qui procuratorio nomine nuntiaverit* etc., ergo non omnimodo.

2) Opponit Burckhard (op. cit. p. 345 not. 99): „*dass hier unter* satisdatio *die aussergerichtliche Cautionsleistung verstanden ist*“, nec dicit, cur plus valeat satisdatio extra ius quam in iure interposita.

3) Ad l. 1 pr. D. 39. 1 (Paris. X 924 B, 925 B, 927 B); ad l. 8 § 2 D. 39. 1 (V 694 B); ad l. 13 pr. D. 39. 1 (VI (Jul.) 314 D); ad l. 18 D. 39. 1 (IV (Quaest.) 96 D).

4) C. 14 (1) C. 8. 10 (11).

5) L. 20 pr. D. 39. 1.

6) L. 20 § 1 D. 39. 1.

7) L. 8 § 4 D. 39. 1.

8) Cf. Burckhard, op. cit. p. 283.

9) Valde quidem sibi contradicit Stölzel, quum scribat (p. 169 sq.), apud praetorem quaeri per interdictum. Quod notavit etiam Burckhard, op. cit. p. 289.

10) Eodem modo in interdicto *quod vi aut clam* non obstare putat ius faciendi (l. 1 § 2 D. 43. 24), attamen docendum esse de iure prohibendi (p. 381, p. 414), cui sententiae adstipulatur Windscheid (1891) § 465. 3. In interdicto, quod nuntiatori competit, uterque diversum probat (Stölzel, p. 168, 227, 233; Windscheid (1891) § 466. 2), qua de re dicetur ad cap. XIII (infra lineam).

11) Op. cit. p. 169 sq., 194, 352: „*die Remission wird erkannt, (wenn der) Gegner den Beweis eines* ius prohibendi *nicht führt*“.

appareat ius prohibendi, licet contrario faciendi iure pensatum dicatur, tamen denegari nuntiationis remissionem [1]). Obstat huic quoque sententiae auctoritas Pauli [2]), quam quidem pro se adducit Stölzel [3]): post remissionem eum, cui nuntiatum esset, *si ius aedificandi habe(a)t*, *recte aedifica(turum)*, quia, si constat ius prohibendi nullum esse, qua de re, ut remittatur, constare oportere Stölzel autumat, omnino recte aedificabitur neque ullum inquiretur ius aedificandi [4]), quum praesertim *operis novi nuntiatione possessorem* adversarium *f(e)c(eri)mus* [5]). **5.** Alio modo Hesse [6]) efficere studet, ne vel causa cognita remittat praetor vel omnimodo, qui tunc citra satisdationem repromissionemve praetorem remittere docet, quum summatim cognoscenti de iure suo non probet nuntiator. Quam rationem hoc argumento impugnat Stölzel [7]), quod iure Romano numquam summatim cognoscatur, quam opinionem, antequam ei nasceretur, iam refellerat Savigny [8]). **6.** Errat nihilominus Hesse, si quidem constat iure genuino, quum remissio postuletur, si contradicatur, litigatores ad iudicem mitti, is ut *causam dirimat*, sicut novo iure [9]) magistratus, variis ex interdictis [10]) *de opere faciendo* [11]). Veluti, si quis sepulcrum aedificet propius sexaginta pedes aedes vicini, quod fieri vetat lex Decemviralis, deinde huic opus novum vicinus nuntiet [12]), ille aut neget intra legitimum spatium aedificari aut dicat eodem mor-

---

1) Op. cit. p. 27, 197 sq., 295.

2) L. 8 § 4 D. 39. 1.

3) Op. cit. p. 199.

4) Adnotat Stölzel: *„die Zufügung dieser Bedingung* (si ius aedificandi habet) *zeigt, dass.... die* remissio *den Entscheid über das* ius aedificandi *offen lässt"*. Ergo dat praeiudicatum non esse iuri prohibendi, nam, si constaret ius prohibendi non esse, constaret esse ius aedificandi.

5) L. 1 § 6, l. 5 § 10 D. 39. 1 (cf. tamen l. 7 § 2 D. 43. 24).

6) *Einspruchsrecht* (1866) p. 131 sqq.; p. 135 sqq. Eodem rem deducit Biondi, *Bull. dell'istit. di dir. rom.* XXIX (1916) p. 238.

7) Op cit. p. 274 (adnot.), quo remittit Burckhard p. 278[46].

8) *Verm. Schr.* II p. 242—253.

9) C. 14 (1) C. 8. 10 (11).

10) Hactenus verum vidit Stölzel p. 169 sqq. (licet sibi contradicat), sed errat, quum putet remissionem ipsam esse interdicti dationem. Quod sequenti capite (XII) demonstrabimus. Reddit praetor interdictum; quodsi id non accipitur, tunc nuntiationem remittit.

11) L. 1 § 38 D. 43. 20.

12) L. 3 pr. D. 11. 8.

tuum antea illatum adversario sciente [1]) interdicto certabunt [2]):

„quo illi ius est invito te mortuum inferre, quominus illi in eo loco sepulchrum sine dolo malo aedificare liceat, vim fieri [3]) veto".

Item, si quis post satisdationem nuntiationem patitur — *n(eque) enim permittitur iterum nuntiare, quamdiu stipulatio ex operis novi nuntiatione tene(a)t* [4]), *licere enim debet aedificare ei qui satisdederit* [5]), quia *vice nuntiationis missae satisdatio de opere restituendo interpo(nitur)* [6]) — si cui igitur post satisdationem nuntiatum erit, habebit interdictum [7]):

„quem in locum nuntiatum est,.... si de ea re satisdatum est,.... quominus illi in eo loco opus facere liceat, vim fieri veto".

Huic simile interdictum reddi post remissionem, probabiliter coniecit Cuiacius [8]), quam coniecturam non pretiosa ratione impugnat Stölzel [9]). Certius est ei, qui in flumine publico ripave fluminis opus faciat, adversus nuntiantem [10]) propositum esse interdictum [11]):

---

1) L. 3 § 1 D. 11. 8.

2) L. 1 § 5 D. 11. 8. Alibi quidem (l. 3 § 8 D. 43. 21) docet Ulpianus, quum detur interdictum, *posse contemni operis novi nuntiationem*, quo pugnat mecum Martin, *Études d'hist. jurid. pour Girard* (1912) p. 161. Atqui, si hoc verum esset, posset omnis possessor nuntiationem contemnere. Vid. quoque p. 368 (A.).

3) Qui *vim fieri* vetat, is operis quoque novi nuntiationem cohibet (l. 3 § 8 D. 43. 21). Est enim *nuntiatio* species ex genere *prohibitionum* (l. 1 pr. D. 39. 1; l. 7 § 2 D. 43. 24), *prohibere* autem et *vim facere* prorsus idem est (l. 3 § 1 D. 43. 24; l. 11 D. 43. 16). Quocirca, licet ita caveri iubeat Africanus (l. 15 D. 39. 1), tamen ex abundanti cavet *opus novum se non nuntiaturum*, qui cavit *aedificanti vim (se non) facturum.*

4) L. 13 § 1 D. 39. 1.

5) L. 7 § 2 D. 43. 24.

6) L. 20 § 1 D. 39. 1.

7) L. 20 § 9 D. 39. 1.

8) Ad l. 1 pr. D. 39. 1 (Paris. X 924 D, 925 C, 927 A); ad l. 6 D. 39. 1 (VI (Iul.) 314 A); ad l. 20 § 9 D. 39. 1 (X 952/3); Paratitl. D. 43. 25 (I 872 B).

9) Op. cit. p. 177: *„ungeachtet geschehener Remission dem Nuntiaten ein Schutzmittel zugestehen, wodurch er sich einstweilen als Besitzer der Baubefugniss schützen könnte, heisst das ganze Wesen der Remission missverstehen".* Quid ita? Quia putat remitti, postquam constiterit ius nuntiandi non esse (cf. ibid. p. 194 sq.). Quod argumentum obtinebit quidem adversus Cuiacium, non vero adversus nos.

10) Burckhard, op. cit. p. 419: *„nur.... gegen.... factische Störungen".*

11) L. 1 pr. D. 43. 15.

„*quo minus illi in flumine publico ripave eius opus facere.... liceat, dum ne ob id navigatio deterior fiat,.... vim fieri veto*".

Ei vero, qui in via publica operatur [1]):

„*quo minus illi viam publicam..... aperire reficere liceat, dum ne ea via..... deteri(or) fiat, vim fieri veto.*"

Sin quis praeterea in loco publico aedificat, quia huius rei concessio impetranda est lege [2]) vel senatusconsulto edictove decretove principis [3]), concessione autem ita utendum, *ut sine iniuria cuiusquam fiat* [4]), tale concipiendum est interdictum:

„*quod lege senatus(ve)consulto edicto decretove principum (in loco publico facere inve eum locum immittere illi) concessum est (dum ne quid ex ea re tibi damnum detur, quo minus ita faciat immittat) vim fieri veto* [5]).

Similia proponuntur interdicta servitutem veluti possidentibus de itinere actuque reficiendo [6]), de rivis reficiendis purgandis [7]), de fonte reficiendo purgando [8]), et item ei, in cuius aedes cloaca pertinet, de cloaca purganda reficienda [9]). **7.** Ceteris omnibus [10]), qui non iure prohibentur, generali prospicitur interdicto „*ne vis fiat aedificanti*", cuius mentio fit apud Paulum [11]):

si procuratori opus novum nuntiatum sit isque interdicto utatur „*ne ei vis fiat aedificanti*".

Cuius interdicti forma fuisse videtur:

(ubi illi ius est invito te aedificare) quominus (illi in

---

1) L. 1 pr. D. 43. 11.

2) *municipal(i)* (l. 3 § 4 D. 43. 24).

3) L. 2 pr. D. 43. 8.

4) L. 2 § 10, § 16 D. 43. 8.

5) Hoc interdictum compilatores abiecerunt quidem, sed ita ut principium eius interdicto „*ne quid in loco publico*" per articulum *praeterquam* applicarent pronomine mutato. Quod interdictum eiusmodi exceptionem nullam habuit (l. 2 § 10, § 16 D. 43. 8).

6) L. 3 § 11 D. 43. 19.

7) L. 1 pr. D. 43. 21.

8) L. 1 § 6 D. 43. 22.

9) L. 1 pr. D. 43. 23.

10) Nisi speciale interdictum *de opere faciendo* ei ostenditur, cui ex castello aquam ducendi ius fuerit l. 1 § 38 D. 43. 20.

11) L. 45 § 2 D. 3. 3.

eo loco sine dolo malo) aedificare liceat, vim fieri veto.

Eius altera mentio, sub interpolatione [1]) delitescit apud Ulpianum [2]):

si procurator autem opus novum mihi nuntiaverit [et satis acceperit], *deinde interdicto adversus eum utar „ne vim mihi faciat, quo minus aedificem", ex interdicto eum oportet iudicatum solvi satisdare, quia partes sustinet defensoris: et si satisdationem non dabit, summovendus erit ab executione operis novi* etc.

Haec hucusque intellecta sunt perperam de speciali interdicto, quod proponitur post interpositam operis restituendi satisdationem. Etenim post eam satisdationem, quia licere debet aedificare ei qui satisdederit [3]), iam nulla superest *executio operis novi* [4]), id est, actio ex nuntiatione [5]); porro ab eo quod non est, submoveri non potest. Quum igitur scribat *submovendum* esse procuratorem *ab exsecutione operis novi* et submovendum sub condicione (*si satisdationem non dabit*), satis indicat Ulpianus ex nuntiatione cautum non fuisse. Pertinet igitur fragmentum, quod exscripsimus ad generale interdictum „*ne vis fiat aedificanti*", quod intenditur ab eo, qui aedificandi ius competere sibi adversus nuntiatorem contendit. Cuius interdicti natura Ulpiano nihil habere novi, Iuliano autem peculiaris visa est. **8.** Sed antequam ad eam disputationem venimus, causa inquirenda est, cur variis interdictis adversus iniustam nuntiationem opus sit, nec generale sufficiat. Ratio

---

1) Olim putabam scripturae vitium esse (*acceperit* pro *accepero*), ut rescripsit Mommsen l. 12 § 2 D. 7. 1 pro *locavero: locaverit.*

2) L. 5 § 20, l. 7 pr. D. 39. 1.

3) L. 7 § 2 D. 43. 24.

4) Post remissionem superesse exsecutionem, doctorum est opinio, quam refellemus sequenti capite (XII).

5) Actio ex nuntiatione, quam appellat etiam Paulus (l. 19 D. 39. 1) *exsecutione(m) operis novi*, Iulianus (l. 5 pr. D. 39. 1) *operis novi nuntiationis exsecutionem*, interdictum est, quod proponitur l. 20 pr. D. 39. 1, quod hodie appellatur *demolitorium*, aut interdictum *quod vi aut clam;* tenetur enim *duobus interdictis*, qui adversus nuntiationem quid molitur (l. 7 § 2 D. 43. 24). Stephanus autem, quod miror, non aliam operis novi exsecutionem agnoscit quam per interdictum *quod vi aut clam* (sch. 32 ad Bas 11. 1. 7; cf. sch. 1 ad Bas. 42. 3. 46).

igitur haec est, quod generale interdictum in ius concipi necesse fuit, itaque inutile est servitutis veluti possessionem defendenti quive satisdederit quive remissionem impetraverit, ut qui non iure sed edicto praetoris potestatem nacti sint [1]; licet autem in ius conceptum sit, adhuc inutile est generale interdictum ei qui ius sepulchri habet, quod iure civili nullum est. Etenim dominus quidem in loco puro proprietatis iure sepulcrum aedificat, sed proprietatis ius amitti certum est, postquam illatus sit mortuus, loco religioso facto [2]. Posthac, si velit aedificare vel reficere is, ad quem sepulcrum pertinet, *civilem .... actionem de faciendo*, id est, confessoriam actionem [3], aeque *habe(bit)*, atque is, qui in litore maris aedificare velit [4]. Sed huic quidem non erat adversus nuntiationem prospiciendum [5], erat ei, qui in publico aedificaret. Recte igitur et ex ordine specialia interdicta praetor proposuit, sed omisit speciale interdictum de eo qui, quum ad ius publicum pertineret nuntiatio, repromiserit tantum. Qua re efficitur, ut repromittens edicto satisfecerit, neque tamen ei aedificare tuto liceat. Quod iustum videtur Ulpiano [6]: *neque enim permittendum fui(sse) in publico aedificare, priusquam appareat, quo iure quis aedificet.* Ergo, si hoc verum est, non debuerat praetor repromissionem exigere sed satisdationem ex tali causa reprobare.

9. Generalis interdicti „*ne vis fiat aedificanti*" naturam diximus Iuliano peculiarem visam esse. Nam Iuliano si fides, actor in hoc iudicio *defensoris partes sustine(t)*, proinde, *si procuratori opus novum nuntiatum sit isque interdicto utatur „ne vis fiat aedificanti"..... n(on) compelli(tur) cavere*

---

1) Idem valet de eo, cuius in aedes cloaca pertinet.

2) Sepulcri nemo dominus est: l. 13 § 5 D. 43. 24; c. 4 C. 3. 44.

3) Domino competere confessoriam directis verbis demonstrat Africanus l. 26 pr. D. 44. 2 (cf. quoque Ulp. l. 11 § 1 D. 8. 2), nec, nisi competeret, intelligeretur intentio *ius.... nobis competere.... altius tollendi* (Gai. IV § 3). Quis enim sic intendere potest praeter dominum? Intendet autem ius sibi esse altius tollendi, sive nulla servitus sit, sive post servitutem constitutam adquisierit ius faciendi.

4) Cf. l. 50 D. 41. 1.

5) L. 1 § 18 D. 39. 1. Cf. tamen l. 50 D. 41. 1 (eicio *ut id facere liceat*); l. 2 § 8 D. 43. 8.

6) L. 20 § 13 D. 39. 1.

ratam rem dominum habiturum.... [1]), quibuscum coniungendum est alterum Iuliani fragmentum [2]): *et ideo neque exceptiones procuratoriae opponi ei debent....*, quod fragmentum a Triboniani sociis inverecunde Ulpiani cuidam fragmento est applicitum, quum Ulpiani fragmentum ad procuratorem, qui nuntiaverit, Iuliani ad procuratorem, cui nuntiatum sit, pertineat, licet uterque scribat procuratorem defendere. Sed hoc Iulianus de eo, qui postulat interdictum, Ulpianus de eo, adversus quem impetratur; huic enim is, qui remissionem desiderat, actoris partes sustinet, nuntiator defensoris. Itaque:

> *Si procurator....opus novum mihi nuntiaverit....deinde interdicto adversus eum utar ne vim mihi faciat quo minus aedificem; ex interdicto eum oportet iudicatum solvi satisdare, quia partes sustinet defensoris* [3]).

Adnotat ad Iuliani sententiam Cuiacius [4]): „ut qui actor „est reus sit, vel rei partes sustineat vel sustinere possit, qua „ratione id fieri possit non video". Concludit tamen [5]), ita intelligendam esse, ut „quamvis sit revera actor, vide(a)tur „eatenus defensoris partes sustinere, quatenus non cavet de „rato". Immodestum licet videri possit, id intelligere velle, quod tantus interpres se non intellexisse profiteatur, tamen huius rei rationem reddere posse mihi videor. Constat *in exceptionibus....reum partibus actoris fungi oportere* [6]), quod nemo dixit absurdum esse; indicat enim, qui sic loquitur, reo id probandum esse, quod exceptione concludatur. Contra, si dicatur actor *defensoris partes sustinere*, eodem redit acsi dicatur nulla probatio ab eo desiderari. Quod in hoc interdicto „*ne vis fiat aedificanti*" summam habet rationem: *operis* enim

---

1) L. 45 § 2 D. 3. 3. 2) L. 6 D. 39. 1.

3) L. 5 § 20 D. 39. 1. Est quidem contraria l. 5 § 19 eod. *(qui remissionem desiderat... sustinet... partes defensoris)*, sed videtur tota (delet Biondi, *Bull. dell' ist. di dir. rom.* XXIX (1916) p. 241: *sustinet enim partes defensoris*) deberi interpolatori, qui § 20 inseruit tantum *et satis acceperit*. Nam hoc subditivum esse, dubitari non oportet (cf. supra: § 7). Ergo concedo viro clarissimo Martin (*Etudes d'hist. jurid. pour Girard*, p. 163 not. 1) post purgatam § 20 conciliari § 19 cum hac non posse (posse olim putaveram), sed opus esse iam nego.

4) Paris. V 124 C.

5) Paris. V 125 A/B et VI (Iul.) 314 A, nam X 945/6 ad emendandum se confert. 6) L. 19 pr. D. 22. 3; l. 1 D. 44. 1.

novi nuntiatione possessorem eum fac(imus), cui nuntiaverimus [1]), is igitur interdicto reddito satis probat, si adversarius probatione deficitur. Ergo, qui hoc interdicto utitur, defensoris partes sustinet. Sane, quia, si probaverit adversarius, pronuntiabitur actori non esse ius aedificandi [2]), ideo, *si satisdederit* ratam rem haberi procurator et pronuntietur contra eum, deinde dominus causam retractet [3]), contra quam putat Iulianus [4]), *stipulatio committ(e)tur*. Ergo cum Iuliano dicemus „*ne vis fiat aedificanti*" interdicentem defensoris partes sustinere, quatenus probare debet adversarius; verum cum Ulpiano actoris, quatenus rem in iudicium deducit.

10. E superioribus apparet, quum apud praetorem nuntiationis remissio postuletur, neque subtiliter apud eum quaeri neque summatim, sed habiturum eum, cui nuntiatum est, interdictum prohibitorium [5]) sive satisdatum sit sive aedificandi ius sit. Quando igitur praetor remittet? Remittet nuntiationem, sive fateatur adversarius sive interdictum non accipiat sive cetera ex interdicto facere nolit [6]), veluti sponsionem non faciat sponsionisve iudicium non accipiat, sive in procuratorem interdictum redditum sit neque is iudicatum solvi satisdet eorum utique sententia, quibus, hoc interdicto qui convenitur, defensoris partes agere videtur vel omnino vel eo excepto, quod probare debet. Procurator enim eius, quocum agitur, *id facere* debet, *quod dominus in litem faceret, et cavere idonee* [7]), id est, iudicatum solvi. Ergo sive quis aut interdictum aut cetera ex interdicto recusabit, sive procurator *satisdationem non dabit*,

---

1) L. 1 § 6, l. 5 § 10 D. 39. 1 (cf. tamen l. 7 § 2 D. 43. 24).

2) Ita necesse fuit interdictum conciperem: „ubi illi ius est invito te aedificare".

3) Retractare posse negat quidem Cuiacius (Paris.) V 125 B, VI (Iul.) 314 B: „quia non potest dominus, cuius mandato procurator novum opus instituit, non „habere ratum, quod procurator illo interdicto egit, quia mandata aedificatione, „id quoque ei mandasse videtur, sine quo aedificium expediri non potest (l. 52, l. 62 D. 3. 3)". Sed X 945 E retractat ipse.

4) L. 45 § 2 D. 3. 3: .... *si satisdederit, non animadverto,.... quo casu stipulatio committatur.*

5) *De opere faciendo* (l. 1 § 38 D. 43. 20).

6) Interest quidem in *uti possidetis* interdicto, utrum quis ipsum interdictum non accipiat, an cetera ex interdicto facere nolit (Gai. IV § 170). Sed in ceteris interdictis interfuisse non puto.

7) L. 35 § 3 D. 3. 3.

submovendus erit ab exsecutione operis novi [1]) neque cogetur pati [2]). Tantum ob rem non defensam denegabitur *operis novi executio*, remittetur operis novi nuntiatio; nam hoc et illud prorsus idem esse, quamvis negetur, sequenti capite [3]) demonstrare conabor. Erit autem demonstratum, si docuerimus remissionem pure fieri, proinde omnem vim ac potestatem nuntiationis resolvere. Nam interesse creditur, quod remissio condicionem [4]) habeat.

XII.

Quid sit remittere.

Conspectus. **1.** Quibus modis operis novi nuntiatio resolvatur. **2.** Refelluntur qui doceant remissione non totam resolvi nuntiationem. **3.** Adversariorum testimonia interpolata. **4.** Praetor solet pure remittere. **5.** Restituitur in integrum titulus *de remissionibus* (D. 43. 25). **6.** Restituitur in integrum l. 13 pr. D. 39. 1.

1. Variis modis resolvitur operis novi nuntiatio. Decreto solvitur, ubi praetor vel ex lege Rubria [5]) duumvir nuntiationem missam facit; satisdatione solvitur, quia satisdatio de opere restituendo nuntiationis missae vice est; tempore solvitur *ann(o) elaps(o) ex quo denuntiatio missa*, id est, emissa *est* [6]); morte quoque extinguitur eius qui nuntiaverit [7]); et item praedii alienatione cuius nomine dominus nuntiaverit [8]),

---

1) L. 7 pr. D. 39. 1. Interpolatio non pervenit ad ipsum intellectum legis.

2) Interdicta quum sint *personalia* (l. 1 § 3 D. 43. 1), *cogend(i sumus) quasi aliam quamvis personalem actionem ea suscipere* (l. 21 § 3 D. 15. 1). Sed nuntiator non cogetur, quia remissa nuntiatione interdictum supervacaneum fit. Plane similiter ex interdicto *uti possidetis* sponsionibus factis liberum est *sponsionu(m) iudicia non accip(ere)*, quia sufficit interdictum secundarium (Gai. IV § 170). 3) Cap. XII.

4) *Quatenus scilicet is cui nuntiatum est aedificandi ius habet.* Verba sunt Donelli.

5) Cap. 19.

6) C. 14 pr. C. 8. 10. 7) L. 8 § 6 D. 39. 1.

8) L. 8 § 6 D. 39. 1. *Quodsi is cui opus novum nuntiatum erat.... aedes alienaverit, non extinguitur operis novi nuntiatio* (l. 8 § 7, l. 23 D. 39. 1), etsi dissentit Gaius (l. 3 § 3 D. 4. 7).

nisi excipitur alienatio per arbitrum iudicii divisorii [1]); pacto solvitur, *si post opus novum nuntiatum conveniat tibi cum adversario, ut opus fac(ias)* [2]); iudicio, si ex interdicto „*ne vis fiat aedificanti* [3])" iudex datus aedificandi ius esse pronuntiaverit. Donec horum quid fiat, nuntiatori proponitur interdictum restitutorium, cuius exitus, ut reus cogatur omnia destruere, quae post nuntiationem aedificaverit, forma haec est [4]):

> „*quem in locum* ab illo [5]) *nuntiatum est, ne quid operis novi fieret, qua de re agitur, quod in eo loco, antequam nuntiatio missa fieret, aut in ea causa esset, ut remitti deberet (intra annum ex quo nuntiatum est) factum est, id* illi [6]) *restituas.*

Ab hac forma diversam fuisse eam, quam respiceret lator Rubriae legis [7]), rectissime adnotabat Stölzel [8]). Etenim defuerit oportet clausula *antequam nuntiatio missa fieret, aut in ea causa esset, ut remitti deberet* [9]), quia legis exceptionem: *qua de re operis novi nuntiationem duumvir..... non remiserit*, vulgaris clausula inutilem reddit [10]). Erat igitur pristina interdicti forma:

> „*(quem in locum nuntiatum est, ne quid operis novi fieret, qua de re agitur, quod in eo loco intra annum, ex quo nuntiatum est, factum est, id restituas)*".

---

1) L. 47 D. 10. 2.

2) L. 1 § 10 D. 39. 1; l. 7 § 14 D. 2. 14.

3) Quod e tenebris in lucem protraximus superiore cap. XI § 7.

4) L. 20 pr. D. 39. 1 (Lenel, *das* edictum § 257. 2).

5) Requiritur *ab illo* et mox *illi*; alioquin dominus ageret ex procuratoris nuntiatione (Burckhard, *die* operis novi nuntiatio (1871) p. 192), quod refutatur l. 7 pr. D. 39. 1. Opponuntur enim ibi operis novi executio et *actiones, quas domini nomine intendit* procurator. Contrarium placuit in interdicto *quod vi aut clam* (l. 72 D. 3. 3 (cf. Vat. 334); l. 17 D. 39. 1; l. 3 pr. D. 43. 24), quia ex parte agentis in rem scriptum est.

6) Similiter habet interdictum, quod appellare consuevimus fraudatorium (Lenel, *das* edictum (1907) § 268 = l. 10 pr. D. 42. 8): „*quae* L. Titius.... *fecit*, ea *illis*.... restituas".

7) Cap. 19.

8) *Die Lehre von der* op. novi nuntiatio (1865) p. 235: „*die (Exception der)* lex Rubria.... *ergibt ein anderes Interdictsformular*".

9) K. A. Schmidt, *Interdiktenverfahren* (1853) p. 99: „*zur Zeit dieses Gesetzes (kann) das Interdikt.... jene Worte noch nicht enthalten haben*".

10) Cf. Karlowa, *Rechtsgesch.* II p. 472[5].

Etsi putat Karlowa [1]) huic ipsi formae [2]) neque ante Iustinianum locum esse desisse nec umquam fuisse nisi post remissionem [3]), quam sententiam post paulo refutabimus. Interim observabimus alteri formae, quam huius in locum putamus successisse, inesse videri sive tacite sive expressim eas exceptiones, quae nascuntur decreto, satisdatione, alienatione, tempore, morte. Quodsi pactum factum sit, *conventionis exceptio* danda est [4]); si ius esse aedificandi iudex pronuntiaverit, rei iudicatae exceptione actor removebitur. **2.** Atqui negant Baron, Karlowa, Burckhard remissione nuntiationem totam resolvi [5]); provocantque ad ipsius remittentis verba, quae exstent [6]):

> *quod ius sit illi prohibere ne se invito fiat, in eo nuntiatio teneat: ceterum nuntiationem missam facio*".

item ad Ulpiani (sic enim putant) testimonium [7]):

> *remitt(i)tur..... hactenus, quatenus prohibendi ius is, qui nuntiasset, non haberet.*

Ergo licere nuntiatori post remissionem [8]) intendere *adversus edictum praetoris (opus) factum (esse)* [9]); superesse etiamtunc *executionem operis novi* [10]), id est, actionem honorariam: id tantum remissionem efficere, ut exinde *inter(sit) iure factum sit* necne [11]), quum, *quidquid ante remissionem fiat.... pro eo habendum (sit) atque si nullo iure factum esset* [12]). Si quaeris, qua actione post remissionem nuntiatori sit utendum, in varias

---

1) *Beitr.* (1865) p. 71.

2) *Rechtsgesch.* II p. 1229: „*der Passus* antequam nuntiatio missa fieret u. s. w. *(wurde) weggelassen*".

3) Utroque nomine dissentit (p. 71 cit. not. 24) a Carolo Adolpho Schmidt.

4) L. 1 § 10 D. 39. 1.

5) Quibusdam speciebus exceptis (Burckhard p. 331/2).

6) L. 1 pr. D. 43. 25. 7) L. 1 pr. D. 39. 1.

8) Post satisdationem superesse operis novi exsecutionem negat Karlowa, *Beitr.* (1865) p. 74 („*die Satisdation hat weiter reichende Wirkungen*"); *Rechtsgesch.* II p. 1230. Laudat in eam rem l. 8 § 2 D. 39. 1 (*Beitr.* p. 75); l. 7 § 2 D. 43. 24 (*Rechtsgesch.* II p. 1230). In contrarium non movet eum l. 1 § 2 D. 43. 25 (cf. *Rechtsgesch.* II p. 1229 lin. 4 sqq.).

9) Cf. l. 5 § 4, l. 16, l. 18, l. 20 § 1 (cf. Lenel, *das* edictum (1883) p. 389 (ante 3); Cuiac. Paris. IV (Q) 96 C; X 924 C), l. 22, l. 23 D. 39. 1.

10) L. 5 pr., l. 7 pr., l. 19 D. 39. 1. Cf. l. 7 § 14 D. 2. 14.

11) Cf. l. 20 § 3 D. 39. 1. 12) L. 20 § 4 D. 39. 1.

partes itur. Interdicto restitutorio, quod exscripsi [1]), adhuc locum esse Baron [2]) existimat, remissionem enim pro non facta esse, *quatenus prohibendi ius is qui nuntiasset.... haberet.* Huic proxima est Ottonis Karlowa sententia proprium interdictum, restitutorium tamen, post remissionem proponentis [3]) forma supra scripta: „*quem in locum nuntiatum est, ne quid operis novi fieret, qua de re agitur, quod in eo loco (intra annum ex quo nuntiatum est) factum est, id restituas* [4])", quo tollit adversario post remissionem ipsum remissionis beneficium [5]). Hugoni Burckhard [6]) placet ex ipsa remissione agendum esse, quasi ex interdicto prohibitorio. Praetor enim quum dicat „*nuntiatio teneat*", idem esse acsi dixisset: „adversus nuntiationem quidquam fieri veto". Sed omnibus his sententiis obstat testimonium Iuliani [7]), quo certiores nos facit *remissione.... facta.... licere.... aedificare,* quod confirmatur tam Ulpiani [8]) voce quam Pauli [9]): post nuntiationem abstinendum esse, *donec remissio nuntiationis fiat,* nec in contrarium agit [10]), qui subiungit Paulus: *si ius aedificandi habe(at) recte aedifica(turum),* superest enim post remis-

---

1) Ex l. 20 pr. D. 39. 1.

2) Cf. Burckhard, *die* op. novi nuntiatio (1871) p. 294, 387.

3) *Beiträge* (1865) p. 69.

4) *Rechtsgesch.* II p. 1229: „*der Passus* antequam nuntiatio missa esset *u. s. w. (wurde) weggelassen*".

5) Absurdum hoc esse intelligit, itaque pergit: vice omissi (*antequam* etc.) postulante reo includendam eam exceptionem, quam servat lex Rubria (c. 19) „qua de re operis novi nuntiationem duumvir.... non remiserit", quaeve huic materiem praestiterit „qua de re operis novi nuntiationem ego non remisero". Quasi possit exceptio efficere, ne sit absurda formulae conceptio. Sequitur hunc nihilominus Lenel, *das* edictum (1907) p. 465, prudenter abstinet Martin, *Études d'hist. jur. pour Girard* (1912) p. 153/4.

6) Op. cit. 5, 305 sqq., 380 sqq. Hunc paulisper secutus est Lenel, *das* edictum (1883) p. 388. Disputat quoque in eandem sententiam Stölzel, *die Lehre von der* op. novi nunt. (1865) p. 169 sqq., ita tamen, ut simul defendat contrariam (p. 193 (§ 31): „*die Remission hebt jede Wirkung der* op. novi nuntiatio *auf*").

7) L. 7 § 2 D. 43. 24.

8) L. 20 § 1 D. 39. 1.

9) L. 8 § 4 D. 39. 1.

10) Agere putat Martin, *Études* cit. p. 159³ („*ce texte constituera toujours une objection décisive contre les théories n'admettant que la* remissio *pure et simple*"). Itaque damnat verba Biondi, *Bull. dell' ist. di dir. rom.* XXIX (1916) p. 240.

sionem legitima actio, si qua adversus aedificantem competit [1]). **3.** Quibus autem tuentur se testimoniis Baron, Karlowa, Burckhard, ea testimonia genuina non sunt, sed novo iuri accommodata. Quod ut probetur, cogitari oportet, Iustiniani aevo iudiciorum ordine sublato praetoris partes quantopere auctae sint ad ipsius officium accedente iudicis officio [2]). Remissionem desideranti, quum vigebat iudiciorum ordo, praetor „*ne vis fiat aedificanti*" interdictum proponebat; iure Iustiniano, quum *perinde.... iudic(etur) sine interdictis, ac si utilis actio ex causa interdicti reddita fuisset* [3]), ipse magistratus *causam diri(mit)* [4]); causa audita nuntiationem remittit, quum de prohibendi iure non probatur. Huic iuri accommodatum est Ulpiani fragmentum in tituli *de operis novi nuntiatione* introitu [5]):

> *Hoc edicto promittitur, ut, sive iure sive iniuria opus fieret, per nuntiationem inhiberetur* [deinde remitteretur prohibitio hactenus, quatenus prohibendi ius is, qui nuntiasset, non haberet].

Ergo remitti vult Iustinianus causa audita, *quatenus prohibendi ius is qui nuntiasset non haberet*, perinde acsi praetor decrevisset remittendam esse nuntiationem, si nullum esset ius prohibendi, deinde ex eo decreto actio utilis impetrata esset. Cuiusmodi decretum [6]) proponitur sub titulo *de remissionibus* [7]): „quod ius sit [8]) illi prohibere.... in eo nuntiatio teneat, ceterum [9]) nuntiationem missam facio [10])". Interpolatum

1) L. 19 D. 39. 1.

2) Hoc potest converti, quin convertit Biondi, *Bull.* cit. XXIX p. 240 (ima): „*(il) nuovo diritto.... attribui(sce) al giudice, quanto era di competenza del magistrato*".

3) § ult. Inst. IV 15.

4) C. 14 § 2 C. 8. 10.

5) L. 1 pr. D. 39. 1, quod purgabam Mnemos. XIX (1891) p. 123.

6) *Edictum* esse vult Cuiacius ad l. 1 pr. D. 39. 1 (Paris. X 927 A et B), ex quo fiat remissio. *Decretum* esse ipsamque remissionem, docet Donellus (Comment. XV 46 § 18), quod probant Stölzel (p. 178), Karlowa (*Beitr.* p. 59; *Rechtsgesch.* II p. 1228), Burckhard (p. 281/2), Baron (cf. Burckhard p. 292), nos quoque, sed addimus: *suppositum.*

7) L. 1 pr. D. 43. 25.

8) Requiritur: *est* (Diversum putat Stölzel p. 179).

9) I. e., salvo hoc decreto.

10) Concedit Burckhard (p. 305) appendiculam (*ceterum nuntiationem missam facio*) redundare. Ex diverso Karlowa (*Rechtsgesch.* II p. 473) adiciendam fuisse

tria arguunt. Inprimis, quod novo exemplo in duo membra scinditur decretum [1]), eaque coniunguntur articulo *ceterum*, qui nec usquam in edicto occurrit et in similibus, ubi poterat adhiberi, vitatur potius [2]). Secundum est, quod decretum adversus nuntiatorem impetratur et pro nuntiatore scriptum est [3]) *(nuntiatio teneat)*. Tertium, quod de iure prohibendi vel aedificandi genuinum interdictum „*ne vis fiat aedificanti*" etiamnunc apparet [4]). Etsi putat Martin [5]) interdictum reddendum post remissionem impetratam; qui non dicit, quam habitura fuerit utilitatem eiusmodi remissio. Decreta enim a praetore solent interponi vel finiendis controversiis [6]) vel inchoandis [7]); verum eo decreto quo remittitur nuntiatio, quatenus prohibendi ius non sit, neque finitur controversia, neque, si interdictum expectandum est, inchoatur. **4.** Ergo, si nulla talis est remissio, qualem habet l. 1 pr. D. 43. 25, id est, sub condicione [8]), remanet, ut praetor semper pure remittat: *nuntiationem missam facio* varia sub demonstratione veluti „quod satisdatum est", „quod interdictum non accipis", „quod cetera ex interdicto non facis", ut possit ferri rubrica [9]) *de remissionibus*, etiamsi una forma [10]) sufficit, *sive ad privatum sive ad publicum ius.... remissio pertinet* [11]). **5.** Quodsi

---

putat, ne iure civili nuntiatio teneat („*Hätte die Kraft der* nuntiatio.... *nur auf dem Edikt.... beruht, so hätte der Prätor sich mit dem Ausspruch begnügen können*: Quod ius sit.... teneat"). Quorsum igitur sensus principalis (*in eo nuntiatio teneat*), si omnino tenebit nuntiatio?

1) Expectares eiusmodi: „quod ius (non) sit illi.... prohibere.... in eo.... nuntiationem missam facio". Cf. Martin, *Etudes* cit. p. 165 summa.

2) L. 42 D. 21. 1 non *ceterum* habet sed *ceterarum rerum*; l. 4 pr. D. 47. 8 et l. 1 pr. D. 47. 9: *post annum*; l. 1 § 1 D. 16. 3: *quod ipsius*; l. 15 § 34 D. 47. 10: *item si quid aliud factum esse dicetur*.

3) Hoc utroque utitur argumento Martin, *Études d'hist. jurid. pour Girard* (1912) p. 148/9, ne videatur interdictum prohibitorium esse. Sed serpet res ultra.

4) L. 45 § 2 D. 3. 3 atque (interpolatione remota) l. 5 § 20 D. 39. 1.

5) *Études* cit. p. 166.

6) Ad Herenn. II 13 § 19.

7) Gai. IV § 139 ia. 141.

8) Iudicii. Non enim tollo exceptionem procuratoriam (l. 13 § 2 D. 39. 1) similesve condiciones, quocirca non obstat ἐξ ἀντιδιαστολῆς l. 5 § 18 D. 39. 1 *(omnimodo remittitur)*.

9) D. 43. 25.

10) Nostra. Nam tradita, quia *ad publicum ius* porrigi non potest, ob id ipsum sola fuisse non potest (Burckhard, p. 398 not. 46).

11) L. 5 § 19 D. 39. 1.

vero commentitium est interdictum decretumve „quod ius sit illi prohibere" et omnis remissio pura, Ulpiani quoque qui adhaeret commentarius (l. 1), magna ex parte rescriptus nobis videatur necesse est:

[§ 1. sub hoc titulo remissiones proponuntur].

Hoc dicere valde fuit necessarium.

[§ 2. Et verba praetoris ostendunt remissionem ibi demum factam ubi nuntiatio non tenet [1]), et nuntiationem ibi demum voluisse praetorem tenere, ubi ius est nuntianti prohibere, ne se invito fiat].

Si quidem *verba praetoris* commentitia esse recte docuimus, ne haec quidem eorum interpretatio stare potest. Sequitur:

[ceterum sive satisdatio interveniat sive non, remissio facta hoc tantum remittit in quo non tenuit nuntiatio].

Ergo semper ex abundanti remissio interponitur, quod est quidem verum, sed alia ratione: non quia id remittit remissio, quod ab initio *non tenuit*, sed, quia perinde est, utrum remissio interponatur an iusta causa sit remittendi. Hoc enim praetor totidem verbis significat [2]). Ceterum sive decreto interposito sive, quum causa esset decreti interponendi [3]), *hoc tantum remitt(i) in quo non tenuit nuntiatio*, scribere qui potuit Ulpianus? Necessarium enim est, ut *hoc tantum remitt(atur)* [4]) *in quo* nuntiatio *tenuit* [5]). Sequitur:

[plane, si satisdatum est, exinde remissio facta est, non est necessaria remissio].

---

1) Haec statim redeunt cum adiectione *sive satisdatio interveniat sive non.* Quid his significetur, ibi quaeremus.

2) L. 20 pr. D. 39. 1: *antequam nuntiatio missa fieret aut in ea causa esset, ut remitti deberet.*

3) *Remissio facta* non tantum intelligitur, quum decretum sit interpositum, sed etiam, quum causa sit decreti interponendi. Ita in proxime sequentibus *remissio facta* necessario intelligenda est, quum opponatur ipsa remissio. Eodem modo l. 7 § 2 D. 43. 24 interpretati sumus cap. XI. 4) Cum effectu.

5) Intellexit hoc Karlowa, *Rechtsgesch.* II p. 473, quocirca sic interpretatur: a praetore remitti effectum nuntiationis, quatenus non tenuerit iure honorario, quum tenuisset iure civili („*die Worte des Prätors sollen sagen, die* remissio *sei nur erfolgt,* ubi nuntiatio non tenet, *d. h. praetorisch nicht bindend ist*"). Atqui, quod non tenuit iure honorario cur remittit? Nam iure civili ne teneat, efficere non potest (ibid. p. 1229. Aberrat Martin, *Études* cit. p. 152 not. 2). Itaque nodum non solvit ille.

Remissione facta, id est [1]), quum remittendi causa extiterit, non tantum, *si satisdatum est*, sed numquam est decretum necessarium. Quod latuisse Ulpianum non est verisimile. Quae sequuntur pro parte quidem corrupta sunt, non vero ex integro scripta:

§ 3. *ius habet opus novum nuntiandi qui aut dominium aut servitutem habet.* § 4. *item Iuliano placet* [2]) *fructuario vindicandarum servitutium ius esse; secundum quod opus novum nuntiare poterit* [et remissio utilis [3]) erit]; *ipsi autem domino praedii si nuntiaverit*, remissio [4]) *inutilis erit, neque (enim) sicut adversus vicinum, ita adversus ipsum dominum agere potest ius ei non esse invito se altius aedificare. Sed si hoc facto usus fructus deterior fiat, petere usumfructum debebit* [idem Iulianus dicit de ceteris, quibus aliqua servitus a vicino debetur [5])]. § 5. *ei quoque, qui pignori fundum accepit, scribit Iulianus non esse iniquum* detentionem [6]) *servitutis dari.*

6. Eandem ob causam, quia diximus praetorem semper pure remittere: „nuntiationem missam facio", suam difficultatem coepit [7]) habere Iuliani textus [8]):

quum procurator opus novum nuntiat, èt satisdat ratam rem dominum habiturum èt remissio *in domini personam confertur.*

Quomodo enim potest praetor, quum in rem loquatur, in domini personam sermonem conferre? Sed restituendum est *stipulatio,* quum praesertim, si procurator de rato caverit,

1) Cf. l. 7 § 2 D. 43. 24. Hic quidem, quia opponitur *remissio*, aliter explicari non potest.

2) Diversum Labeoni Nervae Marcello (l. 1 pr. D. 7. 6) quin ipsi ut videtur Iuliano l. 5 § 1 D. 7. 6 *(non servitutem sed usumfructum vindicare debet adversus vicini fundi dominum).*

3) I. e. necessaria. Quod verum est, licet auctorem habeat Tribonianum.

4) L. *nuntiatio* (l. 2 D. 39. 1). Plane, ubi haec *inutilis* est, remissio est supervacanea. Quod dictum voluit interpolator.

5) Haec nemo umquam intellexit.

6) Obtemperandum est Mureto restituenti *defensionem.*

7) Nam conservata forma l. 1 pr. D. 43. 25, quae personam demonstrat, difficultas est nulla. Cf. Donellus, Comment. XV 46 § 19 *(missa fiet nuntiatio non quatenus procuratori prohibendi ius est sed quatenus domino).*

8) L. 13 pr. D. 39. 1.

ratam rem dominum habiturum.... [1]), quibuscum coniungendum est alterum Iuliani fragmentum [2]): *et ideo neque exceptiones procuratoriae opponi ei debent....*, quod fragmentum a Triboniani sociis inverecunde Ulpiani cuidam fragmento est applicitum, quum Ulpiani fragmentum ad procuratorem, qui nuntiaverit, Iuliani ad procuratorem, cui nuntiatum sit, pertineat, licet uterque scribat procuratorem defendere. Sed hoc Iulianus de eo, qui postulat interdictum, Ulpianus de eo, adversus quem impetratur; huic enim is, qui remissionem desiderat, actoris partes sustinet, nuntiator defensoris. Itaque:

> *Si procurator....opus novum mihi nuntiaverit....deinde interdicto adversus eum utar ne vim mihi faciat quo minus aedificem; ex interdicto eum oportet iudicatum solvi satisdare, quia partes sustinet defensoris* [3]).

Adnotat ad Iuliani sententiam Cuiacius [4]): „ut qui actor „est reus sit, vel rei partes sustineat vel sustinere possit, qua „ratione id fieri possit non video". Concludit tamen [5]), ita intelligendam esse, ut „quamvis sit revera actor, vide(a)tur „eatenus defensoris partes sustinere, quatenus non cavet de „rato". Immodestum licet videri possit, id intelligere velle, quod tantus interpres se non intellexisse profiteatur, tamen huius rei rationem reddere posse mihi videor. Constat *in exceptionibus....reum partibus actoris fungi oportere* [6]), quod nemo dixit absurdum esse; indicat enim, qui sic loquitur, reo id probandum esse, quod exceptione concludatur. Contra, si dicatur actor *defensoris partes sustinere*, eodem redit acsi dicatur nulla probatio ab eo desiderari. Quod in hoc interdicto „*ne vis fiat aedificanti*" summam habet rationem: *operis* enim

---

1) L. 45 § 2 D. 3. 3. 2) L. 6 D. 39. 1 [illegible]

3) L. 5 § 20 D. 39. 1. [illegible] idem contraria l. 5 [illegible] eod. *(qui remissionem desiderat... sustinet... par[illegible] defensoris)*, sed vide[illegible] (delet Biondi, *Bull. dell' ist. di dir. rom.* [illegible] 1916) p. 241: [illegible] *enim partes defensoris*) deberi interpolatori, qui [illegible] inseruit tantum [illegible] *[illegible]ceperit.* Nam hoc sub[illegible]tivum esse, dubitari [illegible] portet (cf. supra [illegible] [illegible]go concedo viro claris[illegible] Martin (*Etudes d'h[illegible] [illegible]d. pour Gir[illegible]* [illegible] not. 1 [illegible] conciliari § 19 cu[illegible] [illegible]on posse (po[illegible]

4) Paris. V 1[illegible]

5) Paris. V [illegible] et VI (In[illegible] confert.

6) L. 19 [illegible]

nori nuntiatione

is igitur

tione de

tes sustinet

bitur

ratam rem dominum habiturum.... [1]), quibuscum coniungendum est alterum Iuliani fragmentum [2]): *et ideo neque exceptiones procuratoriae opponi ei debent....*, quod fragmentum a Triboniani sociis inverecunde Ulpiani cuidam fragmento est applicitum, quum Ulpiani fragmentum ad procuratorem, qui nuntiaverit, Iuliani ad procuratorem, cui nuntiatum sit, pertineat, licet uterque scribat procuratorem defendere. Sed hoc Iulianus de eo, qui postulat interdictum, Ulpianus de eo, adversus quem impetratur; huic enim is, qui remissionem desiderat, actoris partes sustinet, nuntiator defensoris. Itaque:

> *Si procurator....opus novum mihi nuntiaverit....deinde interdicto adversus eum utar ne vim mihi faciat quo minus aedificem; ex interdicto eum oportet iudicatum solvi satisdare, quia partes sustinet defensoris* [3]).

Adnotat ad Iuliani sententiam Cuiacius [4]): „ut qui actor „est reus sit, vel rei partes sustineat vel sustinere possit, qua „ratione id fieri possit non video". Concludit tamen [5]), ita intelligendam esse, ut „quamvis sit revera actor, vide(a)tur „eatenus defensoris partes sustinere, quatenus non cavet de „rato". Immodestum licet videri possit, id intelligere velle, quod tantus interpres se non intellexisse profiteatur, tamen huius rei rationem reddere posse mihi videor. Constat *in exceptionibus....reum partibus actoris fungi oportere* [6]), quod nemo dixit absurdum esse; indicat enim, qui sic loquitur, reo id probandum esse, quod exceptione concludatur. Contra, si dicatur actor *defensoris partes sustinere*, eodem redit acsi dicatur nulla probatio ab eo desiderari. Quod in hoc interdicto „*ne vis fiat aedificanti*" summam habet rationem: *operis* enim

---

1) L. 45 § 2 D. 3. 3. 2) L. 6 D. 39. 1.

3) L. 5 § 20 D. 39. 1. Est quidem contraria l. 5 § 19 eod. *(qui remissionem desiderat... sustinet... partes defensoris)*, sed videtur tota (delet Biondi, *Bull. dell' ist. di dir. rom.* XXIX (1916) p. 241: *sustinet enim partes defensoris*) deberi interpolatori, qui § 20 inseruit tantum *et satis acceperit*. Nam hoc subditivum esse, dubitari non oportet (cf. supra: § 7). Ergo concedo viro clarissimo Martin (*Etudes d'hist. jurid. pour Girard*, p. 163 not. 1) post purgatam § 20 conciliari § 19 cum hac non posse (posse olim putaveram), sed opus esse iam nego.

4) Paris. V 124 C.

5) Paris. V 125 A/B et VI (Iul.) 314 A, nam X 945/6 ad emendandum se confert. 6) L. 19 pr. D. 22. 3; l. 1 D. 44. 1.

novi nuntiatione possessorem eum fac(imus), cui nuntiaverimus [1]), is igitur interdicto reddito satis probat, si adversarius probatione deficitur. Ergo, qui hoc interdicto utitur, defensoris partes sustinet. Sane, quia, si probaverit adversarius, pronuntiabitur actori non esse ius aedificandi [2]), ideo, *si satisdederit* ratam rem haberi procurator et pronuntietur contra eum, deinde dominus causam retractet [3]), contra quam putat Iulianus [4]), *stipulatio committ(e)tur.* Ergo cum Iuliano dicemus „*ne vis fiat aedificanti*" interdicentem defensoris partes sustinere, quatenus probare debet adversarius; verum cum Ulpiano actoris, quatenus rem in iudicium deducit.

10. E superioribus apparet, quum apud praetorem nuntiationis remissio postuletur, neque subtiliter apud eum quaeri neque summatim, sed habiturum eum, cui nuntiatum est, interdictum prohibitorium [5]) sive satisdatum sit sive aedificandi ius sit. Quando igitur praetor remittet? Remittet nuntiationem, sive fateatur adversarius sive interdictum non accipiat sive cetera ex interdicto facere nolit [6]), veluti sponsionem non faciat sponsionisve iudicium non accipiat, sive in procuratorem interdictum redditum sit neque is iudicatum solvi satisdet eorum utique sententia, quibus, hoc interdicto qui convenitur, defensoris partes agere videtur vel omnino vel eo excepto, quod probare debet. Procurator enim eius, quocum agitur, *id facere* debet, *quod dominus in litem faceret, et cavere idonee* [7]), id est, iudicatum solvi. Ergo sive quis aut interdictum aut cetera ex interdicto recusabit, sive procurator *satisdationem non dabit*,

---

1) L. 1 § 6, l. 5 § 10 D. 39. 1 (cf. tamen l. 7 § 2 D. 43. 24).

2) Ita necesse fuit interdictum conciperem: „ubi illi ius est invito te aedificare".

3) Retractare posse negat quidem Cuiacius (Paris.) V 125 B, VI (Iul.) 314 B: „quia non potest dominus, cuius mandato procurator novum opus instituit, non „habere ratum, quod procurator illo interdicto egit, quia mandata aedificatione, „id quoque ei mandasse videtur, sine quo aedificium expediri non potest (l. 52, l. 62 D. 3. 3)". Sed X 945 E retractat ipse.

4) L. 45 § 2 D. 3. 3: .... *si satisdederit, non animadverto,.... quo casu stipulatio committatur.*

5) *De opere faciendo* (l. 1 § 38 D. 43. 20).

6) Interest quidem in *uti possidetis* interdicto, utrum quis ipsum interdictum non accipiat, an cetera ex interdicto facere nolit (Gai. IV § 170). Sed in ceteris interdictis interfuisse non puto.

7) L. 35 § 3 D. 3. 3.

submovendus erit ab exsecutione operis novi [1]) neque cogetur pati [2]). Tantum ob rem non defensam denegabitur *operis novi executio*, remittetur operis novi nuntiatio; nam hoc et illud prorsus idem esse, quamvis negetur, sequenti capite [3]) demonstrare conabor. Erit autem demonstratum, si docuerimus remissionem pure fieri, proinde omnem vim ac potestatem nuntiationis resolvere. Nam interesse creditur, quod remissio condicionem [4]) habeat.

XII.

Quid sit remittere.

Conspectus. **1.** Quibus modis operis novi nuntiatio resolvatur. **2.** Refelluntur qui doceant remissione non totam resolvi nuntiationem. **3.** Adversariorum testimonia interpolata. **4.** Praetor solet pure remittere. **5.** Restituitur in integrum titulus *de remissionibus* (D. 43. 25). **6.** Restituitur in integrum l. 13 pr. D. 39. 1.

1. Variis modis resolvitur operis novi nuntiatio. Decreto solvitur, ubi praetor vel ex lege Rubria [5]) duumvir nuntiationem missam facit; satisdatione solvitur, quia satisdatio de opere restituendo nuntiationis missae vice est; tempore solvitur *ann(o) elaps(o) ex quo denuntiatio missa*, id est, emissa *est* [6]); morte quoque extinguitur eius qui nuntiaverit [7]); et item praedii alienatione cuius nomine dominus nuntiaverit [8]),

---

1) L. 7 pr. D. 39. 1. Interpolatio non pervenit ad ipsum intellectum legis.

2) Interdicta quum sint *personalia* (l. 1 § 3 D. 43. 1), *cogend(i sumus) quasi aliam quamvis personalem actionem* ea *suscipere* (l. 21 § 3 D. 15. 1). Sed nuntiator non cogetur, quia remissa nuntiatione interdictum supervacaneum fit. Plane similiter ex interdicto *uti possidetis* sponsionibus factis liberum est *sponsionu(m) iudicia non accip(ere)*, quia sufficit interdictum secundarium (Gai. IV § 170).

3) Cap. XII.

4) *Quatenus scilicet is cui nuntiatum est aedificandi ius habet.* Verba sunt Donelli.

5) Cap. 19.

6) C. 14 pr. C. 8. 10.

7) L. 8 § 6 D. 39. 1.

8) L. 8 § 6 D. 39. 1. *Quodsi is cui opus novum nuntiatum erat.... aedes alienaverit, non extinguitur operis novi nuntiatio* (l. 8 § 7, l. 23 D. 39. 1), etsi dissentit Gaius (l. 3 § 3 D. 4. 7).

nisi excipitur alienatio per arbitrum iudicii divisorii [1]; pacto solvitur, *si post opus novum nuntiatum conveniat tibi cum adversario, ut opus fac(ias)* [2]; iudicio, si ex interdicto „*ne vis fiat aedificanti* [3]" iudex datus aedificandi ius esse pronuntiaverit. Donec horum quid fiat, nuntiatori proponitur interdictum restitutorium, cuius exitus, ut reus cogatur omnia destruere, quae post nuntiationem aedificaverit, forma haec est [4]:

> „*quem in locum* ab illo [5] *nuntiatum est, ne quid operis novi fieret, qua de re agitur, quod in eo loco, antequam nuntiatio missa fieret, aut in ea causa esset, ut remitti deberet (intra annum ex quo nuntiatum est) factum est, id* illi [6] *restituas.*

Ab hac forma diversam fuisse eam, quam respiceret lator Rubriae legis [7], rectissime adnotabat Stölzel [8]. Etenim defuerit oportet clausula *antequam nuntiatio missa fieret, aut in ea causa esset, ut remitti deberet* [9], quia legis exceptionem: *qua de re operis novi nuntiationem duumvir..... non remiserit*, vulgaris clausula inutilem reddit [10]. Erat igitur pristina interdicti forma:

> „*(quem in locum nuntiatum est, ne quid operis novi fieret, qua de re agitur, quod in eo loco intra annum, ex quo nuntiatum est, factum est, id restituas)*".

---

1) L. 47 D. 10. 2.

2) L. 1 § 10 D. 39. 1; l. 7 § 14 D. 2. 14.

3) Quod e tenebris in lucem protraximus superiore cap. XI § 7.

4) L. 20 pr. D. 39. 1 (Lenel, *das* edictum § 257. 2).

5) Requiritur *ab illo* et mox *illi*; alioquin dominus ageret ex procuratoris nuntiatione (Burckhard, *die* operis novi nuntiatio (1871) p. 192), quod refutatur l. 7 pr. D. 39. 1. Opponuntur enim ibi operis novi executio et *actiones, quas domini nomine intendit* procurator. Contrarium placuit in interdicto *quod vi aut clam* (l. 72 D. 3. 3 (cf. Vat. 334); l. 17 D. 39. 1; l. 3 pr. D. 43. 24), quia ex parte agentis in rem scriptum est.

6) Similiter habet interdictum, quod appellare consuevimus fraudatorium (Lenel, *das* edictum (1907) § 268 = l. 10 pr. D. 42. 8): „*quae* L. Titius.... *fecit*, ea *illis*.... restituas".

7) Cap. 19.

8) *Die Lehre von der* op. novi nuntiatio (1865) p. 235: „*die (Exception der)* lex Rubria.... *ergibt ein anderes Interdictsformular*".

9) K. A. Schmidt, *Interdiktenverfahren* (1853) p. 99: „*zur Zeit dieses Gesetzes (kann) das Interdikt.... jene Worte noch nicht enthalten haben*".

10) Cf. Karlowa, *Rechtsgesch.* II p. 472[5].

Etsi putat Karlowa [1]) huic ipsi formae [2]) neque ante Iustinianum locum esse desisse nec umquam fuisse nisi post remissionem [3]), quam sententiam post paulo refutabimus. Interim observabimus alteri formae, quam huius in locum putamus successisse, inesse videri sive tacite sive expressim eas exceptiones, quae nascuntur decreto, satisdatione, alienatione, tempore, morte. Quodsi pactum factum sit, *conventionis exceptio* danda est [4]); si ius esse aedificandi iudex pronuntiaverit, rei indicatae exceptione actor removebitur. **2.** Atqui negant Baron, Karlowa, Burckhard remissione nuntiationem totam resolvi [5]); provocantque ad ipsius remittentis verba, quae exstent [6]):

> *quod ius sit illi prohibere ne se invito fiat, in eo nuntiatio teneat: ceterum nuntiationem missam facio*".

item ad Ulpiani (sic enim putant) testimonium [7]):

> *remitt(i)tur..... hactenus, quatenus prohibendi ius is, qui nuntiasset, non haberet.*

Ergo licere nuntiatori post remissionem [8]) intendere *adversus edictum praetoris (opus) factum (esse)* [9]); superesse etiamtunc *executionem operis novi* [10]), id est, actionem honorariam: id tantum remissionem efficere, ut exinde *inter(sit) iure factum sit* necne [11]), quum, *quidquid ante remissionem fiat.... pro eo habendum (sit) atque si nullo iure factum esset* [12]). Si quaeris, qua actione post remissionem nuntiatori sit utendum, in varias

---

1) *Beitr.* (1865) p. 71.

2) *Rechtsgesch.* II p. 1229: „*der Passus* antequam nuntiatio missa fieret u. s. w. *(wurde) weggelassen*".

3) Utroque nomine dissentit (p. 71 cit. not. 24) a Carolo Adolpho Schmidt.

4) L. 1 § 10 D. 39. 1.

5) Quibusdam speciebus exceptis (Burckhard p. 331/2).

6) L. 1 pr. D. 43. 25.

7) L. 1 pr. D. 39. 1.

8) Post satisdationem superesse operis novi exsecutionem negat Karlowa, *Beitr.* (1865) p. 74 *(„die Satisdation hat weiter reichende Wirkungen"); Rechtsgesch.* II p. 1230. Laudat in eam rem l. 8 § 2 D. 39. 1 (*Beitr.* p. 75); l. 7 § 2 D. 43. 24 (*Rechtsgesch.* II p. 1230). In contrarium non movet eum l. 1 § 2 D. 43. 25 (cf. *Rechtsgesch.* II p. 1229 lin. 4 sqq.).

9) Cf. l. 5 § 4, l. 16, l. 18, l. 20 § 1 (cf. Lenel, *das* edictum (1883) p. 389 (ante 3); Cuiac. Paris. IV (Q) 96 C; X 924 C), l. 22, l. 23 D. 39. 1.

10) L. 5 pr., l. 7 pr., l. 19 D. 39. 1. Cf. l. 7 § 14 D. 2. 14.

11) Cf. l. 20 § 3 D. 39. 1.

12) L. 20 § 4 D. 39. 1.

partes itur. Interdicto restitutorio, quod exscripsi [1]), adhuc locum esse Baron [2]) existimat, remissionem enim pro non facta esse, *quatenus prohibendi ius is qui nuntiasset.... haberet.* Huic proxima est Ottonis Karlowa sententia proprium interdictum, restitutorium tamen, post remissionem proponentis [3]) forma supra scripta: „*quem in locum nuntiatum est, ne quid operis novi fieret, qua de re agitur, quod in eo loco (intra annum ex quo nuntiatum est) factum est, id restituas* [4])", quo tollit adversario post remissionem ipsum remissionis beneficium [5]). Hugoni Burckhard [6]) placet ex ipsa remissione agendum esse, quasi ex interdicto prohibitorio. Praetor enim quum dicat „*nuntiatio teneat*", idem esse acsi dixisset: „adversus nuntiationem quidquam fieri veto". Sed omnibus his sententiis obstat testimonium Iuliani [7]), quo certiores nos facit *remissione.... facta.... licere.... aedificare*, quod confirmatur tam Ulpiani [8]) voce quam Pauli [9]): post nuntiationem abstinendum esse, *donec remissio nuntiationis fiat*, nec in contrarium agit [10]), qui subiungit Paulus: *si ius aedificandi habe(at) recte aedifica(turum)*, superest enim post remis-

---

1) Ex l. 20 pr. D. 39. 1.

2) Cf. Burckhard, *die* op. novi nuntiatio (1871) p. 294, 387.

3) *Beiträge* (1865) p. 69.

4) *Rechtsgesch.* II p. 1229: „*der Passus* antequam nuntiatio missa esset *u. s. w. (wurde) weggelassen*".

5) Absurdum hoc esse intelligit, itaque pergit: vice omissi (*antequam* etc.) postulante reo includendam eam exceptionem, quam servat lex Rubria (c. 19) „qua de re operis novi nuntiationem duumvir.... non remiserit", quaeve huic materiem praestiterit „qua de re operis novi nuntiationem ego non remisero". Quasi possit exceptio efficere, ne sit absurda formulae conceptio. Sequitur hunc nihilominus Lenel, *das* edictum (1907) p. 465, prudenter abstinet Martin, *Études d'hist. jur. pour Girard* (1912) p. 153/4.

6) Op. cit. 5, 305 sqq., 380 sqq. Hunc paulisper secutus est Lenel, *das* edictum (1883) p. 388. Disputat quoque in eandem sententiam Stölzel, *die Lehre von der* op. novi nunt. (1865) p. 169 sqq., ita tamen, ut simul defendat contrariam (p. 193 (§ 31): „*die Remission hebt jede Wirkung der* op. novi nuntiatio *auf*").

7) L. 7 § 2 D. 43. 24.

8) L. 20 § 1 D. 39. 1.

9) L. 8 § 4 D. 39. 1.

10) Agere putat Martin, *Études* cit. p. 159[3] („*ce texte constituera toujours une objection décisive contre les théories n'admettant que la* remissio *pure et simple*"). Itaque damnat verba Biondi, *Bull. dell' ist. di dir. rom.* XXIX (1916) p. 240.

tuum antea illatum adversario sciente [1]) interdicto certabunt [2]):

„*quo illi ius est invito te mortuum inferre, quominus illi in eo loco sepulchrum sine dolo malo aedificare liceat, vim fieri* [3]) *veto*".

Item, si quis post satisdationem nuntiationem patitur — *n(eque)* enim *permittitur iterum nuntiare, quamdiu stipulatio ex operis novi nuntiatione tene(a)t* [4]), *licere enim debet aedificare ei qui satisdederit* [5]), quia *vice nuntiationis missae satisdatio de opere restituendo interpo(nitur)* [6]) — si cui igitur post satisdationem nuntiatum erit, habebit interdictum [7]):

„*quem in locum nuntiatum est,.... si de ea re satisdatum est,.... quominus illi in eo loco opus facere liceat, vim fieri veto*".

Huic simile interdictum reddi post remissionem, probabiliter coniecit Cuiacius [8]), quam coniecturam non pretiosa ratione impugnat Stölzel [9]). Certius est ei, qui in flumine publico ripave fluminis opus faciat, adversus nuntiantem [10]) propositum esse interdictum [11]):

---

1) L. 3 § 1 D. 11. 8.

2) L. 1 § 5 D. 11. 8. Alibi quidem (l. 3 § 8 D. 43. 21) docet Ulpianus, quum detur interdictum, *posse contemni operis novi nuntiationem*, quo pugnat mecum Martin, *Études d'hist. jurid. pour Girard* (1912) p. 161. Atqui, si hoc verum esset, posset omnis possessor nuntiationem contemnere. Vid. quoque p. 368 (A.).

3) Qui *vim fieri* vetat, is operis quoque novi nuntiationem cohibet (l. 3 § 8 D. 43. 21). Est enim *nuntiatio* species ex genere *prohibitionum* (l. 1 pr. D. 39. 1; l. 7 § 2 D. 43. 24), *prohibere* autem et *vim facere* prorsus idem est (l. 3 § 1 D. 43. 24; l. 11 D. 43. 16). Quocirca, licet ita caveri iubeat Africanus (l. 15 D. 39. 1), tamen ex abundanti cavet *opus novum se non nuntiaturum*, qui cavit *aedificanti vim (se non) facturum*.

4) L. 13 § 1 D. 39. 1.

5) L. 7 § 2 D. 43. 24.

6) L. 20 § 1 D. 39. 1.

7) L. 20 § 9 D. 39. 1.

8) Ad l. 1 pr. D. 39. 1 (Paris. X 924 D, 925 C, 927 A); ad l. 6 D. 39. 1 (VI (Iul.) 314 A); ad l. 20 § 9 D. 39. 1 (X 952/3); Paratitl. D. 43. 25 (I 872 B).

9) Op. cit. p. 177: „*ungeachtet geschehener Remission dem Nuntiaten ein Schutzmittel zugestehen, wodurch er sich einstweilen als Besitzer der Baubefugniss schützen könnte, heisst das ganze Wesen der Remission missverstehen*". Quid ita? Quia putat remitti, postquam constiterit ius nuntiandi non esse (cf. ibid. p. 194 sq.). Quod argumentum obtinebit quidem adversus Cuiacium, non vero adversus nos.

10) Burckhard, op. cit. p. 419: „*nur.... gegen.... factische Störungen*".

11) L. 1 pr. D. 43. 15.

„quo minus illi in flumine publico ripave eius opus facere.... liceat, dum ne ob id navigatio deterior fiat,.... vim fieri veto".

Ei vero, qui in via publica operatur [1]):

„quo minus illi viam publicam..... aperire reficere liceat, dum ne ea via..... deteri(or) fiat, vim fieri veto."

Sin quis praeterea in loco publico aedificat, quia huius rei concessio impetranda est lege [2]) vel senatusconsulto edictove decretove principis [3]), concessione autem ita utendum, *ut sine iniuria cuiusquam fiat* [4]), tale concipiendum est interdictum:

„quod lege senatus(ve)consulto edicto decretove principum (in loco publico facere inve eum locum immittere illi) concessum est (dum ne quid ex ea re tibi damnum detur, quo minus ita faciat immittat) vim fieri veto [5]).

Similia proponuntur interdicta servitutem veluti possidentibus de itinere actuque reficiendo [6]), de rivis reficiendis purgandis [7]), de fonte reficiendo purgando [8]), et item ei, in cuius aedes cloaca pertinet, de cloaca purganda reficienda [9]). **7.** Ceteris omnibus [10]), qui non iure prohibentur, generali prospicitur interdicto *„ne vis fiat aedificanti"*, cuius mentio fit apud Paulum [11]):

si procuratori opus novum nuntiatum sit isque interdicto utatur „ne ei vis fiat aedificanti".

Cuius interdicti forma fuisse videtur:

(ubi illi ius est invito te aedificare) quominus (illi in

---

1) L. 1 pr. D. 43. 11.

2) *municipal(i)* (l. 3 § 4 D. 43. 24).

3) L. 2 pr. D. 43. 8. 4) L. 2 § 10, § 16 D. 43. 8.

5) Hoc interdictum compilatores abiecerunt quidem, sed ita ut principium eius interdicto *„ne quid in loco publico"* per articulum *praeterquam* applicarent pronomine mutato. Quod interdictum eiusmodi exceptionem nullam habuit (l. 2 § 10, § 16 D. 43. 8).

6) L. 3 § 11 D. 43. 19. 7) L. 1 pr. D. 43. 21.

8) L. 1 § 6 D. 43. 22. 9) L. 1 pr. D. 43. 23.

10) Nisi speciale interdictum *de opere faciendo* ei ostenditur, cui ex castello aquam ducendi ius fuerit l. 1 § 38 D. 43. 20.

11) L. 45 § 2 D. 3. 3.

tuum antea illatum adversario sciente [1]) interdicto certabunt [2]):

„*quo illi ius est invito te mortuum inferre, quominus illi in eo loco sepulchrum sine dolo malo aedificare liceat, vim fieri* [3]) *veto*".

Item, si quis post satisdationem nuntiationem patitur — *n(eque) enim permittitur iterum nuntiare, quamdiu stipulatio ex operis novi nuntiatione tene(a)t* [4]), *licere enim debet aedificare ei qui satisdederit* [5]), quia *vice nuntiationis missae satisdatio de opere restituendo interpo(nitur)* [6]) — si cui igitur post satisdationem nuntiatum erit, habebit interdictum [7]):

„*quem in locum nuntiatum est,.... si de ea re satisdatum est,.... quominus illi in eo loco opus facere liceat, vim fieri veto*".

Huic simile interdictum reddi post remissionem, probabiliter coniecit Cuiacius [8]), quam coniecturam non pretiosa ratione impugnat Stölzel [9]). Certius est ei, qui in flumine publico ripave fluminis opus faciat, adversus nuntiantem [10]) propositum esse interdictum [11]):

---

1) L. 3 § 1 D. 11. 8.

2) L. 1 § 5 D. 11. 8. Alibi quidem (l. 3 § 8 D. 43. 21) docet Ulpianus, quum detur interdictum, *posse contemni operis novi nuntiationem*, quo pugnat mecum Martin, *Études d'hist. jurid. pour Girard* (1912) p. 161. Atqui, si hoc verum esset, posset omnis possessor nuntiationem contemnere. Vid. quoque p. 368 (A.).

3) Qui *vim fieri* vetat, is operis quoque novi nuntiationem cohibet (l. 3 § 8 D. 43. 21). Est enim *nuntiatio* species ex genere *prohibitionum* (l. 1 pr. D. 39. 1; l. 7 § 2 D. 43. 24), *prohibere* autem et *vim facere* prorsus idem est (l. 3 § 1 D. 43. 24; l. 11 D. 43. 16). Quocirca, licet ita caveri iubeat Africanus (l. 15 D. 39. 1), tamen ex abundanti cavet *opus novum se non nuntiaturum*, qui cavit *aedificanti vim (se non) facturum*.

4) L. 13 § 1 D. 39. 1.

5) L. 7 § 2 D. 43. 24.

6) L. 20 § 1 D. 39. 1.

7) L. 20 § 9 D. 39. 1.

8) Ad l. 1 pr. D. 39. 1 (Paris. X 924 D, 925 C, 927 A); ad l. 6 D. 39. 1 (VI (Iul.) 314 A); ad l. 20 § 9 D. 39. 1 (X 952/3); Paratitl. D. 43. 25 (I 872 B).

9) Op. cit. p. 177: „*ungeachtet geschehener Remission dem Nuntiaten ein Schutzmittel zugestehen, wodurch er sich einstweilen als Besitzer der Baubefugniss schützen könnte, heisst das ganze Wesen der Remission missverstehen*". Quid ita? Quia putat remitti, postquam constiterit ius nuntiandi non esse (cf. ibid. p. 194 sq.). Quod argumentum obtinebit quidem adversus Cuiacium, non vero adversus nos.

10) Burckhard, op. cit. p. 419: „*nur.... gegen.... factische Störu*...

11) L. 1 pr. D. 43. 15.

„quo minus illi in flumine publico ripave eius opus facere..... liceat, dum ne ob id navigatio deterior fiat,..... vim fieri veto".

Ei vero, qui in via publica operatur [1]):

„quo minus illi viam publicam..... aperire reficere liceat, dum ne ea via..... deteri(or) fiat, vim fieri veto."

Sin quis praeterea in loco publico aedificat, quia huius rei concessio impetranda est lege [2]) vel senatusconsulto edictove decretove principis [3]), concessione autem ita utendum, *ut sine iniuria cuiusquam fiat* [4]), tale concipiendum est interdictum:

„quod lege senatus(ve)consulto edicto decretove principum (in loco publico facere inve eum locum immittere illi) concessum est (dum ne quid ex ea re tibi damnum detur, quo minus ita faciat immittat) vim fieri veto [5]).

Similia proponuntur interdicta servitutem veluti possidentibus de itinere actuque reficiendo [6]), de rivis reficiendis purgandis [7]), de fonte reficiendo purgando [8]), et item ei, in cuius aedes cloaca pertinet, de cloaca purganda reficienda [9]). 7. Ceteris omnibus [10]), qui non iure prohibentur, generali prospicitur interdicto *„ne vis fiat aedificanti"*, cuius mentio fit apud Paulum [11]):

si procuratori opus novum nuntiatum sit isque interdicto utatur „ne ei vis fiat aedificanti".

Cuius interdicti forma fuisse videtur:

(ubi illi ius est invito te aedificare) quominus (illi in

---

1) L. 1 pr. D. 43. 11.

2) *municipal(i)* (l. 3 § 4 D. 43. 24).

3) L. 2 pr. D. 43. 8. 4) L. 2 § 10, § 16 D. 43. 8.

5) Hoc interdictum compilatores abiecerunt quidem, sed ita ut principium si... interdicto *„ne quid in loco publico"* per articulum *praeterquam* applica... pronomine mutato. Quod interdictum eiusmodi exceptionem nullam habuit (l. 2 § 10, § 16 D. 43. 8).

6) L. 3 § 11 D. 43. 19. 7) L. 1 pr. D. 43. 21.

8) L. 1 § 6 D. 43. 2? 9) L. 1 pr. D. 43. 23.

10) Nisi [illegible] ...nditur, cui ea... aquam d...

11) [illegible]

eo loco sine dolo malo) aedificare liceat, vim fieri veto.

Eius altera mentio, sub interpolatione [1]) delitescit apud Ulpianum [2]):

si procurator autem opus novum mihi nuntiaverit [et satis acceperit], *deinde interdicto adversus eum utar „ne vim mihi faciat, quo minus aedificem", ex interdicto eum oportet iudicatum solvi satisdare, quia partes sustinet defensoris: et si satisdationem non dabit, summovendus erit ab executione operis novi* etc.

Haec hucusque intellecta sunt perperam de speciali interdicto, quod proponitur post interpositam operis restituendi satisdationem. Etenim post eam satisdationem, quia licere debet aedificare ei qui satisdederit [3]), iam nulla superest *executio operis novi* [4]), id est, actio ex nuntiatione [5]); porro ab eo quod non est, submoveri non potest. Quum igitur scribat *submovendum* esse procuratorem *ab exsecutione operis novi* et submovendum sub condicione (*si satisdationem non dabit*), satis indicat Ulpianus ex nuntiatione cautum non fuisse. Pertinet igitur fragmentum, quod exscripsimus ad generale interdictum *„ne vis fiat aedificanti"*, quod intenditur ab eo, qui aedificandi ius competere sibi adversus nuntiatorem contendit. Cuius interdicti natura Ulpiano nihil habere novi, Iuliano autem peculiaris visa est. **8.** Sed antequam ad eam disputationem venimus, causa inquirenda est, cur variis interdictis adversus iniustam nuntiationem opus sit, nec generale sufficiat. Ratio

---

1) Olim putabam scripturae vitium esse (*acceperit* pro *accepero*), ut rescripsit Mommsen l. 12 § 2 D. 7. 1 pro *locavero: locaverit*.

2) L. 5 § 20, l. 7 pr. D. 39. 1.

3) L. 7 § 2 D. 43. 24.

4) Post remissionem superesse exsecutionem, doctorum est opinio, quam refellemus sequenti capite (XII).

5) Actio ex nuntiatione, quam appellat etiam Paulus (l. 19 D. 39. 1) *exsecutione(m) operis novi*, Iulianus (l. 5 pr. D. 39. 1) *operis novi nuntiationis exsecutionem*, interdictum est, quod proponitur l. 20 pr. D. 39. 1, quod hodie appellatur *demolitorium*, aut interdictum *quod vi aut clam;* tenetur enim *duobus interdictis*, qui adversus nuntiationem quid molitur (l. 7 § 2 D. 43. 24). Stephanus autem, quod miror, non aliam operis novi exsecutionem agnoscit quam per interdictum *quod vi aut clam* (sch. 32 ad Bas 11. 1. 7; cf. sch. 1 ad Bas. 42. 3. 46).

igitur haec est, quod generale interdictum in ius concipi necesse fuit, itaque inutile est servitutis veluti possessionem defendenti quive satisdederit quive remissionem impetraverit, ut qui non iure sed edicto praetoris potestatem nacti sint [1]); licet autem in ius conceptum sit, adhuc inutile est generale interdictum ei qui ius sepulchri habet, quod iure civili nullum est. Etenim dominus quidem in loco puro proprietatis iure sepulcrum aedificat, sed proprietatis ius amitti certum est, postquam illatus sit mortuus, loco religioso facto [2]). Posthac, si velit aedificare vel reficere is, ad quem sepulcrum pertinet, *civilem .... actionem de faciendo*, id est, confessoriam actionem [3]), aeque *habe(bit)*, atque is, qui in litore maris aedificare velit [4]). Sed huic quidem non erat adversus nuntiationem prospiciendum [5]), erat ei, qui in publico aedificaret. Recte igitur et ex ordine specialia interdicta praetor proposuit, sed omisit speciale interdictum de eo qui, quum ad ius publicum pertineret nuntiatio, repromiserit tantum. Qua re efficitur, ut repromittens edicto satisfecerit, neque tamen ei aedificare tuto liceat. Quod iustum videtur Ulpiano [6]): *neque enim permittendum fui(sse) in publico aedificare, priusquam appareat, quo iure quis aedificet.* Ergo, si hoc verum est, non debuerat praetor repromissionem exigere sed satisdationem ex tali causa reprobare.

9. Generalis interdicti „*ne vis fiat aedificanti*" naturam diximus Iuliano peculiarem visam esse. Nam Iuliano si fides, actor in hoc iudicio *defensoris partes sustine(t)*, proinde, *si procuratori opus novum nuntiatum sit isque interdicto utatur „ne vis fiat aedificanti".....n(on) compelli(tur) cavere*

---

1) Idem valet de eo, cuius in aedes cloaca pertinet.

2) Sepulcri nemo dominus est: l. 13 § 5 D. 43. 24; c. 4 C. 3. 44.

3) Domino competere confessoriam directis verbis demonstrat Africanus l. 26 pr. D. 44. 2 (cf. quoque Ulp. l. 11 § 1 D. 8. 2), nec, nisi competeret, intelligeretur intentio *ius.... nobis competere.... altius tollendi* (Gai. IV § 3). Quis enim sic intendere potest praeter dominum? Intendet autem ius sibi esse altius tollendi, sive nulla servitus sit, sive post servitutem constitutam adquisierit ius faciendi.

4) Cf. l. 50 D. 41. 1.

5) L. 1 § 18 D. 39. 1. Cf. tamen l. 50 D. 41. 1 (eicio *ut id facere liceat*); l. 2 § 8 D. 43. 8.

6) L. 20 § 13 D. 39. 1.

ratam rem dominum habiturum.... [1]), quibuscum coniungendum est alterum Iuliani fragmentum [2]): *et ideo neque exceptiones procuratoriae opponi ei debent....*, quod fragmentum a Triboniani sociis inverecunde Ulpiani cuidam fragmento est applicitum, quum Ulpiani fragmentum ad procuratorem, qui nuntiaverit, Iuliani ad procuratorem, cui nuntiatum sit, pertineat, licet uterque scribat procuratorem defendere. Sed hoc Iulianus de eo, qui postulat interdictum, Ulpianus de eo, adversus quem impetratur; huic enim is, qui remissionem desiderat, actoris partes sustinet, nuntiator defensoris. Itaque:

> *Si procurator.... opus novum mihi nuntiaverit.... deinde interdicto adversus eum utar ne vim mihi faciat quo minus aedificem; ex interdicto eum oportet iudicatum solvi satisdare, quia partes sustinet defensoris* [3]).

Adnotat ad Iuliani sententiam Cuiacius [4]): „ut qui actor „est reus sit, vel rei partes sustineat vel sustinere possit, qua „ratione id fieri possit non video". Concludit tamen [5]), ita intelligendam esse, ut „quamvis sit revera actor, vide(a)tur „eatenus defensoris partes sustinere, quatenus non cavet de „rato". Immodestum licet videri possit, id intelligere velle, quod tantus interpres se non intellexisse profiteatur, tamen huius rei rationem reddere posse mihi videor. Constat *in exceptionibus.... reum partibus actoris fungi oportere* [6]), quod nemo dixit absurdum esse; indicat enim, qui sic loquitur, reo id probandum esse, quod exceptione concludatur. Contra, si dicatur actor *defensoris partes sustinere*, eodem redit acsi dicatur nulla probatio ab eo desiderari. Quod in hoc interdicto „*ne vis fiat aedificanti*" summam habet rationem: *operis* enim

---

1) L. 45 § 2 D. 3. 3. 2) L. 6 D. 39. 1.

3) L. 5 § 20 D. 39. 1. Est quidem contraria l. 5 § 19 eod. *(qui remissionem desiderat... sustinet... partes defensoris)*, sed videtur tota (delet Biondi, *Bull. dell' ist. di dir. rom.* XXIX (1916) p. 241: *sustinet enim partes defensoris*) deberi interpolatori, qui § 20 inseruit tantum *et satis acceperit*. Nam hoc subditivum esse, dubitari non oportet (cf. supra: § 7). Ergo concedo viro clarissimo Martin (*Etudes d'hist. jurid. pour Girard*, p. 163 not. 1) post purgatam § 20 conciliari § 19 cum hac non posse (posse olim putaveram), sed opus esse iam nego.

4) Paris. V 124 C.

5) Paris. V 125 A/B et VI (Iul.) 314 A, nam X 945/6 ad emendandum se confert.

6) L. 19 pr. D. 22. 3; l. 1 D. 44. 1.

novi nuntiatione possessorem eum fac(imus), cui nuntiaverimus [1], is igitur interdicto reddito satis probat, si adversarius probatione deficitur. Ergo, qui hoc interdicto utitur, defensoris partes sustinet. Sane, quia, si probaverit adversarius, pronuntiabitur actori non esse ius aedificandi [2]), ideo, *si satisdederit* ratam rem haberi procurator et pronuntietur contra eum, deinde dominus causam retractet [3]), contra quam putat Iulianus [4]), *stipulatio committ(e)tur*. Ergo cum Iuliano dicemus „*ne vis fiat aedificanti*" interdicentem defensoris partes sustinere, quatenus probare debet adversarius; verum cum Ulpiano actoris, quatenus rem in iudicium deducit.

10. E superioribus apparet, quum apud praetorem nuntiationis remissio postuletur, neque subtiliter apud eum quaeri neque summatim, sed habiturum eum, cui nuntiatum est, interdictum prohibitorium [5]) sive satisdatum sit sive aedificandi ius sit. Quando igitur praetor remittet? Remittet nuntiationem, sive fateatur adversarius sive interdictum non accipiat sive cetera ex interdicto facere nolit [6]), veluti sponsionem non faciat sponsionisve iudicium non accipiat, sive in procuratorem interdictum redditum sit neque is iudicatum solvi satisdet eorum utique sententia, quibus, hoc interdicto qui convenitur, defensoris partes agere videtur vel omnino vel eo excepto, quod probare debet. Procurator enim eius, quocum agitur, *id facere* debet, *quod dominus in litem faceret, et cavere idonee* [7]), id est, iudicatum solvi. Ergo sive quis aut interdictum aut cetera ex interdicto recusabit, sive procurator *satisdationem non dabit*,

1) L. 1 § 6, l. 5 § 10 D. 39. 1 (cf. tamen l. 7 § 2 D. 43. 24).

2) Ita necesse fuit interdictum conciperem: „ubi illi ius est invito te aedificare".

3) Retractare posse negat quidem Cuiacius (Paris.) V 125 B, VI (Iul.) 314 B: „quia non potest dominus, cuius mandato procurator novum opus instituit, non „habere ratum, quod procurator illo interdicto egit, quia mandata aedificatione, „id quoque ei mandasse videtur, sine quo aedificium expediri non potest (l. 52, l. 62 D. 3. 3)". Sed X 945 E retractat ipse.

4) L. 45 § 2 D. 3. 3: .... *si satisdederit, non animadverto,* .... *quo casu stipulatio committatur.*

5) *De opere faciendo* (l. 1 § 38 D. 43. 20).

6) Interest quidem in *uti possidetis* interdicto, utrum quis ipsum interdictum non accipiat, an cetera ex interdicto facere nolit (Gai. IV § 170). Sed in ceteris interdictis interfuisse non puto.

7) L. 35 § 3 D. 3. 3.

ratam rem dominum habiturum.... [1]), quibuscum coniungendum est alterum Iuliani fragmentum [2]): *et ideo neque exceptiones procuratoriae opponi ei debent....*, quod fragmentum a Triboniani sociis inverecunde Ulpiani cuidam fragmento est applicitum, quum Ulpiani fragmentum ad procuratorem, qui nuntiaverit, Iuliani ad procuratorem, cui nuntiatum sit, pertineat, licet uterque scribat procuratorem defendere. Sed hoc Iulianus de eo, qui postulat interdictum, Ulpianus de eo, adversus quem impetratur; huic enim is, qui remissionem desiderat, actoris partes sustinet, nuntiator defensoris. Itaque:

> *Si procurator....opus novum mihi nuntiaverit....deinde interdicto adversus eum utar ne vim mihi faciat quo minus aedificem; ex interdicto eum oportet iudicatum solvi satisdare, quia partes sustinet defensoris* [3]).

Adnotat ad Iuliani sententiam Cuiacius [4]): „ut qui actor „est reus sit, vel rei partes sustineat vel sustinere possit, qua „ratione id fieri possit non video". Concludit tamen [5]), ita intelligendam esse, ut „quamvis sit revera actor, vide(a)tur „eatenus defensoris partes sustinere, quatenus non cavet de „rato". Immodestum licet videri possit, id intelligere velle, quod tantus interpres se non intellexisse profiteatur, tamen huius rei rationem reddere posse mihi videor. Constat *in exceptionibus....reum partibus actoris fungi oportere* [6]), quod nemo dixit absurdum esse; indicat enim, qui sic loquitur, reo [illegible] probandum esse, quod exceptione concludatur. Contra, si [illegible] tur actor *defensoris partes sustinere*, eodem redit acsi d[illegible] nulla probatio ab eo desiderari. Quod in hoc interdicto [illegible] *vis fiat aedificanti*" summam habet rationem: *op*[illegible]

1) L. 45 § 2 D. 3. 3. 2) L. 6 D. 39. 1.

3) L. 5 § 20 D. 39. 1. Est quidem contraria l. 5 § 19 eod. *(qui rem*[illegible] *desiderat... sustinet... partes defensoris)*, sed videtur tota (delet Bion[illegible] *dell' ist. di dir. rom.* XXIX (1916) p. 241: *sustinet enim partes* [illegible] deberi interpolatori, qui § 20 inseruit tantum *et satis acceperit*. Nam [illegible] tivum esse, dubitari non oportet (cf. supra: § 7). Ergo concedo Vi[illegible] Martin (*Etudes d'hist. jurid. pour Girard*, p. 163 not. 1) post [illegible] conciliari § 19 cum hac non posse (posse olim putaveram), sed op[illegible]

4) Paris. V 124 C.

5) Paris. V 125 A/B et VI [illegible] confert.

: pacto
advervis
esse pro-
nitur in-
ur omnia
ace est [4]):
est, ne
ur, quod
sa fieret,
ret (intra
st, id illi [6])

spiceret lator
Etenim defue-
missa fieret,
ret [9]), quia legis
nuntiationem
clausula inutilem
rma:
ne quid operis novi
loco intra annum, ex
restituas)".

1.
periore cap. XI § 7.
§ 257. 2).
dominus ageret ex procuratoris nun-
tio (1871) p. 192), quod refutatur l.
ris novi executio et *actiones, quas domini*
placuit in interdicto *quod vi aut clam*
D. 39. 1; l. 3 pr. D. 43. 24), quia ex

appellare consuevimus fraudatorium (Lenel,
pr. D. 42. 8): *„quae L. Titius.... fecit, ea*
Cap. 19.
nuntiatio (1865) p. 235: *„die (Exception der) Interdictsformular".*
fahren (1853) p. 99: *„zur Zeit dieses Gesetzes Worte noch nicht enthalten haben".*
II p. 472[5].

submovendus erit ab exsecutione operis novi [1]) neque cogetur pati [2]). Tantum ob rem non defensam denegabitur *operis novi executio*, remittetur operis novi nuntiatio; nam hoc et illud prorsus idem esse, quamvis negetur, sequenti capite [3]) demonstrare conabor. Erit autem demonstratum, si docuerimus remissionem pure fieri, proinde omnem vim ac potestatem nuntiationis resolvere. Nam interesse creditur, quod remissio condicionem [4]) habeat.

XII.

Quid sit remittere.

Conspectus. **1.** Quibus modis operis novi nuntiatio resolvatur. **2.** Refelluntur qui doceant remissione non totam resolvi nuntiationem. **3.** Adversariorum testimonia interpolata. **4.** Praetor solet pure remittere. **5.** Restituitur in integrum titulus *de remissionibus* (D. 43. 25). **6.** Restituitur in integrum l. 13 pr. D. 39. 1.

1. Variis modis resolvitur operis novi nuntiatio. Decreto solvitur, ubi praetor vel ex lege Rubria [5]) duumvir nuntiationem missam facit; satisdatione solvitur, quia satisdatio de opere restituendo nuntiationis missae vice est; tempore solvitur *ann(o) elaps(o) ex quo denuntiatio missa*, id est, emissa *est* [6]); morte quoque extinguitur eius qui nuntiaverit [7]); et item praedii alienatione cuius nomine dominus nuntiaverit [8]),

---

1) L. 7 pr. D. 39. 1. Interpolatio non pervenit ad ipsum intellectum legis.

2) Interdicta quum sint *personalia* (l. 1 § 3 D. 43. 1), *cogend(i sumus) quasi aliam quamvis personalem actionem* ea *suscipere* (l. 21 § 3 D. 15. 1). Sed nuntiator non cogetur, quia remissa nuntiatione interdictum supervacaneum fit. Plane similiter ex interdicto *uti possidetis* sponsionibus factis liberum est *sponsionu(m) iudicia non accip(ere)*, quia sufficit interdictum secundarium (Gai. IV § 170).

3) Cap. XII.

4) *Quatenus scilicet is cui nuntiatum est aedificandi ius habet.* Verba sunt Donelli.

5) Cap. 19.

6) C. 14 pr. C. 8. 10.

7) L. 8 § 6 D. 39. 1.

8) L. 8 § 6 D. 39. 1. *Quodsi is cui opus novum nuntiatum erat .... aedes alienaverit, non extinguitur operis novi nuntiatio* (l. 8 § 7, l. 23 D. 39. 1), etsi dissentit Gaius (l. 3 § 3 D. 4. 7).

nisi excipitur alienatio per arbitrum iudicii divisorii [1]); pacto solvitur, *si post opus novum nuntiatum conveniat tibi cum adversario, ut opus fac(ias)* [2]); iudicio, si ex interdicto „*ne vis fiat aedificanti* [3])" iudex datus aedificandi ius esse pronuntiaverit. Donec horum quid fiat, nuntiatori proponitur interdictum restitutorium, cuius exitus, ut reus cogatur omnia destruere, quae post nuntiationem aedificaverit, forma haec est [4]):

> „*quem in locum* ab illo [5]) *nuntiatum est, ne quid operis novi fieret, qua de re agitur, quod in eo loco, antequam nuntiatio missa fieret, aut in ea causa esset, ut remitti deberet (intra annum ex quo nuntiatum est) factum est, id* illi [6]) *restituas.*

Ab hac forma diversam fuisse eam, quam respiceret lator Rubriae legis [7]), rectissime adnotabat Stölzel [8]). Etenim defuerit oportet clausula *antequam nuntiatio missa fieret, aut in ea causa esset, ut remitti deberet* [9]), quia legis exceptionem: *qua de re operis novi nuntiationem duumvir..... non remiserit*, vulgaris clausula inutilem reddit [10]). Erat igitur pristina interdicti forma:

> „*(quem in locum nuntiatum est, ne quid operis novi fieret, qua de re agitur, quod in eo loco intra annum, ex quo nuntiatum est, factum est, id restituas)*".

---

1) L. 47 D. 10. 2.

2) L. 1 § 10 D. 39. 1; l. 7 § 14 D. 2. 14.

3) Quod e tenebris in lucem protraximus superiore cap. XI § 7.

4) L. 20 pr. D. 39. 1 (Lenel, *das* edictum § 257. 2).

5) Requiritur *ab illo* et mox *illi*; alioquin dominus ageret ex procuratoris nuntiatione (Burckhard, *die* operis novi nuntiatio (1871) p. 192), quod refutatur l. 7 pr. D. 39. 1. Opponuntur enim ibi operis novi executio et *actiones, quas domini nomine intendit* procurator. Contrarium placuit in interdicto *quod vi aut clam* (l. 72 D. 3. 3 (cf. Vat. 334); l. 17 D. 39. 1; l. 3 pr. D. 43. 24), quia ex parte agentis in rem scriptum est.

6) Similiter habet interdictum, quod appellare consuevimus fraudatorium (Lenel, *das* edictum (1907) § 268 = l. 10 pr. D. 42. 8): „*quae* L. Titius.... *fecit*, ea *illis*.... restituas".

7) Cap. 19.

8) *Die Lehre von der* op. novi nuntiatio (1865) p. 235: „*die (Exception der)* lex Rubria.... *ergibt ein anderes Interdictsformular*".

9) K. A. Schmidt, *Interdiktenverfahren* (1853) p. 99: „*zur Zeit dieses Gesetzes (kann) das Interdikt.... jene Worte noch nicht enthalten haben*".

10) Cf. Karlowa, *Rechtsgesch.* II p. 472[5].

3. Ergo nec remittitur omnimodo [1]) et potest remitti, licet cautum non sit [2]). Dicemusne igitur magno cum Cuiacio [3]), ubi ad praetorem ventum sit, ibi causam cognosci, deinde nuntiationem missam fieri, si constiterit aedificandi ius esse? At iure quidem Iustiniano [4]) *causam dirimere* magistratus iubetur atque sic remittere, verum, iure genuino causa incognita remitti, ex hoc apparet, quod interdictum ex operis novi nuntiatione non tenet, *(si) in ea causa (nuntiatio) esset, ut remitti deberet* [5]). Atqui, si causa cognita praetor remitteret, iudex ex interdicto eodem modo, si esset ius faciendi, absolveret; novimus autem ex interdicto condemnari, *etsi* quis *ius faciendi hab(ea)t* [6]). Quia igitur causa incognita remittitur, idcirco auctore Paulo [7]) non omnino, sed, *si ius aedificandi habet* is, cui nuntiatum erat, *recte* post remissionem *aedificabit* [8]). **4.** Ergo, ne magistratus *causam dirimat* neve is omnimodo remittat, invenit hanc Stölzel rationem: apud praetorem quaeri [9]) de iure prohibendi, quod competat nuntiatori, salvo iure faciendi, quod huic opponere possit adversarius [10]), velut altius non tollendi servituti ius altius tollendi; proinde, si nullum appareat ius prohibendi nuntiationem remitti [11]), sin

---

1) Ne quis provocet in contrarium ad l. 5 § 18 D. 39. 1, observetur, ibi tunc *omnimodo remit(ti)* scriptum esse, *(si) qui procuratorio nomine nuntiaverit* etc., ergo non omnimodo.

2) Opponit Burckhard (op. cit. p. 345 not. 99): *„dass hier unter* satisdatio *die aussergerichtliche Cautionsleistung verstanden ist"*, nec dicit, cur plus valeat satisdatio extra ius quam in iure interposita.

3) Ad l. 1 pr. D. 39. 1 (Paris. X 924 B, 925 B, 927 B); ad l. 8 § 2 D. 39. 1 (V 694 B); ad l. 13 pr. D. 39. 1 (VI (Jul.) 314 D); ad l. 18 D. 39. 1 (IV (Quaest.) 96 D).

4) C. 14 (1) C. 8. 10 (11).

5) L. 20 pr. D. 39. 1.

6) L. 20 § 1 D. 39. 1.

7) L. 8 § 4 D. 39. 1.

8) Cf. Burckhard, op. cit. p. 283.

9) Valde quidem sibi contradicit Stölzel, quum scribat (p. 169 sq.), apud praetorem quaeri per interdictum. Quod notavit etiam Burckhard, op. cit. p. 289.

10) Eodem modo in interdicto *quod vi aut clam* non obstare putat ius faciendi (l. 1 § 2 D. 43. 24), attamen docendum esse de iure prohibendi (p. 381, p. 414), cui sententiae adstipulatur Windscheid (1891) § 465. 3. In interdicto, quod nuntiatori competit, uterque diversum probat (Stölzel, p. 168, 227, 233; Windscheid (1891) § 466. 2), qua de re dicetur ad cap. XIII (infra lineam).

11) Op. cit. p. 169 sq., 194, 352: *„die Remission wird erkannt, (wenn der) Gegner den Beweis eines* ius prohibendi *nicht führt"*.

appareat ius prohibendi, licet contrario faciendi iure pensatum dicatur, tamen denegari nuntiationis remissionem [1]). Obstat huic quoque sententiae auctoritas Pauli [2]), quam quidem pro se adducit Stölzel [3]): post remissionem eum, cui nuntiatum esset, *si ius aedificandi habe(a)t*, *recte aedifica(turum)*, quia, si constat ius prohibendi nullum esse, qua de re, ut remittatur, constare oportere Stölzel autumat, omnino recte aedificabitur neque ullum inquiretur ius aedificandi [4]), quum praesertim *operis novi nuntiatione possessorem* adversarium *f(e)c(eri)mus* [5]). **5.** Alio modo Hesse [6]) efficere studet, ne vel causa cognita remittat praetor vel omnimodo, qui tunc citra satisdationem repromissionemve praetorem remittere docet, quum summatim cognoscenti de iure suo non probet nuntiator. Quam rationem hoc argumento impugnat Stölzel [7]), quod iure Romano numquam summatim cognoscatur, quam opinionem, antequam ei nasceretur, iam refellerat Savigny [8]). **6.** Errat nihilominus Hesse, si quidem constat iure genuino, quum remissio postuletur, si contradicatur, litigatores ad iudicem mitti, is ut *causam dirimat*, sicut novo iure [9]) magistratus, variis ex interdictis [10]) *de opere faciendo* [11]). Veluti, si quis sepulcrum aedificet propius sexaginta pedes aedes vicini, quod fieri vetat lex Decemviralis, deinde huic opus novum vicinus nuntiet [12]), ille aut neget intra legitimum spatium aedificari aut dicat codem mor-

---

1) Op. cit. p. 27, 197 sq., 295.

2) L. 8 § 4 D. 39. 1.

3) Op. cit. p. 199.

4) Adnotat Stölzel: „*die Zufügung dieser Bedingung* (si ius aedificandi habet) *zeigt, dass.... die* remissio *den Entscheid über das* ius aedificandi *offen lässt*". Ergo dat praeiudicatum non esse iuri prohibendi, nam, si constaret ius prohibendi non esse, constaret esse ius aedificandi.

5) L. 1 § 6, l. 5 § 10 D. 39. 1 (cf. tamen l. 7 § 2 D. 43. 24).

6) *Einspruchsrecht* (1866) p. 131 sqq.; p. 135 sqq. Eodem rem deducit Biondi, *Bull. dell'istit. di dir. rom.* XXIX (1916) p. 238.

7) Op cit. p. 274 (adnot.), quo remittit Burckhard p. 278[46].

8) *Verm. Schr.* II p. 242—253.

9) C. 14 (1) C. 8. 10 (11).

10) Hactenus verum vidit Stölzel p. 169 sqq. (licet sibi contradicat), sed errat, quum putet remissionem ipsam esse interdicti dationem. Quod sequenti capite (XII) demonstrabimus. Reddit praetor interdictum; quodsi id non accipitur, tunc nuntiationem remittit.

11) L. 1 § 38 D. 43. 20.

12) L. 3 pr. D. 11. 8.

tuum antea illatum adversario sciente [1]) interdicto certabunt [2]):

„*quo illi ius est invito te mortuum inferre, quominus illi in eo loco sepulchrum sine dolo malo aedificare liceat, vim fieri* [3]) *veto*".

Item, si quis post satisdationem nuntiationem patitur — *n(eque) enim permittitur iterum nuntiare, quamdiu stipulatio ex operis novi nuntiatione tene(a)t* [4]), *licere enim debet aedificare ei qui satisdederit* [5]), quia *vice nuntiationis missae satisdatio de opere restituendo interpo(nitur)* [6]) — si cui igitur post satisdationem nuntiatum erit, habebit interdictum [7]):

„*quem in locum nuntiatum est,.... si de ea re satisdatum est,.... quominus illi in eo loco opus facere liceat, vim fieri veto*".

Huic simile interdictum reddi post remissionem, probabiliter coniecit Cuiacius [8]), quam coniecturam non pretiosa ratione impugnat Stölzel [9]). Certius est ei, qui in flumine publico ripave fluminis opus faciat, adversus nuntiantem [10]) propositum esse interdictum [11]):

---

1) L. 3 § 1 D. 11. 8.

2) L. 1 § 5 D. 11. 8. Alibi quidem (l. 3 § 8 D. 43. 21) docet Ulpianus, quum detur interdictum, *posse contemni operis novi nuntiationem*, quo pugnat mecum Martin, *Études d'hist. jurid. pour Girard* (1912) p. 161. Atqui, si hoc verum esset, posset omnis possessor nuntiationem contemnere. Vid. quoque p. 368 (A.).

3) Qui *vim fieri* vetat, is operis quoque novi nuntiationem cohibet (l. 3 § 8 D. 43. 21). Est enim *nuntiatio* species ex genere *prohibitionum* (l. 1 pr. D. 39. 1; l. 7 § 2 D. 43. 24), *prohibere* autem et *vim facere* prorsus idem est (l. 3 § 1 D. 43. 24; l. 11 D. 43. 16). Quocirca, licet ita caveri iubeat Africanus (l. 15 D. 39. 1), tamen ex abundanti cavet *opus novum se non nuntiaturum*, qui cavit *aedificanti vim (se non) facturum*.

4) L. 13 § 1 D. 39. 1.

5) L. 7 § 2 D. 43. 24.

6) L. 20 § 1 D. 39. 1.

7) L. 20 § 9 D. 39. 1.

8) Ad l. 1 pr. D. 39. 1 (Paris. X 924 D, 925 C, 927 A); ad l. 6 D. 39. 1 (VI (Iul.) 314 A); ad l. 20 § 9 D. 39. 1 (X 952/3); Paratitl. D. 43. 25 (I 872 B).

9) Op. cit. p. 177: „*ungeachtet geschehener Remission dem Nuntiaten ein Schutzmittel zugestehen, wodurch er sich einstweilen als Besitzer der Baubefugniss schützen könnte, heisst das ganze Wesen der Remission missverstehen*". Quid ita? Quia putat remitti, postquam constiterit ius nuntiandi non esse (cf. ibid. p. 194 sq.). Quod argumentum obtinebit quidem adversus Cuiacium, non vero adversus nos.

10) Burckhard, op. cit. p. 419: „*nur.... gegen.... factische Störungen*".

11) L. 1 pr. D. 43. 15.

„*quo minus illi in flumine publico ripave eius opus facere.... liceat, dum ne ob id navigatio deterior fiat,.... vim fieri veto*".

Ei vero, qui in via publica operatur [1]):

„*quo minus illi viam publicam..... aperire reficere liceat, dum ne ea via..... deteri(or) fiat, vim fieri veto.*"

Sin quis praeterea in loco publico aedificat, quia huius rei concessio impetranda est lege [2]) vel senatusconsulto edictove decretove principis [3]), concessione autem ita utendum, *ut sine iniuria cuiusquam fiat* [4]), tale concipiendum est interdictum:

„*quod lege senatus(ve)consulto edicto decretove principum (in loco publico facere inve eum locum immittere illi) concessum est (dum ne quid ex ea re tibi damnum detur, quo minus ita faciat immittat) vim fieri veto* [5]).

Similia proponuntur interdicta servitutem veluti possidentibus de itinere actuque reficiendo [6]), de rivis reficiendis purgandis [7]), de fonte reficiendo purgando [8]), et item ei, in cuius aedes cloaca pertinet, de cloaca purganda reficienda [9]). **7.** Ceteris omnibus [10]), qui non iure prohibentur, generali prospicitur interdicto „*ne vis fiat aedificanti*", cuius mentio fit apud Paulum [11]):

si procuratori opus novum nuntiatum sit isque interdicto utatur „*ne ei vis fiat aedificanti*".

Cuius interdicti forma fuisse videtur:

(ubi illi ius est invito te aedificare) quominus (illi in

---

1) L. 1 pr. D. 43. 11.

2) *municipal(i)* (l. 3 § 4 D. 43. 24).

3) L. 2 pr. D. 43. 8. 4) L. 2 § 10, § 16 D. 43. 8.

5) Hoc interdictum compilatores abiecerunt quidem, sed ita ut principium eius interdicto „*ne quid in loco publico*" per articulum *praeterquam* applicarent pronomine mutato. Quod interdictum eiusmodi exceptionem nullam habuit (l. 2 § 10, § 16 D. 43. 8).

6) L. 3 § 11 D. 43. 19. 7) L. 1 pr. D. 43. 21.

8) L. 1 § 6 D. 43. 22. 9) L. 1 pr. D. 43. 23.

10) Nisi speciale interdictum *de opere faciendo* ei ostenditur, cui ex castello aquam ducendi ius fuerit l. 1 § 38 D. 43. 20.

11) L. 45 § 2 D. 3. 3.

eo loco sine dolo malo) aedificare liceat, vim fieri veto.

Eius altera mentio, sub interpolatione [1]) delitescit apud Ulpianum [2]):

si procurator autem opus novum mihi nuntiaverit [et satis acceperit], *deinde interdicto adversus eum utar „ne vim mihi faciat, quo minus aedificem", ex interdicto eum oportet iudicatum solvi satisdare, quia partes sustinet defensoris: et si satisdationem non dabit, summovendus erit ab executione operis novi* etc.

Haec hucusque intellecta sunt perperam de speciali interdicto, quod proponitur post interpositam operis restituendi satisdationem. Etenim post eam satisdationem, quia licere debet aedificare ei qui satisdederit [3]), iam nulla superest *executio operis novi* [4]), id est, actio ex nuntiatione [5]); porro ab eo quod non est, submoveri non potest. Quum igitur scribat *submovendum* esse procuratorem *ab exsecutione operis novi* et submovendum sub condicione (*si satisdationem non dabit*), satis indicat Ulpianus ex nuntiatione cautum non fuisse. Pertinet igitur fragmentum, quod exscripsimus ad generale interdictum „*ne vis fiat aedificanti*", quod intenditur ab eo, qui aedificandi ius competere sibi adversus nuntiatorem contendit. Cuius interdicti natura Ulpiano nihil habere novi, Iuliano autem peculiaris visa est. **8.** Sed antequam ad eam disputationem venimus, causa inquirenda est, cur variis interdictis adversus iniustam nuntiationem opus sit, nec generale sufficiat. Ratio

---

1) Olim putabam scripturae vitium esse (*acceperit* pro *accepero*), ut rescripsit Mommsen l. 12 § 2 D. 7. 1 pro *locavero: locaverit.*

2) L. 5 § 20, l. 7 pr. D. 39. 1.

3) L. 7 § 2 D. 43. 24.

4) Post remissionem superesse exsecutionem, doctorum est opinio, quam refellemus sequenti capite (XII).

5) Actio ex nuntiatione, quam appellat etiam Paulus (l. 19 D. 39. 1) *exsecutione(m) operis novi*, Iulianus (l. 5 pr. D. 39. 1) *operis novi nuntiationis exsecutionem*, interdictum est, quod proponitur l. 20 pr. D. 39. 1, quod hodie appellatur *demolitorium*, aut interdictum *quod vi aut clam;* tenetur enim *duobus interdictis*, qui adversus nuntiationem quid molitur (l. 7 § 2 D. 43. 24). Stephanus autem, quod miror, non aliam operis novi exsecutionem agnoscit quam per interdictum *quod vi aut clam* (sch. 32 ad Bas 11. 1. 7; cf. sch. 1 ad Bas. 42. 3. 46).

igitur haec est, quod generale interdictum in ius concipi necesse fuit, itaque inutile est servitutis veluti possessionem defendenti quive satisdederit quive remissionem impetraverit, ut qui non iure sed edicto praetoris potestatem nacti sint [1]); licet autem in ius conceptum sit, adhuc inutile est generale interdictum ei qui ius sepulchri habet, quod iure civili nullum est. Etenim dominus quidem in loco puro proprietatis iure sepulcrum aedificat, sed proprietatis ius amitti certum est, postquam illatus sit mortuus, loco religioso facto [2]). Posthac, si velit aedificare vel reficere is, ad quem sepulcrum pertinet, *civilem .... actionem de faciendo*, id est, confessoriam actionem [3]), aeque *habe(bit)*, atque is, qui in litore maris aedificare velit [4]). Sed huic quidem non erat adversus nuntiationem prospiciendum [5]), erat ei, qui in publico aedificaret. Recte igitur et ex ordine specialia interdicta praetor proposuit, sed omisit speciale interdictum de eo qui, quum ad ius publicum pertineret nuntiatio, repromiserit tantum. Qua re efficitur, ut repromittens edicto satisfecerit, neque tamen ei aedificare tuto liceat. Quod iustum videtur Ulpiano [6]): *neque enim permittendum fui(sse) in publico aedificare, priusquam appareat, quo iure quis aedificet.* Ergo, si hoc verum est, non debuerat praetor repromissionem exigere sed satisdationem ex tali causa reprobare.

9. Generalis interdicti *„ne vis fiat aedificanti"* naturam diximus Iuliano peculiarem visam esse. Nam Iuliano si fides, actor in hoc iudicio *defensoris partes sustine(t)*, proinde, *si procuratori opus novum nuntiatum sit isque interdicto utatur „ne vis fiat aedificanti".....n(on) compelli(tur) cavere*

---

1) Idem valet de eo, cuius in aedes cloaca pertinet.

2) Sepulcri nemo dominus est: l. 13 § 5 D. 43. 24; c. 4 C. 3. 44.

3) Domino competere confessoriam directis verbis demonstrat Africanus l. 26 pr. D. 44. 2 (cf. quoque Ulp. l. 11 § 1 D. 8. 2), nec, nisi competeret, intelligeretur intentio *ius.... nobis competere.... altius tollendi* (Gai. IV § 3). Quis enim sic intendere potest praeter dominum? Intendet autem ius sibi esse altius tollendi, sive nulla servitus sit, sive post servitutem constitutam adquisierit ius faciendi.

4) Cf. l. 50 D. 41. 1.

5) L. 1 § 18 D. 39. 1. Cf. tamen l. 50 D. 41. 1 (eicio *ut id facere liceat*); l. 2 § 8 D. 43. 8.

6) L. 20 § 13 D. 39. 1.

ratam rem dominum habiturum.... [1]), quibuscum coniungendum est alterum Iuliani fragmentum [2]): *et ideo neque exceptiones procuratoriae opponi ei debent....*, quod fragmentum a Triboniani sociis inverecunde Ulpiani cuidam fragmento est applicitum, quum Ulpiani fragmentum ad procuratorem, qui nuntiaverit, Iuliani ad procuratorem, cui nuntiatum sit, pertineat, licet uterque scribat procuratorem defendere. Sed hoc Iulianus de eo, qui postulat interdictum, Ulpianus de eo, adversus quem impetratur; huic enim is, qui remissionem desiderat, actoris partes sustinet, nuntiator defensoris. Itaque:

> *Si procurator....opus novum mihi nuntiaverit....deinde interdicto adversus eum utar ne vim mihi faciat quo minus aedificem; ex interdicto eum oportet iudicatum solvi satisdare, quia partes sustinet defensoris* [3]).

Adnotat ad Iuliani sententiam Cuiacius [4]): „ut qui actor „est reus sit, vel rei partes sustineat vel sustinere possit, qua „ratione id fieri possit non video". Concludit tamen [5]), ita intelligendam esse, ut „quamvis sit revera actor, vide(a)tur „eatenus defensoris partes sustinere, quatenus non cavet de „rato". Immodestum licet videri possit, id intelligere velle, quod tantus interpres se non intellexisse profiteatur, tamen huius rei rationem reddere posse mihi videor. Constat *in exceptionibus....reum partibus actoris fungi oportere* [6]), quod nemo dixit absurdum esse; indicat enim, qui sic loquitur, reo id probandum esse, quod exceptione concludatur. Contra, si dicatur actor *defensoris partes sustinere*, eodem redit acsi dicatur nulla probatio ab eo desiderari. Quod in hoc interdicto „*ne vis fiat aedificanti*" summam habet rationem: *operis* enim

---

1) L. 45 § 2 D. 3. 3. 2) L. 6 D. 39. 1.

3) L. 5 § 20 D. 39. 1. Est quidem contraria l. 5 § 19 eod. *(qui remissionem desiderat... sustinet... partes defensoris)*, sed videtur tota (delet Biondi, *Bull. dell' ist. di dir. rom.* XXIX (1916) p. 241: *sustinet enim partes defensoris*) deberi interpolatori, qui § 20 inseruit tantum *et satis acceperit*. Nam hoc subditivum esse, dubitari non oportet (cf. supra: § 7). Ergo concedo viro clarissimo Martin (*Etudes d'hist. jurid. pour Girard*, p. 163 not. 1) post purgatam § 20 conciliari § 19 cum hac non posse (posse olim putaveram), sed opus esse iam nego.

4) Paris. V 124 C.

5) Paris. V 125 A/B et VI (Iul.) 314 A, nam X 945/6 ad emendandum se confert. 6) L. 19 pr. D. 22. 3; l. 1 D. 44. 1.

novi nuntiatione possessorem eum fac(imus), cui nuntiaverimus [1]), is igitur interdicto reddito satis probat, si adversarius probatione deficitur. Ergo, qui hoc interdicto utitur, defensoris partes sustinet. Sane, quia, si probaverit adversarius, pronuntiabitur actori non esse ius aedificandi [2]), ideo, *si satisdederit* ratam rem haberi procurator et pronuntietur contra eum, deinde dominus causam retractet [3]), contra quam putat Iulianus [4]), *stipulatio committ(e)tur.* Ergo cum Iuliano dicemus „*ne vis fiat aedificanti*" interdicentem defensoris partes sustinere, quatenus probare debet adversarius; verum cum Ulpiano actoris, quatenus rem in iudicium deducit.

10. E superioribus apparet, quum apud praetorem nuntiationis remissio postuletur, neque subtiliter apud eum quaeri neque summatim, sed habiturum eum, cui nuntiatum est, interdictum prohibitorium [5]) sive satisdatum sit sive aedificandi ius sit. Quando igitur praetor remittet? Remittet nuntiationem, sive fateatur adversarius sive interdictum non accipiat sive cetera ex interdicto facere nolit [6]), veluti sponsionem non faciat sponsionisve iudicium non accipiat, sive in procuratorem interdictum redditum sit neque is iudicatum solvi satisdet eorum utique sententia, quibus, hoc interdicto qui convenitur, defensoris partes agere videtur vel omnino vel eo excepto, quod probare debet. Procurator enim eius, quocum agitur, *id facere* debet, *quod dominus in litem faceret, et cavere idonee* [7]), id est, iudicatum solvi. Ergo sive quis aut interdictum aut cetera ex interdicto recusabit, sive procurator *satisdationem non dabit*,

---

1) L. 1 § 6, l. 5 § 10 D. 39. 1 (cf. tamen l. 7 § 2 D. 43. 24).

2) Ita necesse fuit interdictum conciperem: „ubi illi ius est invito te aedificare".

3) Retractare posse negat quidem Cuiacius (Paris.) V 125 B, VI (Iul.) 314 B: „quia non potest dominus, cuius mandato procurator novum opus instituit, non „habere ratum, quod procurator illo interdicto egit, quia mandata aedificatione, „id quoque ei mandasse videtur, sine quo aedificium expediri non potest (l. 52, l. 62 D. 3. 3)". Sed X 945 E retractat ipse.

4) L. 45 § 2 D. 3. 3: .... *si satisdederit, non animadverto,.... quo casu stipulatio committatur.*

5) *De opere faciendo* (l. 1 § 38 D. 43. 20).

6) Interest quidem in *uti possidetis* interdicto, utrum quis ipsum interdictum non accipiat, an cetera ex interdicto facere nolit (Gai. IV § 170). Sed in ceteris interdictis interfuisse non puto.

7) L. 35 § 3 D. 3. 3.

submovendus erit ab exsecutione operis novi [1]) neque cogetur pati [2]). Tantum ob rem non defensam denegabitur *operis novi executio*, remittetur operis novi nuntiatio; nam hoc et illud prorsus idem esse, quamvis negetur, sequenti capite [3]) demonstrare conabor. Erit autem demonstratum, si docuerimus remissionem pure fieri, proinde omnem vim ac potestatem nuntiationis resolvere. Nam interesse creditur, quod remissio condicionem [4]) habeat.

XII.

Quid sit remittere.

Conspectus. **1.** Quibus modis operis novi nuntiatio resolvatur. **2.** Refelluntur qui doceant remissione non totam resolvi nuntiationem. **3.** Adversariorum testimonia interpolata. **4.** Praetor solet pure remittere. **5.** Restituitur in integrum titulus *de remissionibus* (D. 43. 25). **6.** Restituitur in integrum l. 13 pr. D. 39. 1.

1. Variis modis resolvitur operis novi nuntiatio. Decreto solvitur, ubi praetor vel ex lege Rubria [5]) duumvir nuntiationem missam facit; satisdatione solvitur, quia satisdatio de opere restituendo nuntiationis missae vice est; tempore solvitur *ann(o) elaps(o) ex quo denuntiatio missa*, id est, emissa *est* [6]); morte quoque extinguitur eius qui nuntiaverit [7]); et item praedii alienatione cuius nomine dominus nuntiaverit [8]),

---

1) L. 7 pr. D. 39. 1. Interpolatio non pervenit ad ipsum intellectum legis.

2) Interdicta quum sint *personalia* (l. 1 § 3 D. 43. 1), *cogend(i sumus) quasi aliam quamvis personalem actionem* ea *suscipere* (l. 21 § 3 D. 15. 1). Sed nuntiator non cogetur, quia remissa nuntiatione interdictum supervacaneum fit. Plane similiter ex interdicto *uti possidetis* sponsionibus factis liberum est *sponsionu(m) iudicia non accip(ere)*, quia sufficit interdictum secundarium (Gai. IV § 170).

3) Cap. XII.

4) *Quatenus scilicet is cui nuntiatum est aedificandi ius habet.* Verba sunt Donelli.

5) Cap. 19.

6) C. 14 pr. C. 8. 10.

7) L. 8 § 6 D. 39. 1.

8) L. 8 § 6 D. 39. 1. *Quodsi is cui opus novum nuntiatum erat.... aedes alienaverit, non extinguitur operis novi nuntiatio* (l. 8 § 7, l. 23 D. 39. 1), etsi dissentit Gaius (l. 3 § 3 D. 4. 7).

nisi excipitur alienatio per arbitrum iudicii divisorii [1]; pacto solvitur, *si post opus novum nuntiatum conveniat tibi cum adversario, ut opus fac(ias)* [2]; iudicio, si ex interdicto „*ne vis fiat aedificanti* [3])" iudex datus aedificandi ius esse pronuntiaverit. Donec horum quid fiat, nuntiatori proponitur interdictum restitutorium, cuius exitus, ut reus cogatur omnia destruere, quae post nuntiationem aedificaverit, forma haec est [4]:

> „*quem in locum* ab illo [5]) *nuntiatum est, ne quid operis novi fieret, qua de re agitur, quod in eo loco, antequam nuntiatio missa fieret, aut in ea causa esset, ut remitti deberet (intra annum ex quo nuntiatum est) factum est, id* illi [6]) *restituas.*

Ab hac forma diversam fuisse eam, quam respiceret lator Rubriae legis [7]), rectissime adnotabat Stölzel [8]). Etenim defuerit oportet clausula *antequam nuntiatio missa fieret, aut in ea causa esset, ut remitti deberet* [9]), quia legis exceptionem: *qua de re operis novi nuntiationem duumvir..... non remiserit*, vulgaris clausula inutilem reddit [10]). Erat igitur pristina interdicti forma:

> „*(quem in locum nuntiatum est, ne quid operis novi fieret, qua de re agitur, quod in eo loco intra annum, ex quo nuntiatum est, factum est, id restituas)*".

---

1) L. 47 D. 10. 2.

2) L. 1 § 10 D. 39. 1; l. 7 § 14 D. 2. 14.

3) Quod e tenebris in lucem protraximus superiore cap. XI § 7.

4) L. 20 pr. D. 39. 1 (Lenel, *das* edictum § 257. 2).

5) Requiritur *ab illo* et mox *illi*; alioquin dominus ageret ex procuratoris nuntiatione (Burckhard, *die* operis novi nuntiatio (1871) p. 192), quod refutatur l. 7 pr. D. 39. 1. Opponuntur enim ibi operis novi executio et *actiones, quas domini nomine intendit* procurator. Contrarium placuit in interdicto *quod vi aut clam* (l. 72 D. 3. 3 (cf. Vat. 334); l. 17 D. 39. 1; l. 3 pr. D. 43. 24), quia ex parte agentis in rem scriptum est.

6) Similiter habet interdictum, quod appellare consuevimus fraudatorium (Lenel, *das* edictum (1907) § 268 = l. 10 pr. D. 42. 8): „*quae* L. Titius.... *fecit*, ea *illis*.... restituas".

7) Cap. 19.

8) *Die Lehre von der* op. novi nuntiatio (1865) p. 235: „*die (Exception der)* lex Rubria.... *ergibt ein anderes Interdictsformular*".

9) K. A. Schmidt, *Interdiktenverfahren* (1853) p. 99: „*zur Zeit dieses Gesetzes (kann) das Interdikt.... jene Worte noch nicht enthalten haben*".

10) Cf. Karlowa, *Rechtsgesch.* II p. 472⁵.

Etsi putat Karlowa [1]) huic ipsi formae [2]) neque ante Iustinianum locum esse desisse nec umquam fuisse nisi post remissionem [3]), quam sententiam post paulo refutabimus. Interim observabimus alteri formae, quam huius in locum putamus successisse, inesse videri sive tacite sive expressim eas exceptiones, quae nascuntur decreto, satisdatione, alienatione, tempore, morte. Quodsi pactum factum sit, *conventionis exceptio* danda est [4]); si ius esse aedificandi iudex pronuntiaverit, rei indicatae exceptione actor removebitur. **2.** Atqui negant Baron, Karlowa, Burckhard remissione nuntiationem totam resolvi [5]); provocantque ad ipsius remittentis verba, quae exstent [6]):

> *quod ius sit illi prohibere ne se invito fiat, in eo nuntiatio teneat: ceterum nuntiationem missam facio*".

item ad Ulpiani (sic enim putant) testimonium [7]):

> *remitt(i)tur..... hactenus, quatenus prohibendi ius is, qui nuntiasset, non haberet.*

Ergo licere nuntiatori post remissionem [8]) intendere *adversus edictum praetoris (opus) factum (esse)* [9]); superesse etiamtunc *executionem operis novi* [10]), id est, actionem honorariam: id tantum remissionem efficere, ut exinde *inter(sit) iure factum sit* necne [11]), quum, *quidquid ante remissionem fiat.... pro eo habendum (sit) atque si nullo iure factum esset* [12]). Si quaeris, qua actione post remissionem nuntiatori sit utendum, in varias

---

1) *Beitr.* (1865) p. 71.

2) *Rechtsgesch.* II p. 1229: „*der Passus* antequam nuntiatio missa fieret u. s. w. *(wurde) weggelassen*".

3) Utroque nomine dissentit (p. 71 cit. not. 24) a Carolo Adolpho Schmidt.

4) L. 1 § 10 D. 39. 1.

5) Quibusdam speciebus exceptis (Burckhard p. 331/2).

6) L. 1 pr. D. 43. 25.

7) L. 1 pr. D. 39. 1.

8) Post satisdationem superesse operis novi exsecutionem negat Karlowa, *Beitr.* (1865) p. 74 („*die Satisdation hat weiter reichende Wirkungen*"); *Rechtsgesch.* II p. 1230. Laudat in eam rem l. 8 § 2 D. 39. 1 (*Beitr.* p. 75); l. 7 § 2 D. 43. 24 (*Rechtsgesch.* II p. 1230). In contrarium non movet eum l. 1 § 2 D. 43. 25 (cf. *Rechtsgesch.* II p. 1229 lin. 4 sqq.).

9) Cf. l. 5 § 4, l. 16, l. 18, l. 20 § 1 (cf. Lenel, *das* edictum (1883) p. 389 (ante 3); Cuiac. Paris. IV (Q) 96 C; X 924 C), l. 22, l. 23 D. 39. 1.

10) L. 5 pr., l. 7 pr., l. 19 D. 39. 1. Cf. l. 7 § 14 D. 2. 14.

11) Cf. l. 20 § 3 D. 39. 1.

12) L. 20 § 4 D. 39. 1.

partes itur. Interdicto restitutorio, quod exscripsi [1]), adhuc locum esse Baron [2]) existimat, remissionem enim pro non facta esse, *quatenus prohibendi ius is qui nuntiasset.... haberet.* Huic proxima est Ottonis Karlowa sententia proprium interdictum, restitutorium tamen, post remissionem proponentis [3]) forma supra scripta: „*quem in locum nuntiatum est, ne quid operis novi fieret, qua de re agitur, quod in eo loco (intra annum ex quo nuntiatum est) factum est, id restituas* [4])”, quo tollit adversario post remissionem ipsum remissionis beneficium [5]). Hugoni Burckhard [6]) placet ex ipsa remissione agendum esse, quasi ex interdicto prohibitorio. Praetor enim quum dicat „*nuntiatio teneat*”, idem esse acsi dixisset: „adversus nuntiationem quidquam fieri veto”. Sed omnibus his sententiis obstat testimonium Iuliani [7]), quo certiores nos facit *remissione.... facta.... licere.... aedificare*, quod confirmatur tam Ulpiani [8]) voce quam Pauli [9]): post nuntiationem abstinendum esse, *donec remissio nuntiationis fiat*, nec in contrarium agit [10]), qui subiungit Paulus: *si ius aedificandi habe(at) recte aedifica(turum)*, superest enim post remis-

---

1) Ex l. 20 pr. D. 39. 1.

2) Cf. Burckhard, *die* op. novi nuntiatio (1871) p. 294, 387.

3) *Beiträge* (1865) p. 69.

4) *Rechtsgesch.* II p. 1229: „*der Passus* antequam nuntiatio missa esset *u. s. w. (wurde) weggelassen*”.

5) Absurdum hoc esse intelligit, itaque pergit: vice omissi (*antequam* etc.) postulante reo includendam eam exceptionem, quam servat lex Rubria (c. 19) „qua de re operis novi nuntiationem duumvir.... non remiserit”, quaeve huic materiem praestiterit „qua de re operis novi nuntiationem ego non remisero”. Quasi possit exceptio efficere, ne sit absurda formulae conceptio. Sequitur hunc nihilominus Lenel, *das* edictum (1907) p. 465, prudenter abstinet Martin, *Études d'hist. jur. pour Girard* (1912) p. 153/4.

6) Op. cit. 5, 305 sqq., 380 sqq. Hunc paulisper secutus est Lenel, *das* edictum (1883) p. 388. Disputat quoque in eandem sententiam Stölzel, *die Lehre von der* op. novi nunt. (1865) p. 169 sqq., ita tamen, ut simul defendat contrariam (p. 193 (§ 31): „*die Remission hebt jede Wirkung der* op. novi nuntiatio *auf*”).

7) L. 7 § 2 D. 43. 24.

8) L. 20 § 1 D. 39. 1.

9) L. 8 § 4 D. 39. 1.

10) Agere putat Martin, *Études* cit. p. 159[3] („*ce texte constituera toujours une objection décisive contre les théories n'admettant que la* remissio *pure et simple*”). Itaque damnat verba Biondi, *Bull. dell' ist. di dir. rom.* XXIX (1916) p. 240.

sionem legitima actio, si qua adversus aedificantem competit [1]).
3. Quibus autem tuentur se testimoniis Baron, Karlowa, Burckhard, ea testimonia genuina non sunt, sed novo iuri accommodata. Quod ut probetur, cogitari oportet, Iustiniani aevo iudiciorum ordine sublato praetoris partes quantopere auctae sint ad ipsius officium accedente iudicis officio [2]). Remissionem desideranti, quum vigebat iudiciorum ordo, praetor „*ne vis fiat aedificanti*" interdictum proponebat; iure Iustiniano, quum *perinde.... iudic(etur) sine interdictis, ac si utilis actio ex causa interdicti reddita fuisset* [3]), ipse magistratus *causam diri(mit)* [4]); causa audita nuntiationem remittit, quum de prohibendi iure non probatur. Huic iuri accommodatum est Ulpiani fragmentum in tituli *de operis novi nuntiatione* introitu [5]):

> *Hoc edicto promittitur, ut, sive iure sive iniuria opus fieret, per nuntiationem inhiberetur* [deinde remitteretur prohibitio hactenus, quatenus prohibendi ius is, qui nuntiasset, non haberet].

Ergo remitti vult Iustinianus causa audita, *quatenus prohibendi ius is qui nuntiasset non haberet*, perinde acsi praetor decrevisset remittendam esse nuntiationem, si nullum esset ius prohibendi, deinde ex eo decreto actio utilis impetrata esset. Cuiusmodi decretum [6]) proponitur sub titulo *de remissionibus* [7]): „quod ius sit [8]) illi prohibere.... in eo nuntiatio teneat, ceterum [9]) nuntiationem missam facio [10])". Interpolatum

---

1) L. 19 D. 39. 1.

2) Hoc potest converti, quin convertit Biondi, *Bull.* cit. XXIX p. 240 (ima): „*(il) nuovo diritto.... attribui(sce) al giudice, quanto era di competenza del magistrato*".

3) § ult. Inst. IV 15. 4) C. 14 § 2 C. 8. 10.

5) L. 1 pr. D. 39. 1, quod purgabam Mnemos. XIX (1891) p. 123.

6) *Edictum* esse vult Cuiacius ad l. 1 pr. D. 39. 1 (Paris. X 927 A et B), ex quo fiat remissio. *Decretum* esse ipsamque remissionem, docet Donellus (Comment. XV 46 § 18), quod probant Stölzel (p. 178), Karlowa (*Beitr.* p. 59; *Rechtsgesch.* II p. 1228), Burckhard (p. 281/2), Baron (cf. Burckhard p. 292), nos quoque, sed addimus: *suppositum*.

7) L. 1 pr. D. 43. 25.

8) Requiritur: *est* (Diversum putat Stölzel p. 179).

9) I. e., salvo hoc decreto.

10) Concedit Burckhard (p. 305) appendiculam (*ceterum nuntiationem missam facio*) redundare. Ex diverso Karlowa (*Rechtsgesch.* II p. 473) adiciendam fuisse

tria arguunt. Inprimis, quod novo exemplo in duo membra scinditur decretum [1]), eaque coniunguntur articulo *ceterum*, qui nec usquam in edicto occurrit et in similibus, ubi poterat adhiberi, vitatur potius [2]). Secundum est, quod decretum adversus nuntiatorem impetratur et pro nuntiatore scriptum est [3]) *(nuntiatio teneat)*. Tertium, quod de iure prohibendi vel aedificandi genuinum interdictum „*ne vis fiat aedificanti*" etiamnunc apparet [4]). Etsi putat Martin [5]) interdictum reddendum post remissionem impetratam; qui non dicit, quam habitura fuerit utilitatem eiusmodi remissio. Decreta enim a praetore solent interponi vel finiendis controversiis [6]) vel inchoandis [7]); verum eo decreto quo remittitur nuntiatio, quatenus prohibendi ius non sit, neque finitur controversia, neque, si interdictum expectandum est, inchoatur. **4.** Ergo, si nulla talis est remissio, qualem habet l. 1 pr. D. 43. 25, id est, sub condicione [8]), remanet, ut praetor semper pure remittat: *nuntiationem missam facio* varia sub demonstratione veluti „quod satisdatum est", „quod interdictum non accipis", „quod cetera ex interdicto non facis", ut possit ferri rubrica [9]) *de remissionibus*, etiamsi una forma [10]) sufficit, *sive ad privatum sive ad publicum ius .... remissio pertinet* [11]). **5.** Quodsi

---

putat, ne iure civili nuntiatio teneat („*Hätte die Kraft der* nuntiatio.... *nur auf dem Edikt.... beruht, so hätte der Prätor sich mit dem Ausspruch begnügen können*: Quod ius sit... teneat"). Quorsum igitur sensus principalis (*in eo nuntiatio teneat*), si omnino tenebit nuntiatio?

1) Expectares eiusmodi: „quod ius (non) sit illi.... prohibere.... in eo.... nuntiationem missam facio". Cf. Martin, *Etudes* cit. p. 165 summa.

2) L. 42 D. 21. 1 non *ceterum* habet sed *ceterarum rerum*; l. 4 pr. D. 47. 8 et l. 1 pr. D. 47. 9: *post annum*; l. 1 § 1 D. 16. 3: *quod ipsius*; l. 15 § 34 D. 47. 10: *item si quid aliud factum esse dicetur*.

3) Hoc utroque utitur argumento Martin, *Études d'hist. jurid. pour Girard* (1912) p. 148/9, ne videatur interdictum prohibitorium esse. Sed serpet res ultra.

4) L. 45 § 2 D. 3. 3 atque (interpolatione remota) l. 5 § 20 D. 39. 1.

5) *Études* cit. p. 166.

6) Ad Herenn. II 13 § 19.

7) Gai. IV § 139 ia. 141.

8) Iudicii. Non enim tollo exceptionem procuratoriam (l. 13 § 2 D. 39. 1) similesve condiciones, quocirca non obstat ἐξ ἀντιδιαστολῆς l. 5 § 18 D. 39. 1 *(omnimodo remittitur)*.

9) D. 43. 25.

10) Nostra. Nam tradita, quia *ad publicum ius* porrigi non potest, ob id ipsum sola fuisse non potest (Burckhard, p. 398 not. 46).

11) L. 5 § 19 D. 39. 1.

vero commentitium est interdictum decretumve „quod ius sit illi prohibere" et omnis remissio pura, Ulpiani quoque qui adhaeret commentarius (l. 1), magna ex parte rescriptus nobis videatur necesse est:

> [§ 1. sub hoc titulo remissiones proponuntur].

Hoc dicere valde fuit necessarium.

> [§ 2. Et verba praetoris ostendunt remissionem ibi demum factam ubi nuntiatio non tenet [1]), et nuntiationem ibi demum voluisse praetorem tenere, ubi ius est nuntianti prohibere, ne se invito fiat].

Si quidem *verba praetoris* commentitia esse recte docuimus, ne haec quidem eorum interpretatio stare potest. Sequitur:

> [ceterum sive satisdatio interveniat sive non, remissio facta hoc tantum remittit in quo non tenuit nuntiatio].

Ergo semper ex abundanti remissio interponitur, quod est quidem verum, sed alia ratione: non quia id remittit remissio, quod ab initio *non tenuit*, sed, quia perinde est, utrum remissio interponatur an iusta causa sit remittendi. Hoc enim praetor totidem verbis significat [2]). Ceterum sive decreto interposito sive, quum causa esset decreti interponendi [3]), *hoc tantum remitt(i) in quo non tenuit nuntiatio*, scribere qui potuit Ulpianus? Necessarium enim est, ut *hoc tantum remitt(atur)* [4]) *in quo* nuntiatio *tenuit* [5]). Sequitur:

> [plane, si satisdatum est, exinde remissio facta est, non est necessaria remissio].

---

1) Haec statim redeunt cum adiectione *sive satisdatio interveniat sive non*. Quid his significetur, ibi quaeremus.

2) L. 20 pr. D. 39. 1: *antequam nuntiatio missa fieret aut in ea causa esset, ut remitti deberet.*

3) *Remissio facta* non tantum intelligitur, quum decretum sit interpositum, sed etiam, quum causa sit decreti interponendi. Ita in proxime sequentibus *remissio facta* necessario intelligenda est, quum opponatur ipsa remissio. Eodem modo l. 7 § 2 D. 43. 24 interpretati sumus cap. XI.

4) Cum effectu.

5) Intellexit hoc Karlowa, *Rechtsgesch.* II p. 473, quocirca sic interpretatur: a praetore remitti effectum nuntiationis, quatenus non tenuerit iure honorario, quum tenuisset iure civili („*die Worte des Prätors sollen sagen, die* remissio *sei nur erfolgt*, ubi nuntiatio non tenet, *d. h. praetorisch nicht bindend ist*"). Atqui, quod non tenuit iure honorario cur remittit? Nam iure civili ne teneat, efficere non potest (ibid. p. 1229. Aberrat Martin, *Études* cit. p. 152 not. 2). Itaque nodum non solvit ille.

Remissione facta, id est [1]), quum remittendi causa extiterit, non tantum, *si satisdatum est*, sed numquam est decretum necessarium. Quod latuisse Ulpianum non est verisimile. Quae sequuntur pro parte quidem corrupta sunt, non vero ex integro scripta:

§ 3. *ius habet opus novum nuntiandi qui aut dominium aut servitutem habet.* § 4. *item Iuliano placet* [2]) *fructuario vindicandarum servitutium ius esse; secundum quod opus novum nuntiare poterit* [et remissio utilis [3]) erit]; *ipsi autem domino praedii si nuntiaverit*, remissio [4]) *inutilis erit*, *neque (enim) sicut adversus vicinum*, *ita adversus ipsum dominum agere potest ius ei non esse invito se altius aedificare. Sed si hoc facto usus fructus deterior fiat*, *petere usumfructum debebit* [idem Iulianus dicit de ceteris, quibus aliqua servitus a vicino debetur [5])]. § 5. *ei quoque*, *qui pignori fundum accepit*, *scribit Iulianus non esse iniquum* detentionem [6]) *servitutis dari.*

6. Eandem ob causam, quia diximus praetorem semper pure remittere: „nuntiationem missam facio", suam difficultatem coepit [7]) habere Iuliani textus [8]):

quum procurator opus novum nuntiat, *èt satisdat ratam rem dominum habiturum èt* remissio *in domini personam confertur.*

Quomodo enim potest praetor, quum in rem loquatur, in domini personam sermonem conferre? Sed restituendum est *stipulatio,* quum praesertim, si procurator de rato caverit,

---

1) Cf. l. 7 § 2 D. 43. 24. Hic quidem, quia opponitur *remissio*, aliter explicari non potest.

2) Diversum Labeoni Nervae Marcello (l. 1 pr. D. 7. 6) quin ipsi ut videtur Iuliano l. 5 § 1 D. 7. 6 *(non servitutem sed usumfructum vindicare debet adversus vicini fundi dominum).*

3) I. e. necessaria. Quod verum est, licet auctorem habeat Tribonianum.

4) L. *nuntiatio* (l. 2 D. 39. 1). Plane, ubi haec *inutilis* est, remissio est supervacanea. Quod dictum voluit interpolator.

5) Haec nemo umquam intellexit.

6) Obtemperandum est Mureto restituenti *defensionem.*

7) Nam conservata forma l. 1 pr. D. 43. 25, quae personam demonstrat, difficultas est nulla. Cf. Donellus, Comment. XV 46 § 19 *(missa fiet nuntiatio non quatenus procuratori prohibendi ius est sed quatenus domino).*

8) L. 13 pr. D. 39. 1.

nulla causa est, cur nuntiatio remittatur [1]). Potest *stipulatio* ex operis novi nuntiatione in alterius personam conferri; habet enim, si Lenel [2]) verum vidit, condicionem: „*si (ea res secundum me) iudicata (erit)*", quae convertetur in personam domini stipulante procuratore „si ea res secundum dominum negotii erit iudicata".

XIII.

Quando remittatur.

Conspectus. **1.** Quibus ex causis remissio sit interponenda. **2.** In danda denegandaque operis novi execution arbitrium versari. **3.** Perinde esse in interdicto „quod vi aut clam".

1. Explosa Donelli sententia omnimodo remittentis nuntiationem, si id postulaverit is, cui nuntiatum fuerit, nunc videndum, quibus casibus praetor exve lege Rubria [3]) duumvir missam nuntiationem faciat. Et quidem remittit praetor nuntiationem ob rem non defensam, veluti quod interdictum *ne vis fiat aedificanti* nuntiator non accipiat ceterave ex interdicto non faciat [4]). Quae eadem erunt in persona duumviri, si potuit is interdictum *ne vis fiat aedificanti* reddere vel quatenus potuit, veluti *quae res non pluris sestertium XV milium erit* [5]). Remittetur [6]) praeterea nuntiatio, quum pupillus nuntiaverit nec *ad ipsius privatum commodum res pertineat*, aut sine tutoris auctoritate nuntiaverit [7]). Quod quare fiat, dicendum est; nuntiatione enim actio quaeritur, adquirere autem pupillus sibi potest, etiamsi tutor auctor non sit. Sed videtur ideo fieri, quia nuntiatione ipsum ius nun-

---

1) Cf. l. 5 § 18 D. 39. 1.

2) *Das* edictum (1907) p. 524[8].

3) Cap. 19.

4) Hoc demonstrare conati sumus cap. XI § 10.

5) Eam condicionem lex Rubria habet in petitionibus vel certis (cap. 21) vel incertis (cap. 22).

6) Ulp.: *rata (non) habebitur.*

7) L. 5 pr. D. 39. 1. Ex diverso *in e(xcipiend)a nuntiatione* tutoris auctoritas non exigitur (l. 10 D. 39. 1).

tiandi quodammodo consumitur propterea quod *iterum aedificationem prohibere* a quibusdam omnino non permittitur [1]), a ceteris *intra diem, quae stipulatione ex operis novi nuntiatione comprehensa esset* [2]), quod *licere..... debe(at) aedificare ei qui satisdederit* [3]), *quamdiu stipulatio ex operis novi nuntiatione teneret* [4]). Eadem ratione respondetur satisdandum esse de rato, quum procuratorio nomine quis nuntiet [5]), interest enim adversarii dominum potius nuntiare, ne vel omnino iterare nuntiationem liceat vel saltem intra diem stipulatione comprehendendam. Ergo, nisi de rato cavetur, *nuntiatio omnimodo remittitur* [6]). Missa fit praeterea nuntiatio, si de calumnia non iuratur. Debet enim, *qui opus novum nuntiat, iurare.... non calumniae causa (se) nuntiare* [7]). Remittitur etiam, quum satisdatum fuerit de opere restituendo, satisdatione enim teste Ulpiano nuntiatio *in ea causa* esse coepit, *ut remitti debe(at)* [8]). At neque semper satisdatur neque, quum satisdatur, utique de opere restituendo; ridicule enim praetor hoc exigeret, si nuntiaverimus, *ut damni infecti caveatur nobis;* sufficit repromissio, si nuntiatum fuerit *iuris publici tuendi causa*, nisi alieno nomine remissionem quis desideret [9]). Sunt praeterea multae species, in quibus remittendum est, veluti, *si opus novum praetor iusserit nuntiari deinde prohibu(er)it* [10]) — potest enim ex auctoritate nuntiari, etsi plerumque [11]) non est necessarium — aut, si tale fuerit opus, *ut contemni nuntiatio deberet*, id est, *cuius mora periculum allatura esset.* Haec enim

---

1) C. 14 (1) pr. C. 8. 10 (11).

2) L. 13 § 1 D. 39. 1.

3) L. 7 § 2 D. 43. 24.

4) L. 13 § 1 (cf. l. 20 § 14) D. 39. 1.

5) L. 13 pr. D. 39. 1 (ubi pro vocabulo *remissio* reposuimus (cap. XII § 6) *stipulatio*).

6) L. 5 § 18 D. 39. 1.

7) L. 5 § 14 D. 39. 1. Sequitur: *hoc iusiurandum auctore praetore defertur, idcirco non exigitur, ut iuret is ante, qui iusiurandum exig(i)t.* Ratio non est idonea, quia alias, *qui iusiurandum* auctore praetore *defert*, nihilominus *de calumnia debet iurare, si hoc exigatur* (l. 34 § 4 D. 12. 2).

8) L. 20 pr., § 1 D. 39. 1.

9) Locos dedimus ad caput harum observat. XI (infra lineam).

10) L. 16 D. 39. 1.

11) Quid enim, si quis parenti patrono vult nuntiare? Cf. Pothier ad ipsius Pand. XXXIX 1, 20.

generaliter *praetor.... opera excepit* [1]). Sunt et alia talia quam plurima [2]). **2.** Tenendum est denique, praetorem quidem iubere, *ut, sive iure sive iniuria opus fieret, per nuntiationem inhiberetur* [3]), itaque, si post nuntiationem opus factum sit, *sive iure, factum (sit) sive non iure*, restitutorium interdictum locum habiturum [4]). Sed haec aeque observata esse, atque regulam celeberrimam, de qua fuit caput harum observatiuncularum VI, multa probant. Ipse est auctor Ulpianus [5]) causa cadere nuntiatorem, nisi aut dominium aut servitutem habeat, his enim quaeri *ius nuntiandi.* De hoc iure nuntiandi multa supersunt fragmenta, quae saepe conciliari non possunt, ubi possunt, ostendunt ex nudo praetoris iudicisve arbitrio [6]) has pependisse causas. Tenere dicitur nuntiatio, si opus in solo fiat, at non tenere *si quis messem faciat, arborem succidat, vineam putet* [7]). Quid est arbitrium nisi hoc est? Servitutium nomine nuntiatio utilis est, neque id Iuliano displicuit [8]), attamen scribit viae nomine nuntiari non posse, etsi quis in via aedificet [9]). Multa de hoc genere praetereo. At oleum ni fallor et operam perdunt, qui, dum ludi se patiuntur argutiis, a quibus haud semper abstinuerunt prudentes, harum differentiarum rationem aut quaerunt aut reddunt [10]). Rationis enim et arbitrii naturalis interse pugna est. Id tantum dici potest generaliter, quare recessum sit ab Edicti rigore, quo omne opus, quod non sit exceptum, post nuntiationem inhiberi iubetur. Verbis dicam Bernhardi Windscheid [11]), quibus ille utitur

---

1) L. 5 § 11—13 D. 39. 1.

2) In quibusdam speciebus quaeritur, utrum sit iusta causa remittendi, an ab initio nuntiatio non teneat (cf. Karlowa, *Beitr.* (1865) p. 60). Nos putamus, quum nuntiatio non teneat, vel iustiorem causam esse remittendi, itaque videbatur Hugoni Burckhard (p. 332).

3) L. 1 pr. D. 39. 1.

4) L. 20 § 3 D. 39. 1.

5) L. 1 § 4 D. 43. 25.

6) Quum dico praetoris iudicisve arbitrium, non me latet prudentium auctoritate hos plerumque regi.

7) L. 1 § 12 D. 39. 1.

8) L. 2 D. 39. 1; l. 1 § 4 D. 43. 25.

9) L. 14 D. 39. 1.

10) Veluti Cuiacius, Observ. I 17, quem praeterea refellunt finalia verba l. 9 pr. D. 8. 5 (*contra si in itinere* etc.).

11) *Lehrbuch* (1891) § 465[18].

ad interdictum *quod vi aut clam*, sed aeque aut magis valent de interdicto quod ex operis novi nuntiatione competit. Inhumanum esse ait et vix ferendum, quod omnis prohibitio opus sistat, etiamsi maxime quis in suo moliatur, neque de iure eius hucusque dubitatum umquam fuerit. Inhumanum et vix ferendum, quod eiusmodi possessoris molitio impediatur, donec aut satisdet aut iudicio certet dummodo de calumnia iuret nuntiator [1]). Id si ius sit, calumniatoribus viam sterni, possessores iugulari. Huic igitur iniquitati ut obviam iretur, ad arbitrium confugisse existimandi sunt Romani. **3.** Idem remedium interdicto *quod vi aut clam* adhibitum fuisse, dubitari non oportet. Fuit autem hoc interdictum eo quod ex operis novi nuntiatione competit in possidentem iniquius. Nam quum constet in utroque iudicio *parvi refer(re)* utrum is, qui quum prohibitus esset opus facere perseveraverit, *ius habuerit faciendi an non* [2]), tamen id praecipuum habet interdictum quod ex operis novi nuntiatione competit, quod securus aedificat, qui satisdationem obtulerit de opere restituendo, quia operis novi nuntiatione possessor constituitur is, cui nuntiatum fuerit [3]). Quod non ita est in altero interdicto, nisi convenerit cum adversario, ut possessor sit, qui opus facere instituit [4]); tunc enim, *quum propter hoc*

---

1) L. 5 § 14 D. 39. 1.

2) L. 1 § 2 D. 43. 24; l. 20 § 1 D. 39. 1. — Ceterum in interdicto *quod vi aut clam* docendum esse de iure prohibendi autumat Stölzel (*die Lehre von der* op. nov. nunt. p. 381, 414), adstipulatur Windscheid (§ 465. 3). In interdicto quod nuntiatori competit uterque diversum probat (Stölzel p. 168, 227, 233; Windscheid § 466. 2). Quamquam de illo interdicto nihil tale extat, ex diverso hoc tenere tunc dicitur quum *habeat* nuntiator *ius prohibendi* (l. 5 § 6 (i. f.), l. 8 § 2 D. 39. 1), atque praeterea praeiudicavit sibi Stölzel scribendo remittendum esse, si nullum ius sit prohibendi. Porro quia interdicto inest condicio: *(nisi) in ea causa e(s)t (nuntiatio) ut remitti debe(a)t*, si remittendum est propter defectum iuris prohibendi, ob eandem causam absolvendum est interdicto. Scilicet metuit Stölzel ne hoc modo semper ex abundanti remissio detur (p. 227: „*(der Remissionsprozess wäre) völlig überflüssig*", cf. ibid. p. 279). Quod frustra timet, indicant enim ipsa verba praetoris perinde esse, utrum remissio data dandave sit, proinde ex abundanti dari semper.

3) L. 1 § 6, l. 5 § 10 D. 39. 1. — Negat id quidem Africanus (l. 15 D. 39. 1) sed refellitur eo, quod satisdatio quae nuntiationis missae vice est, nullo fundamento niteretur, nisi pro commodo possessoris interponeretur. Cf. l. 7 § 2 D. 43. 24.

4) L. 1 § 3 D. 43. 17.

tantum (sit) prohibitus, quia non defende(ret) [1]), id est, quia non caveret, satisdatione oblata *vi facere desin(et)* [2]). At si non convenerit, ut sit possessor qui opus facere vult, omnimodo tenebitur qui fecit, *cum* de ea re *controversiam haberet.* Quod confirmatur Q. Mucii [3]), Ciceronis [4]), Servii [5]), Cassii [6]), Iuliani [7]) testimoniis. Quae quum ita sint, tamen interdictum in dominum competere negatur [8]), nisi servitus actori debeatur [9]). Quod explicari non potest, nisi sumis pro arbitrio iudicantis aut quaesitum esse aut non quaesitum de iure prohibentis, sicut in operis novi executione pro arbitrio aut sufficere aut non sufficere nuntiationis causam visam esse [10]). Quod tamen supervixit utraque actio, ideo factum esse dixerim, quia necessario *occur(rendum) est calliditati eorum qui vi aut clam quaedam moliuntur* [11]), etiamsi hoc materiem litium contentiosis hominibus praestare potest; pertinet enim non solum ad utilitatem privatorum sed ad summam rem publicam, non sibi ius quemque dicere. Quocirca hodie, etiamsi sublata sit [12]) *operis novi executio*, tamen non dubito, ubicumque lege Romana iudicia iudicantur, ibi quin supersit interdictum *quod vi aut clam;* indignum quippe esset nullum remedium dari adversus vim, quae licet non recte dicatur excusari numquam posse, *nulla iusta exceptione* defendi [13]), tamen plerumque coercenda est aut, nisi coercebitur, totam generis humani societatem pessum dabit. Alioquin, si odio calumniatorum adversus vim nullum remedium dabitur, fumum fugiens in ignem legis lator incidet.

---

1) Haec ex l. 3 § 6 D. 43. 24 transponenda sunt post ea quae leguntur initio § 5: *si quis paratus sit se iudicio defendere adversus eos, qui interdicendum putant ne opus fiat.*

2) L. 3 § 6 D. 43. 24.
3) L. 73 § 2 D. 50. 17.
4) Pro Tull. 23 § 53.
5) L. 4 D. 43. 24.
6) L. 3 § 7 D. 43. 24.
7) L. 13 § 7 D. 43. 24.
8) L. 5 § 10 D. 39. 1.
9) L. 21 D. 39. 3.

10) Eiusdem generis est, quod in possessionis quaestione causa possidendi èt requiritur (l. 3 pr. D. 43. 17) èt non requiritur (l. 1 § 2 D. 43. 18). Cf. Baron apud Rudolphum Jhering, *Besitzw.* (1889) p. 179.

11) L. 1 § 1 D. 43. 24.
12) Cf. Windsch. (1891) § 466[20].
13) L. 1 § 3 D. 43. 24.

ELENCHUS FONTIUM.

(Numeri sunt paginarum et notarum).

Additamentum

(ad pag. 348 not. 2) Movit in proposita specie iurisconsultum *publicae salutis et securitatis* ratio (l. 5 § 11—13 D. 39. 1).

SOPHOCLEI CHORI PERSONA TRAGICA.

SCRIPSIT

IGN. ERRANDONEA S. I.

> Τὸν χορὸν δὲ ἕνα δεῖ ὑπολαβεῖν τῶν ὑποκριτῶν... μὴ ὥσπερ Εὐριπίδῃ ἀλλ᾽ ὥσπερ Σοφοκλεῖ.
>
> Arist. *Art. Poet.* cap. XVIII.

CAPUT PRIMUM.

Aristotelis de Sophocleo choro testimonium [1]).

Chorum in tragoedia ait Aristoteles [2]) haberi debere ut unum ex actoribus et tamquam verum totius dramatis membrum, eumque adlaborare debere (cum actoribus *συναγωνίζεσθαι*); id apud Sophoclem fieri, apud Euripidem non fieri.

Sophocleum chorum ita esse constitutum, ut verum actorem, hisque virtutibus ornatum, quas commemorat Aristoteles, concedunt scriptores qui acervatim tantum et universim de tragoedia graeca disputant [3]); hi vero quos aut libera voluntas

---

1) Antequam viam ingredior, liceat mihi gratias hic agere his viris quorum consilio sum, dum haec scribebam, usus. Atque imprimis Regio Professori Graecarum Litterarum in hac Oxoniensi Universitati G. Murray M. A., D. Litt., quem saepe multaque mea utilitate consului. Etiam Rev. P. C. C. Martindale S. I. M. A. (Campion Hall, Oxford), J. T. Sheppard M. A. (King's Coll., Cambridge), G. C. Richards B. D., M. A. (Oriel College, Oxford), qui alii alia capita legerunt manuscripta, nonnullasque mihi sapientes animadversiones suggesserunt. Multo mihi iuvamini fuerunt quoque in Musaeo Britannico cl. vv. Sir Fred. Kenyon M. A., D. Litt., et H. B. Walters M. A., I. S. A.

2) *Art. Poet.* 18, 1456.

3) Ita plurimi scriptores historiae litterarum graecarum, aut theatri graeci, et fere omnes, valde paucis detractis.

induxit aut operis quod scribunt natura coëgit haec cum singulis verbis factisque chori in Sophoclis tragoediis comparare, multo cautiore multoque magis moderato sermone sunt usi, et si minus aperte [1]), saltem tacite haec esse vera negarunt.

Etenim ut ab his incipiam quae minima sunt, cum initium et progressus exitusque actionis in tragoediis singulis consideratur, nemo unus ex auctoribus, quos adhuc legi, quidquam Sophocleo choro ita definitum et praecipuum tribuit, ut ab ipso quidquam sit in actionem effectum; auditorum animos choro regi et moveri, dant certe multi, actionem ullam a choro in scaena pependisse in Sophoclis tragoediis, chorum vere *συναγωνίζεσθαι*, non video quis ostendat.

In affectibus concinendis quod fit in stasimis, non singula quae dicat singulis quae viderit audieritque debere conformari dicunt omnes, sed licere choro attollere sese et elevare, tandiu tantum, dum non transgredietur terminos et ambitum tragoediae in qua est, dum *tonum* illius tragoediae servabit [2]), dum ei non repugnabit; ita fieri in Antigonae stasimo tertio et quarto, ita in Oedipo Tyranno.

Pauci iam sunt, praesertim postquam cl. U. v. Wilamowitz severe de hac re iudicavit, qui, ut solvant nodos difficiles, ad illam facilem omnique securitate plenam artem decurrant, publicas res illius temporis tangi, pungi alios aliosque duces, poetam per chorum loqui, extra drama rem agi [3]). Sed quamquam haec ita sunt, et coërcita est tanta auctoritate antiqua illa libido parabases multiplicandi, tamen idem ipse scriptor non potest non fateri in Oedipi Tyranni stasimo secundo res agi alienas ab eo dramate, quae in adiunctis nullum habeant fundamentum, vanum esse ea quaenam sint exquirere, poetam

---

4) Ut Reisch in Pauly-Wisowa *Realenc. d. klass. Alt.* 3, 2387.

5) Vid. Eugen Wolf, *Sentenz und Reflexion bei Sophokles*, Tubingae 1910, pgs. 25, 63 sq. Rahm, *Ueber den Zusammenhang zwischen Chorliedern und Handlung in der erhaltenen Dramen des Sophokles*, Erlangen 1907 pg. 85.

6) Plurimas adhuc parabases et historicas quas vocant allusiones admittebat R. v. Breitenberg, *Die historischen Anspielungen in den Tragödien des Sophokles*, Prag 1881; Salomone Piazza, *La politica in Sofocle*, Padova 1896; de Oed. Tyr. agit cap. X, pgs. 163—225. Cfr. etiam Otto Krausse, *De Euripide Aeschyli instauratore*, Ienae (1905) pg. 212 sq.

illic, magistratum publicum, loqui [1]). Id repetunt commentatores bene multi, quorum iam alii [2]) hoc aiunt esse unum et solum parabasis exemplum in Sophocle, alii [3]) addunt in Aiacis parodo idipsum fieri.

Exstat in eadem tragoedia O. T. stasimum tertium, laetissimus, ut dicitur, hymnus quo exsultant thebani senes in choro, illi ipsi qui seipsos Oedipo addictissimos professi sunt, cum tamen sit evidens Oedipum iam in ruinam et in ipsas fati fauces irruere. „Si chorus qui, quae in scaena acta sunt, debuit et audire et intellegere, non conclusionem eruit plane evidentem, ideo est quia chorus saltem eo tempore in dramate graeco, nullam per seipsum actionis partem gerere debebat, et quia damnatus, ob eius statarium munus, hybrido seu ancipiti cuidam statui, oculos habebat nec videbat, aures nec audiebat" [4]).

Nihil habent haec verba admiratione dignum; doctrina est enim haec communis de hyporchematis: cum exitus adventat, canuntur quae ei sunt contraria ut maior sint inde commotio;

---

1) U. v. WILAMOWITZ-M. *Excurse zum Oedipus des Sophokles*, Hermes 34 (1899), 55—80, pgs. 58. 59. „Es ist schon richtig, dass hier der Dichter den Chor Dinge sagen lässt, die aus dem Stücke herausfallen, deren Erklärung also ausserhalb gesucht werden muss. Die Frivolität Jokastes motivirt die Forderung.... Aber der Fluch auf frevelhafte Gesinnung, Vergreifen an dem Unantastbaren und Streben nach unlauteren Gewinne ist durch die Situation nicht begründet, und dass der Umsturz der Verfassung bei der frevelhaften Zügellosigkeit drohe, ist vollends in Theben unter König Oedipus keine nahe liegende Befürchtung. Das sagt der Athenische Dichter und Staatsmann Sophokles. Aber vergeblich ist nach concreten Anlassen zu suchen, die hier bezeichnet wären. Den Dichter umgab eine Gesellschaft, in der die Gesinnungen Jokastes verbreitet waren, wo es genug ὕβρις und αἰσχροκέρδεια und Übergriffe in das was ihm ἄθικτον schien gab.... Es ist auf das schärfste zu sagen, dass keine sophokleische Tragödie eine unmittelbare Beziehung auf ein Faktum der Gegenwart enthält".

2) HELMREICH, *Der Chor bei Sophokles*.. (1905).

3) BRUHN (Schneidewin—Nauck) Kön. Öd. [11] 1910, pg. 39. 40.

4) *Oedipus, Geschichte eines poetischen Stoff's im griechischen Altertum von* KARL ROBERT, Berlin, 1915, I. pg. 286 sq.: „Der Chorus aber muss die ganze Rede gehört und verstanden haben; zieht er trotzdem daraus nicht die selbstverständlichen Konsequenzen, so liegt der Grund dafür darin, dass der Chor, wenigstens in dieser Period des griechischen Dramas, nicht selbsttätig in die Handlung eingreifen darf, dass er infolge der ihm zufallenden passiven Rolle zu einer Zwitterstellung verurteilt ist, in der er Augen hat und nicht sehen darf, Ohren hat und nicht hören darf".

utrum ab eo choro eoque temporis locique vestigio id sit exspectandum necne, hoc non refert; si id quod in Antigona concinitur aptissime congruit moribus et scientiae chori, id quod in Aiace canitur [1]) non magis cohaeret cum his quae sciunt et tenent nautae chori, quam illa tristis de morte oda [2]), quae paulo ante finem in Oedipo Coloneo est posita; tamen sunt ea opportunissima, dicunt, nam contraria contrariis opposita eminent magis [3]).

Mediatoris munus choro sophocleo passim tribuitur, media persona appellatur. Si huius verbi sensus hic est ut agat chorus, constanter quidem et ut vera persona, cuius autem propositum semper sit consilia cum aliis communicare, personas in concordiam discordiamve vocare, id esset certe refellendum, sed non hoc loco; vera enim essent Aristotelis dicta, si eandem choro firmitatem eosdemque effectus possemus dare, quos Paedagogo ex. gr. in Sophoclis Electra, aut Phaedrae nutrici in Hippolyto euripideo aut *tertiae* illi quam dicunt personae in dramatis Calderonis [4]).

Sed cum haec media chori persona explicatur, non munus solum, sed natura etiam significatur; non est una fixa persona quae aliquid certum noverit, certumque aliquid quaerat, quidquid tandem sit illud, sed est incertus quidam actor qui, si non semper, saepe saltem alia aliis contraria dicere possit, quia id in finem dramatis conveniat, quia eius munus sit personas alias aliis opponere, agonem ducere, propter exitum laborare.

Ita chorum agere, dicunt imprimis Scholiastae; non ita crude, ut ego, sed dissimulato sermone. Ad Oed. Tyr. 523: *ἐπειδὴ τὸ τοῦ χοροῦ πρόσωπον ἰσσόρροπον δεῖ ἐν ταῖς διαίτιαις εἶναι, διὰ τοῦτο καὶ νῦν παραμυθεῖται τὸν Κρέοντα ὅτι ἴσως κατ' ὀργὴν τοῦτο εἶπεν ἐρεθισθεὶς ὑπὸ τοῦ μάντεως.*

---

1) Ai. 692—716. 2) O. C. 1211—1248.

3) Cfr. Commentatores in eos locos, et scholiastas ex. gr. in Ai. 693: *χρείας ἕνεκα τὸ χορικὸν νῦν παρείληπται. Ἐξελθόντος γὰρ τοῦ Αἴαντος ἔδει βραχὺ διάλειμμα γενέσθαι ἵνα μὴ καταληφθῇ ὑπὸ τοῦ ἀγγέλου...' εὐεπίφορος δὲ ὁ ποιητὴς ἐπὶ τὰς τοιαύτας μελοποιίας ὥστε ἐντιθέναι τι καὶ τοῦ ἡδέος.*

4) Cfr. HANS AHLERS, *Die Vertrautenrolle in der griechischen Tragödie*, Giessen, 1910, pg. 11 sqq.

Ad. v. 681: ὁ χορὸς ὑπὲρ ἀμφοτέρων ἀπολογεῖται, ὑπὲρ μὲν τοῦ Κρέοντος ὅτι ἐπ' ἀδήλοις ἐγκέκληται, ὑπὲρ δὲ τοῦ Οἰδίποδος ὅτι εἰκότως ὠργίσθη ἐπὶ τοιούτοις διαβληθείς.

Sicut Scholiastae, ita scriptores plurimi, tam qui perpetuos commentarios versionesque faciunt, quam qui singularia studia conscribunt hac super re, chorum interdum sibi ipsi dissimilem admittunt et verba dicentem alia aliis actoribus, quae a nulla fixa persona nulloque fixo proposito dici possint.

Ut de recentioribus loquar, nemo, credo, est de tragici chori persona tam sapienter locutus quam Friedrich Helmreich [1]), cuius in opere multa quae fuerant ab aliis scriptoribus contra illius personae firmitatem dicta, sunt validė refutata [2]); et tamen cum de hoc medio situ chori quem dico disputat § 4, et de unitate habitus seu characteris chori § 7, „in agone tragoediae ubi esset exspectandum ut alterutri contendentium parti adhaereret chorus, neutri adhaeret, inquit, sed conservat cautam quandam „neutralitatem"; utrique competitori commendat moderationem et sistit se ubicumque se profecturum videt" [3]). Ostendit hoc exemplis usus Oed. Tyr. 404 sq. ubi utriusque disputantis iram coërcet chorus, v. 523 quo loco iratum Creontem mitigat, vv. 616, 650, 681 quos omnes versus quia mediator sit chorus dicit; deinde exemplis ex Electra sumptis: 369 sqq. inter utramque sororem chorum intercedere, 469 omnino pro Electra stare, 610 conscia quadam obscuritate uti; his esse similes versus 830. 990. 1015 [4]).

Copiosius haec ipsa explicat postea. Exceptis quibusdam locis ut Oed. Col. 726, Ant. 1092 sqq. 681, Electr. 127, ubi chorum tamquam valde definitam personam loquentem facit Sophocles, „generatim hic poeta noluit chorum in scaenam

---

1) Friedrich Helmreich, *Der Chor bei Sophokles und Euripides nach seinem* ἦθος betrachtet, Erlangen 1905.

2) Cfr. quae disputat contra Friederichs cap. I. § 1, contra Muff et Bergk § 2, contra Hense § 6 cetera.

3) „Mitten in dem heftigsten ἀγών, wo die beiden das Stück beherrschenden Principien auf einander stossen und nun eine Entscheidung für oder wider möglich scheint, schliesst sich der Chor keiner Partei an, sonder verharrt in reservierten Neutralität, mahnt beide Teile zu massvoller Besonnenheit und sucht jedem Standpunkt etwas gutes abzugewinnen", pg. 18.

4) Pg. 19.

producere determinatis et definitis qualitatibus praeditum, nec certis cogitationibus ductum, fixove ullo proposito agentem; constat id palam ex contradictionibus quae in unius eiusdemque chori charactere reperiuntur. Cf. Bergk.... 'non igitur debet a choro ulla constantia, ullum certum consilium postulari'. Sunt hoc loco consideratione digna quae vv. 284. 298. 500 sqq. in O. Tyr..." [1]).

Ob dramaticos effectus ait his locis perseverantiae characteris renuntiasse poëtam; idem fieri ex. gr. in Electra: nam tametsi est chorus addictissimus Electrae, post illam concitatam dialogum se omnino pro Chrysothemi profitetur (vv. 990. 1015); at abiit tunc haec puella et chorus subito contrariam mentem induit in stasimo (1058—1097); „si hanc subitam mutationem volumus intellegere, debemus meminisse illius singularis situs quem in similibus contentionibus assignavit poëta choro, personae scilicet cuiusdam quae sit inter contrarias mediatrix et dura quaeque vitet". [2])

Et postquam subscribit iis quae a Kaibel dicta sunt pg. 153, concludit: „Ex quibus exemplis id conficitur: noster poëta non chori personam finxit ut sibi ipsi staret, sed ob dramaticam efficientiam saepe renuntiavit eius unitati et perseverantiae". [3])

Ut de his qui postea et his nostris temporibus scripserunt, brevissime dicam, opus F. Allégre [4]) nec habet nec erat cur

---

1) „Solche Stellen finden sich nur vereinzelt. Im allgemeinen wollte Sophokles in dem Chor nicht eine Person mit ganz bestimmt umgrenzten Charaktereigenschaften und bestimmtem Vorstellungskreis, mit feststehenden Ansichten auf die Bühne bringen. Das sieht man auch aus den Widersprüchen, die sich in dem ἦθος eines und desselben Chores finden. Cf. Bergk, a. a. O. p. 449: 'Daher darf man auch vom Chore keine Konsequenz, keine feste Ansicht verlangen'. Interessant sind von diesem Standpunkt aus die Meinungsäusserungen des Chors im Oed. Tyr. über die Mantik" Op. laud. pg. 27. 28.

2) „Wenn wir diesen plötzlichen Umschlag richtig würdigen wollen, müssen wir uns der eigenartigen Stellung erinnern, die der Dichter den Chor bei derartigen 'Αγῶνες einnehmen lässt, einen zwischen den Gegensätzen vermittelnden, alle Härten vermeidenden Figur". Pg. 29.

3) Pg. 29. 30: „Aus diesen Beispielen folgt: Das ἦθος des Chors ist für den Dichter nicht selbstzweck, sondern der dramatischen Wirkung zuliebe verzichtet er manchmal auf eine einheitliche Durchführung desselben".

4) F. Allégre, *Sophocle, Étude sur les ressorts dramatics de son théatre et la composition de ses tragédies* (Lyon, Paris, 1905).

deberet habere multa de choro, cum sit, ut ipse auctor id appellat (pg. LX) „un chapitre de critique litteraire"; eo vero capite alias res a choro diversas tractet.

Aliquanto plura de choro disputavit et investigavit M. Patin [1]), praesertim de Antigona et de aliquibus partibus chori O. T. et O. C.; noluit tamen clarus auctor ingenium suum ad investigandam chori personam applicare. Multa etiam habet de aesthetica pulcritudine sophocleae artis Post [2]), et chori saepe meminit; firmitati vero huius personae incommoda quae obstant removere alienum erat ab animo scriptoris, cuius opus, singularis quidem meriti opus, synthesin artisticam potius quam minutas investigationes persequitur.

Minutatim singulas tragoedias consideravit et iudicavit Ad. Müller [3]), egregiasque personarum, historiae, fabulae, artis, pulcritudinis descriptiones fecit; colligit etiam multa quae in choris sunt pulchra, praesertim in secunda editione, sed postquam primis paginis explicuit generatim partes chori in dramatis, postea solos cantus ponderavit Antigonae et Oedipi Tyranni, nec eos fuse admissisque iis incommodis quae in illius stasimo quarto et in huius stasimo secundo commemoravi.

Bina sunt opera quae eandem fere ac nostrum inscriptionem ferunt: Hansii Fries alterum [4]), quod ea saltem parte quae anno 1913 edita est [5]), non id omnino tractat quod nos, sed „quemadmodum chorus in universum cohaereat cum argumento". Sumit autem ut indubitatum chori *carmina* non coniungi interdum cum argumento; id qui sit factum postea se explicaturum promittit. Alterum est scriptum a Rahm [6]),

---

1) AL. PATIN, *Aesthetisch-kritische Studien zu Sophokles* (in *Studien z. Gesch. u. Kultur d. Altertums* IV, 4) Paderborn 1911.

2) CH. R. POST, *The dramatic art of Sophocles* (in *Harvard Studies in class. Phil.*, 22, pg. 71 sqq.) Cambridge, Mas. 1912.

3) *Aesthetischer Kommentar zu den Tragödien des Sophokles* von Dr. ADOLF MÜLLER, *Professor an d. Gel. zu Kiel* Paderborn[2] 1913.

4) HANS FRIES, *De conexu chori personae cum fabulae actione*, Diss. inaug. Gottingae 1913.

5) Non novi sitne reliquum opus typis datum.

6) RAHM, *Ueber den Zusammenhang zwischen Chorliedern und Handlung in der erhaltenen Dramen des Sophokles*, Sondershausen 1907, pg. 85: „Jeder Versuch, Beziehungen zwischen den Einzelheiten des Chorlieds und dem Drama herzustellen, ist schlechtweg als eine exegetische Verirrung zu bezeichnen".

solidum etiam opus, quod tamen continet talia verba: „omnis conatus conexum stabiliendi inter singula quae chorus canit et inter ipsum drama appellandus est purus putus error exegeticus".

Unus est T. v. Wilawitz-Moellendorff [1]), qui singulas tragoedias pervestigavit, et de choro saepe non veritus disputare difficultates multas, quales repperit, tales fassus est, et aggressus solvere. Saepe sum in hoc opere de eo locuturus; adhibui enim eum frequenter, tamquam quem magni habeam. Liceat autem mihi in antecessum dicere, quod attinet ad chorum, perstare etiam post lectum illud opus, omnes illos nodos quos ante connumeravi; personam vero firmam tam noluit exstruere in choro, ut putet ne in reliquis quidem personis Sophocleis fixum et valde definitum characterem reperiri posse.

His igitur continentur quae de persona chori sophoclei perhibentur hodie [2]); recentes enim sunt omnes auctores quos adduxi nec ullus triginta annis antiquior, et neminem omisi consulto qui amplius aliquid confirmaverit, etsi multos qui asserant et asseverent de choro multo maiora. Repertae etiam sunt causae cur chorum non magis definitum fecerit Sophocles: firmae illi planeque definitae personae in tragoedia quae principem heroa constituit, opponi debuit persona chori non nimis fixa et certa, ne illa minueretur aut obscuraretur [3]); aut ratio ea est, quod

---

1) TYCHO VON WILAMOWITZ-MOELLENDORFF, *Die dramatische Technik des Sophokles.* Mit einem Beitrag von ULRICH VON WILAMOWITZ-MOELLENDORFF *(Philologische Untersuchungen)* Berlin 1917.

2) Hi ipsi qui verbo multo plura tribuunt choro sophocleo, re saepe nihil his maius dant; v. gr. TH. DWIGHT GOODELL, *The Athenian Tragedy,* a study in popular art, New Haven, 1920: „They (the members of the chorus) are a part of the group of people, isolated from the rest of the world, who are living the story, men or women deeply interested, whose lives will be affected by the outcome"; id autem quid sibi velit, explicant verba quae consequuntur: „This is no less true for Euripides than for Aeschylus and Sophocles; there is no deterioration in that respect in the surviving plays from the fifth century".

3) HELMREICH, op. l. pg. 88; addit utilitates inde venientes, quod moderetur actores, quod spectatoris animum possit ita post concitatas scaenas relevare; eam ob causam nautas in Aiacis choro tam nihil agere pro ero suo in illa disceptatione. Friederichs, *Chorus euripideus...* pg. 7, ait: „et recto, opinor, consilio poeta ita fecit. Noluit enim nec potuit per artis leges quem percipit animus spectatoris dolorem dividere quasi inter chorum et actorem".

„cum Aeschyli chorus persona fabulae principalis fuerit, adeo ut multis tragoediis daret titulum, Sophocles choro secundum vel tertium locum tribuit, itaque titulos a personis primarum partium sumpsit.... Intellexerunt enim Sophocles et Euripides turbam duodecim vel quindecim hominum, quae ad manendum cantandumque vi tralatitia erat destinata, non agere posse ut unam personam" [1]); frequentissima vero omnium est explicatio historica, tragoediam e choro esse natam, dramaticam e lyrica esse factam; cum vero eum conservarit cuius non erat tantus usus in dramate quam in antiquis principiis, lyricam potius quam perfecte dramaticam personam constituit [2]).

Quae cum ita sint, non possumus non ita cogitare: aut Aristoteles fallebatur in Sophocle interpretando, aut nos fallimur; namque agebat ipse saepe de iis tragoediis ipsis quae ad nos pervenerunt.

Disiunctionis autem huius vim non video quemadmodum possimus effugere. Etenim demus, quod dari nullo modo potest, chorum etiam nihil agentem in actionem et tragoediam posse adhuc dici *συναγωνίζεσθαι*, demus, quod minus etiam potest dici, chorum etiam nihil constanter cogitantem et volentem, immo etiam contraria alia aliis sine propria ipsius ratione dicentem, posse appellari veram dramatis personam, debilitemus sensum eorum Stagiritae verborum quantum volemus, stat adhuc immobile et intactum illud, Aristoteles ait illa omnia in choro sophocleo perfici, in Euripidis choro non perfici; aliquid igitur certum et fixum vidit aut credidit videre in illo, in hoc non vidit, quo uterque discernebatur; illud autem nos tam non videmus, ut *si qua sit* inter utriusque chorum differentia ea sit, quod euripideus chorus magis videatur conecti cum actione, magis adlaborare, id quod etiam nonnulli non

---

1) PAUL. GRABER. *De poetarum atticorum arte scaenica questiones quinque*, (Gottingae, 1911) pg. 15. Et pg. 12: „Sophocles ut actionem histrionalem suscepit et auxit, ita chorum actoris vice fungi non est passus, sed lyricam solam vim eius servavit, vel potius restituit".

2) HAIGH, *Tragic drama of the Greeks* ch. III, 151—156. — Omitto consulto acria illa verba quibus iam nonnulli auctores inurunt omnes eos qui aliquid amplius a choro sophocleo aut postulant aut conantur elicere; aliqua sunt acerbissima.

veriti sunt fateri [1]). Non igitur idem dicimus quod Aristoteles; si nos non erramus, ipse errabat; si ipse in errore non est, nos sumus.

Viderunt huius argumenti vim illi clari viri qui, cum cernerent a commentatoribus Sophoclem non ita perhiberi choris utentem, quales ab Aristotele describerentur, dixerunt hunc philosophum falsum omnino fuisse et longe distare ab aureis illis temporibus quibus tragici graeci penitus intellegerentur.

Quorum in dicendi ratione, latere quidem potest error in his quae argumentum antecedunt, sed in ipsa argumentatione non. Ut enim illa praeteream quae de stasimorum affectibus dicuntur, — sunt enim haec quae de affectibus agunt valde lubrica et de manibus elabuntur nec se ad digitos vocari facile patiuntur — ut igitur illa omittam, qui possunt Aristotelis verba cum his quae in Sophocle nos reperimus componi, cuius chorus aut dicitur esse „merus spectator idealis", qualem tam multi post Schlegel tamque sine varietate dixere, aut, quod est fortasse magis absonum, non spectatoris sed *auctoris* partes agere, ita ut quod hic multo labore domi dum scribebat debuisset facere, id ipse in scaena facillime faciat, actoresque coniungat, separet, decipiat, confirmet, ut quidque expediet in exitum tragoediae? Nisi si malumus eos sequi, qui, chorum merum obicem, merum mutum lapidem saepe in tragoedia esse, dixerunt.

Sed quamquam eorum qui Aristotelis errorem accusant, constantiam argumenti admittendam, sinceritatem laudandam puto, tamen quaestionem ad ipsum fundamentem transferendam opinor. Numquam equidem de nostra antiquitatis cognitione tam elate sentiam ut Sophoclem a nobis melius quam ab Aristotele perceptum esse credam. Sint aliae nostrae aetatis scientiaeque laudes, nec ea est exigua quod illas septem

---

1) „Aristotle failed to notice or did not value the other characteristic of Euripidean choruses, viz., that they have more effect upon the plot and come into more direct contact with the actors, that is to say, that they really act more than is the case in Sophocles. In fact it is Sophocles' use of the chorus which is mainly responsible for the modern notion that the Greek chorus was merely 'the ideal spectator'". R. C. FLICKINGER PH. D., *The Greek Theater and its Drama*, Chicago [1918] pg. 144.

tragoedias, tamquam de naufragio tabulas receptas, multo labore diuturnaque diligentia compegit tandem et explicuit et antiquitatis pulcritudinem nobis reparavit.

At vero utebatur Aristoteles lingua graeca ut sua, nos autem, etsi nemo me magis miratur incredibiles hac in re factos progressus, nos multis in locis coniectura ducimur, multis omnino haesitamus, multis fortasse perpetuo iam errore haerebimus. In *hapax legomenois* ex. gr. soli etymologiae nitimur, et qui ignorat quam divergant leges semanticae a phoneticis quamque saepe etiam in contrarios exitus ducant?

Videbat Aristoteles illas tragoedias saepe actas in scaenam et fortasse ab ipsis actoribus quos Sophocles ipse et Euripides docuissent; quantum vero lucis et claritatis dramati saepe affert ipsa imitatio vocis, ipsa gestus significatio, sola loci ornatusque conformatio!

Graecus erat Aristoteles et atheniensium graecorumque omnium moribus et institutis apprime eruditus, eorum religiones, superstitiones, cogitatus: eorum de antiquitate et heroibus sive errores sive scientiam optime norat: quidquid igitur ludi illi in scaena acti insinuarent aut dicerent auditoribus callebat: quem „complexum psychologicum" (adhibeam nova verba ad rem significandam tam antiquam quam est antiquus homo) nos penitus ignoramus, aut particulatim et per minimos gradus summo labore restituimus studio religionis, historiae, morum, artis, ceterorum. Est autem verum, etsi fuit per iocum dictum, quod apud Athenaeum cecinit poeta de tragoedia [1]):

μακάριόν ἐστιν ἡ τραγῳδία
ποίημα κατὰ πάντ᾽, εἴγε πρῶτον οἱ λόγοι
ὑπὸ τῶν θεατῶν εἰσιν ἐγνωρισμένοι
πρὶν καί τιν᾽ εἰπεῖν· ὥσθ᾽ ὑπομνῆσαι μόνον
δεῖ τὸν ποιητήν· Οἰδίπουν γὰρ ἂν μόνον
φῶ, τἆλλα πάντ᾽ ἴσασιν· ὁ πατὴρ Λάιος,
μήτηρ Ἰοκάστη, θυγατέρες, παῖδες τίνες
τί πείσεθ᾽ οὗτος, τί πεποίηκεν... κτέ.
ἡμῖν δὲ ταῦτ᾽ οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ πάντα δεῖ
εὑρεῖν, ὀνόματα καινά, τὰ διῳκημένα

1) Athen. 6, 222.

πρότερον, τὰ νῦν παρόντα, τὴν καταστροφήν,
τὴν εἰσβολήν· ἂν ἕν τι τούτων παραλίπῃ
Χρέμης τις ἢ Φείδων τις, ἐκσυρίττεται,
Πηλεῖ δὲ ταῦτ' ἔξεστι καὶ Τεύκρῳ ποιεῖν.

Scribebat Aristoteles his qui frequenter videbant [1]) illas tragoedias in scaena actas, et dicebat aperte in Sophocle chorum esse personam tragicam, in Euripide non esse; aegerrime adducar ut credam posse a nobis post viginti quattuor saecula illum virum erroris coargui, quem non arguerint aequales sui de aequalibus eorum rebus disputantem. [2])

Aristotelem igitur a nobis hac in re esse superatum malim ne omnino dicamus, aut saltem non ita confidenter ut non etiam liceat dubitare de nobismetipsis et ne quid temere dixerimus vereri, nec ita obstinate ut si quis haec conetur retractare, cocta recoquere et stultus esse et sensu antiquitatis destitutus dicatur, vel potius repetatur.

Volui hoc argumentum ita adstricte persequi et contente (contentius fortasse quam ut prologum deceat) quia novi optime quam sit difficile persuadere multis restare hac de re multa etiamnum investiganda, et quia non vereor de nostra gloriola adimere quod sit adiciendum scientiae, cum mihi sit persuasum nulla re magis ingenia hebescere et emolliri quam si credant cuncta iam esse perfecta, nulla magis acui et excitari quam si difficultatibus superandis allectentur et invitentur.

---

1) HAIGH, Op. laud. ch. VI § 3.

2) Non addam alios quoque scriptores ante Aristotelem eadem dixisse quae ipse dixit; tametsi sunt omnibus noti illi Aristophanis versus (*Acharn.* 440—445), quibus deridet *Euripidem* quod chorum fingat qui non videat nec noverit quod in oculis habeat. Cf. GUIL. WILSON BAKER, *De comicis graecis litterarum iudicibus*, in *Harvard Studies in Class. Phil.* XV (1904) 158. Eadem reprehendunt in Euripide Scholiastae *Phoen.* 1019, *Hec.* 450. 451. 455. 466. *Hippol.* 733. Cfr. BYWATER, *Aristotle Art of Poetry* 1909 pg. 255.

Nolim tamen inde concludere tamquam rem *certam* laudari Sophoclem ab Aristophane de chori constantia; non enim credo eum tragicum semper immunem esse ab his de quibus solus Euripides damnetur a comico poeta; et de chori natura Scholiastae multo magis ignorant quam nostrae aetatis boni commentatores. Cfr. etiam Schol. in Soph. *Ai.* 693. 205; O. T. 463. *Trach.* 497.

Valent igitur adhuc et clamant verba illa Aristotelis: καὶ τὸν χορὸν δὲ ἕνα δεῖ ὑπολαβεῖν τῶν ὑποκριτῶν καὶ μόριον εἶναι τοῦ ὅλου καὶ συναγωνίζεσθαι, μὴ ὥσπερ Εὐριπίδῃ, ἀλλ' ὥσπερ Σοφοκλεῖ· haec persona chori inquirenda et exstruenda est; fines aliqui magis definiti et certi in ea quaerendi; quousque progrediendum seu quam sint chori sophoclei perfecte definiti, non nunc sed in fine investigationis erit statuendum; investigationis vero, non meae, sed eorum qui id perficient; hic enim liber nihil aliud est nisi conatus aliquis; sat mihi erit si meo incepto, et fortasse meo casu, alios qui me maiores ingenio et scientia erunt, induxero ut id quod est etiamnum indagandum investigent, et persequantur, et inveniant inventumque proferant in lucem.

Quae cum dixi, iam eo ipso mihi et illis viam et rationem necessariam definivi: primo quidem Sophoclem ex Sophocle oportet σαφηνίζειν· non enim quid chorus cum his quae aliena sunt a tragoedia commune habeat quaeritur, sed ut chorus sibi ipsi cohaereat in singulis tragoediis, a principio ad finem semper sibi constans; interna igitur argumenta sunt generatim adhibenda.

Deinde etiam, quoniam non ea difficultas est, num chorus aliquando sibi ipsi consistat, sed num ita semper sibi consentiat ut numquam dissentiat, singula eius verba actusque et singula sensa sunt diligenter percurrenda, sacrificanda est fortasse varietas veritati, septies eadem via facienda, nihil in septem tragoediarum choro omittendum.

Quoniam nemo id, credo, ante fecit, utar lectorum patientia, quae ipsis fortasse ut legant, quam mihi ut scribam, est magis necessaria.

CAPUT SECUNDUM.

Oedipus Tyrannus.

Sicut in omnibus, hic etiam observandum diligenter est, chorus quid noverit, quid ignoret cum est primo in scaenam ingressus; vera enim persona esse non potest, nisi affectus

utrum ab eo choro eoque temporis locique vestigio id sit exspectandum necne, hoc non refert; si id quod in Antigona concinitur aptissime congruit moribus et scientiae chori, id quod in Aiace canitur [1]) non magis cohaeret cum his quae sciunt et tenent nautae chori, quam illa tristis de morte oda [2]), quae paulo ante finem in Oedipo Coloneo est posita; tamen sunt ea opportunissima, dicunt, nam contraria contrariis opposita eminent magis [3]).

Mediatoris munus choro sophocleo passim tribuitur, media persona appellatur. Si huius verbi sensus hic est ut agat chorus, constanter quidem et ut vera persona, cuius autem propositum semper sit consilia cum aliis communicare, personas in concordiam discordiamve vocare, id esset certe refellendum, sed non hoc loco; vera enim essent Aristotelis dicta, si eandem choro firmitatem eosdemque effectus possemus dare, quos Paedagogo ex. gr. in Sophoclis Electra, aut Phaedrae nutrici in Hippolyto euripideo aut *tertiae* illi quam dicunt personae in dramatis Calderonis [4]).

Sed cum haec media chori persona explicatur, non munus solum, sed natura etiam significatur; non est una fixa persona quae aliquid certum noverit, certumque aliquid quaerat, quidquid tandem sit illud, sed est incertus quidam actor qui, si non semper, saepe saltem alia aliis contraria dicere possit, quia id in finem dramatis conveniat, quia eius munus sit personas alias aliis opponere, agonem ducere, propter exitum laborare.

Ita chorum agere, dicunt imprimis Scholiastae; non ita crude, ut ego, sed dissimulato sermone. Ad Oed. Tyr. 523: ἐπειδὴ τὸ τοῦ χοροῦ πρόσωπον ἰσσόρροπον δεῖ ἐν ταῖς διαίτιαις εἶναι, διὰ τοῦτο καὶ νῦν παραμυθεῖται τὸν Κρέοντα ὅτι ἴσως κατ' ὀργὴν τοῦτο εἶπεν ἐρεθισθεὶς ὑπὸ τοῦ μάντεως.

---

1) Ai. 692—716. 2) O. C. 1211—1248.

3) Cfr. Commentatores in eos locos, et scholiastas ex. gr. in Ai. 693: χρείας ἕνεκα τὸ χορικὸν νῦν παρείληπται. Ἐξελθόντος γὰρ τοῦ Αἴαντος ἔδει βραχὺ διάλειμμα γενέσθαι ἵνα μὴ καταληφθῇ ὑπὸ τοῦ ἀγγέλου...· εὐεπίφορος δὲ ὁ ποιητὴς ἐπὶ τὰς τοιαύτας μελοποιίας ὥστε ἐντιθέναι τι καὶ τοῦ ἡδέος.

4) Cfr. Hans Ahlers, *Die Vertrautenrolle in der griechischen Tragödie*. Giessen, 1910, pg. 11 sqq.

Ad. v. 681: ὁ χορὸς ὑπὲρ ἀμφοτέρων ἀπολογεῖται, ὑπὲρ μὲν τοῦ Κρέοντος ὅτι ἐπ' ἀδήλοις ἐγκέκληται, ὑπὲρ δὲ τοῦ Οἰδίποδος ὅτι εἰκότως ὠργίσθη ἐπὶ τοιούτοις διαβληθείς.

Sicut Scholiastae, ita scriptores plurimi, tam qui perpetuos commentarios versionesque faciunt, quam qui singularia studia conscribunt hac super re, chorum interdum sibi ipsi dissimilem admittunt et verba dicentem alia aliis actoribus, quae a nulla fixa persona nulloque fixo proposito dici possint.

Ut de recentioribus loquar, nemo, credo, est de tragici chori persona tam sapienter locutus quam Friedrich Helmreich [1]), cuius in opere multa quae fuerant ab aliis scriptoribus contra illius personae firmitatem dicta, sunt validė refutata [2]); et tamen cum de hoc medio situ chori quem dico disputat § 4, et de unitate habitus seu characteris chori § 7, „in agone tragoediae ubi esset exspectandum ut alterutri contendentium parti adhaereret chorus, neutri adhaeret, inquit, sed conservat cautam quandam „neutralitatem"; utrique competitori commendat moderationem et sistit se ubicumque se profecturum videt" [3]). Ostendit hoc exemplis usus Oed. Tyr. 404 sq. ubi utriusque disputantis iram coërcet chorus, v. 523 quo loco iratum Creontem mitigat, vv. 616, 650, 681 quos omnes versus quia mediator sit chorus dicit; deinde exemplis ex Electra sumptis: 369 sqq. inter utramque sororem chorum intercedere, 469 omnino pro Electra stare, 610 conscia quadam obscuritate uti; his esse similes versus 830. 990. 1015 [4]).

Copiosius haec ipsa explicat postea. Exceptis quibusdam locis ut Oed. Col. 726, Ant. 1092 sqq. 681, Electr. 127, ubi chorum tamquam valde definitam personam loquentem facit Sophocles, „generatim hic poeta noluit chorum in scaenam

---

1) Friedrich Helmreich, *Der Chor bei Sophokles und Euripides nach seinem* ἦθος betrachtet, Erlangen 1905.

2) Cfr. quae disputat contra Friederichs cap. I. § 1, contra Muff et Bergk § 2, contra Hense § 6 cetera.

3) „Mitten in dem heftigsten ἀγών, wo die beiden das Stück beherrschenden Principien auf einander stossen und nun eine Entscheidung für oder wider möglich scheint, schliesst sich der Chor keiner Partei an, sonder verharrt in reservierten Neutralität, mahnt beide Teile zu massvoller Besonnenheit und sucht jedem Standpunkt etwas gutes abzugewinnen", pg. 18.

4) Pg. 19.

producere determinatis et definitis qualitatibus praeditum, nec certis cogitationibus ductum, fixove ullo proposito agentem; constat id palam ex contradictionibus quae in unius eiusdemque chori charactere reperiuntur. Cf. Bergk.... 'non igitur debet a choro ulla constantia, ullum certum consilium postulari'. Sunt hoc loco consideratione digna quae vv. 284. 298. 500 sqq. in O. Tyr..." [1]).

Ob dramaticos effectus ait his locis perseverantiae characteris renuntiasse poëtam; idem fieri ex. gr. in Electra: nam tametsi est chorus addictissimus Electrae, post illam concitatam dialogum se omnino pro Chrysothemi profitetur (vv. 990. 1015); at abiit tunc haec puella et chorus subito contrariam mentem induit in stasimo (1058—1097); „si hanc subitam mutationem volumus intellegere, debemus meminisse illius singularis situs quem in similibus contentionibus assignavit poëta choro, personae scilicet cuiusdam quae sit inter contrarias mediatrix et dura quaeque vitet". [2])

Et postquam subscribit iis quae a Kaibel dicta sunt pg. 153, concludit: „Ex quibus exemplis id conficitur: noster poëta non chori personam finxit ut sibi ipsi staret, sed ob dramaticam efficientiam saepe renuntiavit eius unitati et perseverantiae". [3])

Ut de his qui postea et his nostris temporibus scripserunt, brevissime dicam, opus F. Allégre [4]) nec habet nec erat cur

---

1) „Solche Stellen finden sich nur vereinzelt. Im allgemeinen wollte Sophokles in dem Chor nicht eine Person mit ganz bestimmt umgrenzten Charaktereigenschaften und bestimmtem Vorstellungskreis, mit feststehenden Ansichten auf die Bühne bringen. Das sieht man auch aus den Widersprüchen, die sich in dem ἦθος eines und desselben Chores finden. Cf. Bergk, a. a. O. p. 449: 'Daher darf man auch vom Chore keine Konsequenz, keine feste Ansicht verlangen'. Interessant sind von diesem Standpunkt aus die Meinungsäusserungen des Chors im Oed. Tyr. über die Mantik" Op. laud. pg. 27. 28.

2) „Wenn wir diesen plötzlichen Umschlag richtig würdigen wollen, müssen wir uns der eigenartigen Stellung erinnern, die der Dichter den Chor bei derartigen Ἀγῶνες einnehmen lässt, einen zwischen den Gegensätzen vermittelnden, alle Härten vermeidenden Figur". Pg. 29.

3) Pg. 29. 30: „Aus diesen Beispielen folgt: Das ἦθος des Chors ist für den Dichter nicht selbstzweck, sondern der dramatischen Wirkung zuliebe verzichtet er manchmal auf eine einheitliche Durchführung desselben".

4) F. Allégre, *Sophocle, Étude sur les ressorts dramatics de son théâtre et la composition de ses tragédies* (Lyon, Paris, 1905).

deberet habere multa de choro, cum sit, ut ipse auctor id appellat (pg. LX) „un chapitre de critique litteraire"; eo vero capite alias res a choro diversas tractet.

Aliquanto plura de choro disputavit et investigavit M. Patin [1]), praesertim de Antigona et de aliquibus partibus chori O. T. et O. C.; noluit tamen clarus auctor ingenium suum ad investigandam chori personam applicare. Multa etiam habet de aesthetica pulcritudine sophocleae artis Post [2]), et chori saepe meminit; firmitati vero huius personae incommoda quae obstant removere alienum erat ab animo scriptoris, cuius opus, singularis quidem meriti opus, synthesin artisticam potius quam minutas investigationes persequitur.

Minutatim singulas tragoedias consideravit et iudicavit Ad. Müller [3]), egregiasque personarum, historiae, fabulae, artis, pulcritudinis descriptiones fecit; colligit etiam multa quae in choris sunt pulchra, praesertim in secunda editione, sed postquam primis paginis explicuit generatim partes chori in dramatis, postea solos cantus ponderavit Antigonae et Oedipi Tyranni, nec eos fuse admissisque iis incommodis quae in illius stasimo quarto et in huius stasimo secundo commemoravi.

Bina sunt opera quae eandem fere ac nostrum inscriptionem ferunt: Hansii Fries alterum [4]), quod ea saltem parte quae anno 1913 edita est [5]), non id omnino tractat quod nos, sed „quemadmodum chorus in universum cohaereat cum argumento". Sumit autem ut indubitatum chori *carmina* non coniungi interdum cum argumento; id qui sit factum postea se explicaturum promittit. Alterum est scriptum a Rahm [6]),

---

1) AL. PATIN, *Aesthetisch-kritische Studien zu Sophokles* (in *Studien z. Gesch. u. Kultur d. Altertums* IV, 4) Paderborn 1911.

2) CH. R. POST, *The dramatic art of Sophocles* (in *Harvard Studies in class. Phil.*, 22, pg. 71 sqq.) Cambridge, Mas. 1912.

3) *Aesthetischer Kommentar zu den Tragödien des Sophokles* von Dr. ADOLF MÜLLER, *Professor an d. Gel. zu Kiel* Paderborn[2] 1913.

4) HANS FRIES, *De conexu chori personae cum fabulae actione*, Diss. inaug. Gottingae 1913.

5) Non novi sitne reliquum opus typis datum.

6) RAHM, *Ueber den Zusammenhang zwischen Chorliedern und Handlung in der erhaltenen Dramen des Sophokles*, Sondershausen 1907, pg. 85: „Jeder Versuch, Beziehungen zwischen den Einzelheiten des Chorlieds und dem Drama herzustellen, ist schlechtweg als eine exegetische Verirrung zu bezeichnen".

solidum etiam opus, quod tamen continet talia verba: „omnis conatus conexum stabiliendi inter singula quae chorus canit et inter ipsum drama appellandus est purus putus error exegeticus".

Unus est T. v. Wilawitz-Moellendorff [1]), qui singulas tragoedias pervestigavit, et de choro saepe non veritus disputare difficultates multas, quales repperit, tales fassus est, et aggressus solvere. Saepe sum in hoc opere de eo locuturus; adhibui enim eum frequenter, tamquam quem magni habeam. Liceat autem mihi in antecessum dicere, quod attinet ad chorum, perstare etiam post lectum illud opus, omnes illos nodos quos ante connumeravi; personam vero firmam tam noluit exstruere in choro, ut putet ne in reliquis quidem personis Sophocleis fixum et valde definitum characterem reperiri posse.

His igitur continentur quae de persona chori sophoclei perhibentur hodie [2]); recentes enim sunt omnes auctores quos adduxi nec ullus triginta annis antiquior, et neminem omisi consulto qui amplius aliquid confirmaverit, etsi multos qui asserant et asseverent de choro multo maiora. Repertae etiam sunt causae cur chorum non magis definitum fecerit Sophocles: firmae illi planeque definitae personae in tragoedia quae principem heroa constituit, opponi debuit persona chori non nimis fixa et certa, ne illa minueretur aut obscuraretur [3]); aut ratio ea est, quod

---

1) TYCHO VON WILAMOWITZ-MOELLENDORFF, *Die dramatische Technik des Sophokles.* Mit einem Beitrag von ULRICH VON WILAMOWITZ-MOELLENDORFF *(Philologische Untersuchungen)* Berlin 1917.

2) Hi ipsi qui verbo multo plura tribuunt choro sophocleo, re saepe nihil his maius dant; v. gr. TH. DWIGHT GOODELL, *The Athenian Tragedy*, a study in popular art, New Haven, 1920: „They (the members of the chorus) are a part of the group of people, isolated from the rest of the world, who are living the story, men or women deeply interested, whose lives will be affected by the outcome"; id autem quid sibi velit, explicant verba quae consequuntur: „This is no less true for Euripides than for Aeschylus and Sophocles; there is no deterioration in that respect in the surviving plays from the fifth century".

3) HELMREICH, op. l. pg. 88; addit utilitates inde venientes, quod moderetur actores, quod spectatoris animum possit ita post concitatas scaenas relevare; eam ob causam nautas in Aiacis choro tam nihil agere pro ero suo in illa disceptatione. Friederichs, *Chorus euripideus...* pg. 7, ait: „et recto, opinor, consilio poeta ita fecit. Noluit enim nec potuit per artis leges quem percipit animus spectatoris dolorem dividere quasi inter chorum et actorem".

„cum Aeschyli chorus persona fabulae principalis fuerit, adeo ut multis tragoediis daret titulum, Sophocles choro secundum vel tertium locum tribuit, itaque titulos a personis primarum partium sumpsit.... Intellexerunt enim Sophocles et Euripides turbam duodecim vel quindecim hominum, quae ad manendum cantandumque vi tralatitia erat destinata, non agere posse ut unam personam" [1]); frequentissima vero omnium est explicatio historica, tragoediam e choro esse natam, dramaticam e lyrica esse factam; cum vero eum conservarit cuius non erat tantus usus in dramate quam in antiquis principiis, lyricam potius quam perfecte dramaticam personam constituit [2]).

Quae cum ita sint, non possumus non ita cogitare: aut Aristoteles fallebatur in Sophocle interpretando, aut nos fallimur; namque agebat ipse saepe de iis tragoediis ipsis quae ad nos pervenerunt.

Disiunctionis autem huius vim non video quemadmodum possimus effugere. Etenim demus, quod dari nullo modo potest, chorum etiam nihil agentem in actionem et tragoediam posse adhuc dici *συναγωνίζεσθαι*, demus, quod minus etiam potest dici, chorum etiam nihil constanter cogitantem et volentem, immo etiam contraria alia aliis sine propria ipsius ratione dicentem, posse appellari veram dramatis personam, debilitemus sensum eorum Stagiritae verborum quantum volemus, stat adhuc immobile et intactum illud, Aristoteles ait illa omnia in choro sophocleo perfici, in Euripidis choro non perfici; aliquid igitur certum et fixum vidit aut credidit videre in illo, in hoc non vidit, quo uterque discernebatur; illud autem nos tam non videmus, ut *si qua sit* inter utriusque chorum differentia ea sit, quod euripideus chorus magis videatur conecti cum actione, magis adlaborare, id quod etiam nonnulli non

---

1) PAUL. GRABER. *De poetarum atticorum arte scaenica quaestiones quinque*, (Gottingae, 1911) pg. 15. Et pg. 12: „Sophocles ut actionem histrionalem suscepit et auxit, ita chorum actoris vice fungi non est passus, sed lyricam solam vim eius servavit, vel potius restituit".

2) HAIGH, *Tragic drama of the Greeks* ch. III, 151—156. — Omitto consulto acria illa verba quibus iam nonnulli auctores inurunt omnes eos qui aliquid amplius a choro sophocleo aut postulant aut conantur elicere; aliqua sunt acerbissima.

veriti sunt fateri [1]). Non igitur idem dicimus quod Aristoteles; si nos non erramus, ipse errabat; si ipse in errore non est, nos sumus.

Viderunt huius argumenti vim illi clari viri qui, cum cernerent a commentatoribus Sophoclem non ita perhiberi choris utentem, quales ab Aristotele describerentur, dixerunt hunc philosophum falsum omnino fuisse et longe distare ab aureis illis temporibus quibus tragici graeci penitus intellegerentur. Quorum in dicendi ratione, latere quidem potest error in his quae argumentum antecedunt, sed in ipsa argumentatione non. Ut enim illa praeteream quae de stasimorum affectibus dicuntur, — sunt enim haec quae de affectibus agunt valde lubrica et de manibus elabuntur nec se ad digitos vocari facile patiuntur — ut igitur illa omittam, qui possunt Aristotelis verba cum his quae in Sophocle nos reperimus componi, cuius chorus aut dicitur esse „merus spectator idealis", qualem tam multi post Schlegel tamque sine varietate dixere, aut, quod est fortasse magis absonum, non spectatoris sed *auctoris* partes agere, ita ut quod hic multo labore domi dum scribebat debuisset facere, id ipse in scaena facillime faciat, actoresque coniungat, separet, decipiat, confirmet, ut quidque expediet in exitum tragoediae? Nisi si malumus eos sequi, qui, chorum merum obicem, merum mutum lapidem saepe in tragoedia esse, dixerunt.

Sed quamquam eorum qui Aristotelis errorem accusant, constantiam argumenti admittendam, sinceritatem laudandam puto, tamen quaestionem ad ipsum fundamentem transferendam opinor. Numquam equidem de nostra antiquitatis cognitione tam elate sentiam ut Sophoclem a nobis melius quam ab Aristotele perceptum esse credam. Sint aliae nostrae aetatis scientiaeque laudes, nec ea est exigua quod illas septem

---

1) „Aristotle failed to notice or did not value the other characteristic of Euripidean choruses, viz., that they have more effect upon the plot and come into more direct contact with the actors, that is to say, that they really act more than is the case in Sophocles. In fact it is Sophocles' use of the chorus which is mainly responsible for the modern notion that the Greek chorus was merely 'the ideal spectator'". R. C. FLICKINGER PH. D., *The Greek Theater and its Drama*, Chicago [1918] pg. 144.

tragoedias, tamquam de naufragio tabulas receptas, multo labore diuturnaque diligentia compegit tandem et explicuit et antiquitatis pulcritudinem nobis reparavit.

At vero utebatur Aristoteles lingua graeca ut sua, nos autem, etsi nemo me magis miratur incredibiles hac in re factos progressus, nos multis in locis coniectura ducimur, multis omnino haesitamus, multis fortasse perpetuo iam errore haerebimus. In *hapax legomenois* ex. gr. soli etymologiae nitimur, et qui ignorat quam divergant leges semanticae a phoneticis quamque saepe etiam in contrarios exitus ducant?

Videbat Aristoteles illas tragoedias saepe actas in scaenam et fortasse ab ipsis actoribus quos Sophocles ipse et Euripides docuissent; quantum vero lucis et claritatis dramati saepe affert ipsa imitatio vocis, ipsa gestus significatio, sola loci ornatusque conformatio!

Graecus erat Aristoteles et atheniensium graecorumque omnium moribus et institutis apprime eruditus, eorum religiones, superstitiones, cogitatus: eorum de antiquitate et heroibus sive errores sive scientiam optime norat: quidquid igitur ludi illi in scaena acti insinuarent aut dicerent auditoribus callebat: quem „complexum psychologicum" (adhibeam nova verba ad rem significandam tam antiquam quam est antiquus homo) nos penitus ignoramus, aut particulatim et per minimos gradus summo labore restituimus studio religionis, historiae, morum, artis, ceterorum. Est autem verum, etsi fuit per iocum dictum, quod apud Athenaeum cecinit poeta de tragoedia [1]):

> μακάριόν ἐστιν ἡ τραγῳδία
> ποίημα κατὰ πάντ', εἴγε πρῶτον οἱ λόγοι
> ὑπὸ τῶν θεχτῶν εἰσιν ἐγνωρισμένοι
> πρὶν καί τιν' εἰπεῖν· ὥσθ' ὑπομνῆσαι μόνον
> δεῖ τὸν ποιητήν· Οἰδίπουν γάρ ἂν μόνον
> Φῶ, τἄλλα πάντ' ἴσασιν· ὁ πατὴρ Λάιος,
> μήτηρ Ἰοκάστη, θυγατέρες, παῖδες τίνες
> τί πείσεθ' οὗτος, τί πεποίηκεν ... κτἑ.
> ἡμῖν δὲ ταῦτ' οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ πάντα δεῖ
> εὑρεῖν, ὀνόματα καινά, τὰ διῳκημένα

---

1) ATHEN. 6, 222.

πρότερον, τὰ νῦν παρόντα, τὴν καταστροφήν,
τὴν εἰσβολήν· ἂν ἕν τι τούτων παραλίπῃ
Χρέμης τις ἢ Φείδων τις, ἐκσυρίττεται,
Πηλεῖ δὲ ταῦτ' ἔξεστι καὶ Τεύκρῳ ποιεῖν.

Scribebat Aristoteles his qui frequenter videbant [1]) illas tragoedias in scaena actas, et dicebat aperte in Sophocle chorum esse personam tragicam, in Euripide non esse; aegerrime adducar ut credam posse a nobis post viginti quattuor saecula illum virum erroris coargui, quem non arguerint aequales sui de aequalibus eorum rebus disputantem. [2])

Aristotelem igitur a nobis hac in re esse superatum malim ne omnino dicamus, aut saltem non ita confidenter ut non etiam liceat dubitare de nobismetipsis et ne quid temere dixerimus vereri, nec ita obstinate ut si quis haec conetur retractare, cocta recoquere et stultus esse et sensu antiquitatis destitutus dicatur, vel potius repetatur.

Volui hoc argumentum ita adstricte persequi et contente (contentius fortasse quam ut prologum deceat) quia novi optime quam sit difficile persuadere multis restare hac de re multa etiamnum investiganda, et quia non vereor de nostra gloriola adimere quod sit adiciendum scientiae, cum mihi sit persuasum nulla re magis ingenia hebescere et emolliri quam si credant cuncta iam esse perfecta, nulla magis acui et excitari quam si difficultatibus superandis allectentur et invitentur.

---

1) HAIGH, Op. laud. ch. VI § 3.

2) Non addam alios quoque scriptores ante Aristotelem eadem dixisse quae ipse dixit; tametsi sunt omnibus noti illi Aristophanis versus (*Acharn.* 440—445), quibus deridet *Euripidem* quod chorum fingat qui non videat nec noverit quod in oculis habeat. Cf. GUIL. WILSON BAKER, *De comicis graecis litterarum indicibus*, in *Harvard Studies in Class. Phil.* XV (1904) 158. Eadem reprehendunt in Euripide Scholiastae *Phoen.* 1019, *Hec.* 450. 451. 455. 466. *Hippol.* 733. Cfr. BYWATER, *Aristotle Art of Poetry* 1909 pg. 255.

Nolim tamen inde concludere tamquam rem *certam* laudari Sophoclem ab Aristophane de chori constantia; non enim credo eum tragicum semper immunem esse ab his de quibus solus Euripides damnetur a comico poeta; et de chori natura Scholiastae multo magis ignorant quam nostrae aetatis boni commentatores. Cfr. etiam Schol. in Soph. *Ai.* 693. 205; O. T. 463. *Trach.* 497.

Valent igitur adhuc et clamant verba illa Aristotelis: *καὶ τὸν χορὸν δὲ ἕνα δεῖ ὑπολαβεῖν τῶν ὑποκριτῶν καὶ μόριον εἶναι τοῦ ὅλου καὶ συναγωνίζεσθαι, μὴ ὥσπερ Εὐριπίδῃ, ἀλλ' ὥσπερ Σοφοκλεῖ·* haec persona chori inquirenda et exstruenda est; fines aliqui magis definiti et certi in ea quaerendi; quousque progrediendum seu quam sint chori sophoclei perfecte definiti, non nunc sed in fine investigationis erit statuendum; investigationis vero, non meae, sed eorum qui id perficient; hic enim liber nihil aliud est nisi conatus aliquis; sat mihi erit si meo incepto, et fortasse meo casu, alios qui me maiores ingenio et scientia erunt, induxero ut id quod est etiamnum indagandum investigent, et persequantur, et inveniant inventumque proferant in lucem.

Quae cum dixi, iam eo ipso mihi et illis viam et rationem necessariam definivi: primo quidem Sophoclem ex Sophocle oportet *σαφηνίζειν·* non enim quid chorus cum his quae aliena sunt a tragoedia commune habeat quaeritur, sed ut chorus sibi ipsi cohaereat in singulis tragoediis, a principio ad finem semper sibi constans; interna igitur argumenta sunt generatim adhibenda.

Deinde etiam, quoniam non ea difficultas est, num chorus aliquando sibi ipsi consistat, sed num ita semper sibi consentiat ut numquam dissentiat, singula eius verba actusque et singula sensa sunt diligenter percurrenda, sacrificanda est fortasse varietas veritati, septies eadem via facienda, nihil in septem tragoediarum choro omittendum.

Quoniam nemo id, credo, ante fecit, utar lectorum patientia, quae ipsis fortasse ut legant, quam mihi ut scribam, est magis necessaria.

CAPUT SECUNDUM.

Oedipus Tyrannus.

Sicut in omnibus, hic etiam observandum diligenter est, chorus quid noverit, quid ignoret cum est primo in scaenam ingressus; vera enim persona esse non potest, nisi affectus

verbaque his quae scit, quaeve nunc in tragoedia discit, accommodet.

Pestem quidem qua populus thebanus conflictatur, nimis clare videt et sentit [1]; novit etiam Creontem ab Oedipo esse missum consultum oracula Apollinis; immo etiam non eum latet adventasse iam Creontem [2], cumque Oedipo de deorum responsis egisse. Quae autem in prologo sunt dicta, sive quid Apollo ad avertendam pestilentiam consilii dederit, id omnino ignorant thebani illi senes [3].

Cum autem sint in populum summa benevolentia affecti, immo vero sint ipse populus et ipsa thebana nobilitas [4], ab Oedipo in id ipsum, ut populum repraesentent, evocati [5], est bene in eorum natura et moribus positum ut parodum illam habeant, cuius haec est summa sententia:

Stroph. α′ „Quaenam sunt Apollinis Delii responsa? exhorresco metu, O Apollo, quaenam sunt tua verba? Te, Athena, teque Artemi, et te etiam iaculator Apollo, rogo; qui nos quondam peste liberastis, liberate etiam nunc. Infinita enim gero mala (stroph. β′) mihique tota civitas tabescit et perit (sequitur dilucida descriptio pestis). Venite, Iuppiter et Apollo, et Artemi et Bacche, huncque Martem (pestilentiam) unum deum infamem deorum excutite hinc" [6]. Quae quoniam sunt adeo facilia et clara, nihil est cur de eis longius sermonem producam.

Iis senibus Oedipus, qui aderat dum haec concinebantur [7], narrat confestim oraculum Apollinis a Creonte delatum, interfectorem scilicet Lai in causa esse totius thebanae illius calamitatis ruinaeque, eumque interfectorem aut de patria esse quam primum expellendum aut morte quam citissime multandum; pestem non ante cessaturam; si quis senum, interfector

---

1) De ea tota parodus agit. 2) 152.

3) 216 sqq. 242 sqq. Id etiam ignorat Teresias 305.

4) 911.

5) 144; id maxime singulare huius tragoediae; et inter Sophocleas tantum commune cum Oedipo Coloneo (78) et Antigona (160. 164 sqq.).

6) 151—215.

7) 216; fortasse in fine solum adfuit, cfr. HANS DÜTSCHKE *Anleitung zur Inscenierung antiker Tragödien*, 1, *Sophokles, König Oedipus*, 1884.

quis fuerit, noverit, statim ut deferat [1]). Quibus auditis, nihil mirum si persona chori et sibi ignotum esse ait parricidam illum, et si quem alium, Teresiam id haruspicem posse divinare [2]). Venit igitur augur ille cui (simulque *choro*) clarius etiam Oedipus oraculum refert [3]).

Nemo non novit acrem illam disputationem cuius in aestu Teresias Oedipum ipsum ait ab oraculis significari atque dici parricidam et incestuosum, pestisque causam; hic autem Teresiam et Creontem [4]) accusat, quod in se coniuraverint et prodere nitantur. Tunc chorus se interponit, ne diutius rixentur, illis verbis:

„Nobis autem, quantum conicimus, et huius verba iracundiae ardore dicta videntur, et tua etiam, Oedipe" [5]). Quae non ideo locutus fuisse est dicendus quia sit chorus merus mediator, neve quia liceat graeco choro, quia graecus sit, semper temperantiam commendare, sed quia revera ita utrumque per iram locutum esse credit chorus: id enim Oedipum peccasse, nemo non videt; Teresiam vero non ἐκ τῆς τέχνης, sed ira hoc modo oracula fuisse interpretatum chorus et potest et debet credere: ne semel quidem dixit se id ab Apolline scire (etsi dixit Apollinem id facturum certum) [6]), contra, fassus est se id ab Oedipo coactum esse locutum [7]); chorus autem de populo maxime sollicitus, remedia ait esse quam diligentissime quaerenda, non tempus terendum fictis contumeliis coniciendis, ideo addit:

δεῖ δ' οὐ τοιούτων, ἀλλ' ὅπως τὰ τοῦ θεοῦ
μαντεῖ' ἄριστα λύσομεν, τόδε σκοπεῖν. [8])

Paulo post abit Teresias, iisdem quidem auguriis repetitis, sed eadem etiam ira, pariterque id cognitionis unde eruerit reticendo.

Quapropter chorum Sophocles in *stasimo primo* [9]) ita cogitantem facit: „Quisnam ille (distroph. α') homicida esse potest? iam nunc exterminandus est omnibus fulminibus et igne Iovis,

---

1) 216—376. 2) 276—279, 284—286. 3) 300—315.
4) Expedit observare quam nihil de choro, nec nunc nec postea, suspicari velit Oedipus; et tamen ut Teresiam evocaret, etiam chorus eum fuerat hortatus (285).
5) 404—405. 6) 377. 7) 358.
8) 406. 407. 9) 464—512.

dirarumque iaculis; vagatur enim alicubi per antra, ut selvaticus taurus; sed oracula aeterna vigent et circumvolant".

Tum subit in senum mentem illius interpretationis a Teresia factae, quam tamen subito ut nefastam mente excutiunt, „quid enim? nulla umquam, quod ipsi sciant, Polybi filio (Oedipo) contentio fuit cum Laio familiaque Labdacidarum". „Apollo [1]) et Iuppiter veraces quidem in suis oraculis sunt; ita sane, et hoc etiam oraculum sit verum; sed augur, interpres, tandem est homo, et falli potest; equidem nisi confirmatum aliunde id videro, numquam adducar ut credam Oedipum sontem, cum sit ille sapiens vir qui Sphingis aenigmata solvit, meaeque patriae salus fuit; *τῷ ἀπ' ἐμᾶς φρενὸς οὔποτ' ὀφλήσει κακίαν*, *numquam* meo iudicio censebitur pravus". Velim hic observes chorus quam clare secernat oraculum ab eius interpretatione; hanc admittit esse fallacem, oraculum hoc, sicut omnia oracula, et hic et alias saepe per totam tragoediam, semper dicit esse certissimum nec falli umquam posse. [2])

Episodium secundum. Oedipum temere locutum esse cum in Teresiam prius et nunc in Creontem coniecit oraculi ficti crimen, chorus nec dubitat nec occultat; id enim et Creonti aperte dicit (523. 527) et ipsi deinde Oedipo [3]) et Iocastae etiam, cum paulo post adveniet. [4])

Hoc Sophocles tamquam eius characteris partem esse voluit, sed non minus clare voluit significatum et saepe repetitum nihilo eo minus esse in Oedipum benevolos eos senes, nec Oedipum in eos; immo hanc mutuam inter se benevolentiam, praesertim senum in Oedipum, voluit in hoc episodio iterum et saepius descriptam vivis coloribus, quod est maximi momenti in nostra hac investigatione et magno auxilio, credo, nobis erit ad reliquam tragoediam interpretandam.

Iam nuper dixerant se numquam criminaturos suum regem [5]). Nunc vero, cum ipse iracundia raptus velit occidere Creontem, illi autem senes petant (per eos enim *etiam Iocasta* regem

---

1) Stropha β'.

2) 481. 499. 901. 1213. 1336 (cfr. 1329): Eurip. El. 399. 400: *Λοξίου γὰρ ἔμπεδοι χρησμοί, βροτῶν δὲ μαντικὴν χαίρειν ἐῶ.*

3) 656 (cp. 616).

4) 681. 5) 512.

rogandum existimarat) [1]) ne ita temere et iudicet et damnet Creontem, rex vero respondeat: „scitote, dum haec petitis, mihi mortem et exsilium vos quaerere" [2]), reclamant atque iurant una voce: „minime, minime vero; per solem id iuro, deorum omnium principem; immo diis invisus hominibusque, et pessima cuncta passus peream, si quid huiusmodi sentio. Sed miserum meum animum cruciat mei populi consumptio, si prioribus malis haec a vobis addantur". [3])

Et eis, eis *solis* cedit Oedipus et miris quidem verbis [4]): „is (Creon) abeat igitur, etiamsi me funditus perire oporteat aut contemptum omnibus vi ex hac urbe eici. Tua enim (senum), non eius, miserabili oratione commoveor. At ille ubicumque fuerit, odio habebitur"; mirus affectus!

Quo facto chorus, quae est sua de Oedipi innocentia persuasio (681) et de populo suo cura (685. 686), conatur vitare ne ultra Oedipus pergat loqui de illis querelis, nec de variis Teresiae auguriis quaestionem novam cum uxore constituat: „satius enim mihi, satius videtur, ita urbe calamitatibus affecta, rem, ubi constitit, illic intactam relinquere [5]). Denuo laudat Oedipus chori fidelitatem, et denuo facit Sophocles chorum gravissimis verbis iurantem et promittentem hanc fidem et benevolentiam: „O Rex, dixi quidem non semel tantum, scito me dementem omnique sano consilio destitutum habitum iri, si a te discesserim, qui meam quondam patriam calamitatibus obrutam evexisti recto cursu, te, inquam, qui etiam nunc recte nos direxeris." [6])

Ita est chorus animo in Oedipum constitutus hoc loco, cumque nihil interea loquatur [7]), incipit stasimum secundum, quod, si fides habenda plurimis scriptoribus, omnino aliena ab his continet, et si credendum multis, omnino his contraria. Veni enim in locum inter Sophocleos maxime omnium disputationibus et dubiis obnoxium.

---

1) 648. Eleganter autem respondet Oedipus eam a se pluris fieri quam illos senes (v. 700).
2) 658. 659. 3) 660—668.
4) 669—672. 5) 685. 686. 6) 689—696.
7) Si excipias distichum 834. 835, quod his maxime consonat, et infra est explicandum.

De quo stasimo multae sunt diversissimaeque scriptorum sententiae. Dixi superiore capite fuisse qui crederent, Sophoclem hic parumper tragoediam veluti reliquisse, deque rebus chorum dicentem fecisse, quae ad illorum temporum quibus scribebat, ad eosque homines quibuscum vivebat pertinerent. Quaenam facta referat quasve personas, id nos penitus latere dicunt. Rei difficultate compulsus, C. F. Hermann Periclem certo significari contendit; id ipsum ait Schoell, „quae consensio tamen non impedit quominus in hac disquisitione in diversas partes abeant; Hermannus enim ad Periclem vituperandum et criminandum, Schoellius ad eundem virum laudandum et commendandum fabulam conscriptam esse putant". [1]) Haec prima sententia (omnes, credo, id mihi dabunt) non prius est accipienda, quam constiterit reliquas omnes esse falsas; dicere enim extra drama quaerendam esse [2]) rationem eorum quae in dramate aguntur, idem est dicere nullam adhuc eiusmodi causam in dramate ipso potuisse reperiri.

Alii vero putavere chorum hic plane contra Oedipum loqui, eum tyrannum appellare, diras in eum omnes conicere quibus totum stasimum constet; idque, si minus cohaereat dictis vel dicendis a choro, ideo esse, quia nulla sit personae firmitas et definitio in choro Sophocleo. Quae ut explicent, alii omnia crimina et maculas naevosque congerunt quibus vita eius fuerit maculata ante initium dramatis, alii ea sola quae in ipso dramate commisit peccata. Non ea repetam hoc loco [3]); iis vero omnibus illa est facillima responsio quam et in hac tragoedia insinuat [4]), in Oedipo autem Coloneo saepe repetit ipse rex; veluti cum dicit Creonti [5]): „O impudenter audax, utrum lacessere putas his conviciis, mene, an te ipsum? qui mihi caedem illam et nuptias verbis tuis calamitatesque exprobras, quas ego, me miserum, tuli *invitus*. Diis enim ita statutum erat, nostro generi fortasse iamdudum iratis aliquam ob causam.

---

1) I. A. Stricker, *De Tragicorum anachronismis*, Amstelodami 1880, pg. 93 sq.

2) Vid. O. Krausse, *De Euripide Aeschyli instauratore*, Jenae 1905, pp. 212 sq.

3) Consule de his agentem I. T. Sheppard, *The Oedipus Tyrannus of Sophocles* (1920) chap. II, *The innocence of Oedipus.*

4) Id elucet ex tota exodo.

5) Oedip. Col. 960—1013.

Nam quod ad me ipsum attinet, nullam mihi indagaveris vitii labem, cuius causa haec in me meosque commiserim. Nam doce me, sodes, si quo oraculi responso praedictum fuit patri, peremptum iri a filio, quo iure mihi exprobres qui nec a patre tunc satus, nec a matre conceptus, necdum generatus eram?" Tunc de nuptiis: „peperit quidem me, peperit (heu quantum est mali!), sed *ignarum* ignara.... Verum unum saltem hoc mihi constat, te quidem ultro meque et illam his urgere conviciis, ego autem eam invitus duxi, invitusque haec loquor". Sunt et alia praeterea multa in eodem loco; quae omnia eum solus Creon inimicus dicere coegit, nemo enim, iusto animo qui sit et amico, ut hic est certissime chorus, potest eum de his invitis criminibus accusare. Ideo in eadem tragoedia Oedipum choro, qui, exterritus de his factis quaerebat, nihil aliud facit Sophocles dicentem, nisi se inscium haec omnia patrasse; quibus auditis, nihil de reliquo curat chorus, nec ullam de his requirit lustrationem, qui de adita Eumenidum sede tam diligentem expiationem praecipit; et erat quidem tunc chorus si non inimicus, non certe nimium amicus Oedipo.

Merito igitur multi, et est eorum sententia tertia, non Oedipum hic tangi, aut non praecipue saltem, credunt, sed Iocastam, si alios audias, Creontem, si alios, utrumque, et fortasse, si nonnullis fides habenda, Teresiam, sive cum iis etiam Oedipus significatur, sive non. In hac sententia sunt recentiores fere omnes, quorum ipsa me multitudo ab onere liberat nomina recensendi verbaque referendi. Universim vero eos hic ita inclusi, quia id eis omnibus est commune, quod ad aliquam ex inferioribus personis cuncta referri aiunt.

Qua in re, ut omittam quam sit difficile illas diras de ulla ex illis personis interpretari, certe arti Sophoclis id non favet, quod per tam pretiosum tempus auditorum attentionem in alienas personas trahat, et ne illa quidem sit excusatio, quod sic Oedipus magis in errorem inducatur; abest enim ab scaena toto eo tempore. Quamquam igitur sapienter consulunt Oedipo, derogant, credo, Sophocli nonnihil, et ipsi etiam choro.

Omnia paene haec incommoda vitat illa quae ante duos

veriti sunt fateri [1]). Non igitur idem dicimus quod Aristoteles; si nos non erramus, ipse errabat; si ipse in errore non est, nos sumus.

Viderunt huius argumenti vim illi clari viri qui, cum cernerent a commentatoribus Sophoclem non ita perhiberi choris utentem, quales ab Aristotele describerentur, dixerunt hunc philosophum falsum omnino fuisse et longe distare ab aureis illis temporibus quibus tragici graeci penitus intellegerentur.

Quorum in dicendi ratione, latere quidem potest error in his quae argumentum antecedunt, sed in ipsa argumentatione non. Ut enim illa praeteream quae de stasimorum affectibus dicuntur, — sunt enim haec quae de affectibus agunt valde lubrica et de manibus elabuntur nec se ad digitos vocari facile patiuntur — ut igitur illa omittam, qui possunt Aristotelis verba cum his quae in Sophocle nos reperimus componi, cuius chorus aut dicitur esse „merus spectator idealis", qualem tam multi post Schlegel tamque sine varietate dixere, aut, quod est fortasse magis absonum, non spectatoris sed *auctoris* partes agere, ita ut quod hic multo labore domi dum scribebat debuisset facere, id ipse in scaena facillime faciat, actoresque coniungat, separet, decipiat, confirmet, ut quidque expediet in exitum tragoediae? Nisi si malumus eos sequi, qui, chorum merum obicem, merum mutum lapidem saepe in tragoedia esse, dixerunt.

Sed quamquam eorum qui Aristotelis errorem accusant, constantiam argumenti admittendam, sinceritatem laudandam puto, tamen quaestionem ad ipsum fundamentem transferendam opinor. Numquam equidem de nostra antiquitatis cognitione tam elate sentiam ut Sophoclem a nobis melius quam ab Aristotele perceptum esse credam. Sint aliae nostrae aetatis scientiaeque laudes, nec ea est exigua quod illas septem

---

1) „Aristotle failed to notice or did not value the other characteristic of Euripidean choruses, viz., that they have more effect upon the plot and come into more direct contact with the actors, that is to say, that they really act more than is the case in Sophocles. In fact it is Sophocles' use of the chorus which is mainly responsible for the modern notion that the Greek chorus was merely 'the ideal spectator'". R. C. FLICKINGER PH. D., *The Greek Theater and its Drama*, Chicago [1918] pg. 144.

tragoedias, tamquam de naufragio tabulas receptas, multo labore diuturnaque diligentia compegit tandem et explicuit et antiquitatis pulcritudinem nobis reparavit.

At vero utebatur Aristoteles lingua graeca ut sua, nos autem, etsi nemo me magis miratur incredibiles hac in re factos progressus, nos multis in locis coniectura ducimur, multis omnino haesitamus, multis fortasse perpetuo iam errore haerebimus. In *hapax legomenois* ex. gr. soli etymologiae nitimur, et qui ignorat quam divergant leges semanticae a phoneticis quamque saepe etiam in contrarios exitus ducant?

Videbat Aristoteles illas tragoedias saepe actas in scaenam et fortasse ab ipsis actoribus quos Sophocles ipse et Euripides docuissent; quantum vero lucis et claritatis dramati saepe affert ipsa imitatio vocis, ipsa gestus significatio, sola loci ornatusque conformatio!

Graecus erat Aristoteles et atheniensium graecorumque omnium moribus et institutis apprime eruditus, eorum religiones, superstitiones, cogitatus: eorum de antiquitate et heroibus sive errores sive scientiam optime norat: quidquid igitur ludi illi in scaena acti insinuarent aut dicerent auditoribus callebat: quem „complexum psychologicum" (adhibeam nova verba ad rem significandam tam antiquam quam est antiquus homo) nos penitus ignoramus, aut particulatim et per minimos gradus summo labore restituimus studio religionis, historiae, morum, artis, ceterorum. Est autem verum, etsi fuit per iocum dictum, quod apud Athenaeum cecinit poeta de tragoedia [1]):

μακάριόν ἐστιν ἡ τραγῳδία
ποίημα κατὰ πάντ᾽, εἴγε πρῶτον οἱ λόγοι
ὑπὸ τῶν θεατῶν εἰσιν ἐγνωρισμένοι
πρὶν καί τιν᾽ εἰπεῖν· ὥσθ᾽ ὑπομνῆσαι μόνον
δεῖ τὸν ποιητήν· Οἰδίπουν γὰρ ἂν μόνον
Φῶ, τἄλλα πάντ᾽ ἴσασιν· ὁ πατὴρ Λάιος,
μήτηρ Ἰοκάστη, θυγατέρες, παῖδες τίνες
τί πείσεθ᾽ οὗτος, τί πεποίηκεν... κτἑ.
ἡμῖν δὲ ταῦτ᾽ οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ πάντα δεῖ
εὑρεῖν, ὀνόματα καινά, τὰ διῳκημένα

---

1) ATHEN. 6, 222.

πρότερον, τὰ νῦν παρόντα, τὴν καταστροφήν,
τὴν εἰσβολήν· ἂν ἕν τι τούτων παραλίπῃ
Χρέμης τις ἢ Φείδων τις, ἐκσυρίττεται,
Πηλεῖ δὲ ταῦτ' ἔξεστι καὶ Τεύκρῳ ποιεῖν.

Scribebat Aristoteles his qui frequenter videbant [1]) illas tragoedias in scaena actas, et dicebat aperte in Sophocle chorum esse personam tragicam, in Euripide non esse; aegerrime adducar ut credam posse a nobis post viginti quattuor saecula illum virum erroris coargui, quem non arguerint aequales sui de aequalibus eorum rebus disputantem. [2])

Aristotelem igitur a nobis hac in re esse superatum malim ne omnino dicamus, aut saltem non ita confidenter ut non etiam liceat dubitare de nobismetipsis et ne quid temere dixerimus vereri, nec ita obstinate ut si quis haec conetur retractare, cocta recoquere et stultus esse et sensu antiquitatis destitutus dicatur, vel potius repetatur.

Volui hoc argumentum ita adstricte persequi et contente (contentius fortasse quam ut prologum deceat) quia novi optime quam sit difficile persuadere multis restare hac de re multa etiamnum investiganda, et quia non vereor de nostra gloriola adimere quod sit adiciendum scientiae, cum mihi sit persuasum nulla re magis ingenia hebescere et emolliri quam si credant cuncta iam esse perfecta, nulla magis acui et excitari quam si difficultatibus superandis allectentur et invitentur.

---

1) HAIGH, Op. laud. ch. VI § 3.

2) Non addam alios quoque scriptores ante Aristotelem eadem dixisse quae ipse dixit; tametsi sunt omnibus noti illi Aristophanis versus (*Acharn.* 440—445), quibus deridet *Euripidem* quod chorum fingat qui non videat nec noverit quod in oculis habeat. Cf. GUIL. WILSON BAKER, *De comicis graecis litterarum indicibus*, in *Harvard Studies in Class. Phil.* XV (1904) 158. Eadem reprehendunt in Euripide Scholiastae *Phoen.* 1019, *Hec.* 450. 451. 455. 466. *Hippol.* 733. Cfr. BYWATER, *Aristotle Art of Poetry* 1909 pg. 255.

Nolim tamen inde concludere tamquam rem *certam* laudari Sophoclem ab Aristophane de chori constantia; non enim credo eum tragicum semper immunem esse ab his de quibus solus Euripides damnetur a comico poeta; et de chori natura Scholiastae multo magis ignorant quam nostrae aetatis boni commentatores. Cfr. etiam Schol. in Soph. *Ai.* 693. 205; O. T. 463. *Trach.* 497.

Valent igitur adhuc et clamant verba illa Aristotelis: *καὶ τὸν χορὸν δὲ ἕνα δεῖ ὑπολαβεῖν τῶν ὑποκριτῶν καὶ μόριον εἶναι τοῦ ὅλου καὶ συναγωνίζεσθαι, μὴ ὥσπερ* Εὐριπίδῃ, *ἀλλ' ὥσπερ* Σοφοκλεῖ· haec persona chori inquirenda et exstruenda est; fines aliqui magis definiti et certi in ea quaerendi; quousque progrediendum seu quam sint chori sophoclei perfecte definiti, non nunc sed in fine investigationis erit statuendum; investigationis vero, non meae, sed eorum qui id perficient; hic enim liber nihil aliud est nisi conatus aliquis; sat mihi erit si meo incepto, et fortasse meo casu, alios qui me maiores ingenio et scientia erunt, induxero ut id quod est etiamnum indagandum investigent, et persequantur, et inveniant inventumque proferant in lucem.

Quae cum dixi, iam eo ipso mihi et illis viam et rationem necessariam definivi: primo quidem Sophoclem ex Sophocle oportet *σαφηνίζειν*· non enim quid chorus cum his quae aliena sunt a tragoedia commune habeat quaeritur, sed ut chorus sibi ipsi cohaereat in singulis tragoediis, a principio ad finem semper sibi constans; interna igitur argumenta sunt generatim adhibenda.

Deinde etiam, quoniam non ea difficultas est, num chorus aliquando sibi ipsi consistat, sed num ita semper sibi consentiat ut numquam dissentiat, singula eius verba actusque et singula sensa sunt diligenter percurrenda, sacrificanda est fortasse varietas veritati, septies eadem via facienda, nihil in septem tragoediarum choro omittendum.

Quoniam nemo id, credo, ante fecit, utar lectorum patientia, quae ipsis fortasse ut legant, quam mihi ut scribam, est magis necessaria.

CAPUT SECUNDUM.

Oedipus Tyrannus.

Sicut in omnibus, hic etiam observandum diligenter est, chorus quid noverit, quid ignoret cum est primo in scaenam ingressus; vera enim persona esse non potest, nisi affectus

verbaque his quae scit, quaeve nunc in tragoedia discit, accommodet.

Pestem quidem qua populus thebanus conflictatur, nimis clare videt et sentit [1]); novit etiam Creontem ab Oedipo esse missum consultum oracula Apollinis; immo etiam non eum latet adventasse iam Creontem [2]), cumque Oedipo de deorum responsis egisse. Quae autem in prologo sunt dicta, sive quid Apollo ad avertendam pestilentiam consilii dederit, id omnino ignorant thebani illi senes [3]).

Cum autem sint in populum summa benevolentia affecti, immo vero sint ipse populus et ipsa thebana nobilitas [4]), ab Oedipo in id ipsum, ut populum repraesentent, evocati [5]), est bene in eorum natura et moribus positum ut parodum illam habeant, cuius haec est summa sententia:

Stroph. α' „Quaenam sunt Apollinis Delii responsa? exhorresco metu, O Apollo, quaenam sunt tua verba? Te, Athena, teque Artemi, et te etiam iaculator Apollo, rogo; qui nos quondam peste liberastis, liberate etiam nunc. Infinita enim gero mala (stroph. β') mihique tota civitas tabescit et perit (sequitur dilucida descriptio pestis). Venite, Iuppiter et Apollo, et Artemi et Bacche, huncque Martem (pestilentiam) unum deum infamem deorum excutite hinc" [6]). Quae quoniam sunt adeo facilia et clara, nihil est cur de eis longius sermonem producam.

Iis senibus Oedipus, qui aderat dum haec concinebantur [7]), narrat confestim oraculum Apollinis a Creonte delatum, interfectorem scilicet Lai in causa esse totius thebanae illius calamitatis ruinaeque, eumque interfectorem aut de patria esse quam primum expellendum aut morte quam citissime multandum; pestem non ante cessaturam; si quis senum, interfector

---

1) De ea tota parodus agit. 2) 152.

3) 216 sqq. 242 sqq. Id etiam ignorat Teresias 305.

4) 911.

5) 144; id maxime singulare huius tragoediae; et inter Sophocleas tantum commune cum Oedipo Coloneo (78) et Antigona (160. 164 sqq.).

6) 151—215.

7) 216; fortasse in fine solum adfuit, cfr. HANS DÜTSCHKE *Anleitung zur Inscenierung antiker Tragödien*, 1, *Sophokles, König Oedipus*, 1884.

quis fuerit, noverit, statim ut deferat [1]. Quibus auditis, nihil mirum si persona chori et sibi ignotum esse ait parricidam illum, et si quem alium, Teresiam id haruspicem posse divinare [2]. Venit igitur augur ille cui (simulque *choro*) clarius etiam Oedipus oraculum refert [3].

Nemo non novit acrem illam disputationem cuius in aestu Teresias Oedipum ipsum ait ab oraculis significari atque dici parricidam et incestuosum, pestisque causam; hic autem Teresiam et Creontem [4] accusat, quod in se coniuraverint et prodere nitantur. Tunc chorus se interponit, ne diutius rixentur, illis verbis:

„Nobis autem, quantum conicimus, et huius verba iracundiae ardore dicta videntur, et tua etiam, Oedipe" [5]. Quae non ideo locutus fuisse est dicendus quia sit chorus merus mediator, neve quia liceat graeco choro, quia graecus sit, semper temperantiam commendare, sed quia revera ita utrumque per iram locutum esse credit chorus: id enim Oedipum peccasse, nemo non videt; Teresiam vero non ἐκ τῆς τέχνης, sed ira hoc modo oracula fuisse interpretatum chorus et potest et debet credere: ne semel quidem dixit se id ab Apolline scire (etsi dixit Apollinem id facturum certum) [6], contra, fassus est se id ab Oedipo coactum esse locutum [7]; chorus autem de populo maxime sollicitus, remedia ait esse quam diligentissime quaerenda, non tempus terendum fictis contumeliis coniciendis, ideo addit:

δεῖ δ᾽ οὐ τοιούτων, ἀλλ᾽ ὅπως τὰ τοῦ θεοῦ
μαντεῖ᾽ ἄριστα λύσομεν, τόδε σκοπεῖν. [8]

Paulo post abit Teresias, iisdem quidem auguriis repetitis, sed eadem etiam ira, pariterque id cognitionis unde eruerit reticendo.

Quapropter chorum Sophocles in *stasimo primo* [9] ita cogitantem facit: „Quisnam ille (distroph. α') homicida esse potest? iam nunc exterminandus est omnibus fulminibus et igne Iovis,

---

1) 216—376. 2) 276—279, 284—286. 3) 300—315.
4) Expedit observare quam nihil de choro, nec nunc nec postea, suspicari velit Oedipus; et tamen ut Teresiam evocaret, etiam chorus eum fuerat hortatus (285).
5) 404—405. 6) 377. 7) 358.
8) 406. 407. 9) 464—512.

dirarumque iaculis; vagatur enim alicubi per antra, ut selvaticus taurus; sed oracula aeterna vigent et circumvolant".

Tum subit in senum mentem illius interpretationis a Teresia factae, quam tamen subito ut nefastam mente excutiunt, „quid enim? nulla umquam, quod ipsi sciant, Polybi filio (Oedipo) contentio fuit cum Laio familiaque Labdacidarum". „Apollo [1]) et Iuppiter veraces quidem in suis oraculis sunt; ita sane, et hoc etiam oraculum sit verum; sed augur, interpres, tandem est homo, et falli potest; equidem nisi confirmatum aliunde id videro, numquam adducar ut credam Oedipum sontem, cum sit ille sapiens vir qui Sphingis aenigmata solvit, meaeque patriae salus fuit; *τῷ ἀπ' ἐμᾶς φρενὸς οὔποτ' ὀφλήσει κακίαν*, *numquam* meo iudicio censebitur pravus". Velim hic observes chorus quam clare secernat oraculum ab eius interpretatione; hanc admittit esse fallacem, oraculum hoc, sicut omnia oracula, et hic et alias saepe per totam tragoediam, semper dicit esse certissimum nec falli umquam posse. [2])

Episodium secundum. Oedipum temere locutum esse cum in Teresiam prius et nunc in Creontem coniecit oraculi ficti crimen, chorus nec dubitat nec occultat; id enim et Creonti aperte dicit (523. 527) et ipsi deinde Oedipo [3]) et Iocastae etiam, cum paulo post adveniet. [4])

Hoc Sophocles tamquam eius characteris partem esse voluit, sed non minus clare voluit significatum et saepe repetitum nihilo eo minus esse in Oedipum benevolos eos senes, nec Oedipum in eos; immo hanc mutuam inter se benevolentiam, praesertim senum in Oedipum, voluit in hoc episodio iterum et saepius descriptam vivis coloribus, quod est maximi momenti in nostra hac investigatione et magno auxilio, credo, nobis erit ad reliquam tragoediam interpretandam.

Iam nuper dixerant se numquam criminaturos suum regem [5]). Nunc vero, cum ipse iracundia raptus velit occidere Creontem, illi autem senes petant (per eos enim *etiam Iocasta* regem

---

1) Stropha β'.

2) 481. 499. 901. 1213. 1336 (cfr. 1329): Eurip. El. 399. 400: *Λοξίου γὰρ ἔμπεδοι χρησμοί, βροτῶν δὲ μαντικὴν χαίρειν ἐῶ.*

3) 656 (cp. 616).

4) 681. 5) 512.

rogandum existimarat) [1]) ne ita temere et iudicet et damnet Creontem, rex vero respondeat: „scitote, dum haec petitis, mihi mortem et exsilium vos quaerere" [2]), reclamant atque iurant una voce: „minime, minime vero; per solem id iuro, deorum omnium principem; immo diis invisus hominibusque, et pessima cuncta passus peream, si quid huiusmodi sentio. Sed miserum meum animum cruciat mei populi consumptio, si prioribus malis haec a vobis addantur". [3])

Et eis, eis *solis* cedit Oedipus et miris quidem verbis [4]): „is (Creon) abeat igitur, etiamsi me funditus perire oporteat aut contemptum omnibus vi ex hac urbe eici. Tua enim (senum), non eius, miserabili oratione commoveor. At ille ubicumque fuerit, odio habebitur"; mirus affectus!

Quo facto chorus, quae est sua de Oedipi innocentia persuasio (681) et de populo suo cura (685. 686), conatur vitare ne ultra Oedipus pergat loqui de illis querelis, nec de variis Teresiae auguriis quaestionem novam cum uxore constituat: „satius enim mihi, satius videtur, ita urbe calamitatibus affecta, rem, ubi constitit, illic intactam relinquere [5]). Denuo laudat Oedipus chori fidelitatem, et denuo facit Sophocles chorum gravissimis verbis iurantem et promittentem hanc fidem et benevolentiam: „O Rex, dixi quidem non semel tantum, scito me dementem omnique sano consilio destitutum habitum iri, si a te discesserim, qui meam quondam patriam calamitatibus obrutam evexisti recto cursu, te, inquam, qui etiam nunc recte nos direxeris." [6])

Ita est chorus animo in Oedipum constitutus hoc loco, cumque nihil interea loquatur [7]), incipit stasimum secundum, quod, si fides habenda plurimis scriptoribus, omnino aliena ab his continet, et si credendum multis, omnino his contraria. Veni enim in locum inter Sophocleos maxime omnium disputationibus et dubiis obnoxium.

1) 648. Eleganter autem respondet Oedipus eam a se pluris fieri quam illos senes (v. 700).
2) 658. 659. 3) 660—668.
4) 669—672. 5) 685. 686. 6) 689—696.
7) Si excipias distichum 834. 835, quod his maxime consonat, et infra est explicandum.

De quo stasimo multae sunt diversissimaeque scriptorum sententiae. Dixi superiore capite fuisse qui crederent, Sophoclem hic parumper tragoediam veluti reliquisse, deque rebus chorum dicentem fecisse, quae ad illorum temporum quibus scribebat, ad eosque homines quibuscum vivebat pertinerent. Quaenam facta referat quasve personas, id nos penitus latere dicunt. Rei difficultate compulsus, C. F. Hermann Periclem certo significari contendit; id ipsum ait Schoell, „quae consensio tamen non impedit quominus in hac disquisitione in diversas partes abeant; Hermannus enim ad Periclem vituperandum et criminandum, Schoellius ad eundem virum laudandum et commendandum fabulam conscriptam esse putant". [1]) Haec prima sententia (omnes, credo, id mihi dabunt) non prius est accipienda, quam constiterit reliquas omnes esse falsas; dicere enim extra drama quaerendam esse [2]) rationem eorum quae in dramate aguntur, idem est dicere nullam adhuc eiusmodi causam in dramate ipso potuisse reperiri.

Alii vero putavere chorum hic plane contra Oedipum loqui, eum tyrannum appellare, diras in eum omnes conicere quibus totum stasimum constet; idque, si minus cohaereat dictis vel dicendis a choro, ideo esse, quia nulla sit personae firmitas et definitio in choro Sophocleo. Quae ut explicent, alii omnia crimina et maculas naevosque congerunt quibus vita eius fuerit maculata ante initium dramatis, alii ea sola quae in ipso dramate commisit peccata. Non ea repetam hoc loco [3]); iis vero omnibus illa est facillima responsio quam et in hac tragoedia insinuat [4]), in Oedipo autem Coloneo saepe repetit ipse rex; veluti cum dicit Creonti [5]): „O impudenter audax, utrum lacessere putas his conviciis, mene, an te ipsum? qui mihi caedem illam et nuptias verbis tuis calamitatesque exprobras, quas ego, me miserum, tuli *invitus*. Diis enim ita statutum erat, nostro generi fortasse iamdudum iratis aliquam ob causam.

---

1) I. A. STRICKER, *De Tragicorum anachronismis*, Amstelodami 1880, pg. 93 sq.

2) VID. O. KRAUSSE, *De Euripide Aeschyli instauratore*, Jenae 1905, pp. 212 sq.

3) Consule de his agentem I. T. SHEPPARD, *The Oedipus Tyrannus of Sophocles* (1920) chap. II, *The innocence of Oedipus*.

4) Id elucet ex tota exodo.

5) Oedip. Col. 960—1013.

Nam quod ad me ipsum attinet, nullam mihi indagaveris vitii labem, cuius causa haec in me meosque commiserim. Nam doce me, sodes, si quo oraculi responso praedictum fuit patri, peremptum iri a filio, quo iure mihi exprobres qui nec a patre tunc satus, nec a matre conceptus, necdum generatus eram?" Tunc de nuptiis: „peperit quidem me, peperit (heu quantum est mali!), sed *ignarum* ignara.... Verum unum saltem hoc mihi constat, te quidem ultro meque et illam his urgere conviciis, ego autem eam invitus duxi, invitusque haec loquor". Sunt et alia praeterea multa in eodem loco; quae omnia eum solus Creon inimicus dicere coegit, nemo enim, iusto animo qui sit et amico, ut hic est certissime chorus, potest eum de his invitis criminibus accusare. Ideo in eadem tragoedia Oedipum choro, qui, exterritus de his factis quaerebat, nihil aliud facit Sophocles dicentem, nisi se inscium haec omnia patrasse; quibus auditis, nihil de reliquo curat chorus, nec ullam de his requirit lustrationem, qui de adita Eumenidum sede tam diligentem expiationem praecipit; et erat quidem tunc chorus si non inimicus, non certe nimium amicus Oedipo.

Merito igitur multi, et est eorum sententia tertia, non Oedipum hic tangi, aut non praecipue saltem, credunt, sed Iocastam, si alios audias, Creontem, si alios, utrumque, et fortasse, si nonnullis fides habenda, Teresiam, sive cum iis etiam Oedipus significatur, sive non. In hac sententia sunt recentiores fere omnes, quorum ipsa me multitudo ab onere liberat nomina recensendi verbaque referendi. Universim vero eos hic ita inclusi, quia id eis omnibus est commune, quod ad aliquam ex inferioribus personis cuncta referri aiunt.

Qua in re, ut omittam quam sit difficile illas diras de ulla ex illis personis interpretari, certe arti Sophoclis id non favet, quod per tam pretiosum tempus auditorum attentionem in alienas personas trahat, et ne illa quidem sit excusatio, quod sic Oedipus magis in errorem inducatur; abest enim ab scaena toto eo tempore. Quamquam igitur sapienter consulunt Oedipo, derogant, credo, Sophocli nonnihil, et ipsi etiam choro.

Omnia paene haec incommoda vitat illa quae ante duos

annos edita est nova sententia, qua dicitur hic chorus de Oedipode quidem loqui, id autem non mentem iudiciumque Sophoclis de rege referre, sed tantum „timorem chori anxii et turbati propter dicta et facta cum Teresia, Creonte, Iocasta. Chorus enim ita agit: credo equidem Oedipum non esse improbum, tametsi aliqua eius dicta factave id insinuant. Si est, sine dubio patietur. Non tamen esse mihi persuadeo. Et tamen illud est gravissimum, si oracula non perficiuntur". [1])

Doleo quod cl. v. Sheppard sequi hic non ego possim, qui constantiam et fixos chori mores defendam in hoc opere, cum videam nuper et paulo ante chorum artissime adhaerere Oedipo, nulla autem ab eo manifesta facta sit causa, cur mentem de rege potuerit mutare; quodque est praecipuum, omnes rationes quibus hic ad dubitandum potuit induci, mirum in modum augentur per totum episodium quod sequitur porro [2]), et tamen in sequenti stasimo chorus totus ab Oedipo est. Praeterea si hic mera suspicione ductus tam severe et acriter condemnat regem (qui tandem est Oedipus) si quidem sit sons, in fine tragoediae cum certo videbit Oedipum et filium esse Lai, et parricidam, et incestuosum et causam fatalis pestilentiae, erumpet sine dubio in eum et diras multiplicabit, et confirmabit has quas nunc facit coniecturas; tota autem exodo ne verbum quidem dicit quo eum criminetur chorus.

Omnibus autem his sententiis illud est commune, quod nulla explicat quaenam divina lex tam graviter fuerit violata, ut chorus iure admirabili illa stropha α′ stasimum incipere debuerit.

Si licet igitur mihi in tanta opinationum varietate et dis-

---

1) "It expresses not the judgment of Sophocles, but the fears of the chorus, distressed and agitated by the scenes with Teresias, Creon and Jocasta. The chorus says in effect: 'We hope that Oedipus is not really, as some of his words and actions suggest, a bad man! Of course, if he is, he will suffer. But we hope he is not. On the other hand, it is a serious matter for religion if the oracles are false'. They assume, as many Greek and other moralists assume, that only the guilty are ruined". J. T. SHEPPARD, *The Oedipus Tyrannus of Sophocles*, Cambridge 1920, Introduction, pg. XLI.

2) Scilicet pro illo *καλῶς νομίζεις*, quod ante dixerat, nunc dicit totos illos versus 964—973. Argumenta autem quae eum filium Lai demonstrant hoc tertio episodio tam clara sunt, ut difficultas ea sit, qui verisimile videri potuerit quod chorus non id oculis perspexerit iam ante stasimum tertium, 1086—1109.

sensione aliquid tentare, mihi hoc stasimum non solum contra Oedipum nihil habere condemnationis certum est, sed etiam summam continere laudem et commendationem; describi autem et damnari in eo non tyrannum, ut omnes hucusque voluere, sed insolentiam qua sit tyrannus generatus; insolentiam vero eam non Oedipi esse, sed illius de quo nuper sint omnes actores collocuti [1]), illius quem conceptis verbis nominat ipse chorus in fine stasimi, cum deplorat quod non perficiantur sed videantur cassa et inania reddi Apollinis oracula, nempe insolentiam Lai:

> φθίνοντα γὰρ Λαΐου παλαίφατα
> θέσφατ' ἐξαιροῦσιν ἤδη
> κοὐδαμοῦ τιμαῖς Ἀπόλλων ἐμφανής·
> ἔρρει δὲ τὰ θεῖα. [2])

De quo, siquidem ad rem meam omnino pertinet, dicam copiosius. Atque imprimis, actio dramatis quo progressa iam sit, videamus.

Anagnorisis, qua tota huius fabulae catastrophe nititur, bina complectitur: *a*) Oedipum occidisse Laium, *b*) Oedipum filium esse Lai; homicidium scilicet et parricidium. De secunda hac parte, quamquam iacta iam sunt semina argumentorum [3]), nondum actum est; omnes pro certo et indubitato habent Oedipum Polybi, non Lai filium esse. Prima vero pars, sive Lai necis indagatio, eo iam perducta est, ut tantum non sit evidens: omnia adiuncta loci, personarum, reliqua homicidii cuiusdam ab Oedipo facti, cohaerent mire cum his quae de Lai occisione fert fama; sola est levissima haec discrepantia, quod Oedipus *solus* erat, dicebatur autem Laius a pluribus occisus.

Quae cum ita constent, Iocasta quidem iam se dat, admittitque Laium ab Oedipo necatum, quo admisso, oracula irridet, quae dixissent Laium a filio suo interfectum iri. Oracula igitur si ita aperte mentiuntur, de novis istis oraculis ipsi Oedipo olim factis, deque his quae Teresias cantat, quis iam angatur? quis sollicitetur? quis non ea flocci pendat? [4])

---

1) Cfr. n. 812—815. 852—858. 2) 906—910.

3) V. gr. quae de filio Iocastae exposito, eiusque pedibus transfixis (718), de ebrio qui Oedipum non filium esse Polybi dixerat (780).

4) 720 sqq. 848 sqq.

Oedipus cum haec audit, assentitur omnino suae coniugi [1]): *καλῶς νομίζεις*. Ut est tamen de sua sorte valde sollicitus, arcessiri iubet pastorem de agris, qui solus morti Lai dicebatur interfuisse. Igitur Oedipus qui ante, fingens tantummodo et sumens se occidisse Laium, cetera cuncta oraculi turpissima adiuncta de incestu et reliqua sibi applicabat [2]), quia credebat oracula falli numquam posse, nunc alia sine aliis vera esse posse credit, seque occidisse Laium, non vero eius esse filium fatetur, oracula enim et fallere et falli posse opinatur.

Longe alio modo his ipsis factis ratiocinantur nunc senes chori, sicut antea Oedipus. Apollini eiusque religioni firmissima fide addicti, gnarique res divinas non ideo perire quia negentur, pro verissimo habent Oedipum, si Laium occiderit, et eius filium esse et Iocastae, et causam pestilentiae et cuncta quae dixerat Teresias vera esse; oracula enim firma esse debent; quapropter clamant, nondum certo constare Oedipum occidisse Laium, sed spectandum [3]) esse servi illius adventum (haec enim fuere postrema chori verba), et illa ipsa oracula quae Oedipus et Iocasta irrisui nuper habuerunt, corripiunt ut argumenta ad suam sententiam asserendam, Oedipum esse innocentem, vel, ut rectius dixerim, ut petant ab Iove, Oedipi innocentiam faciat manifestam. Quasi dicant: „Illa antiqua de Laio oracula firma esse debent, ostende ea firma, o Iuppiter; si enim tua oracula inania esse possunt, perit tota religio totusque deorum cultus. Ex eis vero oraculis, occisor Lai fructus futurus erat turpissimi illius Lai facinoris; Lai illa *ὕβρις* filium tyrannum verumque parricidam et merebatur generare et erat e fatis generatura".

Haec si ita essent, omnes mihi concederent, nihil absonum a moribus horum Thebanorum senum toto hoc stasimo contineri, sed eundem hic amorem, eandemque fidelitatem resonare, quam paulo ante tam plane tamque firmo animo proclamarunt. Spem enim fovent, etiam cum ipse Oedipus iam desperavit.

Atqui ita se rem habere efficitur, nisi fallor, si totus iam locus inspicitur, partesque eius singillatim considerantur.

---

1) 859. 2) 813 sqq.

3) *ἡμῖν μέν, ὦναξ, ταῦτ᾽ ὀκνήρ᾽· ἕως δ᾽ ἂν οὖν πρὸς τοῦ παρόντος ἐκμάθῃς, ἔχ᾽ ἐλπίδα.* 834. 835.

Cuius *prima stropha* nullius est negotii; eius enim interpretatio una est, quaecumque tandem est de reliquo stasimo cuiusque opinatio. Illi enim Thebani, qui, ut senes, meminerunt optime antiqui illius Lai facinoris, cum oracula Apollinis commemorari vident, quibus legum naturalium a Laio violatio puniebatur, commemorant et ipsi, lex naturalis quam sit immutabilis, quam ultra fines temporis locique posita, quam certa in investigandis puniendisque sontibus; cupiunt autem contra eam numquam peccare: *εἴ μοι ξυνείη φέροντι μοῖρα τὴν εὔσεπτον ἁγνείαν...* Nimirum gravissima fuerat legis violatio a Laio; multo maior quam omnia levissima Oedipi, Teresiae, Creontis, Iocastae peccata.

Fuerat enim crimen Lai hoc: quod cum pulsus patria ab Amphione et Zetho fugisset in domum regnumque Pelopis, fuissetque ab hoc rege hospitio acceptus et benevolentissime recreatus, illic turpi amore inflammatus corripuit eius filium Chrysippum cumque eo fugit. Tunc pater Pelops ei est diras deorum imprecatus, ne ullum filium habere posset, aut, si haberet, parricidam. Inde irae et lacrimae. Erant qui adderent hanc eandem esse causam cur *Ἥρα γαμοστόλος* in Thebanos, qui hoc scelus impune reliquissent, Sphingem quae eos vastasset, misisset. [1])

Huius nefandi criminis memoria occupat mentes eorum senum; legem illam, non scriptam sed natam, caelum terramque pervadentem, divinam illam legem naturalem commemorant.

Non praetermittam hic id quod, postquam haec scripseram, animadverti, meamque interpretationem summopere confirmat. Vix ulla restant de Euripidis tragoedia „Chrysippo" fragmenta, unum est „distichon ex oratione Lai crimen perditi amoris defendente" [2]) quo flagrabat in puerum; aliud est chori fragmentum, et (mirum!) ea ipsa tractat Euripides quae hic Sophocles, et eadem occasione, et in eundem virum, Laium; quo in loco aptissime ait U. von Wilamowitz: „aeternam naturae legem in „*Chrysippo*" celebratam esse; sane mira occasione,

1) Cfr. PAULY-WISSOWA, *Realencyclopaedie*, III, 2 „Chrysippos". Roscher, Lexicon der Mythol. „Laios".

2) U. VON WILAMOWITZ, *De tragicorum fragmentis commentatio*, Gottingae 1893, pg. 6.

verbaque his quae scit, quaeve nunc in tragoedia discit, accommodet.

Pestem quidem qua populus thebanus conflictatur, nimis clare videt et sentit [1]; novit etiam Creontem ab Oedipo esse missum consultum oracula Apollinis; immo etiam non eum latet adventasse iam Creontem [2], cumque Oedipo de deorum responsis egisse. Quae autem in prologo sunt dicta, sive quid Apollo ad avertendam pestilentiam consilii dederit, id omnino ignorant thebani illi senes [3].

Cum autem sint in populum summa benevolentia affecti, immo vero sint ipse populus et ipsa thebana nobilitas [4], ab Oedipo in id ipsum, ut populum repraesentent, evocati [5], est bene in eorum natura et moribus positum ut parodum illam habeant, cuius haec est summa sententia:

Stroph. α′ „Quaenam sunt Apollinis Delii responsa? exhorresco metu, O Apollo, quaenam sunt tua verba? Te, Athena, teque Artemi, et te etiam iaculator Apollo, rogo; qui nos quondam peste liberastis, liberate etiam nunc. Infinita enim gero mala (stroph. β′) mihique tota civitas tabescit et perit (sequitur dilucida descriptio pestis). Venite, Iuppiter et Apollo, et Artemi et Bacche, huncque Martem (pestilentiam) unum deum infamem deorum excutite hinc" [6]. Quae quoniam sunt adeo facilia et clara, nihil est cur de eis longius sermonem producam.

Iis senibus Oedipus, qui aderat dum haec concinebantur [7], narrat confestim oraculum Apollinis a Creonte delatum, interfectorem scilicet Lai in causa esse totius thebanae illius calamitatis ruinaeque, eumque interfectorem aut de patria esse quam primum expellendum aut morte quam citissime multandum; pestem non ante cessaturam; si quis senum, interfector

---

1) De ea tota parodus agit. 2) 152.

3) 216 sqq. 242 sqq. Id etiam ignorat Teresias 305.

4) 911.

5) 144; id maxime singulare huius tragoediae; et inter Sophocleas tantum commune cum Oedipo Coloneo (78) et Antigona (160. 164 sqq.).

6) 151—215.

7) 216; fortasse in fine solum adfuit, cfr. HANS DÜTSCHKE *Anleitung zur Inscenierung antiker Tragödien*, I, *Sophokles, König Oedipus*, 1884.

quis fuerit, noverit, statim ut deferat [1]). Quibus auditis, nihil mirum si persona chori et sibi ignotum esse ait parricidam illum, et si quem alium, Teresiam id haruspicem posse divinare [2]). Venit igitur augur ille cui (simulque *choro*) clarius etiam Oedipus oraculum refert [3]).

Nemo non novit acrem illam disputationem cuius in aestu Teresias Oedipum ipsum ait ab oraculis significari atque dici parricidam et incestuosum, pestisque causam; hic autem Teresiam et Creontem [4]) accusat, quod in se coniuraverint et prodere nitantur. Tunc chorus se interponit, ne diutius rixentur, illis verbis:

„Nobis autem, quantum conicimus, et huius verba iracundiae ardore dicta videntur, et tua etiam, Oedipe" [5]). Quae non ideo locutus fuisse est dicendus quia sit chorus merus mediator, neve quia liceat graeco choro, quia graecus sit, semper temperantiam commendare, sed quia revera ita utrumque per iram locutum esse credit chorus: id enim Oedipum peccasse, nemo non videt; Teresiam vero non ἐκ τῆς τέχνης, sed ira hoc modo oracula fuisse interpretatum chorus et potest et debet credere: ne semel quidem dixit se id ab Apolline scire (etsi dixit Apollinem id facturum certum) [6]), contra, fassus est se id ab Oedipo coactum esse locutum [7]); chorus autem de populo maxime sollicitus, remedia ait esse quam diligentissime quaerenda, non tempus terendum fictis contumeliis coniciendis, ideo addit:

δεῖ δ' οὐ τοιούτων, ἀλλ' ὅπως τὰ τοῦ θεοῦ
μαντεῖ' ἄριστα λύσομεν, τόδε σκοπεῖν. [8])

Paulo post abit Teresias, iisdem quidem auguriis repetitis, sed eadem etiam ira, pariterque id cognitionis unde eruerit reticendo.

Quapropter chorum Sophocles in *stasimo primo* [9]) ita cogitantem facit: „Quisnam ille (distroph. α') homicida esse potest? iam nunc exterminandus est omnibus fulminibus et igne Iovis,

---

1) 216—376. 2) 276—279, 284—286. 3) 300—315.

4) Expedit observare quam nihil de choro, nec nunc nec postea, suspicari velit Oedipus; et tamen ut Teresiam evocaret, etiam chorus eum fuerat hortatus (285).

5) 404—405. 6) 377. 7) 358.

8) 406. 407. 9) 464—512.

dirarumque iaculis; vagatur enim alicubi per antra, ut selvaticus taurus; sed oracula aeterna vigent et circumvolant".

Tum subit in senum mentem illius interpretationis a Teresia factae, quam tamen subito ut nefastam mente excutiunt, „quid enim? nulla umquam, quod ipsi sciant, Polybi filio (Oedipo) contentio fuit cum Laio familiaque Labdacidarum". „Apollo [1]) et Iuppiter veraces quidem in suis oraculis sunt; ita sane, et hoc etiam oraculum sit verum; sed augur, interpres, tandem est homo, et falli potest; equidem nisi confirmatum aliunde id videro, numquam adducar ut credam Oedipum sontem, cum sit ille sapiens vir qui Sphingis aenigmata solvit, meaeque patriae salus fuit; *τῷ ἀπ' ἐμᾶς φρενὸς οὔποτ' ὀφλήσει κακίαν*, *numquam* meo iudicio censebitur pravus". Velim hic observes chorus quam clare secernat oraculum ab eius interpretatione; hanc admittit esse fallacem, oraculum hoc, sicut omnia oracula, et hic et alias saepe per totam tragoediam, semper dicit esse certissimum nec falli umquam posse. [2])

Episodium secundum. Oedipum temere locutum esse cum in Teresiam prius et nunc in Creontem coniecit oraculi ficti crimen, chorus nec dubitat nec occultat; id enim et Creonti aperte dicit (523. 527) et ipsi deinde Oedipo [3]) et Iocastae etiam, cum paulo post adveniet. [4])

Hoc Sophocles tamquam eius characteris partem esse voluit, sed non minus clare voluit significatum et saepe repetitum nihilo eo minus esse in Oedipum benevolos eos senes, nec Oedipum in eos; immo hanc mutuam inter se benevolentiam, praesertim senum in Oedipum, voluit in hoc episodio iterum et saepius descriptam vivis coloribus, quod est maximi momenti in nostra hac investigatione et magno auxilio, credo, nobis erit ad reliquam tragoediam interpretandam.

Iam nuper dixerant se numquam criminaturos suum regem [5]). Nunc vero, cum ipse iracundia raptus velit occidere Creontem, illi autem senes petant (per eos enim *etiam Iocasta* regem

---

1) Stropha *β'*.

2) 481. 499. 901. 1213. 1336 (cfr. 1329): Eurip. El. 399. 400: *Λοξίου γὰρ ἔμπεδοι χρησμοί, βροτῶν δὲ μαντικὴν χαίρειν ἐῶ.*

3) 656 (cp. 616).

4) 681. 5) 512.

rogandum existimarat) [1]) ne ita temere et iudicet et damnet Creontem, rex vero respondeat: „scitote, dum haec petitis, mihi mortem et exsilium vos quaerere" [2]), reclamant atque iurant una voce: „minime, minime vero; per solem id iuro, deorum omnium principem; immo diis invisus hominibusque, et pessima cuncta passus peream, si quid huiusmodi sentio. Sed miserum meum animum cruciat mei populi consumptio, si prioribus malis haec a vobis addantur". [3])

Et eis, eis *solis* cedit Oedipus et miris quidem verbis [4]): „is (Creon) abeat igitur, etiamsi me funditus perire oporteat aut contemptum omnibus vi ex hac urbe eici. Tua enim (senum), non eius, miserabili oratione commoveor. At ille ubicumque fuerit, odio habebitur"; mirus affectus!

Quo facto chorus, quae est sua de Oedipi innocentia persuasio (681) et de populo suo cura (685. 686), conatur vitare ne ultra Oedipus pergat loqui de illis querelis, nec de variis Teresiae auguriis quaestionem novam cum uxore constituat: „satius enim mihi, satius videtur, ita urbe calamitatibus affecta, rem, ubi constitit, illic intactam relinquere [5]). Denuo laudat Oedipus chori fidelitatem, et denuo facit Sophocles chorum gravissimis verbis iurantem et promittentem hanc fidem et benevolentiam: „O Rex, dixi quidem non semel tantum, scito me dementem omnique sano consilio destitutum habitum iri, si a te discesserim, qui meam quondam patriam calamitatibus obrutam evexisti recto cursu, te, inquam, qui etiam nunc recte nos direxeris." [6])

Ita est chorus animo in Oedipum constitutus hoc loco, cumque nihil interea loquatur [7]), incipit stasimum secundum, quod, si fides habenda plurimis scriptoribus, omnino aliena ab his continet, et si credendum multis, omnino his contraria. Veni enim in locum inter Sophocleos maxime omnium disputationibus et dubiis obnoxium.

---

1) 648. Eleganter autem respondet Oedipus eam a se pluris fieri quam illos senes (v. 700).

2) 658. 659. 3) 660—668.

4) 669—672. 5) 685. 686. 6) 689—696.

7) Si excipias distichum 834. 835, quod his maxime consonat, et infra est explicandum.

De quo stasimo multae sunt diversissimaeque scriptorum sententiae. Dixi superiore capite fuisse qui crederent, Sophoclem hic parumper tragoediam veluti reliquisse, deque rebus chorum dicentem fecisse, quae ad illorum temporum quibus scribebat, ad eosque homines quibuscum vivebat pertinerent. Quaenam facta referat quasve personas, id nos penitus latere dicunt. Rei difficultate compulsus, C. F. Hermann Periclem certo significari contendit; id ipsum ait Schoell, „quae consensio tamen non impedit quominus in hac disquisitione in diversas partes abeant; Hermannus enim ad Periclem vituperandum et criminandum, Schoellius ad eundem virum laudandum et commendandum fabulam conscriptam esse putant". [1]) Haec prima sententia (omnes, credo, id mihi dabunt) non prius est accipienda, quam constiterit reliquas omnes esse falsas; dicere enim extra drama quaerendam esse [2]) rationem eorum quae in dramate aguntur, idem est dicere nullam adhuc eiusmodi causam in dramate ipso potuisse reperiri.

Alii vero putavere chorum hic plane contra Oedipum loqui, eum tyrannum appellare, diras in eum omnes conicere quibus totum stasimum constet; idque, si minus cohaereat dictis vel dicendis a choro, ideo esse, quia nulla sit personae firmitas et definitio in choro Sophocleo. Quae ut explicent, alii omnia crimina et maculas naevosque congerunt quibus vita eius fuerit maculata ante initium dramatis, alii ea sola quae in ipso dramate commisit peccata. Non ea repetam hoc loco [3]); iis vero omnibus illa est facillima responsio quam et in hac tragoedia insinuat [4]), in Oedipo autem Coloneo saepe repetit ipse rex; veluti cum dicit Creonti [5]): „O impudenter audax, utrum lacessere putas his conviciis, mene, an te ipsum? qui mihi caedem illam et nuptias verbis tuis calamitatesque exprobras, quas ego, me miserum, tuli *invitus*. Diis enim ita statutum erat, nostro generi fortasse iamdudum iratis aliquam ob causam.

---

1) I. A. STRICKER, *De Tragicorum anachronismis*, Amstelodami 1880, pg. 93 sq.

2) VID. O. KRAUSSE, *De Euripide Aeschyli instauratore*, Jenae 1905, pp. 212 sq.

3) Consule de his agentem I. T. SHEPPARD, *The Oedipus Tyrannus of Sophocles* (1920) chap. II, *The innocence of Oedipus*.

4) Id elucet ex tota exodo.

5) Oedip. Col. 960—1013.

Nam quod ad me ipsum attinet, nullam mihi indagaveris vitii labem, cuius causa haec in me meosque commiserim. Nam doce me, sodes, si quo oraculi responso praedictum fuit patri, peremptum iri a filio, quo iure mihi exprobres qui nec a patre tunc satus, nec a matre conceptus, necdum generatus eram?" Tunc de nuptiis: „peperit quidem me, peperit (heu quantum est mali!), sed *ignarum* ignara.... Verum unum saltem hoc mihi constat, te quidem ultro meque et illam his urgere conviciis, ego autem eam invitus duxi, invitusque haec loquor". Sunt et alia praeterea multa in eodem loco; quae omnia eum solus Creon inimicus dicere coegit, nemo enim, iusto animo qui sit et amico, ut hic est certissime chorus, potest eum de his invitis criminibus accusare. Ideo in eadem tragoedia Oedipum choro, qui, exterritus de his factis quaerebat, nihil aliud facit Sophocles dicentem, nisi se inscium haec omnia patrasse; quibus auditis, nihil de reliquo curat chorus, nec ullam de his requirit lustrationem, qui de adita Eumenidum sede tam diligentem expiationem praecipit; et erat quidem tunc chorus si non inimicus, non certe nimium amicus Oedipo.

Merito igitur multi, et est eorum sententia tertia, non Oedipum hic tangi, aut non praecipue saltem, credunt, sed Iocastam, si alios audias, Creontem, si alios, utrumque, et fortasse, si nonnullis fides habenda, Teresiam, sive cum iis etiam Oedipus significatur, sive non. In hac sententia sunt recentiores fere omnes, quorum ipsa me multitudo ab onere liberat nomina recensendi verbaque referendi. Universim vero eos hic ita inclusi, quia id eis omnibus est commune, quod ad aliquam ex inferioribus personis cuncta referri aiunt.

Qua in re, ut omittam quam sit difficile illas diras de ulla ex illis personis interpretari, certe arti Sophoclis id non favet, quod per tam pretiosum tempus auditorum attentionem in alienas personas trahat, et ne illa quidem sit excusatio, quod sic Oedipus magis in errorem inducatur; abest enim ab scaena toto eo tempore. Quamquam igitur sapienter consulunt Oedipo, derogant, credo, Sophocli nonnihil, et ipsi etiam choro.

Omnia paene haec incommoda vitat illa quae ante duos

annos edita est nova sententia, qua dicitur hic chorus de Oedipode quidem loqui, id autem non mentem iudiciumque Sophoclis de rege referre, sed tantum „timorem chori anxii et turbati propter dicta et facta cum Teresia, Creonte, Iocasta. Chorus enim ita agit: credo equidem Oedipum non esse improbum, tametsi aliqua eius dicta factave id insinuant. Si est, sine dubio patietur. Non tamen esse mihi persuadeo. Et tamen illud est gravissimum, si oracula non perficiuntur". [1])

Doleo quod cl. v. Sheppard sequi hic non ego possim, qui constantiam et fixos chori mores defendam in hoc opere, cum videam nuper et paulo ante chorum artissime adhaerere Oedipo, nulla autem ab eo manifesta facta sit causa, cur mentem de rege potuerit mutare; quodque est praecipuum, omnes rationes quibus hic ad dubitandum potuit induci, mirum in modum augentur per totum episodium quod sequitur porro [2]), et tamen in sequenti stasimo chorus totus ab Oedipo est. Praeterea si hic mera suspicione ductus tam severe et acriter condemnat regem (qui tandem est Oedipus) si quidem sit sons, in fine tragoediae cum certo videbit Oedipum et filium esse Lai, et parricidam, et incestuosum et causam fatalis pestilentiae, erumpet sine dubio in eum et diras multiplicabit, et confirmabit has quas nunc facit coniecturas; tota autem exodo ne verbum quidem dicit quo eum criminetur chorus.

Omnibus autem his sententiis illud est commune, quod nulla explicat quaenam divina lex tam graviter fuerit violata, ut chorus iure admirabili illa stropha α' stasimum incipere debuerit.

Si licet igitur mihi in tanta opinationum varietate et dis-

---

1) "It expresses not the judgment of Sophocles, but the fears of the chorus, distressed and agitated by the scenes with Teresias, Creon and Jocasta. The chorus says in effect: 'We hope that Oedipus is not really, as some of his words and actions suggest, a bad man! Of course, if he is, he will suffer. But we hope he is not. On the other hand, it is a serious matter for religion if the oracles are false'. They assume, as many Greek and other moralists assume, that only the guilty are ruined". J. T. SHEPPARD, *The Oedipus Tyrannus of Sophocles*, Cambridge 1920, Introduction, pg. XLI.

2) Scilicet pro illo *καλῶς νομίζεις*, quod ante dixerat, nunc dicit totos illos versus 964—973. Argumenta autem quae eum filium Lai demonstrant hoc tertio episodio tam clara sunt, ut difficultas ea sit, qui verisimile videri potuerit quod chorus non id oculis perspexerit iam ante stasimum tertium, 1086—1109.

sensione aliquid tentare, mihi hoc stasimum non solum contra Oedipum nihil habere condemnationis certum est, sed etiam summam continere laudem et commendationem; describi autem et damnari in eo non tyrannum, ut omnes hucusque voluere, sed insolentiam qua sit tyrannus generatus; insolentiam vero eam non Oedipi esse, sed illius de quo nuper sint omnes actores collocuti [1]), illius quem conceptis verbis nominat ipse chorus in fine stasimi, cum deplorat quod non perficiantur sed videantur cassa et inania reddi Apollinis oracula, nempe insolentiam Lai:

φθίνοντα γὰρ Λαΐου παλαίφατα
θέσφατ' ἐξαιροῦσιν ἤδη
κοὐδαμοῦ τιμαῖς Ἀπόλλων ἐμφανής·
ἔρρει δὲ τὰ θεῖα. [2])

De quo, siquidem ad rem meam omnino pertinet, dicam copiosius. Atque imprimis, actio dramatis quo progressa iam sit, videamus.

Anagnorisis, qua tota huius fabulae catastrophe nititur, bina complectitur: *a*) Oedipum occidisse Laium, *b*) Oedipum filium esse Lai; homicidium scilicet et parricidium. De secunda hac parte, quamquam iacta iam sunt semina argumentorum [3]), nondum actum est; omnes pro certo et indubitato habent Oedipum Polybi, non Lai filium esse. Prima vero pars, sive Lai necis indagatio, eo iam perducta est, ut tantum non sit evidens: omnia adiuncta loci, personarum, reliqua homicidii cuiusdam ab Oedipo facti, cohaerent mire cum his quae de Lai occisione fert fama; sola est levissima haec discrepantia, quod Oedipus *solus* erat, dicebatur autem Laius a pluribus occisus.

Quae cum ita constent, Iocasta quidem iam se dat, admittitque Laium ab Oedipo necatum, quo admisso, oracula irridet, quae dixissent Laium a filio suo interfectum iri. Oracula igitur si ita aperte mentiuntur, de novis istis oraculis ipsi Oedipo olim factis, deque his quae Teresias cantat, quis iam angatur? quis sollicitetur? quis non ea flocci pendat? [4])

---

1) Cfr. n. 812—815. 852—858. 2) 906—910.

3) V. gr. quae de filio Iocastae exposito, eiusque pedibus transfixis (718), de ebrio qui Oedipum non filium esse Polybi dixerat (780).

4) 720 sqq. 848 sqq.

Oedipus cum haec audit, assentitur omnino suae coniugi [1]: *καλῶς νομίζεις*. Ut est tamen de sua sorte valde sollicitus, arcessiri iubet pastorem de agris, qui solus morti Lai dicebatur interfuisse. Igitur Oedipus qui ante, fingens tantummodo et sumens se occidisse Laium, cetera cuncta oraculi turpissima adiuncta de incestu et reliqua sibi applicabat [2], quia credebat oracula falli numquam posse, nunc alia sine aliis vera esse posse credit, seque occidisse Laium, non vero eius esse filium fatetur, oracula enim et fallere et falli posse opinatur.

Longe alio modo his ipsis factis ratiocinantur nunc senes chori, sicut antea Oedipus. Apollini eiusque religioni firmissima fide addicti, gnarique res divinas non ideo perire quia negentur, pro verissimo habent Oedipum, si Laium occiderit, et eius filium esse et Iocastae, et causam pestilentiae et cuncta quae dixerat Teresias vera esse; oracula enim firma esse debent; quapropter clamant, nondum certo constare Oedipum occidisse Laium, sed spectandum [3] esse servi illius adventum (haec enim fuere postrema chori verba), et illa ipsa oracula quae Oedipus et Iocasta irrisui nuper habuerunt, corripiunt ut argumenta ad suam sententiam asserendam, Oedipum esse innocentem, vel, ut rectius dixerim, ut petant ab Iove, Oedipi innocentiam faciat manifestam. Quasi dicant: „Illa antiqua de Laio oracula firma esse debent, ostende ea firma, o Iuppiter; si enim tua oracula inania esse possunt, perit tota religio totusque deorum cultus. Ex eis vero oraculis, occisor Lai fructus futurus erat turpissimi illius Lai facinoris; Lai illa *ὕβρις* filium tyrannum verumque parricidam et merebatur generare et erat e fatis generatura".

Haec si ita essent, omnes mihi concederent, nihil absonum a moribus horum Thebanorum senum toto hoc stasimo contineri, sed eundem hic amorem, eandemque fidelitatem resonare, quam paulo ante tam plane tamque firmo animo proclamarunt. Spem enim fovent, etiam cum ipse Oedipus iam desperavit.

Atqui ita se rem habere efficitur, nisi fallor, si totus iam locus inspicitur, partesque eius singillatim considerantur.

---

1) 859. 2) 813 sqq.

3) *ἡμῖν μέν, ὦναξ, ταῦτ᾽ ὀκνήρ᾽· ἕως δ᾽ ἂν οὖν πρὸς τοῦ παρόντος ἐκμάθῃς, ἔχ᾽ ἐλπίδα.* 834. 835.

Cuius *prima stropha* nullius est negotii; eius enim interpretatio una est, quaecumque tandem est de reliquo stasimo cuiusque opinatio. Illi enim Thebani, qui, ut senes, meminerunt optime antiqui illius Lai facinoris, cum oracula Apollinis commemorari vident, quibus legum naturalium a Laio violatio puniebatur, commemorant et ipsi, lex naturalis quam sit immutabilis, quam ultra fines temporis locique posita, quam certa in investigandis puniendisque sontibus; cupiunt autem contra eam numquam peccare: *εἴ μοι ξυνείη φέροντι μοῖρα τὴν εὔσεπτον ἁγνείαν...* Nimirum gravissima fuerat legis violatio a Laio; multo maior quam omnia levissima Oedipi, Teresiae, Creontis, Iocastae peccata.

Fuerat enim crimen Lai hoc: quod cum pulsus patria ab Amphione et Zetho fugisset in domum regnumque Pelopis, fuissetque ab hoc rege hospitio acceptus et benevolentissime recreatus, illic turpi amore inflammatus corripuit eius filium Chrysippum cumque eo fugit. Tunc pater Pelops ei est diras deorum imprecatus, ne ullum filium habere posset, aut, si haberet, parricidam. Inde irae et lacrimae. Erant qui adderent hanc eandem esse causam cur *Ἥρα γαμοστόλος* in Thebanos, qui hoc scelus impune reliquissent, Sphingem quae eos vastasset, misisset. [1])

Huius nefandi criminis memoria occupat mentes eorum senum; legem illam, non scriptam sed natam, caelum terramque pervadentem, divinam illam legem naturalem commemorant.

Non praetermittam hic id quod, postquam haec scripseram, animadverti, meamque interpretationem summopere confirmat. Vix ulla restant de Euripidis tragoedia „Chrysippo" fragmenta, unum est „distichon ex oratione Lai crimen perditi amoris defendente" [2]) quo flagrabat in puerum; aliud est chori fragmentum, et (mirum!) ea ipsa tractat Euripides quae hic Sophocles, et eadem occasione, et in eundem virum, Laium; quo in loco aptissime ait U. von Wilamowitz: „aeternam naturae legem in „*Chrysippo*" celebratam esse; sane mira occasione,

---

1) Cfr. PAULY-WISSOWA, *Realencyclopaedie*, III, 2 „Chrysippos". Roscher, Lexicon der Mythol. „Laios".

2) U. VON WILAMOWITZ, *De tragicorum fragmentis commentatio*, Gottingae 1893, pg. 6.

nimirum cum ad naturam provocaret (ut postea facturus erat Diogenes canis) is, qui plerisque atque ipsi Euripidi contra naturam peccare videbatur", scil. Laius [1]); dixerat enim Laius [2]):

λέληθεν οὐδὲν τῶνδε μ' ὧν σὺ νουθετεῖς,
γνώμην δ' ἔχοντά μ' ἡ φύσις βιάζεται.

Quid igitur hic Sophoclei senes in mente habeant, dubitare iam non possum.

Antistr. α'. Imago quam huius raptus exhibet cista Barberini [3]), habet adiunctum in dextro latere ipsum Laium, iam seniorem, barbatum, regia veste, atque Apollinis, qui iuxta sedet, consulentem oracula [4]). Consuluit autem deum, num esset filium haeredem habiturus, cui Apollo, ut est in Anthol. Pal. [5]):

Λάϊε Λαβδακίδη, παίδων γένος ὄλβιον αἰτεῖς·
δώσω τοι φίλον υἱόν· ἀτὰρ πεπρωμένον ἐστὶ
σοῦ παιδὸς χερσὶν λείψειν φάος, ὣς γὰρ ἔνευσα.

Fatis igitur est destinatum, ut Laius a filio occidatur: id vero non temere nec sine causa est ita constitutum, sed in poenam sui sceleris, propter suam impudentiam et effrenatam libidinem haec ita Iuppiter decreverat, motus imprecationibus quas Pelops in Laium pronunciaverat. Ideo hoc ipsum oraculum in Euripidis Phoenissarum scholiis ita perhibetur a secundo versu:

τέξεις μὲν φίλον υἱόν, ἀτὰρ τόδε σοι μόρος ἔσται
παιδὸς ἑοῦ χείρεσσι λιπεῖν βιόν· ὣς γὰρ ἔνευσε
Ζεὺς Κρονίδης Πέλοπος στυγεραῖς ἀραῖσι πιθήσας
οὗ φίλον ἥρπασας υἱόν· ὁ δ' εὔξατό σοι τάδε πάντα.

Scilicet, erat quidem Laius filium habiturus, sed in poenam suae insolentiae, hic filius futurus erat parricida; ὕβρις igitur eius generatura erat tyrannum, quod est id ipsum quod hic a choro dicitur: ὕβρις φυτεύει τύραννον. Illum enim innominatum filium Lai, a quo

---

1) Ibid. pg. 8.

2) Fragm. 837, servatum a CLEMENTE ALEX. *Strom.* 2, pg. 426, et a PLUTARCHO *Mor.* p. 446 a.

3) *Mon. d. Inst.* VIII tab. 29, vel *Wiener Vorlegeblätter* 1889 tab. VIII, 2.

4) Adulescentem quendam posuit pictor hic iuxta Apollinem; hunc ROBERT (*Oedipus*, Berlin 1915, I, 403; cfr. II, 135) positum ait malo artificis ioco, qui ita significare vellet ipsum Apollinem ipsius criminis, quod in Laio puniret, fuisse reum; non video qui possim assentiri; Apollo hic Chrysippum defendebat, de eo erat consultatio, ipsius memoria in mente auctoris sine dubio erat.

5) *Anthologia Palatina* XIV, 67.

fuit pater interfectus, quique nunc sine dubio vagatur per antra et silvas ut ferus taurus, quique est postea reliquas oraculi partes perfecturus, illum, inquam, non absurde credit chorus esse „tyrannum" aliquem; quam enim aliam ob causam filius [1]) patrem regem occidat, nisi ob tyrannidis affectationem? Tyranni autem nomen hoc pravo sensu apud populum, qualis est chorus, tunc temporis gaudere, constat plane, et saepe poetae hac ancipiti significatione in suae artis utilitatem sunt usi [2]). Idem est quod Aeschylus dicit: *ἐγείνατο μὲν μόρον αὑτῷ | πατροκτόνον Οἰδιπόδαν* [3]).

Ὕβρις, εἰ πολλῶν ὑπερπλησθῇ μάταν, cfr. Platonis Legg. 783 A: *ἔρως ὕβρει καόμενος*, quam vero arte hic satietatis sive saturitatis conceptus coniunctus esset cum illo insolentiae, clarissimum fit ex frequenti utriusque rei in eadem sententia usu: *τίκτει τοι κόρος ὕβριν, ὅταν κακῷ ὄλβος ἕπηται ἀνθρώπῳ* (Theogn. 153); *ὕβριν κόρου ματέρα* (Pind. O. 13, 12); *κόρον ὕβριος υἱόν* (Bacis ap. Hdt 8. 77); adeo ut *πρὸς κόρον, ἄχρι κόρου, εἰς κόρον* significent „insolenter". [4])

„Insolentia generat tyrannum, insolentia, si se multis exsaturavit, quae nec decora sunt neque convenientia, in summum culmen evecta, praecipitem se dat in suum fatum [5]), ubi non

---

1) Chorus novit filium quendam Lai expositum fuisse (717—719); cfr. etiam Eur. *Phoen.* 524, 525 ubi Eteocles ait Iocastae:

Εἴπερ γὰρ ἀδικεῖν χρή, τυραννίδος πέρι
κάλλιστον ἀδικεῖν, τἄλλα δ' εὐσεβεῖν χρεών.

2) „The notion of a tyrant, with which we are acquainted in later Greek literature was already common-place in the fifth century and... many dramatic effects depend on the recognition by the audience of the commonplace as such. Indeed, it is often the adaptation by the poet of the familiar ideas that lends formal beauty to composition which, if we think simply of the plot, appear at first sight jerky or "epeisodic". Id ostendit in trag. Eurip. q. t. Heraclides, Supplices, Medea J. F. Sheppard, Classic. Quart. ii, 3 sqq. *τύραννος, κέρδος* and the modest measure in three plays of Euripides.

Cp. etiam Walther Heim, *Die Königsgestalten bei den griechischen Tragikern*, Erlangen 1904, 5—10. 3) Aesch., *S. c. Theb.* 751, 752.

4) Cp. Liddell and Scott, *Lexicon* s. v. *κόρος, κορέννυμι, ἀκόρεστος.*

5) Versus 876. 877 corruptos esse omnes fatentur. Non dubito quin eo loco chorus in fugam Lai referat, qualis in omnibus antiquis picturis, quae sunt de hac re, perhibetur; rapuit enim eum puerum, dum quadrigas eum agitare docebat, iisdemque quadrigis usus; hic igitur currus eum in has angustias contulit.

V. Gerhard, *Apulische Vasen* Tb. 6; *Wiener Vorlegeblätter* VI Tb. ii (vel

pede libero iam utitur. Certamen vero quod urbi est consentaneum ne umquam cesset, deum rogo; deum numquam cessabo protectorem habere". Hic deus ille est qui in illis legibus naturalibus vivere dictus est; hic sicut sontes persequitur, ita innocentes defendit. [1])

Stropha β'. „Si quis vero insolenter verbis factisve se gerit [2]), neque timens... Iustitiam, neque veritus sedes deorum [3]), malum eum fatum corripiat, propter eius impudicitiam [4]), si non honeste fruitur fruendis, et a nefandis se abstinet, aut si sacrilegas admovet manus ad ea quae non sunt tangenda". Quibus omnibus scelus Lai tam impuritatis quam violati hospitii, aperte, nisi fallor, describitur.

Nunc iam de poena quam in hoc crimen constituit Iuppiter agunt Thebani senes. Poena enim constituta fuit, nec potuit non constitui: „Qui enim talia fecerit (ἐν τοῖσδ') quomodo gloriari poterit tela se fugisse deorum? Si enim impia haec facta honorem (non supplicium) inveniunt, quid ego iam sacris intersim choris? Non amplius adibo (antistr. β') illum intactum umbilicum terrae, religionis gratia, nec delubrum quod est Abis, nec Olympiam, si haec non ita perspicue perficientur ut digito possint ostendi cunctis mortalibus".

'Αλλ', ὦ κρατύνων.... Haec cum ita sint, et ita debeant certo esse (secum ipse cogitat chorus), in Laio etiam debent firma ostendi, generari debuit ex eo filius parricida, ab hoc filio, *non ab Oedipo*, debuit pater occidi...., et tamen non apparet

---

ROSCHER, *Mythol.* I, 903), Λάϊος ἐν Πελοποννήσῳ διατελῶν ἐπιξενοῦται Πέλοπι, καὶ τούτου παῖδα Χρύσιππον ἁρματοδρομεῖν διδάσκων, ἐρασθεὶς ἀναρπάζει APOLL. III, 5, 5, 12.

1) Consonant his illi versus EURIP. *Med.* 627—662.

2) Resonat hic versus 864, ubi chorus innocentiam suam descripserat, contrariam huic crimini.

3) Sedes δαιμόνων (v. Liddell and Scott s. v. ἕδος) domesticas numinum imagines significant; cfr. Soph. Electra 1374.

4) Hic est sensus verbi χλιδά. Ne quis vero vereatur, severius quam pro graecis facinus Lai toto hoc loco damnari, liceat insinuare, non solum nomen ipsum Lai graecis impudicitiam redoluisse, sed ipsius Lai memoriam cum turpi vitio ita fuisse coniunctam, ut huius inventor et in Graeciam inductor sit creditus ab omnibus. Haec ita refert *Athen.* III. 602 sqq.; et *Aelian.* XIII, 5. *Suidas* vero s. v. Θάμυρις, disputat utrum Laius, an Thamyris, an Iuppiter aliive huius vitii fuerint auctores.

qui id ita sit, non possumus illum invenire, omnia inclinant ut Oedipus occisor credatur fuisse; quid est hoc? an corruit tota deorum religio? — Haec enim sunt senum eorum verba [1]): „O dominator Iuppiter, siquidem rite diceris universorum rector, nec te haec lateant nec tuum semper immortale imperium. Evertuntur enim et irrita fiunt antiqua illa de Laio oracula; et nusquam Apollo honoribus celebratur [2]). Divina cuncta collabuntur".

Haec ita existimavi interpretanda; video enim hoc modo consonare cum reliqua tragoedia cumque his quae est chorus hucusque locutus.

Nam cum totus ἀγών huius tragoediae eo vergat ut ostendat eum, qui ab oraculis et nunc petatur et ante sit designatus, esse Oedipum, facit Sophocles ut, dum Iocasta, rex, alii humana investigatione pergunt indagare Oedipus quis sit et unde quidque fecerit, chorus et in parodo, et in primo et secundo hoc stasimo et postea in tertio, oraculis divinis semper insistat, ea declaret, ex eis poenas in sontem minetur [3]); dumque putet fugere longius a persona Oedipi significanda, magis ad eam accedat, quoad tandem et chorus sua via et sua reliquae personae in unum punctum coëant, cuncta patefiant subito, eoque maiore luce collustrentur quo minus fuerint a choro exspectata.

Sed est illa difficultas his quae dixi. Euripidem quidem suis tragoediis (Οἰνόμαος, Χρύσιππος, Φοίνισσαι) ita Laium sontem finxisse, invisumque diis ob crimen in Chrysippum commissum, certum est omnino cum ex fragmentis priorum, tum ex aliquibus versibus Phoenissarum; idque passim commentatores concedunt.

At vero negat cl. v. Robert ullum scriptorem ante Euripidem haec ita tractasse; Euripidis id facinus ait esse, primum fuisse Euripidem qui quandam nemaeam fabulam de Iove

---

1) 903—910.

2) Facile est cernere Sophoclem admisisse opinionem illam inter multos vulgatam Apollinem vindicem fuisse Chrysippi; id tota loquela chori ostendit, iam a primo stasimo.

3) 464: τίς ὅντιν' ἁ θεσπιέπεια Δελφὶς εἶπε πέτρα...;
1086: εἴπερ ἐγώ μάντις εἰμὶ καὶ κατὰ γνώμαν ἴδρις...

Chrysippi raptore arripuisset, Laio pro Iove appinxisset, eoque modo duarum familiarum (Pelopis et Labdaci) fata in unum coniunxisset. [1])

Praeter Euripidem num etiam Sophocles ita rem finxerit, his qui me legant relinquo iudicandum.

Utrum etiam Aeschylus eodem modo senserit necne, nec certo confirmari nec certo refelli potest; clare enim elicere nihil licet nec ex exiguis, quae restant, duarum priorum tragoediarum (Lai et Oedipi) fragmentis nec ex Septem c. Thebas; at si quid licet coniecturis divinare, potius credendus est Laius ea etiam macula ab Aeschylo fuisse actus in scaenam. Nam 1° nimium audax esset Euripides, si tam foeda et horrenda attribuisset ei viro qui a tota spectatorum corona semper fuisset innocens habitus; 2° ipsa vaga forma qua rem tractat Sophocles, tam vaga ut eius nos hucusque latuerit sensus, magnum argumentum est de re omnibus nota se agere; iam igitur illa de Laio fabula definitam formam nacta erat, sive ab Aeschylo, sive ab aliis ante eum; 3° aliqua ratio ficta fuit in sua fabula ab Aeschylo cur Laius consuluerit et quidem ter, Apollinem, et aliqua causa cur hic tam severum oraculum dederit; 4° quamquam *ἀβουλιᾶν* [2]) eum sensum habet quem optime explicat ipse clarus auctor [3]), at illa *παρβασίᾳ* [4]) peccatum Lai significat. Certum est in Euripidis Phoenissis Laium ob antiqua facinora puniri, non vero quia non oboedierit Apollini prohibenti filium generari, et nihilominus oraculum hoc modo imperativo utitur [5]): *μὴ σπεῖρε τέκνων ἄλοκα δαιμόνων βίᾳ·* igitur nec quia in *Septem contra Thebas* dicatur *Ἀπόλλωνος εὖτε Λάϊος βίᾳ... ἐγείνατο μὲν μόρον αὑτῷ πατροκτόνον Οἰδιπόδαν* [6]), licet iam eo ipso conficere Laium ab

---

1) „Wir dürfen so kategorisch sprechen, da wir oben S. 155 ff. den Beweis geführt haben, dass die Chrysippossage in der Oidipodie nicht vorkam, dass sie überhaupt weder episch noch alt war, und dass somit die mythologische Neuerung, für die Wilamowitz den Verfasser der Oidipodie verantwortlich macht, vielmehr von Euripides herrührt . . .“ *Oidipus.* Pg. 396. 397. Aeschylum ait pg. 488 finxisse Oedipum puniri quod Laius *non oboedierit*, Sophoclem puniri arrogantiam Oedipi, Euripidem crimen Lai in Chrysippum.

2) Sept. c. Th. 750.

3) Pg. 253.

4) 747.

5) v. 18.

6) 745 sqq.

Aeschylo non ob impudicitiam in Chrysippum multari, sed quia noluerit huic praecepto oboedire [1]).

Quod vero scholium illud omnibus notum in Phoenissas 1760, ubi haec omnia de Lai vitio referentur, non contineat summam eorum quae in Oedipodia tractabantur, et falsa proinde sit omnium scriptorum ab E. Bethe sententia (omnes enim eum pedibus sequuntur, Wilamowitz, Bruhn, Hofer, etc.) quod id igitur ita sit, vel, ut potius dixerim, quod tandem in Oedipodia de peccato Lai eiusque poena nulla fuerit mentio, id mihi non satis videtur a cl. auctore confirmatum, cum videam debilitari hac parte eius argumenta. [2])

Quod nobis haec subobscura videntur, et quod credimus, si haec esset vera huius loci interpretatio, debuisse Sophoclem clarius hac de re loqui, ideo est, quia nostro iudicio ea discernimus, non iudicio Atheniensium. Imaginem gerimus nos Lai puram quandam et quasi honesti viri, tum requirimus ut si quis eum foedum esse contendat et impurum, id confirmet et huius rei fidem faciat; aliter non cedimus, iniuria eum affectum dicimus. Sed finge spectatores Athenienses qui nomine Lai audito id intellegebant quod in Oedipodia ferebatur, quod in Aeschyli tragoediis etiam actum in scaena viderant, quod etiam

---

1) Ideo sunt qui, ut *Christ*, dicant Sophoclem quidem de crimine Lai non cogitasse, Aeschylum vero *probabiliter* usum eo crimine fuisse in fabula.

2) Dicit enim Laium aut ante matrimonium cum Jocasta, aut post illud sed ante natum Oedipum, aut post hunc natum peccasse. Ad primum membrum vero ait: „Hat Laios den Chrysippos vor seiner Vermählung mit Iokaste geraubt, so lässt sich, wie oben gezeigt, der Groll der Hera auch begreifen, aber er müsste, sollte man meinen, etwas gemildert werden, wenn nicht ganz erlöschen, sobald Laios durch seine Verheiratung wieder in die Bahnen der Sitte einlenkt, aber nach dem Scholion währt der Zorn der Hera gegen Laios bis zu dessen Ermordung und darüber hinaus. Sehr logisch ist das nicht. Raubt aber Laios den Chrysippos nach seiner Vermählung..." *Oidipus* pg. 155, 156.

Miror hunc naevulum in hoc opere quod ego optimum omnium de hac re puto; praesertim cum agatur de historia Oedipi, cuius solum nomen memoriam excitat diuturni deorum odii a patribus in filios. Caeterum multo iniuriosius egit Iuno vel Apollo vel dii omnes si haec omnia sine causa, aut propter rem licitam in Laium innocentem decreverunt et perfecerunt, quam si non cessarunt animadvertere in sontem, simul ac hic cessavit peccare.

Schneidewin-Nauck-Bruhn potius quaerendum credit, quis poeta primus hanc Chrysippi memoriam omiserit, et quibus de causis, quas sine dubio non habuit auctor Oedipodiae; K. Oed. Einl. 11. 12.

fortasse in Euripidis trilogia, si ante hanc nostram tragoediam est acta.

Si est difficile virum, quem honestissimum putarint auditores, subito foedare impune in theatro, multo est difficilius eum, quem turpissimum crediderunt, subito honestum amabilemque perhibere; et ne Sophocles quidem impedire potuisset quin Laius in auditorum mentibus talis esset qualem noverant fuisse, ruinam videlicet totius generis, idque propter suam impudicitiam. Quod si ita est, facile chori sensus capiunt.

Quod autem Iocasta de eo crimine non loquatur, quid mirum est? Anne loquitur in Phoenissis? et tamen toto eo dramate impudicitia Lai apertissime patet. Quod reliqui actores non eius faciunt mentionem, difficultatem nullam facit; an meminerunt eius in Phoenissis? Nonne chorus ipse tum se cogitatibus his tradidit, cum est sibi soli relictus, tempusque nactum se putat aptum gravissimis his cogitationibus quae eius aetati praesentibusque adiunctis aptissime conveniunt?

In episodio tertio [1]) nulla fere verba loquitur chorus; ea autem quae audit et ab actoribus discit, utile est animo recolere.

Si non certum, at fere certum factum est ex episodio praecedenti Oedipum occidisse Laium; nunc eo iam dirigitur actio ut gradatim manifestum fiat, eundem esse filium Lai. Ex colloquio igitur Iocastae, suique coniugis, nuntiique qui domo Polybi nuper advenit discit chorus, nec Polybum nec Meropen veros parentes fuisse Oedipi, sed fictos et adoptivos, hunc autem, cum adhuc infantulus esset, ab eo ipso qui nunc nuntius sit, traditum fuisse in Polybi manus, signa illas cicatrices esse unde et nomen obtineat; se autem illum infantem non ex eius matre excepisse sed alius pastoris; hunc pastorem de domo Lai fuisse; etiamnum in familia Lai vivere...; quae omnia dum audit Iocasta ita clare cernit suum coniugem suum filium esse, ut se praeceps eripiat de scaena illis clamoribus: „Eheu, eheu, miser! hoc enim solum est quod te compellare possim; et nihil amplius posthac". [2])

---

1) 911—1085.

2) 1071. 1072, vel fortasse melius: „Nunc te postremum alloquor, et iam numquam posthac". „Unhappy one, goodbye! Goodbye before I go: this once, and never never more!" (G. Murray).

Non intellegit sensum horum verborum chorus; sed ne Oedipus quidem, qui credit eam id tantum vereri ne ipse humili loco natus esse detegatur; pergit ergo investigare quis tandem suus pater sit et in hunc finem famulum iubet evocari.

Chorus autem qui haec omnia diligenter et attente audivit, brevissimum stasimum tertium concinit. [1])

Quo magis illud contemplor, eo minus adduci possum ut adhaeream communi scriptorum interpretationi, hunc hymnum quendam esse hilarem et exsultantem, eoque fine positum, ut post hanc gestientis laetitia animi elationem et altitudinem, maius sit et gravius proximae calamitatis pondus.

Effectum hoc aestheticum et haberi et intendi hoc loco non dubito, laetitiae vero hymnum esse, non possum videre, et revera, si ita esset, chorus hic contraria contrariis misceret, nec umquam diceretur fixa persona ab Aristotele, si in hac omnium notissima et ab Stagirita saepissime laudata tragoedia haec laeta nunc caneret.

Hoc stasimo chorus (haec mea opinatio est), nec tam rerum gnarus quam Iocasta, nec tam caece ignarus quam Oedipus, huic vero suo Regi mirum in modum addictus, cum videat solam eam spem reliquam esse, ut cum Lai famulus veniat, dicat se illum infantem non ab Iocasta sed ab aliqua Cithaeronis nympha excepisse; si haec dicat, cuncta salva esse, cuncta corruere si neget, illud facit quod est eorum naturae qui in similibus adiunctis versantur maxime consentaneum, ut illam unam spem reliquam corripiant, ei adhaereant, eam sibi ipsis repetant et quasi augeant verbis, non tam ut aliis id persuadeant, quam ut sibi ipsis de spei veritate et firmitate faciant fidem.

Luce enim veritatis quae iam accedit exterritus, spem adhuc suam fovet, cumque omnia iam clament Oedipum filium esse Lai, chorus etiamnum spei suae insistit, cuncta miracula et prodigia credit admittenda prius quam suam de carissimo rege mentem mutet. Tantus est eius in Oedipum amor, et tanta fuit Sophoclis cura id in prima parte significandi et repetendi.

Sed venit famulus Lai, fateturque se puerum illum ab eius matre recepisse ut occideretur, misericordia vero se motum

---

1) 1086—1109.

tradidisse illi alteri nuntio, qui nuper in scaena fuerit, matrem vero a qua recepisset esse... *Iocastam*! „Hei, hei mihi, cuncta facta sunt manifesta. O lux, postremum te conspicio,

ὅστις πέφασμαι φύς τ' ἀφ' ὧν οὐ χρῆν, ξὺν οἷς τ'
οὐ χρῆν ὁμιλῶν, οὕς τέ μ' οὐκ ἔδει κτανών, [1])

qui duo versus suis ipsis sonorum signis exprimunt totam illam indecoram confusionem et factorum in vita Oedipi et sensuum in eius animo nunc.

Dilapsa est tota spes chori. Attonitus et deiectus veritate humanarum rerum vanitatem meditatur: „O mortalium generationes, quam vos, dum vivitis, in nullo numero habeo. Quis enim, quis hominum felicitatis amplius obtinet quam umbram quae nunc appareat et vix nata evanescat? Tuum exemplum conspicatus, tuam sortem, tuam, inquam, miserrime Oedipe, mortale nihil beatum dico". [2])

Facillima sunt quae sequuntur; in antistr. α' praeteritam gloriam Oedipi celebrat, in str. β' eius praesentem ruinam lamentatur.

Ἐφεῦρέ σ' ἄκονθ' ὁ πάνθ' ὁρῶν χρόνος·
δικάζει τὸν ἄγαμον γάμον πάλαι...
...τὸ δ' ὀρθὸν εἰπεῖν, ἀνέπνευσά τ' ἐκ σέθεν
καὶ κατεκοίμησα τοὐμὸν ὄμμα.

Mira est haec loquela. Ait hic chorus cuncta quae ante tam studiose inquisisset, cuncta quadrare Oedipo. Erat haec igitur opportunissima occasio illa omnia quae tam saepe optaverat et expetierat a diis in causam pestilentiae, illa inquam, cuncta congerendi nunc et in caput Oedipi coniciendi, aut saltem mortem eius exsiliumve, quae Apollo ad patriae liberationem requirebat, decernendi et urgendi; praesertim cum Oedipus ipse haec eadem tam saepe in ignotum Lai interfectorem decrevisset.

Tamen eum chorus ne verbo quidem lacessit, ne meminit quidem poenarum; facta eius praeterita, etsi hic eo absente commemorat, eo praesente reticet omnino; culpam vero *numquam* ei tribuit, sed cuncta eo verbo explicat, quod iam posthac erit summa totius Oedipi historiae: ἰώ, Λαΐειον ὦ τέκνον.

Illud autem quod addit „utinam te numquam vidissem",

---

1) 1182—1185. 2) 1186—1196.

non tam severum est quam primo adspectu videtur; cum enim deberet dicere: „iam nunc tandem relevor, teque pulso, patria mea salva erit", dicit se *nunc* esse miserum, *nunc* decidisse ab altissimo culmine, quo eum evexerat Oedipus; adeo suam cum Oedipi sorte amore copulatam existimat: „ut verum dicam, per te respirabam, et per te oculos iam claudo".

Verum totius huius tragoediae commentarium constituit illa sculpta imago in Sarcophago Lateranensi, ubi qualis vita Oedipi ab antiquitate conciperetur, bene elucet. Constat septem parvis veluti quadris, quorum primo (a sinistra ad mediam imaginem) Laius fingitur ante Apollinem, huius oracula excipiens, secundo Laius ipse iam puero nato, tertio exponitur in Cithaerone Oedipus, exit quarto Oedipus domo Polybi, occidit quinto (a dextra ad mediam) Laium, Sphingem destruit sexto, septimo tandem Oedipus, quis ipse sit, reperit. [1])

Eam quam dicebant benevolentiam in Oedipum clarius etiam ostendunt Thebani senes simul ac ipse denuo apparet, oculis iam effossis turpiterque foedato vultu; nam obstupefacti et in summam miserationem rapti ob terribilem oculorum lacerationem, quaeritant quis daemon insiluerit super eius iam sine hoc acerrimam calamitatem [2]), et ne cogitare quidem audent quae iam antea ipsi locuti fuerant, tacentque exterriti, etsi multa habent dicenda, multa quaerenda, multa etiam contemplanda; eo stupore sunt correpti: *τοίαν Φρίκην παρέχεις μοι.* [3])

Hi sensus chori quam sint sibi grati declarat Oedipus cum ei dicit: „Io, amice; tu mihi etiamnum constanti fide famularis, perstas enim mihi, etiam caeco, adesse. Heu, heu, non me lates, clare agnosco, etsi tenebris obvolutus, tuam vocem".

De sola etiam caecitate quaerit denuo chorus:

ὦ δεινὰ δράσας, πῶς ἔτλης τοιαῦτα σὰς
ὄψεις μαρᾶναι; τίς σ' ἐπῆρε δαιμόνων; [4])

cui Oedipus Apollinem ait in causa totius ruinae fuisse; scilicet hic etiam illius prisci oraculi fit mentio quo Laius dice-

---

1) ROBERT, *Die Antiken Sarkophag-reliefs* in Auftr. d. Kais. D. Arch. Inst. Berlin. 1890, 2 pl. LX fig. 183; vel. S. REINACH, *Reliefs grecs et romains*, 3, pg. 278 (1912).

2) Πρὸς σῇ δυσδαίμονι μοίρᾳ, 1302. 3) 1303. 1304.

4) 1327. 1328.

batur filium parricidam et incestuosum geniturus. His assentitur chorus 1336; sed brevissime id dicit, attonitus spectaculo sui regis *oculis* tam crudeliter capti [1]). Tam fixum id in mente et in animo habet ut maledicente Oedipo illis qui se liberaverint morte in recessibus Cithaeronis, quia tum vitatus fuisset tam magnus dolor et *suis amicis* et sibi ipsi, clamet chorus id se etiam cupere avide, rationem autem hanc afferat:

„melius enim eras vita captus, quam visu vivus". Non enim videt qui eius consilium oculos effodiendi possit probare. [2])

His absolvitur tota chori actio et sermo in Oedipo Tyranno; tres enim illi versus 1416—1418 nihil ad nos pertinent, et postremi septem [3]), si sunt genuini et a Sophocle conscripti, certe extra drama sunt et potius ad spectatores quam ad actores dicuntur; continent autem alio metro eandem sententiam strophae *α'*, v. 1186—1195.

Atqui hucusque saltem est chorus definitus quidam et stabilis actor, qui certa quaedam et fixa quaerit et ea constanter persequitur et omnia verba sua omnes sensus animi in eum finem accommodat, dictis factisque dramatis afficitur, sicut alii, ut sententiam sive confirmet sive mutet, verba oraculi et intellegit et interpretatur et de quo agant investigat, Oedipum hortatur, ducit, consiliis prosequitur, amore, summa in fine misericordia.

---

1) 1347. 1348: *δείλαιε τοῦ νοῦ τῆς τε συμφορᾶς ἴσον,*
ὥς σ' ἠθέλησα μηδέ γ' ἂν γνῶναί ποτε.

Optime hoc loco J. T. SHEPPARD: "I agree with Jebb that *τοῦ νοῦ* means 'thy sense of thy misfortune'. This makes me inclined to keep *ἀναγνῶναι*, and to suppose that the chorus means, not 'I wish I had never known you', as in line 1356, but 'would that you had not lived to recognize your destiny'.

2) 1367. 1368.

3) Scholiasta eos Oedipo, non choro tribuit. Rationes quibus de eorum authentia dubitant nonnulli, collegit FRANZ MAYERHOFER. *Ueber die Schlüsse der erhaltenen griechischen Tragödien.* (1908) pg. 17—21.

CAPUT TERTIUM.

Oedipus Coloneus.

Hunc Oedipum quem nuper incertum de reliquo futurae vitae eventu reliquimus, mortuum esse Thebis et sepultum Eteoni, antiquissimo testimonio constat. Nam Didymus [1]) in schol. ad v. 91 huius tragoediae legisse se ait in opere Lysimachi cui inscribebatur Θηβαικά, narrari ab Arizelo haec:

Oedipum mortuum cum vellent eius amici sepelire Thebis, prohibiti sunt a Thebanis propter illa praeterita facta, de quibus in Oedipo Tyranno agitur. Extulerunt igitur eum in locum quendam Boeotiae, nomine Ceon, illicque terra condiderunt. Cum vero eveniret illis incolis calamitatis nescio quid, crederentque huius causam Oedipi sepulcrum esse, adegerunt illos removere denuo eius ossa et de finibus deducere. Faciunt id quidem ii viri, ossa Eteonum transferunt noctuque et secreto sepeliunt. Postridie eius diei, bene mane, comperiunt locum in quo fuisset sepultus esse sacrum Cereri; mittunt anxii qui numen interrogent quid sibi sit faciendum. Quibus responsum: eum ne loco removeant, qui supplex adsit deae. Quapropter illic iacet sepultus, locusque Oedipodeum est appellatum. [2])

Eteonus hic vicus in Boeotia erat, non longe a Thebis, cumque viderent eae gentes deos de Oedipi ossibus tam fuisse sollicitos, praesertim Cererem quae dea erat copiae et prosperitatis, sensim sine sensu finxerunt eius sepulcrum esse auxilii urbi Thebanae, et, quoad illic iaceret Oedipus, hanc fore incolumem et beatam; simul ac abesset, infelicem; ita deos rem constituisse; data etiam esse ea de re oracula multa.

Haec ita Thebis temporibus illis. In Attica vero, longo tempore post, nata est illa fama, Oedipum non Thebis mortuum, sed eis pulsum et mendicantem adiisse Atticam, huiusque in pago, Colono, vita decessisse; ita ab oraculis fuisse praedictum. Haec nota erant Athenis cum Euripides Phoenissas scripsit [3]);

---

1) Cfr. JOHANN RICHTER, *Die Scholien zu Oedipus Koloneus und ihr Verhältnis zum Ὑπόμνημα des Didymus.* Wiener Studien 32 (1911) 37—70.

2) Haec omnia subtili et nova argumentatione confirmavit Robert, Oidipus I, 1—47.

3) *Phoen.* 1703—1707.

dum enim facit eo venientem Oedipum eiectum Thebis, hospitalitatem Atheniensium et humanitatem laudat. [1])

Sophocles vero cum haec ita esse videret, opportunissimam occasionem nactum se esse arbitratus est, ut laudes sui paguli, (natus enim fuerat Coloni, ab Athenis decem stadiis) cum laudibus Athenarum connecteret, simulque Atheniensibus monumentum relinqueret sui erga eos grati animi perpetuaeque benevolentiae. Nemo enim qui Aristophanem eiusque scholia legerit, aut vitam Sophoclis, ignorat quam carus fuerit semper Atheniensibus civibus is vir cuius ea erat Athenis summa laus:

μάκαρ Σοφοκλέης ὃς πολὺν χρόνον βιοὺς
ἀπέθανεν, εὐδαίμων ἀνὴρ καὶ δεξιός,
πολλὰς ποιήσας καὶ καλὰς τραγῳδίας
καλῶς δ' ἐτελεύτησ' οὐδὲν ὑπομείνας κακόν.

Igitur fere nonagesimum agens annum recinxit se huic operi, in quod et diuturnum suum amorem effundere voluit, et artem exercere quae in senectute, quae non sit caduca, perfectissima esse solet.

Quocirca, omnia illa quae de Thebis dicebantur deque Oedipo illis favente, transtulit in Atticam. Finxit illud oraculum quod eius mortem Coloni futuram nuntiasset in Phoenissis, praedixisse non mortem sed decessum e vivis (utitur enim hoc ancipiti sermone Sophocles iam ab initio); eum autem futurum non conceptis verbis Coloni, sed eo loco ubi in Eumenidum luco primum constitisset errans Oedipus; tandem, id quod praecipuum est, ubi decessisset, loco illi fore saluti, locis vero unde depulsus fuisset, ruinae. Sophocli enim tribuere debemus, quandiu aliud non affertur, quod ante ipsum in hac re nemo dixerat.

Oedipum de vivis sine morte evehendo, et eius gloriae consulebat, et simul subveniebat obscuritati famae quae de Colono ferebatur. Eumenides vero in fabulam inducendo, laudes canebat Athenarum, ubi illae ipsae deae, quae terror essent omnium gentium, humanissimae factae fuerant suavitate morum et

---

1) Quod facit Antigonam comitem patris, debuit etiam ex fabula recipere Euripides; caecum enim senem aliquis debuit dici manu duxisse. In bonum et felicitatem Atticae quod veniat Oedipus, non video in ea tragoedia significatum.

institutis Atheniensium [1]). Coloni denique cum haec omnia perficerentur, et Coloni poneret eum qui arx et propugnaculum Athenarum esset futurus, confirmavit illud gloriosum nomen ἔρεισμ' Ἀθηνῶν, et Oedipi, Coloni, Sophoclis, Athenarum nomina in perpetuum coniuncta fore putavit.

Id nisi clare perspiciatur, multae sunt difficultates [2]); non enim est haec tragoedia mortis vel transitus Oedipi, sed tragoedia qua gloria celebratur Athenarum per Oedipi decessum de vivis. Hunc in finem tota actio vergit; hoc consilio positae sunt scaenae qua Creon et Polynices conantur Thebas et Argos deferre Oedipum, hoc hymni omnes et cantus chori, hoc tandem illa sollemnis pompa qua Oedipus deducitur in fine. [3])

Iam illud gratissime debuit afficere Athenienses, quo tragoediam orditur Oedipus: „O filia caeci senis Oedipi, in quae

---

1) Cp. HILD, *Études sur les démons*, pg. 182 sqq. AESCH. *Eumen.* 892—1407. Praeterea, ut optime explicat *Robert*, Oedipi nomen antiquitus connexum erat cum Cerere et cum Furiis (Ibid. pg. 44—47).

2) Aliquas tantum collegit AD. MÜLLER (*Aesthetisch. Kommentar*[2]... pg. 135—140), cum ait in hac tragoedia, actioni non solum non prodesse sed plane obesse scaenam Polynicis, cuius solus fructus sit ponere denuo ob oculos spectatorum calamitates domus Labdacidarum; prologum longe produci sine causa, adducto illo ξένῳ, quid enim aliud eum dicere quod non dicat postea chorus, cuius sit ipse solus praenuntius? in commo chori cum Oedipo indulsisse Sophoclem studio et voluptati musicae sine ratione, idipsum peccare in altero quod consequitur post; inutilia esse quae de purgatione Oedipi aguntur in scaena postquam dixerit quid cum Furiis ipse habeat, et 48 versus illic consumi ut Ismene de scaena eiciatur, tum alia multa. Quo acervo incommodorum cogi se dicere Sophoclem hanc tragoediam ita non scripsisse ut est nunc, multa a nepote mutata fuisse; quaenam ea sint aliis se investigandum relinquere; nam rem difficilem admodum esse.

3) Sicut in hac summa naturae et finis huius tragoediae interpretatione, ita in multis singulis partibus debeo a NICOLA FESTA discedere, qui in *Studi Sofoclei* (*Atene e Roma* 20 (1917) 61—90, 210—140) ait: „Queste parole" [vid. v. 607 sqq,]... representano ad ogni modo la nota fondamentale nei pensieri e nei sentimenti del personaggio che le pronunzia: il disgusto per questa vita mortale, piena di disinganni, priva di stabilità, ignara di calma... E tutta la tragedia non rappresenta altro, in fondo, che l'affannoso dibattersi d'un naufrago della vita per raggiungere la sponda dell'eternità. Per questo è stato detto, non sensa razione, che l'Edipo a Colono è una tragedia religiosa e per questo meriterebbe che la considerassimo come un „poema sacro".

Multo magis accedit vero, etsi chori personam praetermittit, CHANDLER RATHON POST, The Dramatic Art of Sophocles, pg. 86.

loca, aut qualium gentium in *urbem* venimus, Antigona? quis hodie errantem Oedipum excipiet modicis donulis"....? — „Pater miserande Oedipe, muri quidem qui *urbem* cingunt, illic procul, quantum oculis conicio; *locus* vero hic sacer sine dubio, quippe qui lauro, olea, vitibus crebris sit consitus..." — Et simul ac in saxo consederant: „potesne me, quaeso, docere quo devenerimus et ubi constiterimus? — Illas quidem *Athenas* esse novi [1]), *locum* vero *hunc* non novi... visne eam et inquiram? — Ita sane". Tunc venit quidam vir de quo disputant multi Coloneusne sit an Atheniensis [2]); hunc alloquitur Oedipus; at ipse clamat, eo loco ut secedat, sacrum eum esse, Eumenides illic coli. Senex tunc videt eum esse locum, ubi ex oraculis sit finem laborum obtenturus: renuit ergo inde secedere; quaerit deinde: „*hic* autem *locus* ubi constitimus, quisnam tandem est?" — Cui ille: „dicam tibi, inquit, et audies quaecumque ego novi; *locus hic* quidem totus sacer est, tenent autem eum et venerabilis Neptunus et ignifer deus Titan Prometheus; quodque nunc calcas solum, id appellatur limen aeneum, *firmamentum Athenarum*; vicina vero arva equestrem *Colonum* gloriantur praesidem habere, et ab eius nomine nomen derivarunt; ita sunt tibi haec, non verborum fama multum celebrata [3]), sed ipsa praesentia".

Et confestim iterum: „habitant igitur haec loca aliqui? — Profecto, et nomen ex deo nacti. — Regemne habent, an

---

1) Minus feliciter, credo, *Jebb*: „Athens I know, but not this place"; sed ita nullum habet sensum Oedipi responsum v. 25.

2) Etsi multa novit de Colono eiusque religionibus, Coloneum eum non esse non solum eius mores ostendunt, tam diversi ab his quos choro tribuet Sophocles, sed ipsa etiam eius verba: tamquam de viris sibi alienis agit de Coloneis (78), ut de re non sibi propria de cultu Eumenidum (*hic populus* eas appellat omniscias Eumenides), ut de re non valde gravi de Oedipi ingressu in lucum earum, ubi nemo Coloneus eum sedere permitteret, nedum iuberet, ut hic vir (77).

Nomen huius nullum potuit inveniri minus aptum hoc nomine ξένος, in hac tragoedia, ubi omnes se mutuo passim appellant „hospites". Brevitatis gratia cum hoc capite *viatorem* nominabo.

U. v. Wilamowitz eum Coloneum esse nec probari nec refutari posse ait. N. Festa eum putat „un campagnuolo di Colono... un uomo simplice, religioso, caritatevole". (ib. pg. 62).

3) Hic significat Sophocles eas laudes Coloni non multum divulgatas fuisse.

penes multitudinem est imperium? — *Haec loca* a rege qui *urbi* praeest gubernantur... Theseus ille vocatur..."

Sic iam a principio Athenae et Colonus connectuntur. Sed porro multo magis, nam venient statim senes Colonei, et paulo post rex Athenarum, quibuscum tota tragoedia erit agenda. Etenim viator ille rogatus ab Oedipo Theseum ut arcesseret, erat enim ei Oedipus magna collaturus bona, abiit quidem [1]), sed cum discedebat, addidit se convocaturum etiam *cives Coloneos*, ut quid de Oedipi ingressu esset iudicandum decernerent.

Haec igitur cum audiant senes Colonei qui chorum faciunt, veniunt in theatrum, ingrediuntur exterriti, accedunt caute, nulloque cantu parodico, cumque conspiciant scaenam nec videant Oedipum — sese enim cum Antigona in luco abdiderat cum eos venientes sensit — ita dicunt:

„dispice, quisnam erat? ubi constitit? ubi versatur egressus finibus (sacris) ille omnium, ille omnium impudentissimus? Inquire, cerne eum, inspice ubique. Vagus, vagus aliquis est ille senex, neque indigena. Non enim inaccessum lucum subiisset indomitarum dearum, quas nomine compellare veremur, quasque praeterimus aversis oculis, compressa voce, taciturnam cogitationem ore referentes. Nunc vero aliquis advenisse fertur inverecundus, quem ego, circumspectans per totum nemus, nondum possum videre ubi tandem desideat".

Tunc subito Oedipus videndum se praebens inter lucum: „Ego sum ille; voce enim video quod dicitur". — „Eheu, eheu, gravis aspectu, gravis et auditu" [2]). Quoniam audivit

---

1) Iuvat hic nuntia huius viatoris examinare: dicet Theseo virum quendam, senem, puella quadam comitatum venisse Colonum, et rogasse *ut Theseum illuc arcesserent*, pro parvulis donis summa se dona collaturum (72); *addet* summa cum maiestate et dignitate virum esse (fuerat enim hoc maxime affectus, 76) et cum Eumenidibus aliquid se commune habere insinuasse et laetatum esse cum audisset eis dicatum esse locum ubi stetisset. Viator non novit nomine Oedipum.

Viris vero Colonensibus, sicut praeteriens promisit Oedipo, ita praeteriens dixit *solum* hoc: virum quendam senem lucum Eumenidum ingressum esse; nihil de caecitate (147. 149); nihil de promissis, quae non ad eos pertinebant, dicendum paganis putavit civis Atheniensis. Hoc enim utrumque ignorat chorus cum ingreditur theatrum.

2) Non terroris ob oculorum lacerationem sed admirationis est haec vox; Oedipus longe est, venerando aspectu eum fingit Sophocles (cp. v. 76); chorus nondum cognovit eum esse caecum.

quae dum latebat dixerunt, clamat: „ne me, obsecro, pro legum contemptore habeatis..." — „O Iuppiter propulsator, clamat chorus cum iam accedentem videt eum, quisnam est hic senex?"— „Non talis quidem, o terrae huius praesides, quem possit quisquam prima sorte beatum putare; en argumentum; (et iam plene accedit) non enim sic alienis oculis traherer, neque magnus parvulae innixus ambularem". — „Hei, hei, caecus oculis (nunc primum id observavit chorus); ἆρα καὶ ἦσθα φυτάλμιος; tam longa tua quam misera vita, ut conicio. Quantum in me est, non hanc addes calamitatem; transgrederis enim, transgrederis. Sed, ne irrepas in taciturnum istum herbosum lucum, ubi crater aquae miscetur latice liquati mellis (id, miserrime hospes, maxime caveto) retrocede, abi...." Et in hac eadem sententia alia multa aniliter et superstitiose. [1])

Totum hunc modum loquendi eorum senum multoque magis eorum postea verba qui consideret, non poterit non videre eos non quoslibet senes esse, sed rusticanos et vere Coloneos [2]); adeo ut sola haec comparatio cum senibus Oedipi Tyranni facile refellat opinionem eorum qui dicunt, personas chorales eo tantum sensu esse fixas quatenus, si senes sint, ut senes loquantur, si puellae ut puellae, alias vero ab aliis eiusdem aetatis vel ordinis non differre.

Postquam clamoribus atque minis huc illuc eum versarunt, hinc exeundum esse, illuc non adeundum, procedendum esse, discedendum — quae omnia bellissime facit Sophocles ut eius miseria summa appareat maiorque gloria fulgeat in fine [3]) — cum igitur iam eum sedentem habent, sine dubio in media scaena, quaeritant: „O miser senex, si quidem iam nunc vacas, dic, quibus es natus? quo nomine duceris in tua calamitate? quamnam tuam patriam doces nos? — *Oed.* Patriam ego

---

1) Versus 184—187 non possum credere dictos a choro, tametsi id iam dicitur passim ab editoribus post Hermannum; malim tributos Antigonae, sicut est in codd. mss., nam benigniora verba habent quam quae adhuc a choro possint exspectari.

2) Rebus tamen atheniensibus ita afficiuntur, quasi veri Athenienses sint; tales enim volebat in suum propositum eos senes Sophocles, cp. vv. 236. 260. 282. 288. 292; id per totam tragoediam manifestum est.

3) Ita aptissime Wilamowitz op. laud. pg. 341.

nullam, o hospites, sed ne... — *Cho.* Quid vetas, senex? — *Oed.* Ne, ne me roges quis sim; neve me pervestiges ulterioribus quaestionibus... — *Cho.* Quid hoc? — *Oed.* Horrendus ortus meus. — *Cho.* Dic. — *Oed.* O filiola, hei mihi, quid dicam? — *Cho.* Quis tuus sator, dic, hospes, quis pater? — *Oed.* Quid faciam, hei mihi, filiola mea? — *Ant.* Dic, siquidem iam in extremis versaris. — *Oed.* Dicam ergo, non habeo effugium. — *Cho.* Iam dudum ambo rem prolatatis, agedum, properate. *Oed.* Nostisne Lai quendam natum, o..! — *Chor.* Io, io. *Oed.* Et Labdacidarum genus? — *Cho.* O...! Iuppiter! — *Oed.* miserum Oedipum? — *Cho.* Tu es igitur ille? — *Oed.* Ne metum habeatis, ea quae dico... *Cho.* Io! o! o! — *Oed.* Miser. — *Cho.* O! o! — *Oed.* Filia, quid de nobis fiet nunc? — *Cho.* Abite procul foras *ab his terris.* — *Oed.* Et quae promisisti quorsum exsolves? — *Cho.* Nulla cuiquam a diis poena venit, si quae passus est vindicat; dolus alteri dolo qui respondet, non gratiam sed damnum compensat; tu vero has sedes linquens quam citissime te abripe ex *terra mea*, ne quod ultra *urbi* meae negotium facessas". [1])

Duris his et immitibus verbis opponit tunc puella tenerrimam orationem, qua pro caeco patre supplex precatur; ea commotus chorus animi sui descriptionem clarissimam facit nostroque huic studio admodum aptam:

„At scito, o filia, tui quidem 'pariterque parentis tui nos valde miseret, ob vestram calamitatem. Sed deorum iram timentes non possumus quidquam ultra ea quae diximus" [2]). Metu deorum prohibentur simplices illi viri favere Oedipo. Quibus hic apte inquit, a diis eis nihil ob haec metuendum, se innocentem esse; immo quia deos colere velint, Oedipum debere iuvari; „ne deorum cultui studentes, deos nullos faciatis", quodque est initium et finis orationis eius [3]): „ubi sunt religiosissimae illae, ubi humanissimae illae Athenae" (260. 283)? huic autem urbi multa bona collaturus venit Oedipus (287).

Qua oratione commotus chorus, nescit iam quid faciat. Regem

1) 203—236. 2) 254—257.

3) Nil mirum si et hic et saepe alias in hac tragoedia primae partes huic argumento gloriae et honoris Athenarum dantur; pertinet enim id ad finem huius fabulae.

tradidisse illi alteri nuntio, qui nuper in scaena fuerit, matrem vero a qua recepisset esse... *Iocastam*! „Hei, hei mihi, cuncta facta sunt manifesta. O lux, postremum te conspicio,

> ὅστις πέφασμαι φύς τ' ἀφ' ὧν οὐ χρῆν, ξὺν οἷς τ'
> οὐ χρῆν ὁμιλῶν, οὕς τέ μ' οὐκ ἔδει κτανών, [1])

qui duo versus suis ipsis sonorum signis exprimunt totam illam indecoram confusionem et factorum in vita Oedipi et sensuum in eius animo nunc.

Dilapsa est tota spes chori. Attonitus et deiectus veritate humanarum rerum vanitatem meditatur: „O mortalium generationes, quam vos, dum vivitis, in nullo numero habeo. Quis enim, quis hominum felicitatis amplius obtinet quam umbram quae nunc appareat et vix nata evanescat? Tuum exemplum conspicatus, tuam sortem, tuam, inquam, miserrime Oedipe, mortale nihil beatum dico". [2])

Facillima sunt quae sequuntur; in antistr. α' praeteritam gloriam Oedipi celebrat, in str. β' eius praesentem ruinam lamentatur.

> Ἐφεῦρέ σ' ἄκονθ' ὁ πάνθ' ὁρῶν χρόνος·
> δικάζει τὸν ἄγαμον γάμον πάλαι...
> ...τὸ δ' ὀρθὸν εἰπεῖν, ἀνέπνευσά τ' ἐκ σέθεν
> καὶ κατεκοίμησα τοὐμὸν ὄμμα.

Mira est haec loquela. Ait hic chorus cuncta quae ante tam studiose inquisisset, cuncta quadrare Oedipo. Erat haec igitur opportunissima occasio illa omnia quae tam saepe optaverat et expetierat a diis in causam pestilentiae, illa inquam, cuncta congerendi nunc et in caput Oedipi coniciendi, aut saltem mortem eius exsiliumve, quae Apollo ad patriae liberationem requirebat, decernendi et urgendi; praesertim cum Oedipus ipse haec eadem tam saepe in ignotum Lai interfectorem decrevisset.

Tamen eum chorus ne verbo quidem lacessit, ne meminit quidem poenarum; facta eius praeterita, etsi hic eo absente commemorat, eo praesente reticet omnino; culpam vero *numquam* ei tribuit, sed cuncta eo verbo explicat, quod iam posthac erit summa totius Oedipi historiae: ἰώ, Λαΐειον ὦ τέκνον.

Illud autem quod addit „utinam te numquam vidissem",

---

1) 1182—1185. 2) 1186—1196.

non tam severum est quam primo adspectu videtur; cum enim deberet dicere: „iam nunc tandem relevor, teque pulso, patria mea salva erit", dicit se *nunc* esse miserum, *nunc* decidisse ab altissimo culmine, quo eum evexerat Oedipus; adeo suam cum Oedipi sorte amore copulatam existimat: „ut verum dicam, per te respirabam, et per te oculos iam claudo".

Verum totius huius tragoediae commentarium constituit illa sculpta imago in Sarcophago Lateranensi, ubi qualis vita Oedipi ab antiquitate conciperetur, bene elucet. Constat septem parvis veluti quadris, quorum primo (a sinistra ad mediam imaginem) Laius fingitur ante Apollinem, huius oracula excipiens, secundo Laius ipse iam puero nato, tertio exponitur in Cithaerone Oedipus, exit quarto Oedipus domo Polybi, occidit quinto (a dextra ad mediam) Laium, Sphingem destruit sexto, septimo tandem Oedipus, quis ipse sit, reperit. [1])

Eam quam dicebant benevolentiam in Oedipum clarius etiam ostendunt Thebani senes simul ac ipse denuo apparet, oculis iam effossis turpiterque foedato vultu; nam obstupefacti et in summam miserationem rapti ob terribilem oculorum lacerationem, quaeritant quis daemon insiluerit super eius iam sine hoc acerrimam calamitatem [2]), et ne cogitare quidem audent quae iam antea ipsi locuti fuerant, tacentque exterriti, etsi multa habent dicenda, multa quaerenda, multa etiam contemplanda; eo stupore sunt correpti: *τοίαν Φρίκην παρέχεις μοι.* [3])

Hi sensus chori quam sint sibi grati declarat Oedipus cum ei dicit: „Io, amice; tu mihi etiamnum constanti fide famularis, perstas enim mihi, etiam caeco, adesse. Heu, heu, non me lates, clare agnosco, etsi tenebris obvolutus, tuam vocem".

De sola etiam caecitate quaerit denuo chorus:

ὦ δεινὰ δράσας, πῶς ἔτλης τοιαῦτα σὰς
ὄψεις μαρᾶναι; τίς σ' ἐπῆρε δαιμόνων; [4])

cui Oedipus Apollinem ait in causa totius ruinae fuisse; scilicet hic etiam illius prisci oraculi fit mentio quo Laius dice-

---

1) ROBERT, *Die Antiken Sarkophag-reliefs* in Auftr. d. Kais. D. Arch. Inst. Berlin. 1890, 2 pl. LX fig. 183; vel. S. REINACH, *Reliefs grecs et romains*, 3, pg. 278 (1912).

2) Πρὸς σῇ δυσδαίμονι μοίρᾳ, 1302. 3) 1303. 1304.

4) 1327. 1328.

batur filium parricidam et incestuosum geniturus. His assentitur chorus 1336; sed brevissime id dicit, attonitus spectaculo sui regis *oculis* tam crudeliter capti [1]). Tam fixum id in mente et in animo habet ut maledicente Oedipo illis qui se liberaverint morte in recessibus Cithaeronis, quia tum vitatus fuisset tam magnus dolor et *suis amicis* et sibi ipsi, clamet chorus id se etiam cupere avide, rationem autem hanc afferat:

„melius enim eras vita captus, quam visu vivus". Non enim videt qui eius consilium oculos effodiendi possit probare. [2])

His absolvitur tota chori actio et sermo in Oedipo Tyranno; tres enim illi versus 1416—1418 nihil ad nos pertinent, et postremi septem [3]), si sunt genuini et a Sophocle conscripti, certe extra drama sunt et potius ad spectatores quam ad actores dicuntur; continent autem alio metro eandem sententiam strophae *α'*, v. 1186—1195.

Atqui hucusque saltem est chorus definitus quidam et stabilis actor, qui certa quaedam et fixa quaerit et ea constanter persequitur et omnia verba sua omnes sensus animi in eum finem accommodat, dictis factisque dramatis afficitur, sicut alii, ut sententiam sive confirmet sive mutet, verba oraculi et intellegit et interpretatur et de quo agant investigat, Oedipum hortatur, ducit, consiliis prosequitur, amore, summa in fine misericordia.

---

1) 1347. 1348: *δείλαιε τοῦ νοῦ τῆς τε συμφορᾶς ἴσον,*
ὥς σ' ἠθέλησα μηδέ γ' ἂν γνῶναί ποτε.

Optime hoc loco J. T. SHEPPARD: "I agree with Jebb that *τοῦ νοῦ* means 'thy sense of thy misfortune'. This makes me inclined to keep *ἀναγνῶναι*, and to suppose that the chorus means, not 'I wish I had never known you', as in line 1356, but 'would that you had not lived to recognize your destiny'.

2) 1367. 1368.

3) Scholiasta eos Oedipo, non choro tribuit. Rationes quibus de eorum authentia dubitant nonnulli, collegit FRANZ MAYERHOFER. *Ueber die Schlüsse der erhaltenen griechischen Tragödien.* (1908) pg. 17—21.

CAPUT TERTIUM.

Oedipus Coloneus.

Hunc Oedipum quem nuper incertum de reliquo futurae vitae eventu reliquimus, mortuum esse Thebis et sepultum Eteoni, antiquissimo testimonio constat. Nam Didymus [1] in schol. ad v. 91 huius tragoediae legisse se ait in opere Lysimachi cui inscribebatur *Θηβαικά*, narrari ab Arizelo haec:

Oedipum mortuum cum vellent eius amici sepelire Thebis, prohibiti sunt a Thebanis propter illa praeterita facta, de quibus in Oedipo Tyranno agitur. Extulerunt igitur eum in locum quendam Boeotiae, nomine Ceon, illicque terra condiderunt. Cum vero eveniret illis incolis calamitatis nescio quid, crederentque huius causam Oedipi sepulcrum esse, adegerunt illos removere denuo eius ossa et de finibus deducere. Faciunt id quidem ii viri, ossa Eteonum transferunt noctuque et secreto sepeliunt. Postridie eius diei, bene mane, comperiunt locum in quo fuisset sepultus esse sacrum Cereri; mittunt anxii qui numen interrogent quid sibi sit faciendum. Quibus responsum: eum ne loco removeant, qui supplex adsit deae. Quapropter illic iacet sepultus, locusque Oedipodeum est appellatum. [2]

Eteonus hic vicus in Boeotia erat, non longe a Thebis, cumque viderent eae gentes deos de Oedipi ossibus tam fuisse sollicitos, praesertim Cererem quae dea erat copiae et prosperitatis, sensim sine sensu finxerunt eius sepulcrum esse auxilii urbi Thebanae, et, quoad illic iaceret Oedipus, hanc fore incolumem et beatam; simul ac abesset, infelicem; ita deos rem constituisse; data etiam esse ea de re oracula multa.

Haec ita Thebis temporibus illis. In Attica vero, longo tempore post, nata est illa fama, Oedipum non Thebis mortuum, sed eis pulsum et mendicantem adiisse Atticam, huiusque in pago, Colono, vita decessisse; ita ab oraculis fuisse praedictum. Haec nota erant Athenis cum Euripides Phoenissas scripsit [3];

---

1) Cfr. Johann Richter, *Die Scholien zu Oedipus Koloneus und ihr Verhältnis zum Ὑπόμνημα des Didymus.* Wiener Studien 32 (1911) 37—70.

2) Haec omnia subtili et nova argumentatione confirmavit Robert, Oidipus I, 1—47.

3) *Phoen.* 1703—1707.

dum enim facit eo venientem Oedipum eiectum Thebis, hospitalitatem Atheniensium et humanitatem laudat. [1])

Sophocles vero cum haec ita esse videret, opportunissimam occasionem nactum se esse arbitratus est, ut laudes sui paguli, (natus enim fuerat Coloni, ab Athenis decem stadiis) cum laudibus Athenarum connecteret, simulque Atheniensibus monumentum relinqueret sui erga eos grati animi perpetuaeque benevolentiae. Nemo enim qui Aristophanem eiusque scholia legerit, aut vitam Sophoclis, ignorat quam carus fuerit semper Atheniensibus civibus is vir cuius ea erat Athenis summa laus:

μάκαρ Σοφοκλέης ὃς πολὺν χρόνον βιοὺς
ἀπέθανεν, εὐδαίμων ἀνὴρ καὶ δεξιός,
πολλὰς ποιήσας καὶ καλὰς τραγῳδίας
καλῶς δ' ἐτελεύτησ' οὐδὲν ὑπομείνας κακόν.

Igitur fere nonagesimum agens annum recinxit se huic operi, in quod et diuturnum suum amorem effundere voluit, et artem exercere quae in senectute, quae non sit caduca, perfectissima esse solet.

Quocirca, omnia illa quae de Thebis dicebantur deque Oedipo illis favente, transtulit in Atticam. Finxit illud oraculum quod eius mortem Coloni futuram nuntiasset in Phoenissis, praedixisse non mortem sed decessum e vivis (utitur enim hoc ancipiti sermone Sophocles iam ab initio); eum autem futurum non conceptis verbis Coloni, sed eo loco ubi in Eumenidum luco primum constitisset errans Oedipus; tandem, id quod praecipuum est, ubi decessisset, loco illi fore saluti, locis vero unde depulsus fuisset, ruinae. Sophocli enim tribuere debemus, quandiu aliud non affertur, quod ante ipsum in hac re nemo dixerat.

Oedipum de vivis sine morte evehendo, et eius gloriae consulebat, et simul subveniebat obscuritati famae quae de Colono ferebatur. Eumenides vero in fabulam inducendo, laudes canebat Athenarum, ubi illae ipsae deae, quae terror essent omnium gentium, humanissimae factae fuerant suavitate morum et

---

1) Quod facit Antigonam comitem patris, debuit etiam ex fabula recipere Euripides; caecum enim senem aliquis debuit dici manu duxisse. In bonum et felicitatem Atticae quod veniat Oedipus, non video in ea tragoedia significatum.

institutis Atheniensium [1]). Coloni denique cum haec omnia perficerentur, et Coloni poneret eum qui arx et propugnaculum Athenarum esset futurus, confirmavit illud gloriosum nomen ἔρεισμ' Ἀθηνῶν, et Oedipi, Coloni, Sophoclis, Athenarum nomina in perpetuum coniuncta fore putavit.

Id nisi clare perspiciatur, multae sunt difficultates [2]); non enim est haec tragoedia mortis vel transitus Oedipi, sed tragoedia qua gloria celebratur Athenarum per Oedipi decessum de vivis. Hunc in finem tota actio vergit; hoc consilio positae sunt scaenae qua Creon et Polynices conantur Thebas et Argos deferre Oedipum, hoc hymni omnes et cantus chori, hoc tandem illa sollemnis pompa qua Oedipus deducitur in fine. [3])

Iam illud gratissime debuit afficere Athenienses, quo tragoediam orditur Oedipus: „O filia caeci senis Oedipi, in quae

---

1) Cp. HILD, *Études sur les démons*, pg. 182 sqq. AESCH. *Eumen.* 892—1407. Praeterea, ut optime explicat *Robert*, Oedipi nomen antiquitus connexum erat cum Cerere et cum Furiis (Ibid. pg. 44—47).

2) Aliquas tantum collegit AD. MÜLLER (*Aesthetisch. Kommentar*[2]... pg. 135—140), cum ait in hac tragoedia, actioni non solum non prodesse sed plane obesse scaenam Polynicis, cuius solus fructus sit ponere denuo ob oculos spectatorum calamitates domus Labdacidarum; prologum longe produci sine causa, adducto illo ξένῳ, quid enim aliud eum dicere quod non dicat postea chorus, cuius sit ipse solus praenuntius? in commo chori cum Oedipo indulsisse Sophoclem studio et voluptati musicae sine ratione, idipsum peccare in altero quod consequitur post; inutilia esse quae de purgatione Oedipi aguntur in scaena postquam dixerit quid cum Furiis ipse habeat, et 48 versus illic consumi ut Ismene de scaena eiciatur, tum alia multa. Quo acervo incommodorum cogi se dicere Sophoclem hanc tragoediam ita non scripsisse ut est nunc, multa a nepote mutata fuisse; quaenam ea sint aliis se investigandum relinquere; nam rem difficilem admodum esse.

3) Sicut in hac summa naturae et finis huius tragoediae interpretatione, ita in multis singulis partibus debeo a NICOLA FESTA discedere, qui in *Studi Sofoclei* (*Atene e Roma* 20 (1917) 61—90, 210—140) ait: „Queste parole" [vid. v. 607 sqq,]... representano ad ogni modo la nota fondamentale nei pensieri e nei sentimenti del personaggio che le pronunzia: il disgusto per questa vita mortale, piena di disinganni, priva di stabilità, ignara di calma... E tutta la tragedia non rappresenta altro, in fondo, che l'affannoso dibattersi d'un naufrago della vita per raggiungere la sponda dell'eternità. Per questo è stato detto, non sensa razione, che l'Edipo a Colono è una tragedia religiosa e per questo meriterebbe che la considerassimo come un „poema sacro".

Multo magis accedit vero, etsi chori personam praetermittit, CHANDLER RATHON POST, The Dramatic Art of Sophocles, pg. 86.

loca, aut qualium gentium in *urbem* venimus, Antigona? quis hodie errantem Oedipum excipiet modicis donulis"....? — „Pater miserande Oedipe, muri quidem qui *urbem* cingunt, illic procul, quantum oculis conicio; *locus* vero hic sacer sine dubio, quippe qui lauro, olea, vitibus crebris sit consitus..." — Et simul ac in saxo consederant: „potesne me, quaeso, docere quo devenerimus et ubi constiterimus? — Illas quidem *Athenas* esse novi [1]), *locum* vero *hunc* non novi... visne eam et inquiram? — Ita sane". Tunc venit quidam vir de quo disputant multi Coloneusne sit an Atheniensis [2]); hunc alloquitur Oedipus; at ipse clamat, eo loco ut secedat, sacrum eum esse, Eumenides illic coli. Senex tunc videt eum esse locum, ubi ex oraculis sit finem laborum obtenturus: renuit ergo inde secedere; quaerit deinde: „*hic* autem *locus* ubi constitimus, quisnam tandem est?" — Cui ille: „dicam tibi, inquit, et audies quaecumque ego novi; *locus hic* quidem totus sacer est, tenent autem eum et venerabilis Neptunus et ignifer deus Titan Prometheus; quodque nunc calcas solum, id appellatur limen aeneum, *firmamentum Athenarum*; vicina vero arva equestrem *Colonum* gloriantur praesidem habere, et ab eius nomine nomen derivarunt; ita sunt tibi haec, non verborum fama multum celebrata [3]), sed ipsa praesentia".

Et confestim iterum: „habitant igitur haec loca aliqui? — Profecto, et nomen ex deo nacti. — Regemne habent, an

---

1) Minus feliciter, credo, *Jebb*: „Athens I know, but not this place"; sed ita nullum habet sensum Oedipi responsum v. 25.

2) Etsi multa novit de Colono eiusque religionibus, Coloneum eum non esse non solum eius mores ostendunt, tam diversi ab his quos choro tribuet Sophocles, sed ipsa etiam eius verba: tamquam de viris sibi alienis agit de Coloneis (78), ut de re non sibi propria de cultu Eumenidum (*hic populus* eas appellat omniscias Eumenides), ut de re non valde gravi de Oedipi ingressu in lucum earum, ubi nemo Coloneus eum sedere permitteret, nedum iuberet, ut hic vir (77).

Nomen huius nullum potuit inveniri minus aptum hoc nomine ξένος, in hac tragoedia, ubi omnes se mutuo passim appellant „hospites". Brevitatis gratia eum hoc capite *viatorem* nominabo.

U. v. Wilamowitz eum Coloneum esse nec probari nec refutari posse ait. N. Festa eum putat „un campagnuolo di Colono... un uomo simplice, religioso, caritatevole". (ib. pg. 62).

3) Hic significat Sophocles eas laudes Coloni non multum divulgatas fuisse.

penes multitudinem est imperium? — *Haec loca* a rege qui *urbi* praeest gubernantur... Theseus ille vocatur..."

Sic iam a principio Athenae et Colonus connectuntur. Sed porro multo magis, nam venient statim senes Colonei, et paulo post rex Athenarum, quibuscum tota tragoedia erit agenda. Etenim viator ille rogatus ab Oedipo Theseum ut arcesseret, erat enim ei Oedipus magna collaturus bona, abiit quidem [1]), sed cum discedebat, addidit se convocaturum etiam *cives Coloneos*, ut quid de Oedipi ingressu esset iudicandum decernerent.

Haec igitur cum audiant senes Colonei qui chorum faciunt, veniunt in theatrum, ingrediuntur exterriti, accedunt caute, nulloque cantu parodico, cumque conspiciant scaenam nec videant Oedipum — sese enim cum Antigona in luco abdiderat cum eos venientes sensit — ita dicunt:

„dispice, quisnam erat? ubi constitit? ubi versatur egressus finibus (sacris) ille omnium, ille omnium impudentissimus? Inquire, cerne eum, inspice ubique. Vagus, vagus aliquis est ille senex, neque indigena. Non enim inaccessum lucum subiisset indomitarum dearum, quas nomine compellare veremur, quasque praeterimus aversis oculis, compressa voce, taciturnam cogitationem ore referentes. Nunc vero aliquis advenisse fertur inverecundus, quem ego, circumspectans per totum nemus, nondum possum videre ubi tandem desideat".

Tunc subito Oedipus videndum se praebens inter lucum: „Ego sum ille; voce enim video quod dicitur". — „Eheu, eheu, gravis aspectu, gravis et auditu" [2]). Quoniam audivit

---

1) Iuvat hic nuntia huius viatoris examinare: dicet Theseo virum quendam, senem, puella quadam comitatum venisse Colonum, et rogasse *ut Theseum illuc arcesserent*, pro parvulis donis summa se dona collaturum (72); *addet* summa cum maiestate et dignitate virum esse (fuerat enim hoc maxime affectus, 76) et cum Eumenidibus aliquid se commune habere insinuasse et laetatum esse cum audisset eis dicatum esse locum ubi stetisset. Viator non novit nomine Oedipum.

Viris vero Colonensibus, sicut praeteriens promisit Oedipo, ita praeteriens dixit *solum* hoc: virum quendam senem lucum Eumenidum ingressum esse; nihil de caecitate (147. 149); nihil de promissis, quae non ad eos pertinebant, dicendum paganis putavit civis Atheniensis. Hoc enim utrumque ignorat chorus cum ingreditur theatrum.

2) Non terroris ob oculorum lacerationem sed admirationis est haec vox; Oedipus longe est, venerando aspectu eum fingit Sophocles (cp. v. 76); chorus nondum cognovit eum esse caecum.

quae dum latebat dixerunt, clamat: „ne me, obsecro, pro legum contemptore habeatis..." — „O Iuppiter propulsator, clamat chorus cum iam accedentem videt eum, quisnam est hic senex?"— „Non talis quidem, o terrae huius praesides, quem possit quisquam prima sorte beatum putare; en argumentum; (et iam plene accedit) non enim sic alienis oculis traherer, neque magnus parvulae innixus ambularem". — „Hei, hei, caecus oculis (nunc primum id observavit chorus); *ἆρα καὶ ἦσθα φυτάλμιος*; tam longa tua quam misera vita, ut conicio. Quantum in me est, non hanc addes calamitatem; transgrederis enim, transgrederis. Sed, ne irrepas in taciturnum istum herbosum lucum, ubi crater aquae miscetur latice liquati mellis (id, miserrime hospes, maxime caveto) retrocede, abi...." Et in hac eadem sententia alia multa aniliter et superstitiose. [1])

Totum hunc modum loquendi eorum senum multoque magis eorum postea verba qui consideret, non poterit non videre eos non quoslibet senes esse, sed rusticanos et vere Coloneos [2]); adeo ut sola haec comparatio cum senibus Oedipi Tyranni facile refellat opinionem eorum qui dicunt, personas chorales eo tantum sensu esse fixas quatenus, si senes sint, ut senes loquantur, si puellae ut puellae, alias vero ab aliis eiusdem aetatis vel ordinis non differre.

Postquam clamoribus atque minis huc illuc eum versarunt, hinc exeundum esse, illuc non adeundum, procedendum esse, discedendum — quae omnia bellissime facit Sophocles ut eius miseria summa appareat maiorque gloria fulgeat in fine [3]) — cum igitur iam eum sedentem habent, sine dubio in media scaena, quaeritant: „O miser senex, si quidem iam nunc vacas, dic, quibus es natus? quo nomine duceris in tua calamitate? quamnam tuam patriam doces nos? — *Oed.* Patriam ego

---

1) Versus 184—187 non possum credere dictos a choro, tametsi id iam dicitur passim ab editoribus post Hermannum; malim tributos Antigonae, sicut est in codd. mss., nam benigniora verba habent quam quae adhuc a choro possint exspectari.

2) Rebus tamen atheniensibus ita afficiuntur, quasi veri Athenienses sint; tales enim volebat in suum propositum eos senes Sophocles, cp. vv. 236. 260. 282. 288. 292; id per totam tragoediam manifestum est.

3) Ita aptissime Wilamowitz op. laud. pg. 341.

nullam, o hospites, sed ne... — *Cho.* Quid vetas, senex? — *Oed.* Ne, ne me roges quis sim; neve me pervestiges ulterioribus quaestionibus... — *Cho.* Quid hoc? — *Oed.* Horrendus ortus meus. — *Cho.* Dic. — *Oed.* O filiola, hei mihi, quid dicam? — *Cho.* Quis tuus sator, dic, hospes, quis pater? — *Oed.* Quid faciam, hei mihi, filiola mea? — *Ant.* Dic, siquidem iam in extremis versaris. — *Oed.* Dicam ergo, non habeo effugium. — *Cho.* Iam dudum ambo rem prolatatis, agedum, properate. *Oed.* Nostisne Lai quendam natum, o..! — *Chor.* Io, io. *Oed.* Et Labdacidarum genus? — *Cho.* O...! Iuppiter! — *Oed.* miserum Oedipum? — *Cho.* Tu es igitur ille? — *Oed.* Ne metum habeatis, ea quae dico... *Cho.* Io! o! o! — *Oed.* Miser. — *Cho.* O! o! — *Oed.* Filia, quid de nobis fiet nunc? — *Cho.* Abite procul foras *ab his terris.* — *Oed.* Et quae promisisti quorsum exsolves? — *Cho.* Nulla cuiquam a diis poena venit, si quae passus est vindicat; dolus alteri dolo qui respondet, non gratiam sed damnum compensat; tu vero has sedes linquens quam citissime te abripe ex *terra mea*, ne quod ultra *urbi* meae negotium facessas". [1])

Duris his et immitibus verbis opponit tunc puella tenerrimam orationem, qua pro caeco patre supplex precatur; ea commotus chorus animi sui descriptionem clarissimam facit nostroque huic studio admodum aptam:

„At scito, o filia, tui quidem pariterque parentis tui nos valde miseret, ob vestram calamitatem. Sed deorum iram timentes non possumus quidquam ultra ea quae diximus" [2]). Metu deorum prohibentur simplices illi viri favere Oedipo. Quibus hic apte inquit, a diis eis nihil ob haec metuendum, se innocentem esse; immo quia deos colere velint, Oedipum debere iuvari; „ne deorum cultui studentes, deos nullos faciatis", quodque est initium et finis orationis eius [3]): „ubi sunt religiosissimae illae, ubi humanissimae illae Athenae" (260. 283)? huic autem urbi multa bona collaturus venit Oedipus (287).

Qua oratione commotus chorus, nescit iam quid faciat. Regem

---

1) 203—236. 2) 254—257.

3) Nil mirum si et hic et saepe alias in hac tragoedia primae partes huic argumento gloriae et honoris Athenarum dantur; pertinet enim id ad finem huius fabulae.

exspectandum ait [1]). „Non possum, inquit, tuo sermone non sollicitari; haud enim levia tua verba fuere. Sed sat erit ut huius terrae reges haec perspiciant". [2])

Antequam ipse veniat, dumque Oedipus cum Ismene colloquitur, observare licet, chorum iam ad Oedipum trahi misericordia illa naturali ob praeteritas praesentesque calamitates [3]) et spe etiam bonorum quae Athenis promittit [4]); retrahi tamen eundem chorum ab Oedipo, metu deorum, scil. ob violata nemora Eumenidum, cum est Colonum ingressus, et ob antiquam labem parricidii. Iam nunc gradatim sed valde clare id efficiet Sophocles, ut ea quae ab Oedipo chorum avertunt, deminuantur et evanescant, et ea quae eum cum Oedipo coniungunt, augeantur et roborentur.

Simul enim ac Ismene exposuit Oedipo quae Argis acta a duobus filiis erant, Oedipusque dixit choro: „si mihi vos, senes, adesse cum his tutricibus deabus (Eumenidibus) voletis, magnum huic urbi sospitatorem comparabitis, meisque inimicis multa mala", respondit chorus: „Dignus profecto es, et tu, Oedipe, et virgines hae misericordia; quoniam autem hac oratione te servatorem huic urbi polliceris, de iis quas expediunt, admonitum te volo". [5])

Quaenam illa sint nemo non novit: aquae mulsae libatio mera, eaque sive ab eodem Oedipo, sive a quolibet alio pro eo facta, eoque fine „ut eàs vocamus benevolas (Eumenides), ita ut benevolo animo suscipiant supplicem sospitentque". [6])

Tam facile primus obex remotus est, secundus vero facilius etiam. Abeunte enim Ismene ut has libationes pro patre peragat, chorus, non sine quadam subrustica importunitate, de parricidio et incestu rogitat Oedipum. Renuit hic loqui, tandem coactus dicit brevissime immunem se esse ab eo crimine, cum inscius invitus et occiderit patrem et in coniugium susceperit matrem. Haec satis sunt; etenim chorus, praesertim cum eis assentientem videt Theseum qui statim veniet, ita acquiescit, ut numquam iam eorum meminerit, ne cum alii quidem Oedi-

---

1) Nam dixit Oedipus se choro, praesente Theseo, cuncta quae afferat ipse, declaraturum (288).

2) 292—295. 3) 237—257. 4) 287—291.

5) 461—464. 6) 486—488.

pum accusabunt et criminabuntur; Sophocles vero iam strata via pergere potest, nec quidquam iam de simplicium Coloneorum praeoccupato animo laborabit.

Immo vero iam quasi remotis rusticanorum praeiudiciis, senibus iis, quasi Atheniensibus factis, utetur Sophocles in reliqua tragoedia ad Oedipum Athenas inferendum.

Simul ac sermones absolverunt de innocentia Oedipi quos dicebam, digito ostendit chorus Theseum venientem:

Καὶ μὴν ἄναξ ὅδ' ἡμῖν Αἰγέως γόνος
Θησεὺς κατ' ὀμφὴν σὴν [1]) ἐφ' ἀστάλη πάρα.

De Thesei vero persona non possum non mirari eos qui accusant Sophoclem, quod, qui chorum exterritum finxerit simul ac nomen Oedipi audiisset, Theseum faciat hunc ipsum Oedipum summa benevolentia excipientem iam inde a primo eius concursu. Sat est meminisse quid Sophocles hac tragoedia intenderit, et quaenam singulae personae sint, ut iniuria accusatus appareat.

Minus etiam reprehendendum puto quod in scaenam non adducat binos Oedipi filios; multoque minus quod nec Creonti nec Polynici det victoriam. Agon enim huius tragoediae, qui sequitur, non inter illos duos fratres disputatur sicut in Phoenissis, sed inter Athenas quas Theseus chorusque repraesentant, et eos qui Oedipum quondam eiecerunt, Creontem et Oedipi filios.

Gravissimae autem sunt partes chori in hoc agone, maioresque quam sunt aestimatae ab scriptoribus; chori etiam actio

---

1) Prima Thesei verba non intelleguntur, nisi illa quae de eius evocatione praecesserunt, perspiciantur. Illic — delenda enim non puto quae Wecklein (299—307) et Hirzel (299—307) abiecere — chorus fingit multos via illa iuxta quam ipse sit, transire et audire quae dicantur, et ea *praecipueque nomen Oedipi* pervulgare. Id laudandum erit aut vituperandum in Sophocle, negandum certe non est. Brevitati ita consulebat, ut Theseum, Ismenen, reliquas personas gnaras fingeret loci ubi Oedipus esset (570—574).

Tria igitur dicit aperte Theseus: 1⁰ se quia nosset historiam Oedipi, divinasse iam ille caecus quis esset, (a quo se arcessiri rettulit viator). 2⁰ deinde, in via certiorem se factum esse (erant ergo rumores in via diversi ab illis viatoris). 3⁰ se iam oculis perspicere quis sit, etiamsi nihildum loquatur. Radermacher-Schneid. mutat secundum ἀκούων in λεύσσων; Jebb tametsi optime attigit sensum, titubat. Duplex illud ἀκούων videtur bene opponi; γάρ vero perfectum sensum habet v. 555, nullo verbo mutato: „audivi ante.... audivi nunc; (nunc autem quis dubitet?) nam....", haec cogitationum conformatio usitata est in Sophocle.

coniunctionem tribuit huic toti loco, quam saepe commentatores desiderant. Haec igitur omnia iam perpendamus.

Chorus, qui iam ante viderat Oedipum multa bona promittentem [1]) Athenis, si illo loco quievisset, postea Ismenen audivit dicentem, filios Oedipi, oraculis permotos, venturos esse ut Oedipum Athenis deferant in suas regiones; multa enim esse passuros, si eius sepulcro careant; nunc autem ipsum Oedipum colloquentem cum Theseo dum audit, discit haec: venire hunc caecum senem ut corpus suum tradat urbi; quid boni secum afferat, experturos Athenienses postquam ipse moriatur; futuram enim fortasse esse olim cum Thebanis contentionem; se Coloni sepultum, Coloni futurum esse ruinae Thebanis; Thebanos iam nunc venturos esse eo consilio ut eum Thebas deportent. [2])

Quod autem est maximi momenti, nec hucusque, credo, animadversum, videt chorus Theseum eo nobili et generoso animo totam hanc rem tractasse, ut omnia in libera Oedipi voluntate liberoque desiderio constare permiserit. Non solum antea dixit, si velit licere ei per Theseum ire quo a filiis evocabatur (590), nec solum ei permisit sive Athenas adire sive Coloni permanere (638—642) omnia largissime eius libertati committendo, sed nuper admodum, cum petiit Oedipus, ne discederet, — timebat enim eos qui venturi erant ut Thebas eum deferrent — respondit Theseus se nihil timere: *τοὐμὸν οὐκ ὀκνεῖ κέαρ*, minas vero illas quas Oedipus timeat vana esse verba minantium, quamdiu ipse in proposito perstiterit:

ἀλλ' ὁ νοῦς ὅταν
αὑτοῦ γένηται, φροῦδα τἀπειλήματα. [3])

Etiamsi haec non essent ita vertenda, nec quidquam horum a Theseo audissent senes chori, vident liquido, Oedipum, si velit, posse cedere petitionibus filiorum et Creontis; si velit, posse perstare in proposito Athenas beatas reddendi.

Praeterea, animadvertit chorus, Oedipum qui se antea chori patrocinio defensionique commisisset [4]), nunc ita tradi a Theseo

1) 457—460, cp. 284—291.
2) 576—628.
3) 659. 660.
4) 459. 460.

in chori manus, ut tota res totusque rerum eventus ab his Coloneis senibus pendeat:

Oi. Πῶς οὖν ποιήσεις — Θησ. τοῦ μάλιστ' ὄκνος σ' ἔχει;

Oi. Ἥξουσιν ἄνδρες. — Θησ. ἀλλὰ τοῖσδ' ἔσται μέλον.

Et abit, relicta scaena, seneque his defensoribus [1]) tradito.

Facile igitur intellectu est quid chorus, — qui iam multo ante, ob sola audita prima Oedipi promissa, etiam ante huius purgationes, tam fidam ei defensionem promiserit, — quid, inquam, sit nunc chorus facturus, cum totam videat Atticae sive prosperitatem sive ruinam a desiderio pendere Oedipi quo velit Coloni permanere, ipsum autem Oedipum in suas manus traditum a Theseo habeat. Totum se eo confert, ut hanc Oedipi voluntatem verbis et factis defendat, sustentet, corroboret, alacrem, si possit, faciat.

Sic voluit Sophocles in Theseo nobilissimum et integerrimum animum Athenarum regis exhibere, in senibus vero Coloneis fidissimum patriae Atticae amorem et studiosam et sedulam diligentiam. Ideo discedit Theseus, ut Colonei pro Athenis decertent.

Sic ultro delabimur in stasimum primum, odam unam in graecis litteris pulcherrimam qua iucundissima Coloneae regionis suavitas simul cum fortitudine et magnificentia Atheniensis civitatis celebratur. In illis frondosis silvis virentibusque vallibus frequens luscinia cantat Bacchusque inambulat multiplici comitatu; illic narcissus aureusque crocus, et insomnes rivuli Cephisi, et musae et aurearum habenarum dea. Quod nullibi alias, illic generatur robur olivae, illic summa terrae gloria, fortissimus equus, remique celerium navium. Dii his locis delectantur.

Non inepte concinunt haec de pulcritudine et robore Atticae senes, simul atque Oedipus est eis relictus; est enim ipse et cupidus se dandi Colono, et verens minas Creontis qui iamiam est venturus.

Eorum postrema verba excipit Antigona his: „O summis laudibus celebrata *terra*, nunc hora factis tuam inclytam famam comprobandi". — Huic Oedipus: „Quid, filia, novi evenit?"

1) 652—667.

Ant. „En huc accedit Creon, o pater, et quidem satellitum comitatu". — *Oed.* choro: O senes carissimi, ex vobis mihi nunc certa manifestetur salutis meta". — Cui *chorus*: „Confide, aderit. Nam etsi sum ego senex, tamen *huius terrae* robur non consenuit". Quibus promissis stetit quidem chorus.

Oedipus totum se his senibus commendatum sentit. Ideo etsi tacere eos videt quandiu ipse acriter fortiterque resistit Creontis verbis, simul ac hic in minas venit: „quis me invitum, inquit, rapiet *his* adiutoribus? — „Certe tu, ait Creon, etiamsi non capiaris, dolebis" significatque se iam corripuisse alteram filiam, alteram autem tunc corripere conatur; tunc Oedipus ad chorum: „O hospites, quid facietis? num me prodetis? non expelletis hanc pestem terra vestra?" — „Iam istinc, clamat chorus, facesse ocius, iniusta enim et ante patrasti et nunc patras".

Et cum Creon corripit Antigonam (824—843), et cum fugere ipse conatur (856—857), et cum contendit deportare ipsum Oedipum (860—871), Colonei senes tam ardenti motu animi repugnant et laborant, ut difficilior sit actu quam intellectu totus hic tragoediae huius locus.

Frustra contendunt; Creon iamiam corripit defertque Oedipum totamque spem chori; tunc Colonus Athenas invocat:

> *ἰὼ πᾶς λεώς, ἰὼ γᾶς πρόμοι,*
> *μόλετε σὺν τάχει, μόλετ', ἐπεὶ πέραν*
> *περῶσ' οἵδε δή.* [1]

Et venit Theseus, mittitque qui cogat omnes equites peditesque ut immissis habenis currant capiantque puellas Oedipi, quae iam a Creontis satellitibus deferebantur.

Senex tunc Theseus, cum sene Creonte, adstantibus senibus Coloneis, de sene Oedipo disputat. Longa oratio Thesei [2]), qua laudes colligit Athenarum et Thebarum, quas utrasque foedaverit Creon; huic chorus: „viden ubi steteris, quamque a iustis quidem natus iniusta facere deprehendaris?" Tunc Creontis oratio, quam subsequitur alia etiam longior Oedipi, sed eas resecandas putat chorus et, postquam sermonibus

1) 885—886.

2) „Senectus est natura loquacior", id non ignorat senex Sophocles.

indulserunt, iam factis incumbendum: „Hospes hic, o Rex, valde utilis; sed eius calamitates summae, et dignae vindicta." — „Sat iam verborum", ait Theseus, pergitque cum Creonte ut binas puellas Oedipo recuperent.

Manet igitur solus chorus cum Oedipo. Quid canet? Quod eius animum confirmare possit, illos scilicet equites peditesque a Theseo missos, conseruisse sine dubio iam pugnam, Athenienses milites cum Colonea plebe vincere iam Creontem suosque; sic honorari Minervam et Neptunum (videlicet hastis et equis); certo scit se redditurum patri miseram puellam: *δεινὸς ὁ προσχώρων Ἄρης, δεινὰ δὲ Θησειδᾶν ἀκμά.* Athenienses dii et venatores Colonei dii id certo exsequentur.

Et quidem quae praesenserant vera evasere. Venit enim statim Theseus et reddit puellas patri, qui tenerrime eas complexatur et alloquitur.

Sapienter reticet Sophocles qui eas Theseus recuperarit. Nimis enim in serium verba chori sumunt, qui Sophoclem et senes Coloneos accusant, quod non sit probabilis tam gravis pugna tamque magnus exercitus. Oedipi animus fovendus erat illis senibus. Haec nisi ita propter solum Oedipum celebrata intellegentur, iure merito ridicule aucta et exaggerata videbuntur.

Nullum verbum dicit toto eo tempore chorus, nec postea toto episodio; sed postquam Theseus abiit denuo, nuntiato proximo adventu filii ipsius Oedipi, Polynicis, senes illum funebrem cantum concinunt, cuius haec est prima sententia [1]): „Quisquis moderationis oblitus, longius aequo vitam protrahere cupit, is mihi stulta quaerere semper videbitur.... Natum non esse, optimum est omnium; huic vero valde proximum, si quidem natus sis, quam citissime eo reverti, unde veneris". Demum describunt calamitates aetatis senilis, maxime in Oedipo, cuius animum infinitae miseriae, ut boreale littus, quatiunt, „aliae quidem a solis occasu, aliae vero ab ortu, aliae a meridiano solis radio, aliae a nocturnis auris".

Si cur haec chorus dicat quaeritur, non satis est respondere opportunissimum id esse ad exitum tragoediae, ad animos audientium praeparandos et ad maiestatem proximae Oedipi

---

1) 1211—1248.

deductionis altius provehendam. Id enim maxime in quaestione versatur, quid Sophocles eos senes cogitantes facere potuerit, ut haec, quae in tragoediae exitum opportuna esse existimaret, possent et deberent canere, si personae suae constantiam servare vellent.

Certe illud non est, quod Jebb, Radermacher, alii dicunt, Oedipi praesentia commotum id concinuisse chorum. Nam Oedipus multo miserabilior erat ante, et tamen chorum spectatores viderunt laetiora canentem; et Colonei, tam senes quam senex est Oedipus, non ita desperate de vita sentientes se hucusque exhibuerunt.

Chorus hic, credo, eadem ipsa persequitur quae ante; animum Oedipi erga Colonum et Athenas sustentare cupit. Nam venturus est nunc filius ut eum sollicitet; quam rem eo graviorem et proposito suo periculosiorem chorus putat, quo magis etiam ipsum Oedipum timentem vidit, ne paterno amori cedat [1]).

Iam vero chorus, etsi ex his quae antea Ismenen dicentem viderat (390) et ex ipsa natura rerum et statu Polynicis potuerat id coniectari, at ex his quae Creontem proponentem Oedipo audivit, certo cognovit, Polynicem nunc promissurum

---

1) Totam hanc scaenam a v. 1173 qui attente legat, non poterit non videre nullam hic nec a Sophocle nec ab Oedipo vim *corporis* in hunc senem a filio Polynice faciendam significari; de solo colloquio cum filio est semper sermo, de eo loquitur Theseus (1775...); eo etiam argumento utitur Antigona: „nemo te a tuo consilio (γνώμης) vi trahet" 1186; et ipse Oedipus, cum cedit, id petit: „ne quisquam, cum ille loquitur, meo animo vim faciat": μηδεὶς κρατείτω τῆς ἐμῆς ψυχῆς, quod verbum, etsi hic ab omnibus vertitur de vi corporea, demiror qui ita intellegi possit. Nullae hic minae commemorantur ab Oedipo, qui, cum Creontem venturum cognovit, eas clare et saepe commemorarat.

Victus est nunc precibus Antigonae: τέκνον, βαρεῖαν ἡδονὴν νικᾶτέ με λέγοντες. id ne iterum accidat rogat: „tamen, sit ita ut vultis, veniat, sed siquidem veniet huc, id rogo, nemo *meo animo* vim faciat".

Nisi hoc dictum fuisset, Antigona sine dubio dilectissimi fratris precibus suffragata fuisset (1284—1413). Iure Oedipus timebat id, siquidem insinuarat Antigona Polynicis consilia fortasse bona et laudanda fore τά τοι καλῶς ηὑρημένα ἔργα τῷ λόγῳ μηνύεται (1187); cur enim καλῶς, quod omnes codd. mss. habent, in κακῶς sit mutandum, non video.

Antigonae insinuationes quanti faciat Oedipus, qui eius voci et nutui iam per annos oboedit, apparet ex vv. 170 (184). 217. 1117 et ex hoc loco 1181—1203.

Ex omnibus his quae de Antigona et Polynice dixi, constat maiorem esse connexionem inter hanc tragoediam et „Antigonam" quam aliqui putavere.

esse parenti, non sepulcrum in morte, sed *vitam* honoratam felicemque ante mortem [1]). Vicissim, choro praesente, Oedipus non solum dixerat se, cum *mortuus* esset, futurum esse salutarem Athenis (619—623), sed petenti Theseo ne de morte cogitaret, sed de his quae ante mortem media essent, responderat:

ἐνταῦθα γάρ μοι κεῖνα συγκομίζεται (585).

Mori ergo debere Oedipum nunc, et quidem Coloni (644) scit chorus, *si* sit futurus Atticae salus; quocirca ante animum caeci illius senis hanc disiunctionem propositum iri et quidem a filio: ut aut Coloni moriatur nunc quemadmodum intendit, aut Thebis vivat beatus cum filio et filiabus. Sicut igitur, cum Oedipus Creontis iam venturi minas pertinescebat, robur, et potestatem et gloriam Atticae concinebat, sic nunc ne illectus spe et promissis longe et beate vivendi de proposito deducatur Oedipus, canit chorus:

ὅστις τοῦ πλέονος μέρους χρῄζει τοῦ μετρίου παρεὶς
ζώειν, σκαιοσύναν φυλάσσων ἐν ἐμοὶ κατάδηλος ἔσται. [2])

Venit Polynices, explicat patri quanta sit passus, quanta facere paratus, sermonemque claudit his verbis, quae optime Sophocles facit ultima, ut ea bene audiat non Oedipus sed chorus: „quem (meum fratrem) si tu ad mentem meam accedes, facili negotio brevique tempore dissipabo; sicque *in domum tuam te restituam* restituamque me ipsum, illo per vim eiecto" [3]). Graviora sunt haec profecto, quam ut possit tacere chorus: „Oedipe, clamat, propter Theseum qui eum misit, dic isti quod opportunum iudicabis, et *expelle* eum rursum" [4]). Ita sane facit Oedipus, nam erumpit in horrendas illas imprecationes contra suos filios; quibus auditis, iterum chorus: „Polynices, de praeteritis tuis fortunis tibi non gratulor; nunc vero *abi* iam quam celerrime". [5])

1) Chorum non falsum esse dum haec coniceret, ostendunt verba ipsa Polynicis quibus suas preces absolvit: 1340—1345.

2) Hi senes graeci sunt, et paulo ante cantabant stasimum illud primum; quid igitur de sua ipsorum senectute sentiant, ex his verbis eorum non est inferendum. Mortem, ne postea quidem, cum tonitruis exhorrescent, sibi ipsi optabunt. Oedipum sibi retinere cupiebant. Calamitates ipsius Sophoclis relatas hic non video, quas dicit A. MAYR, *Ueber Tendenz u. Abfassungszeit des Sophokleischen Oedipus auf Kolonos* pg. 165 sq. in *Commentat. Philolog... Monac.* 1891.

3) 1340—1343. 4) 1346. 1347. 5) 1397—1398.

Post aliquos versus quibus Polynices sororibus vale dicit, ita repente chorus: [1])

νέα τάδε νέοθεν ἦλθέ μοι
κακὰ βαρύποτμα παρ' ἀλαοῦ ξένου... κτά.

„Subito mihi subita haec nova et funesta mala venere ab hoc caeco hospite..." Hic de Oedipo est sine dubio sermo. Dubitari non potest quin tonitruum aut saltem aliquod signum de caelo [2]) factum sit iam inde ab initio strophae [3]). Dicere enim, ut fere dicitur, id non ante finem accidisse, interea vero chorum Polynicis sorte commotum id loqui, hoc est oblivisci penitus quis chorus sit, quidque egerit dixeritque per totam tragoediam. [4])

Opportune providerat Sophocles ut nondum adessent in scaena senes chori cum Antigonae significavit Oedipus (v. 95) signum quo de caelo evocaretur fore aut terrae motum aut tonitruum aut fulgur. Ita nunc exterriti putant mala haec illis imminere, quia causam attigerint illius caeci senis. Bellissima est affectuum gradatio; quo plura signa accidunt, eo magis horrescunt senes, eoque magis placide et tranquille Oedipus horam sui decessus venisse intellegit et laetatur.

Absoluta prima illa eorum stropha, vere metu plena, Oedipum dicentem audiunt his tonitruis se transferendum esse in Erebum; Theseum ut arcessant. Denuo corripitur metu chorus, nam caelum iam corruere putat, orbemque totum confringi. Iterum Oedipus: „Venit iam mihi, filiae, exitus vitae

---

1) 1447—1449.

2) Hoc signum potuit esse terrae motus imitatio quaedam in scaena, nam etsi disiunctione et non copulativis particulis est usus, cum ea est vaticinatus (v. 95): *ἢ σεισμὸν ἢ βροντήν τιν' ἢ Διὸς σέλας*, potuit primum poni, sicut posita sunt secundum *et* tertium. Minus autem id cohaereret v. 1514 sq. Quidquid id est, dubito an non restituenda sit antiqua lectio 1454: *ἐπεὶ μὲν ἕτερα*

τάδε παρ' ἦμαρ αὖθις αὔξων ἄνω
ἔκτυπεν αἰθήρ, ὦ Ζεῦ.

Quae enim chorum dicentem faciunt mutato textu, acutiora sunt quam quae in tam horribili metu possint dici; *ἕτερα, αὖθις, αὔξων, ἄνω*, cuncta ostendunt antea aliud portentum praecessisse.

3) Wilamowitz etiam (op. laud. pg. 332) dicit indubium esse iam ab initio tonitrum intonuisse. Si ita est, et restituitur antiqua lectio, primum accidit ante v. 1447, alterum, credo, ante 1454, et inter eum: *ὁρᾷ ὁρᾷ.*

4) Vr. gr. eius postrema verba 1397. 1398.

quem fata dicebant, non est ea vitare" rursumque petit ut evocetur Theseus.

„Heu, heu, denuo chorus, ecce iterum cuncta penetrans circumtonat fragor. Propitius esto, deus, propitius...." Atque dum ita metu deicitur, audit supremum iam vitae Oedipi momentum instare, vereri Oedipum ut Theseus, si moretur, eum in vivis inveniat; necesse esse ut veniat quam primum, ut possit,

ἀνθ' ὧν ἔπασχον εὖ, τελεσφόρον χάριν
δοῦναί σφιν, ἥνπερ τυγχάνων ὑπεσχόμην. [1])

Quid igitur illi senes, et metu et amore patriae, et horrore tempestatis et spe felicitatis et admiratione et cunctis simul affectibus impulsi, clament, nisi ea?

ἰώ, ἰώ, παῖ, βᾶθι, βᾶθι, εἴτ' ἄκρα
περὶ γύαλ' ἐναλίῳ
Ποσειδωνίῳ θεῷ τυγχάνεις
βούθυτον ἑστίαν ἁγίζων, ἱκοῦ,

„hospes enim *tibi*, *civitati*, *amicis* meritam cupit gratiam rependere pro acceptis beneficiis. Propera, citato cursu veni, o Rex."

Afferunt Theseum hi clamores; et dum ei Oedipus vale dicit, et suprema consilia dat, dum ei secretum commendat de loco ubi sit futurus ipse tamquam firmamentum urbis, multo securius quam sexcenti clypei et infinita multitudo exercituum, paulatim et per gradus maiestate quadam insolita induitur Oedipus, impulsum sentit et vocem deorum, luce subito oculorum donatur, incipit pergere in eum locum, aliosque cunctos in scaena non tam ducit ipse quam trahit magnificentia quadem conspectus, incessus, habitus totius corporis: „hac, illac, ea pergite; hac me deducit Mercurius deductor...; valete iam, tu dulcissime hospitum, *tu*, *tuaque terra*, *tuique ministri*, fortunati estote, et in rebus prosperis memores estote mei mortui, felicitate gaudentes aeterna".

„Si fas est mihi — canit cum eos abeuntes videt chorus, qui tandem impleri videt quae tam avide optarat et procurarat — si fas est mihi in tenebris latentem deam, et te precibus venerari, rex manium, Aidoneu, Aidoneu, precor, ut nec

1) 1489. 1490.

laboriosa nec maesta morte confectus adeat infera mortuorum arva, quibus omnes conduntur, Stygiamque domum..."

Post nuntium (unum e ministris Thesei, v. 1589) qui cuncta narrat choro evenisse qualia cupiebat, bene facit Sophocles utramque puellam summe dolentem ingredientem in scaenam; nam etsi sciunt, siquidem esset moriendum, optimo eum modo mortuum fuisse 1678, et in ea quam dudum concupisset terra (1705), ipsae et amore quo in eum feruntur (1705—1713) et ob suam ipsarum sortem futuram 1675, 1684..., 1714...) anguntur et a lacrimis et gemitibus temperare non possunt.

Aliter Theseus, et longe aliter chorus, quia longe alia erat eis ratio. Oedipus suo decessu patriae prosperitatem confirmarat (1751 sqq.); id eos delectat et laetificat. Tam est clarus finis totius dramatis. His etiam rationibus conatur Theseus consolari filias Oedipi. Is etiam est finis verborum quae iam pauca restant chori: nec tristem fuisse exitum patris sed qualem optasset (1720), nec ipsas mala fortuna uti (1695). [1])

Postrema sententia haec est: „Cessate iam, neve ultra fletum lugubrem suscitate. Haec enim omnia firma manent". [2])

Nulla praeterii consulto quae difficultatem facere posse crederem. Vestigia autem chori secutus, visus sum mihi eum semper eundem invenire, actioni quidem servientem sed talibus factis verbisque quae unam fixam et constantem personam non dedecerent. Praeiudiciis primum ab Oedipo alienatus, allectus deinde huius promissis et innocentia, ardentissimo in Athenas amore affectus, summa contentione laborat, ut Oedipi animum contra omnes defendat, in eumque finem lyricis non minus quam dramaticis adminiculis utitur. Postea facit Sophocles, ut Oedipus de manibus chori in manus Thesei transferatur (simile quid fecit in Electra, ut ostendam), sed haec ipsa

1) Versus 1746 contrarius videtur his, si vertitur de futuris „vastum malorum pelagus sortitae estis".

2) Voluit Sophocles ita ignoto loco neque morte peremptum Oedipum de vivis tollere, non solum quia sic maior accedebat factis veneratio et antiquitas, sed etiam quia occurrere voluit his qui Euripidem iure interrogarent, qui fieri posset ut, siquidem fuisset Oedipus mortuus Coloni, nullum exsisteret ei dicatum sepulcrum Coloni.

derelictio chori eiusque ignorantia et metus maiorem etiam vitam et motum tribuunt actioni et toti exodo. [1])

Quae chori in veram personam constitutio, agentem, disputantem, contendentem qualem exposui, nonnulla luce collustrat aliquot huius tragoediae partes.

Ac primo quidem illa Polynicis scaena, quam nonnulli nuper [2]), aut additam a Sophocle, ob domesticas perturbationes, operi iam sine ea absoluto putant, aut iniectam ab aliis post eum mortuum, quamque dicunt adeo non cum reliqua tragoedia connecti, ut ultro decidat sine dramatis actionisque detrimento, ita mihi suo loco illic nata esse videtur, ut radices suas per totam tragoediam sparsas et propagatas credam.

Cum exodo saltem constat esse connexam, ubi Antigone rogat ut Thebas mittatur, si quo modo possit impedire fraternam pugnam [3]), illam scilicet quam antea precibus non potuerat [4]) in Polynicis scaena. Ex praecedentibus vero, si haec scaena decerpitur, revellit secum primum odam illam de morte, quam ostendi ideo solum cani quia esset Polynices venturus; deinde totam etiam pulcritudinem eorum quae praecesserunt, etiam ante illam odam. Etenim iam a parodo summa arte id laborarat Sophocles, ut chori personam formaret et fingeret; multa, etiam quae Theseo dicuntur, hanc animi chori conformationem intendunt; quod adeo verum est, ut fuerint qui Sophoclem accusaverint quod haec inutilia in tragoediam invexerit, siquidem ne meminerit quidem Theseus eorum postea (videlicet, isti homines non meminerunt chori). Nemo enim in tota tragoedia utitur illis quae Oedipus dicit 569—628, nisi solus chorus, et quidem praecipue cum est Polynices venturus, chorus, inquam, qui adeo cum ea audivit est commotus, ut clamaverit (629. 630):

ἄναξ, πάλαι καὶ ταῦτα καὶ τοιαῦτ' ἔπη
γῇ τῇδ' ὅδ' ἀνὴρ ὡς τελῶν ἐφαίνετο.

1) Singulare est etiam huic choro, quod fingit Sophocles eius voces et loquelam audiri ab his qui extra scaenam sunt; ita paulo ante clamoribus evocatus est Theseus (1500), et prius sicut dixi, a praetereuntibus didicit nomen Oedipi. Scaena iuxta viam publicam fingitur.

2) Robert, *Oidipus* pg. 469—485. A. Müller, *Aesth. Komment.* pg. 137; cfr. Wilamowitz, *Die dram. Technik* pg. 367 sqq.

3) 1778—1783. 4) 1413—1446.

Si igitur praeciditur Polynicis scaena, frustra haec dixit Sophocles, et fere frustra formavit chorum, qui solum contra odia Creontis, non etiam contra filii supplicantis preces, Oedipum defenderet. [1])

Dum huic crimini respondebam, respondi etiam alteri illi, nuntia Ismenae [2]) et Oedipi [3]) inutilia esse reliquo dramati.

Subtilior est, sed non magis vera, illa alia accusatio, per totum agonem huius tragoediae, id est a v. 720 ad v. 1445, in oblivionem tradi Oedipum iam scire se moriturum et quidem Coloni; quid ergo eos decertare de re quam iam dudum constitutam et acceptam esse constet?

Hic etiam error inde nascitur quod praeteritur persona chori ab auctoribus, cum actionem tragoediae investigant. Chorus numquam audivit aperte *in oraculis* esse ut Oedipus Coloni moriatur, sed semper putat liberum esse ei etiamnum mentem mutare et Thebas redire [4]); et chorus est qui de hac mente Oedipi certat cum Creonte, chorus qui cum Polynice.

De aliis difficultatibus quae sunt extra drama, aut, si [5]) in dramate, non sunt cum choro connexae, non est meum hic disputare.

---

1) Nimirum, repeto quod initio dixi, non est haec mera tragoedia mortis Oedipi, nec tragoedia restitutionis Oedipi in pristinum statum eiusve herois purgationis. Athenarum causa per totam tragoediam agitur eamque maxime chorus defendit.

2) 361—420. 3) 570—628.

4) Audit ex oraculis esse, ut Oedipus, si sepeliatur ad Thebas, sit Thebanis saluti (390—402), *si* Coloni, Atheniensibus (644—648); videt Oedipum et a Theseo (645—655) et a choro ipso (624. 625) petentem ut *defendant* eum contra eos qui eum deducere conabuntur. Cum autem v. 585 dictus est, nulla facta est mentio oraculi. Chorus igitur de re omnino incerta contendit et pugnat. Oedipus ipse soli Antigonae dixit se ex oraculis inventurum Coloni παῦλαν ἐν χρόνῳ μακρῷ, et illic se debere κάμψειν τὸν ταλαίπωρον βίον. Nihil amplius.

5) Si quis me legit, potuit videre me coactum esse dicere multa contraria his quae de hac tragoedia scripsit cl. U. v. Wilamowitz capite VII quod apposuit operi filii Tychonis: *Die dramatische Technik des Sophokles* von Tycho von Wilamowitz-Moellendorff mit einem Beitrag von Ulrich von Wilamowitz-Moellendorff, Berlin 1917.

AD AVIENI ORAM MARITIMAM.

SCRIPSIT

P. H. DAMSTÉ.

In novae Avieni editionis [1]) censura, quam in Museo nostro nuper scripsi, eam omni fere numero ita placere posse professus sum ut gratiam quam maximam Schulteno habendam esse censerem. Pauca tamen erant in quibus a docto editore dissentirem, quem coniecturis modo supervacaneis modo perversis nonnullos locos minus bene constituisse mihi videri tunc paucis indicavi, nunc vero plenius atque accuratius demonstrare conabor. Primus locus quo scrupulum mihi iniecit de Oestrymnidum incolis est:

98 multa vis hic gentis est,
superbus animus, efficax sollertia,
negotiandi cura iugis omnibus,
N o l u s q u e cumbis turbidum late fretum
et beluosi gurgitem Oceani secant.
non hi carinas quippe pinu texere
et acere norunt, non abiete, ut usus est,
curvant faselos, sed rei ad miraculum
navigia iunctis semper aptant pellibus
corioque vastum saepe percurrunt salum.

Quid tandem pro vitiosa scriptura *Nolusque* editionis principis, quae pro codice est, poeta scripserit critici quaesiverunt

1) Avieni Ora Maritima (Periplus Massiliensis saec. VI. a. C.) adiunctis ceteris testimoniis anno 500 a. C. antiquioribus edidit A. Schulten, Barcinone et Berolini MCMXXII.

olim atque etiamnunc quaerunt. Coniecturae *notisque* et *novisque* nimirum in promptu erant; illud editores alii receperunt, quod explicant: cumbis eiusmodi, quae illis sigillatim cognitae, usitatae, consuetae sunt, singularibus alias et insolitis; alii hoc praetulerunt, quod equidem propter sententiam maluerim: *novisque* scilicet interpretandum est cumbis inauditis invisitatisque. Cf. Liv. IV 33, 1: *nova* erumpit acies *inaudita* ante id tempus *invisitataque*, Ov. Her. 12, 13, ubi Argo navis *nova puppis* appellatur. At vero in utraque coniectura haec magna difficultas est: quomodo fieri potuit ut ullus scriba quamvis oscitabundus pro vocabulis usitatis tritisque, qualia *notis* et *novis* sunt, insolitum illud atque obscurum *nolus* exararet?

Minus etiam probabiliter alii editores recensuerunt: *non usque* — *nullisque(!)* — *soliti usque* — *solitisque* — *levibusque.*

Quod ad sententiam attinet, ultimum quidem adiectivum, quod vs. 369 (*levique cumba*) redit, aptissimum esset, nisi a scriptura vetere nimium discederet. Videantur ea quae de hoc navigiorum genere in oratione de Pytheae itinere (Utrecht 1917 p. 19) patrio sermone a me exposita sunt.

Nunc autem Schulten pro corrupta lectione *Nolusque* de suo *netisque* substituit, quam coniecturam non nisi tribus locis comparandis in Commentario commendare et stabilire satis habuit, sc. vs. 106: 'navigia iunctis semper aptant pellibus', cui subsidium nullum inesse reor quo verbi n e n d i usus in hac re confirmetur, tum ῥαπτὰ πλοιάρια Peripl. mar. Erythr. 36 et 'vitilibus navigiis corio c i r c u m s u t i s' Plin. IV 104. At hercle vero quid hi loci prosunt? Ut verbum texendi de navium corpore componendo, sic de coriis corpus integentibus verba ῥάπτειν et circumsuere commodissime usurpantur, sed n e r e hac in re importunum est neque usquam apud veteres scriptores adhibetur. Cf. C. Torr, Ancient Ships (Cambridge 1894), qui p. 33 èt locos a Schulteno allatos èt alios multos, ubi haec navigia commemorantur, congessit.

Omnino igitur improbandam esse aio hanc coniecturam atque scriptura perplexa *Nolusque* aeque inexplicabilis manet atque antea fuit. Si quid mihi quoque temptare liceat, proponere velim: *Voluc*<*res*>*que*, sed incertus haereo.

Poeta Himilconem Carthaginiensem suis oculis aequor pigrum sive Sargassum mare vidisse et descripsisse affirmat.

122 adicit et illud: plurimum inter gurgites
extare fucum et saepe virgulti vice
retinere puppim.

Facere non possum quin confitear, vocabuli *vice* vim mihi quidem eiusmodi videri, ut Avienum non *virgulti vice*, sed *vinculi vice* posuisse suspicer. Nempe fucus ille natans, qui prata marina (*praderias de yerva* Hisp.) efficit, eiusdem fere naturae est atque virgultum, qua de causa secum ipse comparatur, si lectio tradita retinetur. Verum non quo hanc coniecturam qualemcumque proferrem locum attuli, sed ut librum editori indicarem, in quo multa utilissima de hac re nobis scriptor impertiit, sc. *A history of ancient geography* by H. F. Tozer (Cambridge 1897) p. 111 sq.

135 Liguresque pulsi, ut saepe fors aliquos agit,
venere in ista, quae per horrentis tenent
plerumque dumos. creber his scrupus locis
rigidaeque rupes atque montium minae
caelo inseruntur.

Emendandum est: *tument.*
Cf. vs. 70: et siquae in illo marmore insulae tument.
vs. 259: Cassius inde mons tumet, e. a.

152 Ophiussa porro tanta panditur latus
quantam iacere Pelopis audis insulam
Graiorum in agro.

Quamquam Avienum accusativum partis sive Graecum quem dicimus adamasse bene novi, hoc tamen loco eum scripsisse puto: *panditur*⟨*in*⟩*latus*, quoniam legitur vs. 679:
panditur porro in decem
flexus recursu gurgitum.

Sermo est de insula Saturno sacra, quae Berlenga nunc est.

166 sed vis in illa tanta naturalis est,
ut siquis hanc innavigando accesserit,
mox excitetur propter insulam mare,

quatiatur ipsa et omne subsiliat solum
alte intremescens cetero ad stagni vicem
pelago silente.

Pro voc. *solum* editor de suo *salum* substituere non veritus est, quod cur repudiandum mihi videatur breviter exponam.

Ordinem rerum narratarum hunc esse aio: primum mare, quod insulae proximum est, excitari fertur estque id monstri mox futuri praenuntium, deinde vero ipsa insula ita quati dicitur ut solum omne, alte intremescens, subsiliat, atque in hac maris insulaeque perturbatione aequora a litore remotiora nihilominus silent iacentque stagni instar.

Quid iam fiet, si pro voc. *solum* coniectura Schulteni *salum* substituta erit? Fiet ut poeta, postquam mare excitari et ipsam insulam quati dixit, ad mare revertatur idemque de eo asseveret quod modo affirmavit. Hoc probe tenendum esse moneo, insulam ipsam in tota pictura esse rem summam ac praecipuam, ad cuius miraculum describendum verbis *sed vis in illa* cet. se accingit, mare vero, quamvis causam insulae trementis, ei non nisi praenuntium miraculi atque in narratione quidem minoris momenti esse, qua de causa ipsi insulae summam descriptionis dicavit.

Iamque ad Erythiam insulam poeta pervenit.

311 habuere primo quippe eam Carthaginis
priscae coloni interfluoque scinditur
a continente quinque per stadia modo
Erythia.

Editor pro editionis principis scriptura *modo* Klotzii coniecturam *mari* recepit. Ego vero quin reponendum sit *vado*, quod ad vocabuli traditi formam propius multo accedat, nullus dubito.

Celebratur Oceanus, parens nostri maris.

394 plerosque quippe extrinsecus turbat sinus
nostrumque in orbem vis profundi inlabitur.

Editores, qui Schraderum secuti sunt, pro lectione mendosa *turbat* eius coniecturam *curvat* fideli concordia recipere solent neque aliter Schulten recensuit.

Avienus videlicet idem significare voluit quod D. O. vs. 75 his verbis expressit:

> Oceanus sic cuncta vago complectitur aestu,
> Innumerosque sinus cavat inlabentibus undis
> Desuper,

sed tum hic locus cum ductus litterarum traditi verbi *turbat* mihi persuaserunt, pro *turbat* non corrigendum esse *curvat*, sed *terebrat*, h. e. terebrando efficit, qua verbi notione Vitruv. X 16, 5 usus est.

> 504 iuxta superbum mons Sacer caput exerit
> Oleumque flumen proxuma agrorum secans
> geminos iugorum vertices interfluit.
> mox quippe Sellus, nomen hoc monti est vetus,
> ad usque celsa nubium subducitur.

Quid editorem adegerit ut inferret mutationem: *mons quippe Sellus* me non intellegere confiteor. Oleum flumen, cui nomen Iberus postea inditum est, inter montem Sacrum a meridie et montem Sellum a septentrione in mare effluere dicitur. Sunt hi 'gemini iugorum vertices'; postquam illius situm poeta iam nos docuit, de huius loco apte nos facit certiores ita fere loquendo: mox h. e. haud procul inde Sellus, nam sic alter mons dicitur, verticem egerit: adverbium *mox* loco aptissimum est neque in *mons* mutandum, cum praesertim hoc vocabulum in eodem versu sequatur.

> 616 tum Mansa vicus oppidumque Naustalo
> et urbs.... haesice gen... sale.

Talem versum lacunosum editio prima exhibet neque aliae editiones integriorem reddere potuerunt. Wernsdorf recte observavit, in residuis litteris vel vocibus vestigia apparere nominum propriorum, quae quia librarii notitiam fugerent et difficilius legerentur, has lacunas pepererint. In nova editione Schulten sic eas explere conatus est:

> et urbs <impendet> † haesicae gen<tis> salo,

sed erravit, nam virum doctum fugit, in secundo senarii pede spondeum apud Avienum inveniri numquam.

Denique legentes monitos esse volo, duo menda typographica molestissima editorem in corrigendis plagulis fefellisse, quorum alterum est ubi agitur de monte Argentario, qui est 'sic a vetustis dictus ex specie sui':

293 stagno iste namque latera plurimo nitet
magisque in auras eminus lucem evomit,
cum sol ab igni celsa perculerit iuga.

Editorem scripturam editionis Venetae manifeste corruptam *stagno* pro *stanno* imprudentem invitumque recepisse, ipsius verba comprobant quae scripsit in Proleg. p. 32 supra: „Stanno nitere mons Argentarius... dicitur". Mendum alterum eo quod metrum conturbat, deprehenditur:

628 Ligures ad undam semel interni maris
Setiena ab arce et rupe saxosi iugi
procul extulere.

Nimirum corrigendum est: *semet*.

ΣΧΙΝΟΥΡΙΣ.

In magni illius lexici, quod nominibus Paulyi et Wissowae designare consuevimus, volumine recens edito leguntur haec: „Schinuris (ἡ Σχινοῦρις?, Σχίνουρις C. I. G. II, 1840, 21; Name hängt vielleicht mit σχῖνος und οὐρά zusammen), Gewannenname für Weinfelder auf der Insel Korkyra im Ionischen Meer, Bursian, Geogr. von Griechenl. II, 361; s. auch den Art. Korkyra Nr. 1".

Adnotaverim primum inscriptionem C. I. G. II, 1840 (= I. G. IX, 1, 693; S. G. D. I. 3198; Syll.[3] 940) non ad Corcyram pertinere, sed ad Cretam, ut iam a. 1897 docuit Ericus Ziebarth; deinde nomen quod est Σχινοῦρις procul dubio ductum esse a vocibus σχῖνος et ὅρος, ut significet agrum quem lentisci terminabant. G. V.

DE CALLIMACHI EPIGRAMMATE XXI°.

SCRIPSIT

GUILIELMUS VOLLGRAFF.

Ὅστις ἐμὸν παρὰ σῆμα φέρεις πόδα, Καλλιμάχου με
 ἴσθι Κυρηναίου παῖδά τε καὶ γενέτην.
εἰδείης δ' ἄμφω κεν· ὁ μέν κοτε πατρίδος ὅπλων
 ἦρξεν, ὁ δ' ἤεισεν κρέσσονα βασκανίης·
οὐ νέμεσις· Μοῦσαι γὰρ ὅσους ἴδον ὄμματι παῖδας
 μὴ λοξῷ, πολιοὺς οὐκ ἀπέθεντο φίλους.

Huius carminis primum distichon in Anthologia Palatina (VII, 525) vel in sylloge epigrammatum Callimachi legenti semper mirari mihi subit, quomodo quis simul Callimachi filius et pater dici possit. Atque protinus reminiscor carminum ludicrorum quibus puerorum acumen exercere solemus et delectare adolescentulos, velut: „rusticis Hyperboreis sunt decem digiti in utraque manu, quinque et viginti in manibus et pedibus", vel: „rustici erat sus, et mater rustici erat etiam pater suis". Sed ne ab iocis ordiri videamur, serio perpendamus, quomodo viri docti hodie hoc epigramma interpretentur. Primum autem quaeramus, in cuiusnam honorem carmen scriptum esse arbitrentur. Εἰς Καλλίμαχον τὸν Κυρηναῖον ποιητὴν τὸν γράψαντα τὰ Αἴτια, adnotavit lemmatista codicis Palatini, sed egregie errasse creditur. Patrem suum his versibus celebrasse volunt poetam, patrem, cui Batto nomen fuisse ex Suida et Proclo novimus, quique Callimachi filius fuerit idemque pater Callimachi,

ὥσπερ εἰ λέγοις·
Ἱππόνικος Καλλίου καὶ ἐξ Ἱππονίκου Καλλίας.

Γριφῶδες hoc esset, sed non plane inauditum, nam, ut dixit Hauvettius [1]), in epigrammate Attico saeculi a. C. n. V[i] similiter legitur: Ἐκφάντου με πατὴρ ἀνέθηκε καὶ υἱός..., Ἡγέλοχος. [2]) Graviora vero sunt quae Schneiderus [3]) in commentariis suis disseruit: „miror neminem offendisse, quod quum poeta patrem epitaphio celebrare voluisset, nihil nisi boni eum patris filium et boni filii patrem fuisse dixit, quos impense laudat, de ipso nihil addens laudis ac ne nomen quidem adiciens, ob quam rem impietatis crimen vix effugere potuerit". Animadvertit quidem Hauvettius non revera monumento Batti destinatum fuisse epigramma; sed vel sic impium fuisset patris famam prae sua, et avi, prorsus negligere. Mutilum igitur esse carmen traditum statuit Schneiderus: omnino enim desiderari id quod caput esset, scilicet nomen et laudes Batti, in cuius honorem carmen esset scriptum. Iam vero, priusquam ad eiusmodi coniecturam confugias, mente te redire iubeo ad griphos vernaculos, quorum supra mentionem inieci. Aut firmiter constare oportet nobis carmen in editionibus nostris recte distinctum esse? Age experiamur aliam viam. Incipit poęta:

ὅστις ἐμὸν παρὰ σῆμα φέρεις πόδα, Καλλιμάχου με
ἴσθι Κυρηναίου.

Non ipsum monumentum hic loquitur, sed is qui in eo sepultus est. Quam ob rem vide ne corrigendum sit:

Καλλίμαχόν με
ἴσθι Κυρηναῖον.

Tum pergit:

παῖδά τε καὶ γενέτην
εἰδείης ἄμφω κεν.

Particulam δέ quod supprimere ausus sum, non mihi malo vertes, sat sciam. Sed procul dubio quaeres, ad quosnam referenda sint verba: παῖδά τε καὶ γενέτην; solus enim adhuc Callimachus nominatus est, non pater eius. Hoc tamen impedimentum discuti poterit, si primo versu pro Callimacho licebit reponere Battiaden: in patronymico enim inest notio et filii

1) Revue des Et. grecques, 1907, p. 310, 2.
2) I. G. I, 374.
3) Schneider, Callimachea, vol. I, p. 418.

et patris. Ne hanc quidem mutationem in epigrammate Anthologiae iusto audaciorem esse puto. Itaque, si me audis, epigramma *εἰς ἑαυτόν* scripsit Callimachus hoc modo:

ὅστις ἐμὸν παρὰ σῆμα φέρεις πόδα, Βαττιάδην με
ἴσθι Κυρηναῖον. παῖδά τε καὶ γενέτην
εἰδείης ἄμφω κεν· ὁ μέν κοτε πατρίδος ὅπλων
ἦρξεν, ὁ δ' ἤεισεν κρέσσονα βασκανίης.
οὐ νέμεσις· Μοῦσαι γὰρ ὅσους ἴδον ὄμματι παῖδας
μὴ λοξῷ, πολιοὺς οὐκ ἀπέθεντο φίλους.

Iam cum hoc carmine comparandum est epigramma XXXV, quod Schneiderus olim cum nostro in unum conglutinabat. In epigrammate XXI° se praetoris quidem filium, ipsum vero poetam esse praedicavit Callimachus; iam videamus, quid ei in altero illo aequalibus suis de se ipso exhibere curae fuerit:

Βαττιάδεω παρὰ σῆμα φέρεις πόδα εὖ μὲν ἀοιδήν
εἰδότος, εὖ δ'...

quid in reliqua parte versus exspectares, si forte Battiaden non novisses? Procul dubio poetam dicturum fuisse se praeter *ἀοιδήν* etiam aliud quiddam optime calluisse. Neque potes non meminisse tritissimi distichi Archilochi:

εἰμὶ δ' ἐγὼ θεράπων μὲν Ἐνυαλίοιο ἄνακτος
καὶ Μουσέων ἐρατὸν δῶρον ἐπιστάμενος.

Sed falleris. Nam contra exspectationem ita pergit poeta:

...εὖ δ' οἴνῳ καίρια συγγελάσαι.

Excellit in poesi et... lusu poetico. Genus hoc est figurae *παρ' ὑπόνοιαν*, cuius exemplum clarissimum exstat in Aristophanis Thesmophoriazusis, vs. 531 sq.:

ἀλλ' οὐ γάρ ἐστι τῶν ἀναισχύντων φύσει γυναικῶν
οὐδὲν κάκιον εἰς ἅπαντα πλὴν ἄρ' εἰ... γυναῖκες. [1])

Poeta arma capessere, licet viri bello strenui filius sit, ipse non valet.

„Quem tu, Melpomene, semel
nascentem placido lumine videris",

cantat Horatius [2]) Callimachi epigrammatis XXI° non immemor, illum non equus impiger curru ducet

1) Plura exempla attulit Willems ad hunc locum.
2) Hor. Carm. IV, 3.

„neque res bellica Deliis
ornatum foliis ducem",
sed „spissae nemorum comae
fingent Aeolio carmine nobilem".

Cur autem Callimachus bis intelligentibus significavit se utpote Musarum sacerdotem non fortem ad arma esse? Suspicor hoc eum fecisse, cum ad arma concurrebant qui sub regno Ptolemaei erant, ipse vero excusatione utebatur et domi manebat. Efficimus autem ex epigrammatis XXI[1] vs. 6 eum tunc temporis iam bene canum fuisse. Quapropter ad annos 250—247, cum etiam in Cyrenaica seditio orta esset, haec carmina referenda esse dixerim. In hoc enim rerum articulo cavendum erat Callimacho, ne e statu suo excelso concideret atque caute ei in scriptis suis et sapienter administranda erant omnia. Qui si popularium suorum causam orasset, occisus aut in exilium pulsus esset; si patriam aperte obiurgasset, post pacem perpetratam invidiam contraxisset. Reliquum igitur erat, ut tectius significaret se regi suo fidum esse. Iisdem annis iure tribuitur [1]) epigramma XXXVII, quod speciem praebet carminis inscripti pharetrae, quam veteranus Sarapidi dicaverat, sed revera epinicii instar est:

ὁ Λύκτιος Μενίτας
τὰ τόξα ταῦτ᾽ ἐπειπών
ἔθηκε· τῆ, κέρας τοι
δίδωμι καὶ Φαρέτρην,
Σάραπι· τοὺς δ᾽ ὀιστούς
ἔχουσιν Ἑσπερῖται.

Cum Hesperitis enim aetate Callimachi non nisi his annis pugnasse Ptolemaei milites videntur.

---

1) V. apud Belochium, Griech. Gesch. III, 1, p. 642, 1.

DE CIRI.

SCRIPSIT

C. BRAKMAN J. f.

Postquam primum annis 1901 et 1902 deinde annis 1906 et 1907 Leo et Skutsch tanquam duo nobiles athletae de auctore Ciris pugnaverunt, haec quaestio etiam atque etiam ab aliis viris et mulieribus doctis tractata est. Vehementissime Nemethy Skutschium impugnavit in opusculo c. t. Epyllion Pseudovergilianum (Budapestini 1909). De re cognata egit Lulu Eldridge in dissertatione, quae inscribitur: Num Culex et Ciris epyllia ab eodem poeta composita sint quaeritur (Friburgiae 1914). Paulo post Conway partes Skutschii strenue defendit in disputatione c. t. The Youth of Vergil (Reprinted from „The Bulletin of the John Rylands Library" July 1915). Eum secutus est Rand, qui Vergilio vindicavit Culicem Cirim Copam Aetnam Catalepton Diras (cf. Harvard Studies in Classical Philology, Vol. XXX (1919) Young Virgil's Poetry). Nuper T. Frank statuit Vergilium anno 48 Culicem, inter annos 45 et 43 Cirim scripsisse (Classical Philology XV (1920) Vergil's Apprenticeship). Quarum commentationum argumenta, imprimis autem Nemethyii ratio me moverunt [1]), ut pauca de Ciri observarem in universum, etsi necesse erit quaedam in medium proferre, quae forsitan „iam dicta sint prius", coniecturasque aliquot proponerem.

Inter annos 60 et 40 a. C. n. regnavit in litteris Latinis Parthenius, qni in bello Mithradatico captus anno 73 Nicaea Romam venit, ubi mox dux poetarum Alexandrinorum factus est.

1) De Culice disputavi Mnemos. Vol. L pag. 243—254.

Is ibi dubium non est quin familiariter uteretur cantoribus Euphorionis. Ex his uni, Helvio Cinnae, cuius patrem fortasse in Italiam comitatus erat, auctori Smyrnae, Parthenius fuit exemplo. Huius idyllion Μυττωτός i. e. Moretum bis Latine versum est primum a Sueio, deinde, ut fertur, a Vergilio. Idem vates Graecus in Metamorphoses suas recepit Cirim, quod carmen exemplar fuit poematis Latini eiusdem nominis. [1]) Cornelio Gallo dedicavit opus c. t. Περὶ ἐρωτικῶν παθημάτων idemque videtur magister fuisse Galli, qui pater habendus est eroticae elegiae Romanae. Quoniam Vergilius iuvenis Culicem poema Alexandrinum panxit, ille quoque in Parthenii sectatoribus numerandus est non minus quam Catullus, qui nuptias Pelei Thetidisque celebravit et Calvus Ius poeta. Tum re vera fuit aetas aurea epylliorum. Nunc autem quaeritur utrum Ciris carmen una cum Epithalamio, quod modo nominavi, cum Io, cum Smyrna, cum Culice tribuendeun sit decenniis 60—40, de quibus agimus, an excludendum ab illo temporis spatio ducendumque opus scriptum paulo ante Augusti mortem. [2])

Illius epyllii ultima pars plurimarum metamorphoseon ritu narrat, quomodo Scylla Nisi Megarorum regis filia in avem mutetur, cirim scilicet, quemadmodumque eius pater in vitam revocetur, nempe ut haliaeetus factus illam semper persequatur. Terminatur autem carmen hisce versibus

quaecunque illa levem fugiens secat aethera pennis,
ecce inimicus atrox magno stridore per auras
540 insequitur Nisus; qua se fert Nisus ad auras,
illa levem fugiens raptim secat aethera pennis.

Talem finem unusquisque iudex aequus quidem concedet esse et naturalem et necessarium et artissime cohaerere cum iis quae praecedunt. Ad eum carminis exitum alludit iam vs.

52 hanc pro purpureo poenam scelerata capillo (sc. solvens).

Summopere igitur miramur quinque illos versus vix mutatos legi in Georgicis post I 404

---

1) Conferri potest etiam M. Kreunen, Prolegom. in Cirin, pag. 49—85.

2) Hic Leonis ipsius verba laudo: So giebt uns die Ciris das treffliche Beispiel eines zurückgebliebenen Neoterikers (Hermes XXXVII (1902) pag. 48) et Für uns in der Perspektive, ist ein solcher Neoteriker zurückgeblieben (Hermes XLII (1907) pag. 73).

apparet liquido sublimis in aere Nisus,

ubi *apparet* secundum Skutschii adversarios idem valet atque *αἴσιος φαίνεται* [1]). Docemur porro eis sex versibus signa serenum caelum portendentia describi. Inserti certe sunt praesagiis bonae tempestatis ex Arati *Φαινομένοις* haustis. Mitto quod Kroll [2]) negat pugnam illarum avium unquam omen fuisse, verum rogare velim, cur in Georgicis sermo sit de Niso et Scylla neque haliaeetus et ciris nominentur quanquam ibidem prius alcyones et noctuae post autem corvi appellantur, quae aves aera serenatum significant. Nemo ergo nisi Ciri carmine lecto locum Vergilianum intellegere poterat. Itaque perspicuum est eos versus, de quibus agimus, initio destinatos fuisse Ciri (id est primum exemplari Graeco, deinde versioni Latinae), postea in Georgica ex illo epyllio esse translatos. Hic Georgicon auctor nos quasi sic alloquitur: vos meministis horum versuum, quibus paene ad verbum transferendis amicum mihi familiarissimum colo observoque. Scitisne quem dicam? Ii, qui cum Skutschio stant, continuo respondebunt Cornelium Gallum, at Nemethy iam respondit Albinovanum Celsum (cf. Hor. Ep. I 3, 15 sqq.). Hic falso utique coniecit, illi fortasse recte.

Extremis Ciris versibus tanquam fundamento fixo immotoque nituntur omnes, qui probare student illud carmen tempore praecedere Georgica. Nullius impetus ne Leonis [3]) quidem valuit ad evertendam argumentationem, quam supra rettuli. Nemethy l. l. pag. 18 sq. praepostere scribens Vergilium ipsum Georg. I 404—409, falsario ansam dedisse epyllii de Scylla pangendi putavit Skutschium a se refutatum esse. Quasi vero sic doctissimus ille vir Hungaricus ostendisset Parthenii versus apte quadrare in locum Vergilianum ex Arato expressum! Sed de hoc quidem hactenus.

Scylla proditione perpetrata praemium exspectat a Minoe, qui tamen regis filiam navi affixam Cretam petens per mare trahit.

---

1) Cf. Bukolika und Georgika (9e Aufl.) von P. Jahn (1915) pag. 281 Anhang (Deuticke).

2) Pauly-Wissowa s. v. Κεῖρις.

3) Cf. Hermes 42er Band (1907) Nochmals die Ciris und Vergil pag. 48—66.

Tum virginem miseram mirantur Nymphae Oceanus Tethys Galatea sororesque Leucothea cum Palaemone denique

397 illam etiam alternas sortiti vivere luces,
cara Iovis suboles, magnum Iovis incrementum,
Tyndaridae niveos mirantur virginis artus.

Hic patronos nautarum Castorem Pollucemque commemoratos esse consentaneum est. Quare nemo unquam versum praeclarum illum 398 non optime huc convenire efficere potuit. Hunc versum meminimus paulum immutatum repeti Verg. Eclog. IV 49. In illa Ecloga vates celebrat infantem, qui nasciturus erat [1]) Pollione consule (40 a. C. n.), canens

adgredere o magnos (aderit iam tempus) honores,
cara deum suboles, magnum Iovis incrementum!

Quae verba non pertinent ad filium ipsius Pollionis, sed ad infantem, quem Scribonia, Octaviani uxor, paritura erat. Qua de re consentiunt Skutsch [2]) Wendland [3]) Hartman [4]) Jahn [5]). Recte mea quidem sententia *incrementum* interpretantur *accessionem*, *amplificationem* *αὔξησιν*. Quodsi consideramus Iovem imperare dis daemonibus heroibus atque numerum numinum Dioscuris natis esse auctum, cum id homine nato (i. e. Scriboniae infante) dici nequeat, necessario sequitur, ut epyllion c. t. Ciris illum versum vindicare possit suum. In huius carminis contextum verba *magnum Iovis incrementum* optime quadrant, hic nihil contorti nihil artificiosi habent, cum poeta Eclogae quartae virtutes pueri mortalis nimis exaggeret. Unde recte concludas Bucolica scripta esse post Cirim.

Hexameter, quem Vergilius adhibet IV 49 quemque supra exscripsimus, est versus spondiacus. Notatu dignum est in decem Eclogis i. e. in 830 versibus tres modo *σπονδειάζοντας*, at in Ciri carmine, quod 541 versus habet, 15 versus spon-

1) Nam versu 10 invocat Iunonem Lucinam, deam genitalem.
2) Aus Vergils Frühzeit (pag. 148—160); Gallus und Vergil pag. 81—82.
3) Hellenistisch-Römische Kultur I pag. 88.
4) Vergilius Profeet Nieuwe Theologische Studien 1922, pag. 293 sqq.
5) In sua editione (1915) pag. 34.

Operae pretium est legentes admonere de iis, quae Bücheler scripsit a. d. III Id. Octob. 1901 comprobans Skutschii rationem „die mir ganz aus der Seele geschriebene Partie über Ecloga IV".

diacos deprehendi. Hoc indicium nos cogit Cirim ascribere temporibus quae non longe a Catulli et νεωτέρων aetate absunt, qui huic metri vitio indulgebant. Idem flagitant caesurae in Ciri obviae; longe frequentissima est penthemimeres, occurrit enim in 486 versibus, at hephthemimeres (in 6 versib.) et caesura κατὰ τρίτον τροχαῖον (in 49 versib.) etiam minus saepe adhibentur quam in Culice (qui habet 13 caesuras semiseptenarias et 50 caesuras κατὰ τρίτον τροχαῖον). [1])

In Culice nullus versus spondiacus legitur. Etiam quod attinet ad elisiones Culex et Ciris multum inter se differunt: in illo epyllio syllaba longa non nisi perraro eliditur, in hoc crebro. In nonnullis versibus Culicis ceterorumque Vergilii carminum repetitio unius litterae in unaquaque voce pulchrum sonum efficit (Germanice „Tonmalerei"), hunc usum Ciris vix agnoscit (cf. vs. 507 et 536). Natura allitterationis in Culice [2]) alia est atque in Ciri; in illo frequenter tres vel quattuor voces ab eadem consonanti incipiunt, in hac saepe duo verba, vix ter tria (cf. vs. 52, 248, 325). Ciris poeta epanalepsis figuram tantummodo aeque adamat atque Vergilius: ceterum quae attulimus iam satis declarant Culicem et Cirim non ab eodem auctore esse conscripta [3]). Accedunt haec.

Poetae, qui Cirim condidit, ars narrandi longe alia est atque Culicis auctoris: ille expeditius molliusque res exponit, hic implicatius duriusque. Pulchre depingitur Scylla de nocte surgens, ut patris capillum purpureum desecet (vs. 206 sqq.); eius autem vinctae ad navem commiseratio legentes non potest non movere (vs. 404 sqq.).

Sermone plebeio Ciris auctor multo rarius utitur quam Culicis [4]) poeta; praecipuae locutiones formaeque vulgares hae sunt: *ut quid* (vs. 294, cf. Schmalz Synt. pag. 575), *recrepat*

---

1) Virgilius hephthemimeri utitur in Bucolicis in 11 versibus, in Georgicis in 63, in Aeneide in 371 (cf. Butcher The Classical Quarterly VIII (1914) The Caesura in Virgil cet. pag. 129).

2) Cf. quae de Culice disputavi in hoc Mnemosynes vol. pag. 249 sq.

3) Idem censet Lulu Eldridge (l. l. pag. 66). Haec mulier doctissima recenset figuras rhetoricas in Ciri obvias, omisit autem aposiopesim (vs, 137); praeterea eam fugit similitudo epica, quae legitur vs. 491.

4) Cf. me l. l. pag. 244 sq.

(vs. 108) tmesis *quam...diu* (vs. 123), *quare* (vs. 92 cf. Löfstedt Peregrin. Aether. pag. 324 sq.) fortasse *se meminere* (vs. 140).

Deminutiva in deliciis habet Ciris poeta e. g. *ocellis* (vs. 132, cf. vs. 238), *hortulus* (vs. 3), *parvolus* (vs. 138), *tabidulam* (vs. 182), *frigidulam* (vs. 251, cf. 348), *nutricula* (vs. 257 et 277) cet. Hoc quoque usu ille accedat ad Catulli tempora necesse est.

Si quis etiam nunc credit Vergilium conscripsisse Cirim, provoco ad eius iudicium atque elegantiam rogoque num verisimile sit poetam, qui Culicis sepulturam tam miserabiliter depinxit, cuius „labor in tenui" (cf. Georg. IV 6) testatur magnum amorem vitae rusticae et simplicis, qui denique pium Aeneam cecinit, carmen composuisse de impia Scylla? Non ita — verum huius epyllii argumentum debet spectare ad auctorem, cuius cor Cupidineis telis haud inexpugnabile erat quodque levis causa moveret, qui idem ut ipsa Carme potuisset iurare per (cf. vs. 325)

expertum multis *misero sibi* rebus amorem,

id est fortasse ad Gallum, infelicem Lycoridis amatorem, multarum elegiarum poetam.

His omnibus rebus perpensis haud temere statuemus Cirim carmen conscriptum esse post Culicem et ante Bucolica ergo inter annos 44 et 42 fere a. C. n.

Nemethy (l. l. pag. 17—19) auctorem Ciris falsarium atque simiam appellans contendit eum expilasse Lucretium Catullum Vergilium Ciceronem (poetam atque philosophum) Horatium Tibullum Lygdamum Propertium Ovidium Manilium Germanicum. Schanz partim Nemethyio assentiens partim impugnans profert haec (R. L. G. II 1 § 241 pag. 99): Auf diese Weise ist ein Cento entstanden, aber durch den grossen Fleiss, dessen sich der Dichter mit Recht rühmen darf, ist das Centoartige fast ganz verwischt worden. Aber seine Abhängigkeit von Vergil will er offenbar nicht verschleiern, und die Annahme, dass der Dichter ein Fälscher gewesen sei, ist eine irrige. Schanz quantopere erret cum auctorem Ciris asseveret pendere a Vergilio ex iis, quae supra disputavimus, facile

elucet simulque Nemethyii accusationem redarguimus probantes Cirim tempore antecedere carmina Lygdami Propertii Ovidii Manilii cet. Ceterum magis Nemethy vituperandus est, quod adversus codices licentissime textum constituit traditamque memoriam temere sprevit, cuius rei exemplis liber philologi Hungarici, c. t. Ciris Epyllion Pseudovergilianum, scatet.

Scylla simulans se turres altissimas inspicere cupere re vera sperat se Minoa, quem Megara obsidentem amore deperit, intueri posse. Ipsius poetae verba haec sunt

173 aeriasque facit causam se visere turres.

Aerias in omnibus codicibus aut a prima aut a secunda manu exaratum est et ab omnibus editoribus in textum receptum praeter Nemethyium, qui legit *Phoebeas*. Cur? Ut nasceretur similitudo aliqua inter hunc Ciris locum et Ovid. Met. VIII vs. 14—20 e quibus attulit Nemethy

regia turris erat *vocalibus* addita muris

contendens Scyllam causam praetexuisse muros lyrae Phoebeae sonum reddentes (cf. vs. 108) videre velle. Tali ratione adductus qui *aerias* mutat in *Phoebeas*, non textum sed poetam corrigere vult.

Paulo infra vehemens amor miserae Nisi filiae sic describitur

et horribili praeceps impellitur vestro
185 ut patris, a demens, crinem de vertice serum [1])
furtim atque argute detonsum mitteret hosti.

Vollmer in ceteris codices secutus *argute* (pro *arguto*) correxit, quod coniunctione *atque* duo adverbia copulante flagitatur. Apud Nemethyium legimus

crinem de vertice *sectum*
furtimque arguto *desponsum* mitteret hosti.

De vocabulis *sectum* et *furtimque* tacere volo, quia leguntur in codicibus deterioribus, verum quid est causae quod Nemethy *desponsum* in textu posuerit? Ut novus locus similis existeret, nam utitur eodem verbo Propertius scribens III 19, 21—24

tuque o Minoa venundata, Scylla, figura
tondes purpurea regna paterna coma.
hanc igitur dotem virgo desponderat hosti!

1) Egregie Vollmer interpretatur *sero demptum*.

Hic venit in mentem dicti Venusini cuiusdam „credat Iudaeus Apella!"

De Nisi capillo poeta sic loquitur

120 nam capite a summo regis (mirabile dictu)
candida caesaries (florebant tempora lauro)
et roseus medio surgebat vertice crinis.

Integra est lectio, quam boni codices servaverunt editoresque quales Vollmer Fairclough cet. sanam duxerunt. Sed *βίη* Nemethyii nihil reveretur, ei placuit scribere

nam capite *in* summo regis (mirabile dictu)
candida caesaries *florebat* tempora *circum.*

Nunc est beatus, nam eundem versus finem (*tempora circum*) assecutus est atque Eclog. VIII 12 et Aen. V 435. Verum quis librarius *lauro* et *circum* unquam confudit? Insuper sententia prorsns immutata est, tum parenthesim editor Hungaricus sustulit, etsi poetae Alexandrini consulto persaepe periodum parenthetis interrumpunt. Hoc praesertim loco verba *florebant tempora lauro*, quae parenthetice accipienda sunt, peculiari vi sunt praedita: Nisus capilli magici possessor certus victoriae coronam lauream gestabat. Nemethy scribens l. l. pag. 124 *Nullus est locus hic mentioni lauri* locum venustum non intellexit.

Versum 397 ad Dioscuros pertinentem cum plerisque editoribus Vollmer sic legit

illam etiam alternas sortiti vivere luces (sc. mirantur).

Quattuor codices exhibent *illi*, Heinsius vero iam vidit scribendum esse *illam*, ut epanalepsis figuram (cf. vs. 394) lucraremur.

At Nemethy recepit *quin etiam*, a quibus verbis incipit etiam vs. 365, quanquam non explicavit, quemadmodum *quin* abiisset in *illi.*

De regis coma purpurea auctor narrat haec

cuius quam servata diu natura fuisset
tam patriam incolumem Nisi regnumque futurum
125 concordes stabili *firmarant* [1]) numine Parcae.

1) *Firmarant* dictum est pro *affirmarant*, ut apud Lucr. III 319 (vide Munromen), Tacit. Ann: I 81 cet.

Ecce lectio, quam probaverunt Heyne Ribbeck Leo Vollmer Fairclough, a quibus Forbiger et Ellis hac in re tantummodo recessernnt, quod retinuerunt traditum perfectum *firmarunt*. Qui tamen Batave vertet: zoolang die eigenaardige haarlok behouden bleef, zoolang zou, naar de Parcae eendrachtig met onveranderlijken wil verzekerd *hadden*, 't vaderland veilig zijn en de heerschappij van Nisus blijven bestaan, facile perspiciet plusquamperfectum in verborum contextu rectius se habere, quoniam sic maiore cum emphasi quondam Parcas fata cecinisse significatur.

Nemethy tamen *formarant nemine* in textu posuit, cui album calculum adicere non possum, primum quod *nemen* vix ter et quidem in inscriptionibus modo legitur, deinde quia nimis quaesitum videtur pro *decreverant* amplecti locutionem *formarant nemine,* quae nullo loco parallelo comprobari potest. Quia igitur verba *stabili firmarant* [1]) *numine* optimum praebent sensum (alium quidem atque Nemethyii lectio), nihil est cur duabus mutationibus poetam corrigamus.

Ceterum ad hunc Ciris locum necessario pertinent duo versus Eclog. IV 46—47

„Talia saecla" suis dixerunt „currite" fusis
concordes *stabili fatorum numine* Parcae.

Hic nova difficultas oritur voce *fatorum* addita, nam Parcae repraesentant Fata, ergo non recte dicat quispiam Parcas concordes esse fatorum numine. Quis tautologiam non animadvertat in versione Batava „Brengt dergelijke tijdperken voort" zeiden tot haar spinrokken de Parcen eendrachtig door den wil van 't lot? Procul dubio hic versus [2]) Nemethyium movit ut coniecturam suam proponeret. At nos nostram rationem videmus confirmatam Ciris auctorem esse exemplar, Vergilium imitatorem. Maro enim voluit Catulli versum [3]) contextui Eclogae adaptatum et Ciris versum contaminare. Oportuit igitur eum aliud verbum substituere pro voce *firmarant*: quoniam elegit

1) De confusione *a* et *u* cf. infra ad vs. 265.

2) Leo (Hermes XLII (1907) pag. 42 adnot. 2) de Nemethyio haec scribit: nur hätte ihn das nicht zur Conjectur (*nemine*) verleiten sollen.

3) Carm. LXIV 327 currite ducentes subtegmina, currite, fusi.

fatorum, pleonasmum effecit manifesto imitatorem arguentem. A mutatione igitur utique abstinendum est.

Si supra recte statuimus Ciris carmen ascribendum esse biennio 44—42 a. C. n. Messala, cui epyllion dicatum est, nemo alius est nisi orator nobilissimus natus anno 64 a. C. n. dignus ergo qui appelletur *iuvenum doctissime* (vs. 36). Hunc in dedicatione poeta alloquitur sic vs. 46—48

> accipe dona meo multum vigilata labore
> promissa atque diu iam tandem 〈*rite dicata*〉
> impia prodigiis ut quondam exterrita proles.....

Rite dicata supplevi, quia credo librarium haec verba omisisse deceptum vocabulo versus sequentis infra scripto *exterrita*. Sententiam Batave verto: Ontvang dan mijn geschenk onder veel inspanning des nachts tot stand gekomen en dat, lang u beloofd eindelijk u toegewijd, verhalen zal, hoe de goddelooze dochter Scylla..... *Atque* secundo loco positum est etiam vs. 445. Leo addere volebat *reddita vota*, quod probarem si sermo esset de dis cf. Ovid. Trist. III 12, 45—46

> is, precor, auditos possit narrare triumphos
> Caesaris et Latio *reddita vota* Iovi.

Poeta Alexandrinus doctrinam ostendit vs. 54—91, ubi varias fabulas, in quibus Scylla Homerica et Nisi filia confunduntur, recenset, concludit autem expositionem his versibus

> quidquid et ut quisque est tali de clade locutus,
> 90 *omnia sim*: potius liceat notescere cirin......

Heinsius *omnia sim* corrupta habebat ex *somnia sunt*. Haud facile tamen talia verba simplicia (*somnia sunt*) videtur aliquis depravavisse. Potius sumo *omnia sim(ilia)* notam marginalem fuisse significantem *omnia aeque stulta sunt*, quae veram lectionem extruserit. Fortasse integra verba fuerunt *inritum habe.* [1]) Sententia Batave reddita sic se habet: Wat en hoe ook elk over die jammerlijke gedaanteverwisseling moge verteld hebben, houd dat niet voor de ware (gewettigde) voorstelling van zaken, 't zij mij liever toegestaan u te verhalen van de ciris.....

1) Cf. *habeto* (vs. 267).

Scylla amore Minois incensa modo turres muri visit, unde castra regis amati intueatur, modo secum reputat, quam sit misera. Describo haec tantum verba

saepe etiam tristis volvens in nocte querelas
175 sedibus ex altis caeli speculatur amorem.

Quanquam *cella* plerumque significat conclave servi et hominis pauperis, tamen non desunt exempla, ubi positum est pro quovis cubiculo cf. Terent. Adelph. 552 nam me iam in *cellam* aliquam cum illa concludam; id tutissimumst. Quare verisimile est h. l. *caeli* corruptum esse ex *cellae.*

Nemethy *honorem* edidit pro *amorem*: hic Cobetus nostras exclamavisset: Callistratus legendum videtur Philonides!

Contra tueor *caeli* versu 218, ubi Scylla narratur patris cubiculo appropinquasse

vestibulo in thalami paulum remoratur et alti
218 suspicit ad *caeli* nictantia sidera mundi
non accepta piis promittens munera divis.

Nimirum *mundi* h. l. legitur sensu *caeli*, quocirca *caeli..... mundi* genetivus inhaerentiae habendus est, sicut Cul. 382 *nemorum silvas* cet. Vox *mundi* saepe accipienda est pro *caelo* e. g. Lucret. I 788, V 514; Cul. 102 et 236; Gratt. 295 cet.

Scylla confessura est nutrici, quem amet:

262 nil amat hic animus, nutrix, quod oportet amari,
264 sed media ex acie, mediis ex hostibus — heu, heu,
265 quid dicam quove *agam* malum hoc exordiar ore?

Pro *agam* vel potius *agā,* quod exaratum est in tribus codicibus L exhibet *ipsa*, quamobrem suspicor veram lectionem fuisse *usa*. *A* et *u* in scriptura (praesertim Visi-Gothica) identidem confunduntur (supra egimus de (vs. 125) *firmarant* et *firmarunt*). Baehrens amplexus est lectionem *aegram*, sed parum verisimile est Scyllam se ipsam appellasse *aegram*. Contra apte poeta de Scyllae pectore haec dicit

341 blanda pectus spe luserat (sc. Carme) *aegrum*.

Convenienter quoque Vergilius de Didone Aen. IV 389

aegra fugit seque ex oculis avertit et aufert.

Is ibi dubium non est quin familiariter uteretur cantoribus Euphorionis. Ex his uni, Helvio Cinnae, cuius patrem fortasse in Italiam comitatus erat, auctori Smyrnae, Parthenius fuit exemplo. Huius idyllion Μυττωτός i. e. Moretum bis Latine versum est primum a Sueio, deinde, ut fertur, a Vergilio. Idem vates Graecus in Metamorphoses suas recepit Cirim, quod carmen exemplar fuit poematis Latini eiusdem nominis. [1]) Cornelio Gallo dedicavit opus c. t. Περὶ ἐρωτικῶν παθημάτων idemque videtur magister fuisse Galli, qui pater habendus est eroticae elegiae Romanae. Quoniam Vergilius iuvenis Culicem poema Alexandrinum panxit, ille quoque in Parthenii sectatoribus numerandus est non minus quam Catullus, qui nuptias Pelei Thetidisque celebravit et Calvus Ius poeta. Tum re vera fuit aetas aurea epylliorum. Nunc autem quaeritur utrum Ciris carmen una cum Epithalamio, quod modo nominavi, cum Io, cum Smyrna, cum Culice tribuendeun sit decenniis 60—40, de quibus agimus, an excludendum ab illo temporis spatio ducendumque opus scriptum paulo ante Augusti mortem. [2])

Illius epyllii ultima pars plurimarum metamorphoseon ritu narrat, quomodo Scylla Nisi Megarorum regis filia in avem mutetur, cirim scilicet, quemadmodumque eius pater in vitam revocetur, nempe ut haliaeetus factus illam semper persequatur. Terminatur autem carmen hisce versibus

quaecunque illa levem fugiens secat aethera pennis,
ecce inimicus atrox magno stridore per auras
540 insequitur Nisus; qua se fert Nisus ad auras,
illa levem fugiens raptim secat aethera pennis.

Talem finem unusquisque iudex aequus quidem concedet esse et naturalem et necessarium et artissime cohaerere cum iis quae praecedunt. Ad eum carminis exitum alludit iam vs.

52 hanc pro purpureo poenam scelerata capillo (sc. solvens).

Summopere igitur miramur quinque illos versus vix mutatos legi in Georgicis post I 404

1) Conferri potest etiam M. Kreunen, Prolegom. in Cirin, pag. 49—85.

2) Hic Leonis ipsius verba laudo: So giebt uns die Ciris das treffliche Beispiel eines zurückgebliebenen Neoterikers (Hermes XXXVII (1902) pag. 48) et Für uns in der Perspektive, ist ein solcher Neoteriker zurückgeblieben (Hermes XLII (1907) pag. 73).

DE QUIBUSDAM LOCIS TERENTIANIS.

SCRIPSIT

I. S. PHILLIMORE.

Hauton timorumenos, *289*. Narrat Syrus Cliniae (modo reduci, incerto, omnia timenti, diffidenti qui sit erga se amicae animus) qualiter Antiphilam uiuentem inuenerit:

> texentem telam studiose ipsam offendimus,
> mediocriter uestitam ueste lugubri.......
> sine auro; tum ornatam ita uti quae ornantur sibi,
> nulla malamre esse expolitam muliebri.
> malare

MALARE Bembinus; MALAMRE Calliopiani, quae lectio ut corruptelam prae se fert ita, nescio an salutis in se semina habeat. Laborare adhuc uersum uix inuenies qui neget; multi enim emendare eum conati sunt. Magnus quidem Bentleius et longius a traditis discedit quam ut credatur haec proponenti

> nulla mala re interpolatam muliebri;

nec tamen persuadet ut *mala re* mundum muliebrem significari posse concedam. Nec ille Fleckeisenus, toties ipse Latinitatis Terentianae corruptor, melius processit, qui

> nulla arte malas expolitam

legendum censuit. Vereor enim ne ridiculum sit illum arte quaesitum candorem (seu magis ruborem) non in os, in faciem, in uoltum, in genas saltem inducere, sed in malas. Felicius Dziatzko, qui

> nulla mala re os expolitam,

sed et huic obest illud ineptum *mala re*.

Quid si ad antiquariorum manus redeamus qui certe illud M ab exemplari Calliopiano descripserunt, non sponte finxerunt. Non enim fingi solent uerba sine sensu. Ergo inde illa esse orta facile suspiceris quod uox aliqua rarior, atque potissimum Graeca, librarium rudem fefellerit: qualis uox potuit esse MALAΓMA. Nunc enim cum meretricius ille mos latissime etiam apud honestas inualuit, quis nescit faciem (ut ait Propertius) quaeri non solum puluisculo rubro alboue iniciendo sed cerussa

cutem inungi, subigi ac paene macerari? Puto igitur pro eo q. e. MALAGMATE (uel magis uolgari scriptura MALAMMATE) scribam uidere sibi uisum esse MALAM...RE; hoc stolida fide exscripsisse. Quam maluisset illud certe in MALA RE uertere! Nec tamen idem putandus est omnino sibi temperasse; nam ut sententia absoluatur, sic ferme corrigendum est

NULLO MALAGMATE OS POLITAM MULIEBRI.

Eunuchus, *400.* Labore alieno magno partam gloriam
VERBIS saepe in se transmouet qui habet salem.

Sic codd. perperam: nam non *uerbis* sed *uerbo* emicant sales; neque in plurali numero idem ualet ea uox quod *dicta* uel *dicteria*. Igitur ut sic legamus

VERBO IS saepe in se transmouet qui habet salem

suadet usus boni sermonis. Accedit autem aliud argumentum quod nunc explicare longum est. Sed ut summam rem breviter expediamus, apud Terentium pronomen *qui*, quotiens ei subaudire oportet demonstratiuom *is* uel *ille*, in ictu uersus ponitur. Quod cum hic in uolgata lectione non fiat, opus est ut *is* restituatur, quo res metrica bene habeat. Huius legis alibi, in actis quae uocantur Classical Quarterley, rationem pleniorem reddimus: hic altera utra res correctionem satis comprobat.

Eun., *670.* illud uide! os ut sibi distorsit carnifex!

Ora torquere Vergilianum est (G., II, 247), *pertorquere* Lucretianum (II, 401); *labra distorquere* habet Quintilianus (Inst. Or., I, XI, 9); *distortus uultus* legitur apud eundem (ib., VI, III, 19). Rarius inuenitur singulari numero; sed hoc quoque apud Augustinum, uirum Terentiano sermone non leuiter imbutum: „aliquando ipse frater catholicus *torquet os* quando promissa Dei praedicantur" (Enarr. in Psalm. LXXIII, p. 1115 ed. Benedict.).

At quid facit illud *sibi*? Ecquis auctor umquam *sibi* os torquere aliquem dixit? Nimis insolita me mouet locutio ut coniciam

illud uide! os ut SUBIDUS torsit carnifex.

Eun., *836.* {comprehendi iube / iube comprehendi} quantum potest.
PY. Viden? TH. Video. PY.

Compr(eh)endi iube ABCF; *iube comprehendi* DEG. Neutri

quidem recte, sed hi uerius quam illi, siquidem in uerbis imperatiuis disyllabis, qualia sunt *caue*, *iube*, non producitur finalis nisi ante plenam distinctionem. Bene igitur codd. DEG *iubĕ comprehendi*; quam lectionem eo in ceteris libris immutatam puto ne aperte hiaret uersus: qui tamen nihilominus hiat, siquis subtilius ad normam Terentianam exiget. Si igitur sic statueris uersum ut accentus uerborum eum feriendum esse docent, liquebit deesse uocabulum duarum aut trium morarum:

PY. Vidĕn? TH. Vídeo. PY. Iúbĕ comprehendi ⏑– quantum potest.

Vix dubitabis quin exciderit EUM.

PY. Viden? TH. Video. PY. Iube comprendi eum quantum potest.

Eun., *847*. ita miserrimus
fui fugitando ne quis me cognosceret.

Immo non in ea re miserrimum se praedicare Chaeream oportet, quod fugitaret, sed potius assidue fugitasse, totum in fugitando fuisse, nulli alii rei uacasse, nisi ut fugitaret. Hoc enim efficit loci contextus. Quae sententia ut euadat, collato u. 38 Prologi ad *Hecyram* facile succurret hic legendum esse

ita miserrimus
fui ⟨in⟩ fugitando,

i. e., ὁ τρισάθλιος διετέλουν ἀποδιδράσκων; nam ibi cum dicit *in experiundo ut essem*, nihil aliud significat nisi „ut saepius, assidue, indesinenter experirer".

Adelphi, *745*. neque est neque illam sane studeo uendere.

„Scilicet: nec est ea psaltria abicienda neque illam etc." Sic uolgo interpp.: uix Latine, nedum eleganter. Sed et demonstrabimus alio loco peccari hic quoque contra leges senarii uersus, quod cum *nec*.... *nec* iteratur in neutro feriatur uersus, tum quoque quod non corripiatur *i* ἐν τῷ *nec ĭllam.* Quippe cum scripsisset poeta

NEC ISTANC ANCILLAM sane studeo uendere

(quod quidem optime ad sensum facit), primum illud corrupit haplographia ut exiret NECISTANCILLAM, mox duabus litterulis intercidentibus NEC ST NC ILLAM, unde agnitum NEC EST NEC ILLAM diutius placuit incuriose legentibus.

HYMNUS AD MNEMOSYNEN.

Mnemosyne, coleris docta quae gente Batavûm,
  Musarum o genetrix-sis modo culta satis!
Assiduos certe non infitiabere nactam
  Te quotquot comites haec tibi terra tulit:
Aspice fasciculi titulus quid clamitet huius:
  Iam sibi testatur lustra peracta decem;
Tempore nec tanto fuit aut est credita cuiquam,
  Quamlibet infesto, desidiosa cohors.

Talia virtutes variae maledicta refellunt.
Quot res tractantur lepide nunc, nunc et acute!
Quidquid at obscurum vitatur quodque molestum
Pondere vel nimio, numero vel terret inepto;
Laeditur hic nemo nisi siquis laedere princeps
Coeperit, id quoque sat rarum, sed pagina nulla
Ausonium praeter, nisi si cui scribere Graece
Praeplacet, admittit verbum: lex unica regnat
Haec, neglecta semel vel bis (semperque pudebit
Sed rerum novitas suasit); iam, cetera vindex
Sermonis patrii cum libertate Batava,
Mnemosyne numquam patietur finibus hisce
Non fore qui iam iam scribat cantetque Latine,
Si non egregie, tamen haud male, barbaries quod
Iam sibi promittit: modo tu vigilare memento:
Nec dormitabis nec desperabimus umquam,
Mnemosyne, nostra te iudice teque magistra!

elucet simulque Nemethyii accusationem redarguimus probantes Cirim tempore antecedere carmina Lygdami Propertii Ovidii Manilii cet. Ceterum magis Nemethy vituperandus est, quod adversus codices licentissime textum constituit traditamque memoriam temere sprevit, cuius rei exemplis liber philologi Hungarici, c. t. Ciris Epyllion Pseudovergilianum, scatet.

Scylla simulans se turres altissimas inspicere cupere re vera sperat se Minoa, quem Megara obsidentem amore deperit, intueri posse. Ipsius poetae verba haee sunt

173 aeriasque facit causam se visere turres.

Aerias in omnibus codicibus aut a prima aut a secunda manu exaratum est et ab omnibus editoribus in textum receptum praeter Nemethyium, qui legit *Phoebeas*. Cur? Ut nasceretur similitudo aliqua inter hunc Ciris locum et Ovid. Met. VIII vs. 14—20 e quibus attulit Nemethy

regia turris erat *vocalibus* addita muris

contendens Scyllam causam praetexuisse muros lyrae Phoebeae sonum reddentes (cf. vs. 108) videre velle. Tali ratione adductus qui *aerias* mutat in *Phoebeas*, non textum sed poetam corrigere vult.

Paulo infra vehemens amor miserae Nisi filiae sic describitur

et horribili praeceps impellitur vestro
185 ut patris, a demens, crinem de vertice serum [1])
furtim atque argute detonsum mitteret hosti.

Vollmer in ceteris codices secutus *argute* (pro *arguto*) correxit, quod coniunctione *atque* duo adverbia copulante flagitatur. Apud Nemethyium legimus

crinem de vertice *sectum*
furtimque arguto *desponsum* mitteret hosti.

De vocabulis *sectum* et *furtimque* tacere volo, quia leguntur in codicibus deterioribus, verum quid est causae quod Nemethy *desponsum* in textu posuerit? Ut novus locus similis existeret, nam utitur eodem verbo Propertius scribens III 19, 21—24

tuque o Minoa venundata, Scylla, figura
tondes purpurea regna paterna coma.
hanc igitur dotem virgo desponderat hosti!

1) Egregie Vollmer interpretatur *sero demptum*.

Hic venit in mentem dicti Venusini cuiusdam „credat Iudaeus Apella!"

De Nisi capillo poeta sic loquitur

120 nam capite a summo regis (mirabile dictu)
candida caesaries (florebant tempora lauro)
et roseus medio surgebat vertice crinis.

Integra est lectio, quam boni codices servaverunt editoresque quales Vollmer Fairclough cet. sanam duxerunt. Sed βίη Nemethyii nihil reveretur, ei placuit scribere

nam capite *in* summo regis (mirabile dictu)
candida caesaries *florebat* tempora *circum.*

Nunc est beatus, nam eundem versus finem (*tempora circum*) assecutus est atque Eclog. VIII 12 et Aen. V 435. Verum quis librarius *lauro* et *circum* unquam confudit? Insuper sententia prorsns immutata est, tum parenthesim editor Hungaricus sustulit, etsi poetae Alexandrini consulto persaepe periodum parenthetis interrumpunt. Hoc praesertim loco verba *florebant tempora lauro*, quae parenthetice accipienda sunt, peculiari vi sunt praedita: Nisus capilli magici possessor certus victoriae coronam lauream gestabat. Nemethy scribens l. l. pag. 124 *Nullus est locus hic mentioni lauri* locum venustum non intellexit.

Versum 397 ad Dioscuros pertinentem cum plerisque editoribus Vollmer sic legit

illam etiam alternas sortiti vivere luces (sc. mirantur).

Quattuor codices exhibent *illi*, Heinsius vero iam vidit scribendum esse *illam*, ut epanalepsis figuram (cf. vs. 394) lucraremur.

At Nemethy recepit *quin etiam*, a quibus verbis incipit etiam vs. 365, quanquam non explicavit, quemadmodum *quin* abiisset in *illi.*

De regis coma purpurea auctor narrat haec

cuius quam servata diu natura fuisset
tam patriam incolumem Nisi regnumque futurum
125 concordes stabili *firmarant* [1]) numine Parcae.

1) *Firmarant* dictum est pro *affirmarant*, ut apud Lucr. III 319 (vide Munromem), Tacit. Ann. I 81 cet.

Ecce lectio, quam probaverunt Heyne Ribbeck Leo Vollmer Fairclough, a quibus Forbiger et Ellis hac in re tantummodo recessernnt, quod retinuerunt traditum perfectum *firmarunt*. Qui tamen Batave vertet: zoolang die eigenaardige haarlok behouden bleef, zoolang zou, naar de Parcae eendrachtig met onveranderlijken wil verzekerd *hadden*, 't vaderland veilig zijn en de heerschappij van Nisus blijven bestaan, facile perspiciet plusquamperfectum in verborum contextu rectius se habere, quoniam sic maiore cum emphasi quondam Parcas fata cecinisse significatur.

Nemethy tamen *formarant nemine* in textu posuit, cui album calculum adicere non possum, primum quod *nemen* vix ter et quidem in inscriptionibus modo legitur, deinde quia nimis quaesitum videtur pro *decreverant* amplecti locutionem *formarant nemine*, quae nullo loco parallelo comprobari potest. Quia igitur verba *stabili firmarant* [1]) *numine* optimum praebent sensum (alium quidem atque Nemethyii lectio), nihil est cur duabus mutationibus poetam corrigamus.

Ceterum ad hunc Ciris locum necessario pertinent duo versus Eclog. IV 46—47

„Talia saecla" suis dixerunt „currite" fusis
concordes *stabili fatorum numine* Parcae.

Hic nova difficultas oritur voce *fatorum* addita, nam Parcae repraesentant Fata, ergo non recte dicat quispiam Parcas concordes esse fatorum numine. Quis tautologiam non animadvertat in versione Batava „Brengt dergelijke tijdperken voort" zeiden tot haar spinrokken de Parcen eendrachtig door den wil van 't lot? Procul dubio hic versus [2]) Nemethyium movit ut coniecturam suam proponeret. At nos nostram rationem videmus confirmatam Ciris auctorem esse exemplar, Vergilium imitatorem. Maro enim voluit Catulli versum [3]) contextui Eclogae adaptatum et Ciris versum contaminare. Oportuit igitur eum aliud verbum substituere pro voce *firmarant*: quoniam elegit

1) De confusione *a* et *u* cf. infra ad vs. 265.

2) Leo (Hermes XLII (1907) pag. 42 adnot. 2) de Nemethyio haec scribit: nur hätte ihn das nicht zur Conjectnr (*nemine*) verleiten sollen.

3) Carm. LXIV 327 currite ducentes subtegmina, currite, fusi.

„neque res bellica Deliis
ornatum foliis ducem",
sed „spissae nemorum comae
fingent Aeolio carmine nobilem".

Cur autem Callimachus bis intelligentibus significavit se utpote Musarum sacerdotem non fortem ad arma esse? Suspicor hoc eum fecisse, cum ad arma concurrebant qui sub regno Ptolemaei erant, ipse vero excusatione utebatur et domi manebat. Efficimus autem ex epigrammatis XXI[1] vs. 6 eum tunc temporis iam bene canum fuisse. Quapropter ad annos 250—247, cum etiam in Cyrenaica seditio orta esset, haec carmina referenda esse dixerim. In hoc enim rerum articulo cavendum erat Callimacho, ne e statu suo excelso concideret atque caute ei in scriptis suis et sapienter administranda erant omnia. Qui si popularium suorum causam orasset, occisus aut in exilium pulsus esset; si patriam aperte obiurgasset, post pacem perpetratam invidiam contraxisset. Reliquum igitur erat, ut tectius significaret se regi suo fidum esse. Iisdem annis iure tribuitur [1]) epigramma XXXVII, quod speciem praebet carminis inscripti pharetrae, quam veteranus Sarapidi dicaverat, sed revera epinicii instar est:

ὁ Λύκτιος Μενίτας
τὰ τόξα ταῦτ' ἐπειπών
ἔθηκε· τῆ, κέρας τοι
δίδωμι καὶ φαρέτρην,
Σάραπι· τοὺς δ' ὀιστοὺς
ἔχουσιν Ἑσπερῖται.

Cum Hesperitis enim aetate Callimachi non nisi his annis pugnasse Ptolemaei milites videntur.

---

1) V. apud Belochium, Griech. Gesch. III, 1, p. 642, 1.

DE CIRI.

SCRIPSIT

C. BRAKMAN J. f.

Postquam primum annis 1901 et 1902 deinde annis 1906 et 1907 Leo et Skutsch tanquam duo nobiles athletae de auctore Ciris pugnaverunt, haec quaestio etiam atque etiam ab aliis viris et mulieribus doctis tractata est. Vehementissime Nemethy Skutschium impugnavit in opusculo c. t. Epyllion Pseudovergilianum (Budapestini 1909). De re cognata egit Lulu Eldridge in dissertatione, quae inscribitur: Num Culex et Ciris epyllia ab eodem poeta composita sint quaeritur (Friburgiae 1914). Paulo post Conway partes Skutschii strenue defendit in disputatione c. t. The Youth of Vergil (Reprinted from „The Bulletin of the John Rylands Library" July 1915). Eum secutus est Rand, qui Vergilio vindicavit Culicem Cirim Copam Aetnam Catalepton Diras (cf. Harvard Studies in Classical Philology, Vol. XXX (1919) Young Virgil's Poetry). Nuper T. Frank statuit Vergilium anno 48 Culicem, inter annos 45 et 43 Cirim scripsisse (Classical Philology XV (1920) Vergil's Apprenticeship). Quarum commentationum argumenta, imprimis autem Nemethyii ratio me moverunt [1]), ut pauca de Ciri observarem in universum, etsi necesse erit quaedam in medium proferre, quae forsitan „iam dicta sint prius", coniecturasque aliquot proponerem.

Inter annos 60 et 40 a. C. n. regnavit in litteris Latinis Parthenius, qni in bello Mithradatico captus anno 73 Nicaea Romam venit, ubi mox dux poetarum Alexandrinorum factus est.

1) De Culice disputavi Mnemos. Vol. L pag. 243—254.

Is ibi dubium non est quin familiariter uteretur cantoribus Euphorionis. Ex his uni, Helvio Cinnae, cuius patrem fortasse in Italiam comitatus erat, auctori Smyrnae, Parthenius fuit exemplo. Huius idyllion Μυττωτός i. e. Moretum bis Latine versum est primum a Sueio, deinde, ut fertur, a Vergilio. Idem vates Graecus in Metamorphoses suas recepit Cirim, quod carmen exemplar fuit poematis Latini eiusdem nominis. [1]) Cornelio Gallo dedicavit opus c. t. Περὶ ἐρωτικῶν παθημάτων idemque videtur magister fuisse Galli, qui pater habendus est eroticae elegiae Romanae. Quoniam Vergilius iuvenis Culicem poema Alexandrinum panxit, ille quoque in Parthenii sectatoribus numerandus est non minus quam Catullus, qui nuptias Pelei Thetidisque celebravit et Calvus Ius poeta. Tum re vera fuit aetas aurea epylliorum. Nunc autem quaeritur utrum Ciris carmen una cum Epithalamio, quod modo nominavi, cum Io, cum Smyrna, cum Culice tribuendeun sit decenniis 60—40, de quibus agimus, an excludendum ab illo temporis spatio ducendumque opus scriptum paulo ante Augusti mortem. [2])

Illius epyllii ultima pars plurimarum metamorphoseon ritu narrat, quomodo Scylla Nisi Megarorum regis filia in avem mutetur, cirim scilicet, quemadmodumque eius pater in vitam revocetur, nempe ut haliaeetus factus illam semper persequatur. Terminatur autem carmen hisce versibus

quaecunque illa levem fugiens secat aethera pennis,
ecce inimicus atrox magno stridore per auras
540 insequitur Nisus; qua se fert Nisus ad auras,
illa levem fugiens raptim secat aethera pennis.

Talem finem unusquisque iudex aequus quidem concedet esse et naturalem et necessarium et artissime cohaerere cum iis quae praecedunt. Ad eum carminis exitum alludit iam vs.

52 hanc pro purpureo poenam scelerata capillo (sc. solvens).

Summopere igitur miramur quinque illos versus vix mutatos legi in Georgicis post I 404

---

1) Conferri potest etiam M. Kreunen, Prolegom. in Cirin, pag. 49—85.

2) Hic Leonis ipsius verba laudo: So giebt uns die Ciris das treffliche Beispiel eines zurückgebliebenen Neoterikers (Hermes XXXVII (1902) pag. 48) et Für uns in der Perspektive, ist ein solcher Neoteriker zurückgeblieben (Hermes XLII (1907) pag. 73).

apparet liquido sublimis in aere Nisus,

ubi *apparet* secundum Skutschii adversarios idem valet atque *αἴσιος φαίνεται* [1]). Docemur porro eis sex versibus signa serenum caelum portendentia describi. Inserti certe sunt praesagiis bonae tempestatis ex Arati *Φαινομένοις* haustis. Mitto quod Kroll [2]) negat pugnam illarum avium unquam omen fuisse, verum rogare velim, cur in Georgicis sermo sit de Niso et Scylla neque haliaeetus et ciris nominentur quanquam ibidem prius alcyones et noctuae post autem corvi appellantur, quae aves aera serenatum significant. Nemo ergo nisi Ciri carmine lecto locum Vergilianum intellegere poterat. Itaque perspicuum est eos versus, de quibus agimus, initio destinatos fuisse Ciri (id est primum exemplari Graeco, deinde versioni Latinae), postea in Georgica ex illo epyllio esse translatos. Hic Georgicon auctor nos quasi sic alloquitur: vos meministis horum versuum, quibus paene ad verbum transferendis amicum mihi familiarissimum colo observoque. Scitisne quem dicam? Ii, qui cum Skutschio stant, continuo respondebunt Cornelium Gallum, at Nemethy iam respondit Albinovanum Celsum (cf. Hor. Ep. I 3, 15 sqq.). Hic falso utique coniecit, illi fortasse recte.

Extremis Ciris versibus tanquam fundamento fixo immotoque nituntur omnes, qui probare student illud carmen tempore praecedere Georgica. Nullius impetus ne Leonis [3]) quidem valuit ad evertendam argumentationem, quam supra rettuli. Nemethy l. l. pag. 18 sq. praepostere scribens Vergilium ipsum Georg. I 404—409, falsario ansam dedisse epyllii de Scylla pangendi putavit Skutschium a se refutatum esse. Quasi vero sic doctissimus ille vir Hungaricus ostendisset Parthenii versus apte quadrare in locum Vergilianum ex Arato expressum! Sed de hoc quidem hactenus.

Scylla proditione perpetrata praemium exspectat a Minoe, qui tamen regis filiam navi affixam Cretam petens per mare trahit.

---

1) Cf. Bukolika und Georgika (9e Aufl.) von P. Jahn (1915) pag. 281 Anhang (Deuticke).

2) Pauly-Wissowa s. v. *Κεῖρις*.

3) Cf. Hermes 42er Band (1907) Nochmals die Ciris und Vergil pag. 48—66.

Tum virginem miseram mirantur Nymphae Oceanus Tethys Galatea sororesque Leucothea cum Palaemone denique

397 illam etiam alternas sortiti vivere luces,
cara Iovis suboles, magnum Iovis incrementum,
Tyndaridae niveos mirantur virginis artus.

Hic patronos nautarum Castorem Pollucemque commemoratos esse consentaneum est. Quare nemo unquam versum praeclarum illum 398 non optime huc convenire efficere potuit. Hunc versum meminimus paulum immutatum repeti Verg. Eclog. IV 49. In illa Ecloga vates celebrat infantem, qui nasciturus erat [1]) Pollione consule (40 a. C. n.), canens

adgredere o magnos (aderit iam tempus) honores,
cara deum suboles, magnum Iovis incrementum!

Quae verba non pertinent ad filium ipsius Pollionis, sed ad infantem, quem Scribonia, Octaviani uxor, paritura erat. Qua de re consentiunt Skutsch [2]) Wendland [3]) Hartman [4]) Jahn [5]). Recte mea quidem sententia *incrementum* interpretantur *accessionem*, *amplificationem* *αὔξησιν*. Quodsi consideramus Iovem imperare dis daemonibus heroibus atque numerum numinum Dioscuris natis esse auctum, cum id homine nato (i. e. Scriboniae infante) dici nequeat, necessario sequitur, ut epyllion c. t. Ciris illum versum vindicare possit suum. In huius carminis contextum verba *magnum Iovis incrementum* optime quadrant, hic nihil contorti nihil artificiosi habent, cum poeta Eclogae quartae virtutes pueri mortalis nimis exaggeret. Unde recte concludas Bucolica scripta esse post Cirim.

Hexameter, quem Vergilius adhibet IV 49 quemque supra exscripsimus, est versus spondiacus. Notatu dignum est in decem Eclogis i. e. in 830 versibus tres modo *σπονδειάζοντας*, at in Ciri carmine, quod 541 versus habet, 15 versus spon-

---

1) Nam versu 10 invocat Iunonem Lucinam, deam genitalem.

2) Aus Vergils Frühzeit (pag. 148—160); Gallus und Vergil pag. 81—82.

3) Hellenistisch-Römische Kultur I pag. 88.

4) Vergilius Profeet Nieuwe Theologische Studien 1922, pag. 293 sqq.

5) In sua editione (1915) pag. 34.

Operae pretium est legentes admonere de iis, quae Bücheler scripsit a. d. III Id. Octob. 1901 comprobans Skutschii rationem „die mir ganz aus der Seele geschriebene Partie über Ecloga IV".

diacos deprehendi. Hoc indicium nos cogit Cirim ascribere temporibus quae non longe a Catulli et νεωτέρων aetate absunt, qui huic metri vitio indulgebant. Idem flagitant caesurae in Ciri obviae; longe frequentissima est penthemimeres, occurrit enim in 486 versibus, at hephthemimeres (in 6 versib.) et caesura κατὰ τρίτον τροχαῖον (in 49 versib.) etiam minus saepe adhibentur quam in Culice (qui habet 13 caesuras semiseptenarias et 50 caesuras κατὰ τρίτον τροχαῖον). [1])

In Culice nullus versus spondiacus legitur. Etiam quod attinet ad elisiones Culex et Ciris multum inter se differunt: in illo epyllio syllaba longa non nisi perraro eliditur, in hoc crebro. In nonnullis versibus Culicis ceterorumque Vergilii carminum repetitio unius litterae in unaquaque voce pulchrum sonum efficit (Germanice „Tonmalerei"), hunc usum Ciris vix agnoscit (cf. vs. 507 et 536). Natura allitterationis in Culice [2]) alia est atque in Ciri; in illo frequenter tres vel quattuor voces ab eadem consonanti incipiunt, in hac saepe duo verba, vix ter tria (cf. vs. 52, 248, 325). Ciris poeta epanalepsis figuram tantummodo aeque adamat atque Vergilius: ceterum quae attulimus iam satis declarant Culicem et Cirim non ab eodem auctore esse conscripta [3]). Accedunt haec.

Poetae, qui Cirim condidit, ars narrandi longe alia est atque Culicis auctoris: ille expeditius molliusque res exponit, hic implicatius duriusque. Pulchre depingitur Scylla de nocte surgens, ut patris capillum purpureum desecet (vs. 206 sqq.); eius autem vinctae ad navem commiseratio legentes non potest non movere (vs. 404 sqq.).

Sermone plebeio Ciris auctor multo rarius utitur quam Culicis [4]) poeta; praecipuae locutiones formaeque vulgares hae sunt: *ut quid* (vs. 294, cf. Schmalz Synt. pag. 575), *recrepat*

---

1) Virgilius hephthemimeri utitur in Bucolicis in 11 versibus, in Georgicis in 63, in Aeneide in 371 (cf. Butcher The Classical Quarterly VIII (1914) The Caesura in Virgil cet. pag. 129).

2) Cf. quae de Culice disputavi in hoc Mnemosynes vol. pag. 249 sq.

3) Idem censet Lulu Eldridge (l. l. pag. 66). Haec mulier doctissima recenset figuras rhetoricas in Ciri obvias, omisit autem aposiopesim (vs, 137); praeterea eam fugit similitudo epica, quae legitur vs. 491.

4) Cf. me l. l. pag. 244 sq.

(vs. 108) tmesis *quam... diu* (vs. 123), *quare* (vs. 92 cf. Löfstedt Peregrin. Aether. pag. 324 sq.) fortasse *se meminere* (vs. 140).

Deminutiva in deliciis habet Ciris poeta e. g. *ocellis* (vs. 132, cf. vs. 238), *hortulus* (vs. 3), *parvolus* (vs. 138), *tabidulam* (vs. 182), *frigidulam* (vs. 251, cf. 348), *nutricula* (vs. 257 et 277) cet. Hoc quoque usu ille accedat ad Catulli tempora necesse est.

Si quis etiam nunc credit Vergilium conscripsisse Cirim, provoco ad eius iudicium atque elegantiam rogoque num verisimile sit poetam, qui Culicis sepulturam tam miserabiliter depinxit, cuius „labor in tenui" (cf. Georg. IV 6) testatur magnum amorem vitae rusticae et simplicis, qui denique pium Aeneam cecinit, carmen composuisse de impia Scylla? Non ita — verum huius epyllii argumentum debet spectare ad auctorem, cuius cor Cupidineis telis haud inexpugnabile erat quodque levis causa moveret, qui idem ut ipsa Carme potuisset iurare per (cf. vs. 325)

expertum multis *misero sibi* rebus amorem,

id est fortasse ad Gallum, infelicem Lycoridis amatorem, multarum elegiarum poetam.

His omnibus rebus perpensis haud temere statuemus Cirim carmen conscriptum esse post Culicem et ante Bucolica ergo inter annos 44 et 42 fere a. C. n.

Nemethy (l. l. pag. 17—19) auctorem Ciris falsarium atque simiam appellans contendit eum expilasse Lucretium Catullum Vergilium Ciceronem (poetam atque philosophum) Horatium Tibullum Lygdamum Propertium Ovidium Manilium Germanicum. Schanz partim Nemethyio assentiens partim impugnans profert haec (R. L. G. II 1 § 241 pag. 99): Auf diese Weise ist ein Cento entstanden, aber durch den grossen Fleiss, dessen sich der Dichter mit Recht rühmen darf, ist das Centoartige fast ganz verwischt worden. Aber seine Abhängigkeit von Vergil will er offenbar nicht verschleiern, und die Annahme, dass der Dichter ein Fälscher gewesen sei, ist eine irrige. Schanz quantopere erret cum auctorem Ciris asseveret pendere a Vergilio ex iis, quae supra disputavimus, facile

elucet simulque Nemethyii accusationem redarguimus probantes Cirim tempore antecedere carmina Lygdami Propertii Ovidii Manilii cet. Ceterum magis Nemethy vituperandus est, quod adversus codices licentissime textum constituit traditamque memoriam temere sprevit, cuius rei exemplis liber philologi Hungarici, c. t. Ciris Epyllion Pseudovergilianum, scatet.

Scylla simulans se turres altissimas inspicere cupere re vera sperat se Minoa, quem Megara obsidentem amore deperit, intueri posse. Ipsius poetae verba haec sunt

173 aeriasque facit causam se visere turres.

Aerias in omnibus codicibus aut a prima aut a secunda manu exaratum est et ab omnibus editoribus in textum receptum praeter Nemethyium, qui legit *Phoebeas*. Cur? Ut nasceretur similitudo aliqua inter hunc Ciris locum et Ovid. Met. VIII vs. 14—20 e quibus attulit Nemethy

regia turris erat *vocalibus* addita muris

contendens Scyllam causam praetexuisse muros lyrae Phoebeae sonum reddentes (cf. vs. 108) videre velle. Tali ratione adductus qui *aerias* mutat in *Phoebeas*, non textum sed poetam corrigere vult.

Paulo infra vehemens amor miserae Nisi filiae sic describitur

et horribili praeceps impellitur vestro
185 ut patris, a demens, crinem de vertice serum [1])
furtim atque argute detonsum mitteret hosti.

Vollmer in ceteris codices secutus *argute* (pro *arguto*) correxit, quod coniunctione *atque* duo adverbia copulante flagitatur. Apud Nemethyium legimus

crinem de vertice *sectum*
furtimque arguto *desponsum* mitteret hosti.

De vocabulis *sectum* et *furtimque* tacere volo, quia leguntur in codicibus deterioribus, verum quid est causae quod Nemethy *desponsum* in textu posuerit? Ut novus locus similis existeret, nam utitur eodem verbo Propertius scribens III 19, 21—24

tuque o Minoa venundata, Scylla, figura
tondes purpurea regna paterna coma.
hanc igitur dotem virgo desponderat hosti!

1) Egregie Vollmer interpretatur *sero demptum*.

Hic venit in mentem dicti Venusini cuiusdam „credat Iudaeus Apella!"

De Nisi capillo poeta sic loquitur

120 nam capite a summo regis (mirabile dictu)
candida caesaries (florebant tempora lauro)
et roseus medio surgebat vertice crinis.

Integra est lectio, quam boni codices servaverunt editoresque quales Vollmer Fairclough cet. sanam duxerunt. Sed *βίη* Nemethyii nihil reveretur, ei placuit scribere

nam capite *in* summo regis (mirabile dictu)
candida caesaries *florebat* tempora *circum.*

Nunc est beatus, nam eundem versus finem (*tempora circum*) assecutus est atque Eclog. VIII 12 et Aen. V 435. Verum quis librarius *lauro* et *circum* unquam confudit? Insuper sententia prorsns immutata est, tum parenthesim editor Hungaricus sustulit, etsi poetae Alexandrini consulto persaepe periodum parenthetis interrumpunt. Hoc praesertim loco verba *florebant tempora lauro*, quae parenthetice accipienda sunt, peculiari vi sunt praedita: Nisus capilli magici possessor certus victoriae coronam lauream gestabat. Nemethy scribens l. l. pag. 124 *Nullus est locus hic mentioni lauri* locum venustum non intellexit.

Versum 397 ad Dioscuros pertinentem cum plerisque editoribus Vollmer sic legit

illam etiam alternas sortiti vivere luces (sc. mirantur).

Quattuor codices exhibent *illi*, Heinsius vero iam vidit scribendum esse *illam*, ut epanalepsis figuram (cf. vs. 394) lucraremur.

At Nemethy recepit *quin etiam*, a quibus verbis incipit etiam vs. 365, quanquam non explicavit, quemadmodum *quin* abiisset in *illi.*

De regis coma purpurea auctor narrat haec

cuius quam servata diu natura fuisset
tam patriam incolumem Nisi regnumque futurum
125 concordes stabili *firmarant* [1]) numine Parcae.

---

1) *Firmarant* dictum est pro *affirmarant*, ut apud Lucr. III 319 (vide Munromen), Tacit. Ann. I 81 cet.

Ecce lectio, quam probaverunt Heyne Ribbeck Leo Vollmer Fairclough, a quibus Forbiger et Ellis hac in re tantummodo recessernnt, quod retinuerunt traditum perfectum *firmarunt*. Qui tamen Batave vertet: zoolang die eigenaardige haarlok behouden bleef, zoolang zou, naar de Parcae eendrachtig met onveranderlijken wil verzekerd *hadden*, 't vaderland veilig zijn en de heerschappij van Nisus blijven bestaan, facile perspiciet plusquamperfectum in verborum contextu rectius se habere, quoniam sic maiore cum emphasi quondam Parcas fata cecinisse significatur.

Nemethy tamen *formarant nemine* in textu posuit, cui album calculum adicere non possum, primum quod *nemen* vix ter et quidem in inscriptionibus modo legitur, deinde quia nimis quaesitum videtur pro *decreverant* amplecti locutionem *formarant nemine*, quae nullo loco parallelo comprobari potest. Quia igitur verba *stabili firmarant* [1]) *numine* optimum praebent sensum (alium quidem atque Nemethyii lectio), nihil est cur duabus mutationibus poetam corrigamus.

Ceterum ad hunc Ciris locum necessario pertinent duo versus Eclog. IV 46—47

„Talia saecla" suis dixerunt „currite" fusis
concordes *stabili fatorum numine* Parcae.

Hic nova difficultas oritur voce *fatorum* addita, nam Parcae repraesentant Fata, ergo non recte dicat quispiam Parcas concordes esse fatorum numine. Quis tautologiam non animadvertat in versione Batava „Brengt dergelijke tijdperken voort" zeiden tot haar spinrokken de Parcen eendrachtig door den wil van 't lot? Procul dubio hic versus [2]) Nemethyium movit ut coniecturam suam proponeret. At nos nostram rationem videmus confirmatam Ciris auctorem esse exemplar, Vergilium imitatorem. Maro enim voluit Catulli versum [3]) contextui Eclogae adaptatum et Ciris versum contaminare. Oportuit igitur eum aliud verbum substituere pro voce *firmarant*: quoniam elegit

---

1) De confusione *a* et *u* cf. infra ad vs. 265.

2) Leo (Hermes XLII (1907) pag. 42 adnot. 2) de Nemethyio haec scribit: nur hätte ihn das nicht zur Conjectnr (*nemine*) verleiten sollen.

3) Carm. LXIV 327 currite ducentes subtegmina, currite, fusi.

fatorum, pleonasmum effecit manifesto imitatorem arguentem. A mutatione igitur utique abstinendum est.

Si supra recte statuimus Ciris carmen ascribendum esse biennio 44—42 a. C. n. Messala, cui epyllion dicatum est, nemo alius est nisi orator nobilissimus natus anno 64 a. C. n. dignus ergo qui appelletur *iuvenum doctissime* (vs. 36). Hunc in dedicatione poeta alloquitur sic vs. 46—48

accipe dona meo multum vigilata labore
promissa atque diu iam tandem ⟨*rite dicata*⟩
impia prodigiis ut quondam exterrita proles.....

Rite dicata supplevi, quia credo librarium haec verba omisisse deceptum vocabulo versus sequentis infra scripto *exterrita*. Sententiam Batave verto: Ontvang dan mijn geschenk onder veel inspanning des nachts tot stand gekomen en dat, lang u beloofd eindelijk u toegewijd, verhalen zal, hoe de goddelooze dochter Scylla..... *Atque* secundo loco positum est etiam vs. 445. Leo addere volebat *reddita vota*, quod probarem si sermo esset de dis cf. Ovid. Trist. III 12, 45—46

is, precor, auditos possit narrare triumphos
Caesaris et Latio *reddita vota* Iovi.

Poeta Alexandrinus doctrinam ostendit vs. 54—91, ubi varias fabulas, in quibus Scylla Homerica et Nisi filia confunduntur, recenset, concludit autem expositionem his versibus

quidquid et ut quisque est tali de clade locutus,
90 *omnia sim*: potius liceat notescere cirin......

Heinsius *omnia sim* corrupta habebat ex *somnia sunt*. Haud facile tamen talia verba simplicia (*somnia sunt*) videtur aliquis depravavisse. Potius sumo *omnia sim(ilia)* notam marginalem fuisse significantem *omnia aeque stulta sunt*, quae veram lectionem extruserit. Fortasse integra verba fuerunt *inritum habe.* [1]) Sententia Batave reddita sic se habet: Wat en hoe ook elk over die jammerlijke gedaanteverwisseling moge verteld hebben, houd dat niet voor de ware (gewettigde) voorstelling van zaken, 't zij mij liever toegestaan u te verhalen van de ciris.....

1) Cf. *habeto* (vs. 267).

Scylla amore Minois incensa modo turres muri visit, unde castra regis amati intueatur, modo secum reputat, quam sit misera. Describo haec tantum verba

saepe etiam tristis volvens in nocte querelas
175 sedibus ex altis caeli speculatur amorem.

Quanquam *cella* plerumque significat conclave servi et hominis pauperis, tamen non desunt exempla, ubi positum est pro quovis cubiculo cf. Terent. Adelph. 552 nam me iam in *cellam* aliquam cum illa concludam; id tutissimumst. Quare verisimile est h. l. *caeli* corruptum esse ex *cellae*.

Nemethy *honorem* edidit pro *amorem*: hic Cobetus nostras exclamavisset: Callistratus legendum videtur Philonides!

Contra tueor *caeli* versu 218, ubi Scylla narratur patris cubiculo appropinquasse

vestibulo in thalami paulum remoratur et alti
218 suspicit ad *caeli* nictantia sidera mundi
non accepta piis promittens munera divis.

Nimirum *mundi* h. l. legitur sensu *caeli*, quocirca *caeli*..... *mundi* genetivus inhaerentiae habendus est, sicut Cul. 382 *nemorum silvas* cet. Vox *mundi* saepe accipienda est pro *caelo* e. g. Lucret. I 788, V 514; Cul. 102 et 236; Gratt. 295 cet.

Scylla confessura est nutrici, quem amet:

262 nil amat hic animus, nutrix, quod oportet amari,
264 sed media ex acie, mediis ex hostibus — heu, heu,
265 quid dicam quove *agam* malum hoc exordiar ore?

Pro *agam* vel potius *agā*, quod exaratum est in tribus codicibus L exhibet *ipsa*, quamobrem suspicor veram lectionem fuisse *usa*. *A* et *u* in scriptura (praesertim Visi-Gothica) identidem confunduntur (supra egimus de (vs. 125) *firmarant* et *firmarunt*). Baehrens amplexus est lectionem *aegram*, sed parum verisimile est Scyllam se ipsam appellasse *aegram*. Contra apte poeta de Scyllae pectore haec dicit

341 blanda pectus spe luserat (sc. Carme) *aegrum*.

Convenienter quoque Vergilius de Didone Aen. IV 389

aegra fugit seque ex oculis avertit et aufert.

Carme nutrix Scyllam amore inflammatam artibus magicis adiuvare Nisoque persuadere conatur ut filiae desideriis obsequatur. Iam herbis et filis usa est atque alumnam satis arcana iussit facere dicens

372 ....ter in gremium mecum.... despue, virgo,
despue ter virgo: numero deus impare gaudet".

Quae cum frustra adhibita essent, Carme videtur rationem turpem et atrocem iniisse, nam sic pergit poeta

374 inde Iovi geminat magno *frigidula* sacra
sacra nec Idaeis anubus nec cognita Grais.

Verbum *frigidula*, cuius secunda syllaba brevis est, metrum violat. Vitium nimirum ortum est cum librarius nimis memor versuum 251 et 348 deminutivum iteraret, etsi apparet hic poetam fortius locutum esse. Ideo non dubito proponere *p̄frigida* i. e. *praefrigida*. Hoc adiectivum Ovidius proprie usurpat loquens de *praefrigido Austro* (Ex Ponto IV 12, 25). Invenitur autem locutio *frigidus rumor* (Hor. Sat. II 6, 50) i. e. rumor, qui horrorem excitat, itaque *praefrigida sacra* meritissimo vocantur sacra qualia perpetrat Canidia, quae homines perhorrescunt [1]).

1) Kreunen (l. l. pag. 102) versum 274 cum Maehlyio sic edebat:
inde agno venerata Iovis Stygialia sacra.
Quis talia probet?

Ad Aristophanis Nubium vs. 543.

Suam prae aemulorum ineptiis laudat artem poeta et aliis nominibus et quod

οὐδ' εἰσῆξε δᾷδας ἔχουσ' οὐδ' „ἰοὺ ἰοὺ" βοᾷ.

Nihil hic annotatum video. Soline ergo mihi intempestive in mentem venit ab illo *ἰοὺ ἰού* hanc ipsam facere initium fabulam? Solvant nodum peritiores, nam vix quisquam semel monitus eum, ut equidem opinor, dissimulare poterit.

I. I. H.

DE QUIBUSDAM LOCIS TERENTIANIS.

SCRIPSIT

I. S. PHILLIMORE.

Hauton timorumenos, *289*. Narrat Syrus Cliniae (modo reduci, incerto, omnia timenti, diffidenti qui sit erga se amicae animus) qualiter Antiphilam uiuentem inuenerit:

> texentem telam studiose ipsam offendimus,
> mediocriter uestitam ueste lugubri.......
> sine auro; tum ornatam ita uti quae ornantur sibi,
> nulla malamre esse expolitam muliebri.
> malare

MALARE Bembinus; MALAMRE Calliopiani, quae lectio ut corruptelam prae se fert ita, nescio an salutis in se semina habeat. Laborare adhuc uersum uix inuenies qui neget; multi enim emendare eum conati sunt. Magnus quidem Bentleius et longius a traditis discedit quam ut credatur haec proponenti

> nulla mala re interpolatam muliebri;

nec tamen persuadet ut *mala re* mundum muliebrem significari posse concedam. Nec ille Fleckeisenus, toties ipse Latinitatis Terentianae corruptor, melius processit, qui

> nulla arte malas expolitam

legendum censuit. Vereor enim ne ridiculum sit illum arte quaesitum candorem (seu magis ruborem) non in os, in faciem, in uoltum, in genas saltem inducere, sed in malas. Felicius Dziatzko, qui

> nulla mala re os expolitam,

sed et huic obest illud ineptum *mala re*.

Quid si ad antiquariorum manus redeamus qui certe illud M ab exemplari Calliopiano descripserunt, non sponte finxerunt. Non enim fingi solent uerba sine sensu. Ergo inde illa esse orta facile suspiceris quod uox aliqua rarior, atque potissimum Graeca, librarium rudem fefellerit: qualis uox potuit esse MALAΓMA. Nunc enim cum meretricius ille mos latissime etiam apud honestas inualuit, quis nescit faciem (ut ait Propertius) quaeri non solum puluisculo rubro alboue iniciendo sed cerussa

cutem inungi, subigi ac paene macerari? Puto igitur pro eo q. e. MALAGMATE (uel magis uolgari scriptura MALAMMATE) scribam uidere sibi uisum esse MALAM...RE; hoc stolida fide exscripsisse. Quam maluisset illud certe in MALA RE uertere! Nec tamen idem putandus est omnino sibi temperasse; nam ut sententia absoluatur, sic ferme corrigendum est

NULLO MALAGMATE OS POLITAM MULIEBRI.

Eunuchus, 400. Labore alieno magno partam gloriam
VERBIS saepe in se transmouet qui habet salem.

Sic codd. perperam: nam non *uerbis* sed *uerbo* emicant sales; neque in plurali numero idem ualet ea uox quod *dicta* uel *dicteria.* Igitur ut sic legamus

VERBO IS saepe in se transmouet qui habet salem

suadet usus boni sermonis. Accedit autem aliud argumentum quod nunc explicare longum est. Sed ut summam rem breviter expediamus, apud Terentium pronomen *qui,* quotiens ei subaudire oportet demonstratiuom *is* uel *ille,* in ictu uersus ponitur. Quod cum hic in uolgata lectione non fiat, opus est ut *is* restituatur, quo res metrica bene habeat. Huius legis alibi, in actis quae uocantur Classical Quarterley, rationem pleniorem reddimus: hic altera utra res correctionem satis comprobat.

Eun., 670. illud uide! os ut sibi distorsit carnifex!

Ora torquere Vergilianum est (G., II, 247), *pertorquere* Lucretianum (II, 401); *labra distorquere* habet Quintilianus (Inst. Or., I, XI, 9); *distortus uultus* legitur apud eundem (ib., VI, III, 19). Rarius inuenitur singulari numero; sed hoc quoque apud Augustinum, uirum Terentiano sermone non leuiter imbutum: „aliquando ipse frater catholicus *torquet os* quando promissa Dei praedicantur" (Enarr. in Psalm. LXXIII, p. 1115 ed. Benedict.).

At quid facit illud *sibi*? Ecquis auctor umquam *sibi* os torquere aliquem dixit? Nimis insolita me mouet locutio ut coniciam

illud uide! os ut SUBIDUS torsit carnifex.

Eun., 836. {comprehendi iube / iube comprehendi} quantum potest.
PY. Viden? TH. Video. PY.

Compr(eh)endi iube ABCF; *iube comprehendi* DEG. Neutri

quidem recte, sed hi uerius quam illi, siquidem in uerbis imperatiuis disyllabis, qualia sunt *caue*, *iube*, non producitur finalis nisi ante plenam distinctionem. Bene igitur codd. DEG *iubĕ comprehendi*; quam lectionem eo in ceteris libris immutatam puto ne aperte hiaret uersus: qui tamen nihilominus hiat, siquis subtilius ad normam Terentianam exiget. Si igitur sic statueris uersum ut accentus uerborum eum feriendum esse docent, liquebit deesse uocabulum duarum aut trium morarum:

PY. Vidĕn? TH. Vídeo. PY. Iúbĕ comprehendi ⏑– quantum potest.
Vix dubitabis quin exciderit EUM.
PY. Viden? TH. Video. PY. Iube comprendi eum quantum potest.

Eun., *847*. ita miserrimus
fui fugitando ne quis me cognosceret.

Immo non in ea re miserrimum se praedicare Chaeream oportet, quod fugitaret, sed potius assidue fugitasse, totum in fugitando fuisse, nulli alii rei uacasse, nisi ut fugitaret. Hoc enim efficit loci contextus. Quae sententia ut euadat, collato u. 38 Prologi ad *Hecyram* facile succurret hic legendum esse

ita miserrimus
fui ⟨in⟩ fugitando,

i. e., ὁ τρισάθλιος διετέλουν ἀποδιδράσκων; nam ibi cum dicit *in experiundo ut essem*, nihil aliud significat nisi „ut saepius, assidue, indesinenter experirer".

Adelphi, *745*. neque est neque illam sane studeo uendere.

„Scilicet: nec est ea psaltria abicienda neque illam etc." Sic uolgo interpp.: uix Latine, nedum eleganter. Sed et demonstrabimus alio loco peccari hic quoque contra leges senarii uersus, quod cum *nec*....*nec* iteratur in neutro feriatur uersus, tum quoque quod non corripiatur *i* ἐν τῷ *nec ĭllam*. Quippe cum scripsisset poeta

NEC ISTANC ANCILLAM sane studeo uendere

(quod quidem optime ad sensum facit), primum illud corrupit haplographia ut exiret NECISTANCILLAM, mox duabus litterulis intercidentibus NEC ST NC ILLAM, unde agnitum NEC EST NEC ILLAM diutius placuit incuriose legentibus.

HYMNUS AD MNEMOSYNEN.

Mnemosyne, coleris docta quae gente Batavûm,
  Musarum o genetrix-sis modo culta satis!
Assiduos certe non infitiabere nactam
  Te quotquot comites haec tibi terra tulit:
Aspice fasciculi titulus quid clamitet huius:
  Iam sibi testatur lustra peracta decem;
Tempore nec tanto fuit aut est credita cuiquam,
  Quamlibet infesto, desidiosa cohors.

Talia virtutes variae maledicta refellunt.
Quot res tractantur lepide nunc, nunc et acute!
Quidquid at obscurum vitatur quodque molestum
Pondere vel nimio, numero vel terret inepto;
Laeditur hic nemo nisi siquis laedere princeps
Coeperit, id quoque sat rarum, sed pagina nulla
Ausonium praeter, nisi si cui scribere Graece
Praeplacet, admittit verbum: lex unica regnat
Haec, neglecta semel vel bis (semperque pudebit
Sed rerum novitas suasit); iam, cetera vindex
Sermonis patrii cum libertate Batava,
Mnemosyne numquam patietur finibus hisce
Non fore qui iam iam scribat cantetque Latine,
Si non egregie, tamen haud male, barbaries quod
Iam sibi promittit: modo tu vigilare memento:
Nec dormitabis nec desperabimus umquam,
Mnemosyne, nostra te iudice teque magistra!

Bibliotheca Philologica Batava quater in anno prodibit Calendis Ianuariis, Aprilibus, Iuliis, Octobribus.

Pretium annuum erit floren. 10.—.

Singuli fasciculi separatim non venibunt.

Ii quorum disputationes huic inserentur bibliothecae, gratis duodena earum accipient exempla. Qui plura cupiunt ad tempus nos faciant certiores! Iidem rogantur ut illas aut quam nitidissime scribant aut prelo Britannico („type-writer") utantur et sic parcant impensis.

Hoc loco posthac, ab Academia Regia disciplinarum Nederlandica rogati, quidquid philologici generis ab illa proximo trimestri tempore erit editum commemorabimus. Nunc prodierunt:

K. Kuiper, over de jongst ontdekte fragmenten van den sophist Anthiphon . . . . *f* 0.40

H. van Gelder, iets over de Grieksche eigennamen. „ 0.60

K. Kuiper, over de Smeekelingen van Euripides. . „ 0.40

Sumptibus E. J. BRILL prodierunt:

C. G. Cobet, Variae lectiones, quibus continentur observationes criticae in scriptores Graecos. Editio secunda auctior. 8°. . . *f* 5.—.

——— Miscellanea Critica, quibus continentur observationes criticae in scriptores Graecos praesertim Homerum et Demosthenem. - 5.—.

——— Collectanea Critica, quibus continentur observationes criticae in scriptores Graecos. 8°. . . . . - 5.—.

Feestbundel Prof. Boot, Verzameling van wetenschappelijke bijdragen den 17den Augustus 1901 Prof. Dr. J. C. G. Boot aangeboden bij gelegenheid van zijn negentigsten geboortedag door eenige vrienden en oudleerlingen. gr. in-4°. . . . . - 6.—.

Halbertsmae, Tjallingi, Adversaria Critica. E schedis defuncti selegit, disposuit, edidit H. v. Herwerden. Accedit Epimetrum de Codicibus Bibliothecarum exterarum quos descripsit aut adhibuit Halbertsma. gr. in-8°. . . . . - 3.—.

J. J. Hartman, De Ovidio Poeta commentatio. 8°. . . . . - 2.10.

——— Analecta Tacitea. 8°. . . . . - 5.—.

——— De Plutarcho scriptore et philosopho. gr. in-8°. . . . - 8.50.

H. van Herwerden, Lectiones Rheno-Traiectinae 8°. . . . . - 1.75.

H. T. Karsten, De Commenti Donatiani ad Terenti fabulas origine et compositione. 8°. . . . . - 2.20.

Lysiae Orationes. In usum studiosae iuventutis textum constituit C. G. Cobet. Editio quarta, quam novis curis recensuit J. J. Hartman. (Editio maior, prolegomenis, fragmentis, indice nominum aucta). 8°. . . . . - 2.90.

Manilii, M., Astronomica. In het Nederlandsch vertaald door J. van Wageningen. 8°. . . . . - 2.70.

Smits, J. C. P., De geschiedschrijver Herodianus en zijn bronnen. Een poging tot analyse van zijn werk. 8°. . . . . . . - 2.10.

——— Die Vita Commodi und Cassius Dio. — Eine quellenanalytische Untersuchung. 8°. . . . . - 2.10.

Valeton, M., De Iliadis fontibus et compositione. 8°. . . . - 3.50.

Mnemosyne. — Bibliotheca philologica Batava. Edid. C. G. Cobet, TJ. Halbertsma, H. G. Hamaker, E. J. Kiehl, etc. 1852—62. 11 vol. et Appendix ad vol. 2—7. 8°. (*f* 56.50) . . . . - 30.—.

——— Nova series, Vol. I—XIV colleg. C. G. Cobet, H. W. van der Mey, Vol. XV—XLVI colleg. S. A. Naber, J. van Leeuwen J. f., I. M. J. Valeton, J. J. Hartman, P. H. Damsté, C. W. Vollgraff, 1873—1918. 8°. pro vol. . . . . - 5.25.

Ex officina typographica et bibliopolio quae antehac E. J. Brillii fuerunt.